BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
Sala: B
Estante: 5
Número: 7

i 16900145

R-20.920

☞ ✻ ORIGENES. Cum rebus ablatæ ſunt curæ: cum liberis, ſollicitudo de illorum profectu & fine; nudus egreſſus ſum de vtero matris, nudus reuertar: ſine ſuperfluis, & iniquitatibus ad terrã matrem omnium, & domum, ad tabernacula iuſtorum. vbi nullus luctus & dolor. CHRYS. Cuius vteri meminit? nempe illius primi opificij, ſuęq; è terra coagmẽtationis: neq; enim cũ Nicodemo maternam aluũ intelligit.

CLEMENS. è terra quaſi in matris vtero ſatus ſum, nudus reuertar illuc: vt enim nati faſcijs vincimur ſic mortui.

Nuditas autem aliam ex alia ſolertiam gignit. OLYM. Suis aduerſarium iaculis configit, dixerat enim, *niſi in faciem. &c.* ORIG. Non tantũ tetigerunt Iob diaboli ſagittæ, quantum diabolum vulnerauerunt Iob gratiarum actiones.

✻ CYPRIAN. Si, qua conditione & lege credideris Chriſtianus, noſcat, & timeat: ſciet, plus ſibi, quam cæteris in ſeculo laborandum; cui magis ſit cum diaboli impugnatione luctandum, docet ſcriptura dicens: *Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem, quoniam in igne probatur aurum.* ſic Iob poſt tot damna, religioſæ mentis oſtendens patientiã, ait: *Nudus egreſſus ſum.* IDEM. *Næ multæ præſſuræ iuſtorum, ſed ex omnibus liberabit eos dominus.*

✻ ORIGENES. *Dominus dedit*, vt innoteſcat, quam fidelis ſum diſpenſator: *abſtulit*, vt appareat, quomodo gratias agã. Dedit ſua, abſtulit ſua: poſtquã ſum vſus, mutuanti gratias ago. Ignorãs autẽ, per ſuſpicionem dicit: neſciebat enim quod diabolus abſtulit, cõcedente domino, & permittẽte; quod ſi ſciuiſſet, quod bellum habebat aduerſus diabolum, apertè reſtitiſſet, & in deriſionem habuiſſet. Dicamus in omnibus idẽ cum ſynceritate, *ſit nomen domini benedictum*: nomen quod cœlos extendit terram fundauit, leones Danielis in agnos mutauit; à beato Iob docti ſancti prophetæ dixerunt: *ſit nomen domini benedictum, ex hoc nunc, & vſque in ſeculum.* OLYM. Hymno comparato Deo gratias agit. BASIL. Tandiu pater ſum appellatus, quandiu viſum eſt ei, qui me patrem conſtituit. Illius vincat decretum. CHRYS. Id nobis cogitandum, à Deo noſtra auferri, ſciente quid ſit è re noſtra: feramus autem opem ijs, qui migrant è vita, neque eorum memoriam intermittamus, nam ſi Iob liberos, ſpiritus hoſtia expiabat, dubitarene ipſi poterimus, nobis pro ijs qui deceſſerunt, offerentibus, ſolatij nihil illis ipſis afferri? ſiquidem ſolet Deus alteri alterius cauſa gratificari.

✻ VICTOR VTICENSIS. Chriſtianis in exilium euntibus cũ Epiſcopoſ Arrianorũ ſuaſu homines immiſericordes auferrent, quod miſeratio Chriſtiana victui contulerat, cantabat vnuſquiſque: *Nudus exiui de vtero matris meæ, nudum me oportet ad exilium pergere*, quia nouit dominus eſurientibus cibum porrigere, & in deſerto veſtire.

a *Sicut domino placuit.* Cum turbamur, ad iudicium Dei recurrere debemus, & maiores laudes reddere, quia pulſari verius nos nouimus.

✻ ORIG. Nec cogitationibus quas videt dominus, qui cor intuetur: nec labijs & verbis, quæ ſunt in Dei cõſpectu, dedit inſipientiã Deo, ſtans fidelis & firmus, docensq; Deum fuiſſe delẽ, quando dixit diabolo: *vidiſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ſimilis ei.* deniq; non fuit Iob ingratus, nec immemor beneficiorum Dei.

CHRYS. Vt in ſtatuarũ baſi ſolet inſcribi: Hic illeue poſuit: ſic auctor libri, poſt Iuſti ſimulachrum, inſcriptionem reliquit: *In his non peccauit Iob coram Deo, nec dedit inſipientiam Deo.* i. nequaquam ob ea quæ acciderunt, iniuſtitiã Deum aliqua cõ demnauit.

OLYM. Nec vllã cogitationẽ Deo indignã ſuſcepit. Hebræus apertius, nõ eſt inquit conqueſtus de Deo. EPHREM. Hinc intelligimus, qui Deũ verentur, non poſſe in diaboli poteſtatẽ redigi.

CHRYS. Victima verba illa erant: *Dominus dedit, &c.*

In re quę diſplicet magna eſt cõſolatio ſi eo ordinante geritur cui nil niſi iuſtũ placet: cur ergo de re iuſta murmuret? quaſi poſt aſſertionẽ partis ſuæ cõtra aduerſariũ in termino orationis iudicẽ benedicit. *Sit nomen domini benedictũ.* Quòd rectũ ſenſit, domini benedictione concluſit. vnde diabolus erubeſcit, qui & in beatitudine Deo cõtumax fuit, cui homo etiam percuſſus hymnum dicit. Iob ergo ſuperbum hoſtem humilitate, crudelem patientia vincit, & acriora vulnera infixit quàm acceperit.

b *In omnibus his non pec. Iob.* GREG. Dolens animus debet ſe cuſtodire, ne de igne probatorio murmuret. Quod de virtutibus dictum eſt, de his quæ in oſtenſionem virtutis dantur, poteſt accipi. Dona ſpiritus ſunt, prophetia, linguæ, curationes, quæ & ſubtrahuntur, ne mens eleuetur. Non enim ſemper inerat prophetis ſpiritus propheriæ vnde Heliæus dicit: *Celauit dominus à me verbum.* Et Amos: *Non ſum propheta*, quia tunc quidem verum erat, ſed humilem me ſpiritus replet. Et dicit: *Et nunc audi verbum domini*, vnde in euangelio: *Super quem videris ſpiritum deſcendentem & manentẽ, hic eſt qui baptizat.* In alijs enim venit, ſed in ſolo Chriſto ſingulariter permanet. Sed quomodo hoc eius ſignum eſt, cũ ipſe de apoſtolis dicat: apud vos manebit? Sed in Chriſto ſemper manet per ſubſtantiam ad omnia, in electis per gratiam, non ad omnia. Alia enim ſunt dona ſpiritus ſine quibus ad vitã non venitur, vt humilitas, fides &c. ſecundũ quæ ſpiritus ſemper manet. Alia quibus vitę ſanctitas pro aliorũ vtilitate declaratur, vt prophetia, curatio, lingua. ſecundũ quæ nõ ſemper ſpiritus manet: ſed ſubtrahit ſe aliquando à ſignorũ oſtẽſione: vt humiliùs habeatur. De illis ergo quæ ad vitam, timeamus ne pereãt: de his quę ad oſtenſionẽ aliquãdo ſine periculo ſubtractis conſoletur ſe humilitas dicens: *Dominus dedit*: quia tunc recte nos habuiſſe oſtendimus, cum ſublata æquo animo toleramus.

In omnibus his non peccauit Iob. vnde: *Qui peccatum non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius.* Iob teſtimonium perhibetur & oris & cordis, corde non tumuit, ore non murmurauit, lingua contumax non fuit.

✻ HIERONYM. & PHILIP. Iob noſter perditã ſubſtantiã, & filijs interẽptis tempore perſecutionis, ad pacem dandã eccleſiæ ſurrexit, vt geſtum ſignificet vindicantis; & ſcidit veſtimentũ ſuũ, i. fideles ſuos ab infidelibus ſeparauit: dicitur enim in ſcripturis veſtimentũ aliquãdo genus humanũ, quod etiã in tonſione capitis indicatur; procidens autẽ Chriſtus dicitur, ſecundũ hominẽ, vnde & patre minor eſt, quia quotidie patrẽ interpellat: quod & de membris eius poteſt dici. Nudus exiuit, quia nulla peccati originalis ſorde aſperſus, & reuerſus eſt reſurrectione ad carnẽ, in qua *peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* cui dedit dominus bonos in hæreditate, & abſtulit malos, nec quicquam ſtulte loqui potuit ſapientia patris, agnus, qui tollit peccatum mundi.

✻ DIDYM Subſiſtens natura ſpirituſſancti demonſtratur in illo, quod Apoſtoli ſcribunt: *Viſum eſt ſpiritui ſancto.* nam illud viſum eſt, operationẽ non ſignificat, ſed naturam: maximè cũ de domino ſimile reperiatur, vt, ſicut domino viſum eſt, ita factum eſt.

☞ CAP.

A 1. Li. in Iob — Ad Olymp. — ſicut domino placuit ita factum eſt. — 1. Lib. — De mortalit. — B — 3. Libr. ad Quin. — 1. Lib. — C Sacrificiũ prodeſt mortuis. — Lib. 3. de perſe. Vandal. — 1. Libr. — In comme. — D — Moraliter. — † Infrà 2. c. — † inſulſum imprudens. — Moralit. — E — 1. Co. 12. d. Gre. ca. 27. — 4. Reg. 4. c. Amos 7. d. — Ioan. 1. e. — Ioan. 14. b. — F — 1. Per. 2. d. — De ſpiritu ſancto art 15.

a ¶ Non diabolus: ſcit enim ei nihil licere niſi Deo permittente. quid ergo mirum, ſi qui dedit, ſua recepit?
b ¶ Non diabolus. ¶ Docet in flagellis gratias agere, vt ipſe appropinquans paſſioni gratias egit.
c ¶ Vltima conſolatio ſcit Deum iuſtum iudicem. vnde nihil niſi iuſtum ſcit placere illi.

Dominus dedit, dominus abſtulit: ſicut domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum. † In omnibus his

¶ Stultè in Deum loquitur, qui inter flagella ſe innocentem dicit, quod eſt ſuperbe accuſare iuſticiam Dei ferientis.

¶ Quia & non loquendo poſſumus in cogitatione peccare.

non peccauit Iob labijs ſuis, neque † ſtultum quid contra Deum locutus eſt.

1 2 3 4 5

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *beat iterato matris vterum introire: ſed eſt ſenſus, quòd ſicut homo egrediens de vtero matris, ingreditur mundum iſtum nudus omnibus, ſic inde egreditur. Ex quo patet, quòd bona temporalia non ſunt homini connatu alia, ſed magis extrinſecus aduenientia. & ideo de eorum adeptione non eſt immoderatè gaudendum, nec de amiſsione triſtandum. Secunda ratio accipitur ex diuina liberalitate, per quam homo conſequitur bona temporalia: quòd notatur cum dicitur:*

1 Dominus dedit, *qui poteſt ea concedere ad tempus longum vel breue, & per conſequens abſque iniuria, quando ſibi placet, auferre; ideo ſubditur:*

tur: Dominus abſtulit *& ſubditur:*

2 Sit nomen domini benedictum. *regratiando domino de conceſsione bonorum ad tempus præteritum, & quia tenebat Iob quòd iſta ſubtractio ordinabatur à Deo ad ſuum meritum: & ſic concluditur innocentia Iob, cum dicitur,*

3 In omnibus his. *i. flagellationibus prædictis,*

4 Non peccauit Iob labijs ſuis. *Et per conſequens magis cauit ſibi à peccato in factis, quia facilius eſt continere à peccato in opere quam in ore.*

5 Neque ſtultum quid contra Deum loquutus eſt. *blaſphemando aut etiam murmurando.*

☞ CAP.

ADDITIO.

In primo capitulo, vbi dicitur in Poſtilla: Et tenebat Iob quòd iſta ſubtractio ordinabatur à Deo ad ſuum meritum. Si Iob teneret, antequam per Deum fuiſſet declaratum, quòd flagellatio ſua ordinabatur ad ſuum meritum, multa, quę infrà ſequuntur, non haberent locum; vtpote cum à Deo deſiderabat quærere cauſam ſuæ flagellationis: vnde dicitur, Indica mihi cur me ita iudices? *& in alijs. vnde magis videtur conſonũ litęræ, quod Iob ignorabat cauſam ſuæ flagellationis: licet eam crederet à Deo eſſe,*

donec de hoc fuit à Deo eruditus, vt patebit in locis suis.

REPLICA. In primo capite vbi postillator exponit illud verbum Iob: Sit nomen domini benedictum, *dicit, quia Iob tenebat quòd subtractio bonorum temporalium à Deo ordinabatur ad suum meritum. Burgen. se opponit dicens Iob illud ignorasse quousque à Deo fuisset sibi declaratum. Sed illud videtur leuiter dictum, cum enim tantæ virtutis fuerit vt à Deo commendaretur, quasi non fuerit et similis in terra: iustus, quò ad affectum; rectus, quò ad intellectum: quomodo putandus est illam disiunctiuam ignorasse? Omnis flagellatus flagellatur aut quia reus, aut quia innocens? primum de se negauit*: Non peccaui. *igitur secundum concessit. hoc autem verum non potest esse nisi ad bonum, s. probationem & meritum. Confirmatur: quia in hoc luctamen assumpsit contra amicos suos illud ignorantes. Frustra enim disputando intenderet bonis mala euenire, nisi sciuisset illud ad eorum meritum tendere posse. incepit autem hanc disputationem antequam fuisset instructus in loco per Burgen. allegato.*

D

☞ CAP. II.

A a *Factum est autem &c.* GREGORIVS.

Greg. 3. Li. c. 1. b *Vnde venis?* Hoc non vt prius: cum enim sciatur redijsse de bello, ad quod laxatus fuerat, non est aliud nisi quòd infirmitas superbiæ eius increpatur: quasi;

Orig 1. lib. ab imo, & infirma carne vinceris, qui te cõtra Deum erigis. Vnde

Satanę cum Deo colloquium petentis facultatem percutiendi Iob in corpore. bona Iob cum triumpho enumerans addit: a & adhuc innocentiam retinens; quasi, exercuisti maliciam, sed ille retinet innocẽtiam: &, qui minuere voluisti, profectui

B seruisti.

2. Li. in Iob ✠ ORIGENES. Die adimpletionis primæ victoriæ Iob venerunt Angeli, coram domino steterũt, ante quẽ iugiter perseuerant, non vt attestarẽtur solis iustificationibus, sed patiẽtiæ & constantiæ. Tunc enim dicuntur ire, aut venire, quando ad ministeriũ missi, legationes & mandata adimpleuerunt. Quod non mirum, cum

C Angelorũ dominus ascendere & descendere dicatur. Venit quoque & Satan, i. resistens, rebellis, contumax, non vt ab Adam, cũ victoria: sed à Iob cum cõfusione. Venit non facie ad faciem, sed cogitationibus.

Epi. 112. ad Paulinam. ✠ AVGVSTINVS. Non est consequens, vt videant Deum, qui voces ab eo factas aliquando audiunt: nec mirandum si non mundo corde Deum vident in specie, quando voluntas eius fuerit, inuisibili latente, & in se incomprehensibili manente natura.

✠ CHRYS. Quotidie angeli astant domino, vt mittantur ad rem quampiam administrandam, & vt singulis diebus rationes referant rerum, quæ aguntur.

✠ IVLIAN. Venit in medium Angelorum, quasi captus; quẽ audiuit dominus, quia cogitationes illius nouit; sic Mosem cum fileret, quasi vociferantem audire se dixit.

✠ PHILIP. OLYM. Interrogatione satanam, vt Cainum quondam coarguit.

✠ ORIGEN. *Considerasti eum.* qui ante puer meus fuit, & nunc puer meus permanet. Aduerte quia non dicit, non similis illi super terram, nec erunt, aut fuerunt: nam post hoc fuit Ioannes quo *non surrexit maior inter natos mulierum.* Iustus, vtpote iusto Dei iudicio sic cõprobatus; retinens innocentiá cum multi doloribus fiant peiores; tunicam dimittens, quam conscidit, diabolo, qui pallium abstulerat: figurã gerens domini dicentis, E Ego tanquam agnus immaculatus ductus sum ad sacrificium, 2 expectans & coronas & aduersarium, quem † perfectionem. iterum patientia superet: qui, vt columba 3 nido effugata, sublatis pullis & mactatis, 4 non indignatur; sic filijs interfectis nihil stultum loquutus est.

2. Lib. Matth. 11.

Matth. 5.

CAP. II.

a ¶ Eadem die vt prius hyato rice & mystice.

1 A Factum est autem cum quãdã die venissent filij Dei, & starent coram domino, venisset quoque Satan inter eos, & staret in con-

a ¶ Vt videretur à Deo, non ipse Deum: quia immundus corde.

spectũ eius, vt diceret dominus ad Satã: Vnde venis? Qui respondens ait: Circuiui terram, & perambulaui eam. Et dixit dominus ad Satan: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra, vir † simplex & rectus ac timens Deum,

c & recedens à malo, & adhuc retinens † innocentiam?

a ¶ Non quod Deus instigetur, sed secundum nos qui si commoti fuerimus, ipsa Dei percussio cõmotio dicitur.

b ¶ Non frustra, quia creuit in eo virtus patientię & gloriæ, & nobis patuit quod in eo latebat mirabile, sed frustra, quia in eo non punitur peccatum: vel frustra, i. non est effectum, vt speraſti.

d Tu autem commouisti me aduersus eum, vt affligerem

✠ CHRYSOSTO. Quod diabolus inuidiosè tegit, Deus interrogando retegit. siquid autem deinceps audacius Iob loquutus fuerit, simplicitati erit adscribendum: cum postea Iob dicat: Vidit Deus simplicitatem meã: non enim ex factis, sed ex consilijs iudicare soliti sumus. sic puer simplex parẽtes verberãs optabilior est, quin matres filios prouocant innocentia delectatæ. F

✠ POLYCHR. Hebræus habet codex: permanet in perfectione sua. DIDYM. Deus non orditur laudem Iob, vt antea, quod sit irreprehensibilis, sed ex ipso facto nomen mutuatus est, simplex siue sine malitia vocabuli causa ex re ipsa petita.

c *Innocentiam.* Innocentiam retinet qui etiam post lapsum scintilla rationis excitatus fideliter pœnitet. Moraliter.

d *Tu autem cõmouisti me aduersus eum.* ✠ NICETAS. Id planius Aquila: commouisti me in eum, vt obruerem eum gratis.

✠ CHRYS. Tibi diabolo frustra, nullam enim mercedem

☞ illius

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. II.

Diuisio. 1 Factũ est autem. *Descripta flagellatione Iob in exterioribus bonis, hic consequenter ponitur flagellatio in afflictione sui corporis. Et primo ponitur ista flagellatio. secundo flagellati prouocatio, ibi*: Dixit autẽ, *tertio prouocati visitatio, ibi*: Igitur audientes. *Prima in duas: quia primo ponitur flagellationis impetratio, & secundo eius de executio, ibi*: Egressus igitur.

Circa primum sciendum, quòd sicut bona exteriora sunt propter corpus hominis, ita corpus propter animam: & ideo sicut corpus est magis diligendum quàm bona exteriora, ita plus anima quã corpus; propter quod si aliquis ordinet bona animæ principaliter ad bonum corporis, est amor & ordo peruersus: vtpote si quis seruiret Deo in operibus bonis ad hoc principaliter, quòd tueretur vita vel sanitas sui corporis. per præcedentia vero satis erat declaratum quòd Iob non seruiebat Deo intuitu bonorum temporalium, quia valde patienter sustinuerat subtractionem eorum: & ideo Satan vlterius allegauit, quod Iob seruiebat domino in bonis operibus propter conseruationem sui corporis principaliter, quasi conscius, ne propter peccata sua occulta esset à Deo in corpore flagellandus. & ideo dæmon petiuit à Deo hãc flagellationem, vt eum impelleret ad impatientiam & blasphemiam, subtracta corporis sanitate: & hoc est quod dicitur.

Factum

1 Factum est autem. *Et patet sententia ex dictis, in præcedenti capitulo vsque ibi.*

2 Et adhuc retinens innocentiam: *scilicet post prædictam flagellationem: in hoc autem non fuit à Deo supra commendatus ipse Iob, quia adhuc non fuerat flagellatus.*

3 Tu autem commouisti me aduersus eum. *Non est per hoc intelligendum, quod Deus ab aliquo alio moueatur ad aliquid volendum de nouo, quia voluntas eius est immutabilis & æterna: sed sicut voluntate æterna producit aliqua in tempore, ita ab æterno voluit modum producendi; & sic sicut ipse ab æterno disposuit flagellare Iob ad eius meritum, & vt per hoc daretur aliis patientiæ exemplum, sic etiam ab æterno disposuit hoc fieri per ipsius satan executionem, & post eius petitionem, & quantum ad hoc dicit*: Tu autem commouisti me: *absque hoc quod sit aliqua mutatio in diuina voluntate.* Philosophus.

4 Vt affligerem illum fru. ij. *Physi. dicitur quod frustrà fit aliquid, quando non sequitur finis intentus: sicut potio medicinę, quando non sequitur sanitas, & hoc modo Iob fuit afflictus frustra, quantum ad intentionem dæmonis, qui per flagellationem intendebat eum impellere ad impatientiã: & hoc modo loquitur hic scriptura; non tamen fuit frustra, quantum ad intentionem diuinam, quæ erat declaratio patientiæ sancti Iob, quę secuta est per hanc afflictionem.*

1 Cui

MORALITER.

1 *Factum est autem &c.* Exponatur sunt capitulo præcedenti vsque ibi:

3 *Tu commouisti me vt affligerem eum frustra.* i. sine culpa sua non tamen hoc fuit frustra ex intentione diuina. nã hoc permisit ad patientiæ Iob exercitium, & eius præmium augmentandum.

3 *Tu* † 2 *Pollem*

illius amissionis tuliſti. OLYM. Nonnullis ſine cauſa perdere, eſt Iobo non ob aliquod facinus bona perijſſe, aut etiam quia non ea ad beneficentiam contulerat.

✠ PHILIP. Inſtigante diabolo, contra Iob Dominus non fuit commotus, ſed Iob fortiſſimus eſt probatus.

Gre. 3. li. c. 11. GREG. Quomodo pater in Chriſtũ, cũ quo idẽ eſt, motus eſt per Sathã? quia Chriſt' homo non pateretur, niſi Adã peccaſſet, cũ Sathan Adam mouit, in Chriſtũ Deũ cõmouit.

† facie tua. † pro medicat poſitum eſt. Ibidem. Fruſtra, quia pœnã tulit ſine ſua culpa; ſed nõ fruſtra, quia ſoluit quod alter rapuit.

a *Pellẽ pro pel.* Diabolus per miracula filiũ Dei, ſed propter humilia purũ hominẽ putauit. Hũc ergo iudicãs ex alijs, qui in loco

B paſtorũ aliena dãna cõtemnunt, quaſi nõ motũ multis ſubtractis, quaſi quæ extra ſe ſũt: Dolore proprię carnis tẽtat, quaſi pro ſe doleat, qui nõ pro alijs. Hoc cũ fieri petit, dicit deſiderijs; hæc & per mẽbra verbis & deſiderijs intulit, per quæ dixit, *Mittamus lignũ in panẽ eius*. i. configendo corpori eius ſtipitem crucis adhibeamus.

2. † Libr. ✠ ORIG. Omnis pœna, quæ foras fuerit à corpore, leuior eſſe videtur quàm dolores, qui ſunt in corpore: ideò corium pro corio, dolor leuior pro vehementiore; vt dum quis cæditur, manum pro toto corpore porrigit, & corio manus alterum corporis corium protegit. Commonefacit autem nequiſſimus ſua cauſa, (qui peccato denudaſſet Adamum, quem Deus pelliceis tunicis induit) patrem primum pellem accepiſſe, quam à Iob filio repetat: & neſciens verum dicit Sathan, hominem daturum omnia pro anima, quod Iob & martyres fecerunt, qui omnia dederunt, vt animam ſuam eruerent. OLYM. Symmachus legit: *Cutem pro cute, & omnia quæ habet, profundet pro anima ſua*: fit enim vt parte abiectiore corporis ictum ferat, vt præſtantioris ſaluti conſulat; Aliter quoque licet eadem verba interpretari. Nam cum ſtuderet ſceleſtus iuſti gloriam imminuere, pellem inquit, pro pelle dedit .i. cum leuiter læſus ſit, leuem quoque eſt laudem conſequutus,

C nec quicquam præcipui habet ad gloriam cuncta à quopiam contemni, ne lædatur ipſe; Pro anima ſua dixit .i. pro ſeipſo.

3. Lib. c. 21. GREGORIVS. Pellis pro pelle datur, quia ſæpe dum ictus contra oculum venit, manum opponimus, vt potius in ipſa quam in teneriori vulneremur: hoc conſuetè fieri ſciens, dicit, *Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo*. quaſi, ideo Iob extra ſe tot flagella æquanimiter ſuſtinet, quia ne ipſe feriatur, pauet: & cura ſui minus de ſuis ſentit; vnde ipſum ferire expetit: *Mitte manum tuam*, quod Deus rectè permittit, vt ſæpe victus obmutescat.

Moraliter. b *Alioquin mit. manum tuam*. Sæpe diabolus poſtquam mentem impugnauit, ad tempus ceſſat, vt ſecuram repente irrumpat: ideo iterum Iob expetit, quod Deus ei reticendo concedit.

c *Et tange os eius*. Per os & carnem intelligit vitam corporalem, per animam intelligit rationem, vt ſuperius.

Gre 3. lib. c. 3. d *Ecce in ma. tua eſt*. Poteſtatẽ per ſuos in carnẽ Chriſti Sathan habuit, ſed animam ſeruat, nõ quòd non tentet, ſed quod nõ ſuperet;

Idem c. 11. Allegoricè Vel animam .i. charos, & ei electos à iure ſuo amittit, cum illũ occidit à plãta pedis vſque ad verticẽ: quia ab exordio mundi membris eius dura intulit, & vſque ad caput ipſorum .i. Chriſtum ſæ- D uiendo peruenit. *Ecce in ma. tua*. Sinit nos tentari, vt videamur Myſticè. nobis infirmi, & tamen cuſtodit.

✠ ORIGENES. Patientia in dolore carnis oſtendatur, & ſuffe-

a ¶ Rem minus charam. a ¶ Id eſt magis chara.

a illum fruſtra. Cui reſpondens Sathan, ait: Pellem pro pelle, 1
a ¶ Id eſt per ſingula omnia. b ¶ Exponit ſine dolore vt tantum vitam ſeruet incolumem. 2
c ¶ Hoc ſuſpicabatur diabolus de Iob quod ſæpe videbat in alijs. d ¶ Id eſt ſi non credis eum ideo patienter ferre de exterioribus quia timet de vita quam plus diligit, mitte me in vitam & videbis.
b & cũncta quæ habet homõ, dabit pro anima ſuã. Alioquin 3
c mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc vide- 4 5
bis quòd in † faciem † benedicat tibi. Dixit ergo Dominus ad 6
d Sathan: Ecce in manu tua eſt, veruntamen animam illius ſer- 7
a ¶ Ecce quantitas, his duobus penſanda ſunt flagella, leuantur autem ſi multa ſunt & non grauia, vel ſi grauia & non multa. 8 †
e ua. Egreſſus igitur Sathan à facie Domini, percuſſit Iob 9 10

rentia in oſſium pœna, inquit Sathan. Quod Deus permittit, vt iuſtus appareat: ſed pretioſam margaritã animam prohibet, ne tangat, quam non maculauit iniquitas, non violauit peſſima cogitatio, non peruertit blaſphemia, nõ creatoris reprehenſio: quę ad imaginẽ Dei creata eſt, incorruptibili ſapientia imbuta, ſermone & ſcientia coronata, Dei cognitione induta, corruptibili dominatione huius mundi honorificata: quæ paulò minorem gloriam ab Angelis ſuper terram eſt adepta. Quam in Abel, Noë, E Abraham, Ioſeph, & martyribus non tetigiſti, nam ſanctitas & conſtantia in hominum eſt arbitrio. Cum enim voluntas homi- Liberum arbitrium. num conſenſerit voluntati Dei, tunc omnia quæ bona ſunt facilè perficiunt homines; & ne animam tetigeris. i. ante tempus de corpore exire ne compellas. OLYM. In faciem benedicere, eſt apertè conſcindere maledictis. NICETAS. Animam eius ne tetigeris ex Theodotione. CHRYS. Ne carperet diabolus Deum, quod cum clementia vulnus impoſuiſſet. DIDYM. illius poteſtati rem omnem permiſit, tantum animam illius ſeruaret, ne mentis ſoporem inſaniamqúe afferret: cùm ſanitate mentis in perpeſſione virtus ſit oſtendenda. OLYM. principem animi partem ne attinge, quia omnia duplicia erant reddenda: imaginem Dei ne attenta.

e *Egreſſus igitur Sa.* GREG. Accepta licentia, à planta. i. à minimis Myſticè. vſque ad maiora perueniens, omne corpus mentis illatis tentationibus lacerat: ſed ad animam non peruenit: quia inter delectationes quas ſuſcipit, intentio reſiſtit, & deliberatio recti vſque ad mollitiem conſenſus non inflectitur: ſed & illæ delectationes aſ- Greg. 16. 17 peritate pœnitentiæ tergendæ ſunt, quod eſt teſta ſaniem radere. F Teſta enim rigor eſt diſtrictionis: Sanies fluxus illicitæ cogitationis. Vel teſta mortalis fragilitatis quã tenet manu, qui eã ſemper habet præ oculis: & ea conſiderata, quæ citò diſſoluẽda eſt, ſaniem radit. Sanies ex vulnere, praua cogitatio ex tentatione; quæ licet non ducatur ad effectum, non tamen eſt paruipendenda. vnde: *Si* Math. 5. d. *quis viderit mulierem ad concupiſcendum &c.* Culpa ergo reſecanda eſt, non ſolum ab opere, ſed & à cogitatione. Vnde Ieroboal trituranti in area angelus apparet, qui ſurgens ſacrificat hœdum ſuper lapidem: Poſt hoſtiam ius carnium, cogitationes ex carnalitate venientes, quas etiam mactat, cum carnalitate Ieroboal ſuper-effudit. Sed quia de victoria bellum oritur, vt cum cogitatio vincitur, animus elatione pulſatur: Iob radens ſaniem humilitati ſubſtratus, ſedet in ſterquilinio .i. humilia de ſe ſentit: & ád ea quæ malè geſſit, pœnitendo reſpicit, ne qua elatio ſurgat.

✠ ORIG. Exiuit Sathan nequiſſimis cogitationibus; aut: exiuit .i. quieuit, atque ceſſauit cogitare, poſtquã quod quæſiuit, accepit, non recordatus quod ſit Deus, quaſi eo deinceps non indigeret. OLYM. nullũ enim ſtudiũ improbũ, habet cùm Deo cõmercium.

☞ ORIG.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cui reſpondens ſa. *volens impetrare corporis Iob flagellationem.*

2 Pellem pro pelle .*i. vitam corporalem alterius pro vita ſua corporali tuenda contemnet, & multo fortius bona poſſeſſa. q. d. æquanimiter portauit Iob mortem prolis ſuæ, & amiſſionem bonorum, quia adhuc remanet ſibi vita, & ſanitas corporalis propter quæ ſeruit tibi.*

3 Alioquin. *dando mihi ſuper eum maiorem poteſtatem.*

4 Et tan. *i. permitte à me tangi affligendo non tantum exteriùs, ſed etiam interius, quod per tactum oſſis ſignificatur.*

5 Et tunc vide. *i. videre facies alios, ſicut Gene. xxij.* Nunc cognoui. *i. cognoſcere feci de Abraham.*

6 Quod in fa. *i. manifeſte maledicat blaſphemando, ſubtracta ſanitate corporis, pro qua ſeruit tibi in operibus bonis de genere, ſed non ex intentione.*

7 Dixit er. *concedendo ei poteſtatem, tamen temperat eam dicens:*

8 *Veruntamẽ ani. i. vitã corporalẽ. Ra. Sa. exponit animã .i. rationis vsũ, per quẽ homo differt à brutis animalibus, ita quòd afflictionẽ ſit tãta quod auferat rationis vsũ, quia tũc virtus patiẽtiæ nõ haberet in eo locũ.*

9 Egreſ. *Hic cõſequẽtur ponitur impetrata pietatis executio, cũ dicitur.*

10 Percuſ. Iob. *ſ. enormi & doloroſo.*

1 A planta

MORALITER.

† 2 *Pellem. q.* d. iſta probatio Iob eſt modica. Sic autem tyranni, qui ſunt membra diaboli, pœnam innocentum ſemper dicunt eſſe modicam, & quærunt inferre maiorem.

† *Ecce in.* Permittit enim Deus aliquando bonum prælatum, vel doctorem affligi grauiter, non ſolùm in ſubditis & temporalibus bonis, ſed etiam in proprijs perſonis quantùm ad corpus, non tamen quantum ad animam, ideo ſubditur:

8 *Veruntamen animam.* Nam à virtute non deijcitur, ſed magis per patientiam ſtabilitur.

9 *Egreſſus & cete.* Exponitur vt ſuprà.

10 *Percuſſit Iob vlcere.* ſ. ex parte inferentis, qui hoc fecit peſſima voluntate: ſed tamen optimè ex parte ſuſtinentis, qui ſuſtinuit patientiſſimè, ſicut & paſſio Chriſti peſsima fuit ex parte Iudæ &

☞ ✻ ORIG. Tantùm sæuissima plaga fuit, quantam habuit iniquitatem diabolus. Vna erat quia à coma capitis vsq; ad vngues pedum erat vulnus incurabile superfluam reddens medicorum peritiam: in quo nullum dereliquit dæmõ supplicium quod huic plagæ non commiscuerit: nam manibus cibum ad os porrigere non poterat & si potuisset, ore vermibus plenus & putredine, accipere non valuisset: solus adamantinus Iob Martyr ante Euangelium.

✻ CHRYS. lue atq; elephantiasi infecit.

✻ POLYCHR. deprauatio corporis ciuitate iectum, foris collocarat, lepra enim correpti à cæterorum conuictu extruduntur.

✻ ORIC. Testa saniem radebat aspera, vt diaboli malitiam irrideret, qui antea omnibus perditis vestem scidit: vt potentia exemplum nobis præberet, vt martyrũ formam demõstraret, qui testis sunt larcerati: vt illius typus esset, qui sine peccato testa corporis ex virgine se induens totius mundi saniem mundauit.

✻ POLYCH. manu nõ abstergebat, ne nauseam grauiorẽ cieret.

✻ APOLLIN. Hæbreus pro, *radebat.*, habet scalpebat.

a *Qui testa saniem.* GREG. Testa ex luto fit, & sanies corporis lutum est. Luto ergo tergebat lutũ, fragmento vasis fictilis, vas fictile confractũ, considerãs quid sit incuria tumentis. Quia verò per ea, quæ circa corpus sũt, inflatus animus, fragilitatis humanæ oblitus, vt sit in honoribus: Iob ex malis circũstantibus despectionem auget suã, & nõ in terra mũda, sed in sterquilinio sedet, perpendẽs quæ sit substãtia carnis, & ex fœtore loci in fœtorẽ citò rediturã carnẽ sentit. Quã mollitiẽ sanæ carni adhibuit, qui vulneri non vestem vel digitos, sed testam admouit. Ideo autem hic à Deo premitur iustus, vt glorioſus remuneretur, & ostenditur quid expectet iniquus: cum sic premitur qui à iudice laudatur.

b *Qui testa saniem.* Testa in manu: Christi caro ex luto nostrę substãtiæ, qui igne passionis decocta robustior surrexit, qua saniẽ, i. peccata deleuit. Per carnẽ & sanguinẽ peccata carnis notãtur. Sanies putredo sanguinis, significat peccata vetustate peiora. Sedens in sterquilinio, quia infirma mundi elegit, superbis Iudęis spretis, in gentibus quiescit; id est, pœnitentibus, qui sua mala flẽdo, quasi ante se stercora coacerũt, se abijciẽdo. Sed qui tot hominibus fecit multa in mẽbris sustinet à carnalibus: qui quasi vxor in sinu ecclesiæ sunt per fidem, & ideo malis moribus & verbis peius premunt, & quasi ad cubile fidei recepti ineuitabiles sũt. Hi sunt turba premens Iesum, sed sola humilis tangit: hi suadent mala, vel metu vt Petrus adhuc carnalis, absit à te domine, vel elatione, vt Abisai filius Saruiæ à Dauid petens mortem Semei. Sed deteriores qui elatione, vt vxor Iob quæ superba suadet viro.

✻ ORIGE. Memor vnigeniti filij Dei, qui extra portam est passus, extra ciuitatẽ sedebat: ne molestia ciuibus exhiberet, vt solus dominum, à quo supplicia immissa suspicabatur, exoraret, ob ea fortasse quæ per insciti am peccarat, inquit Apoll.

✻ ORIG. Sedet in sterquilinio, quia omnis homo putredo, spectaculum factus angelis & hominibus.

✻ POLYCH. degebat sub dio, ne humanas voces auditet, vt incorruptũ cælo hauriret spiritum: vt maiore perpessione doloris placarum Deum redderet. Τανύῃω penultima acuta legitur vt doloris acerbitas declaretur.

✻ APOLL. Sterquilinium erat in conspectu vrbis cui dominabatur antea.

✻ CHRYS. In sterquilinio, vt quæ à corpore decidebant arenę aceruo tegerentur; sub dio, quia nulla domus illi relicta, ne odoris grauitate necaretur.

¶ Eius.

a ¶ Auget despectionem vt se humiliorem prębeat.

† vlcere pessimo, à planta pedis vsque ad verticem eius. Qui têsta saniem radebat, sedens in † sterquilinio. Dixit autem illi vxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua?

✻ BASIL. ex eo vermium fontes redundabant.

✻ CHRYST. Illud sterquilinium quauis regali sella est splẽdidius: ideo multi longinquas ac maritimas suscipiunt peregrinationes, ab vltimis terris in Arabiam properant, vt sterquilinium illud visant, terramque illam exosculentur, quæ coronati illius athlerę coronam & caueam excepit, cuius memoria pattem filijs orbatum consolabitur quod nullæ faciant gemmæ.

c *Dixit autẽ illi vxor su.* GREG. Primã diaboli tẽtationem ostẽdit in possessionibus, & filijs Iob factã esse. Secundã ostẽdit in afflictione corporis, & persuasione vxoris, & conperẽti o rdine. Si enim prius affligerẽtur in corpore, parui pẽdisset postea rerũ ablationẽ. Reseruat diabolus vxorẽ, vt saltem per eam vincat, qui per vxorẽ vicit primũ hominẽ: sed sicut in prima tẽtatione Iob victor extitit, sic & in hac victor remansit. Eodẽ modo in Christo, prius tẽtatur, in apostolis, in propria persona affligitur, & in membris, & accipitur Christus integer. *Dixit autẽ illi vxor sua, & cæte.* Diabolus duobus modis impugnat, tribulatione vt frangat; persuasione vt molliat, victus ergo de tribulatione, recurrit ad artem qua Adam vicit, & ad altũ per scalã, i. per mulierẽ, quæ viro vicina, subrepere nititur: sed & hanc non audit vt præpositam, sed docet vt subditam, & sic arma tollit hosti, & sunt ei arma virtutis dum erudit.

IDEM. Etsi in prosperis, magis tamẽ & inter mala corporis carnalis suggestio mẽrem tãgit: hæc vxor, quæ post vulnera malè suadet Iob. Hinc Ieremias: *Foris interfecit gladius*, id est vindicta exterior ferit; & *domi mors simul est*, quia nec tunc conscientia à tentationibus munda est: sed & si hæc suggestio bonum fatigat, & aliquando ad delectationem rapit, mox erubescit, & se arguit dicens: *Quasi vna de mulieribus stultis locuta es*, & de consideratione munerũ se munit. *Si bona suscepimus &c.* Cum autẽ quis vidẽs tot vitia se vallantia, magis se virtutibus munit, quædam vitia sub specie virtutũ occurrunt, ita amici, quasi per consolationem conueniunt; sed in contumelias erumpunt; & immoderata ira iustitia, & dissoluta remissio misericordia vult videri: & timor, humilitas, & effrenata superbia, libertas. Huiusmodi blanda superficie incipiunt, sed in asperitatem dilabuntur.

d *Adhuc tu perma. in sim.* Simplicitatem arguit, quod terrena despicit & æterna cupit. quasi dicat: Quid simpliciter æterna petis & super his malè gemis, excidens (æterna despice) & mala præsentia, vel moriens euade. Sed hæc passi sunt illi forma rectitudinis. Vnde ait: *Quasi vna de stultis &c.* ferientes extrà sustinent, peruersos intus docet: ibi sortes hic misericordes: ibi aduersos repellũt, hîc suos protegunt; & grande est in acie hoc vtrumq; facere.

Adhuc tu permanes. Heua verba sua repetit, quasi dicens: desere simplicitatem, id est obedientiam, vetitum comedendo, contemne.

✻ ORIGEN. legit, plurimo autem interposito tempore, quod vult esse duorum, aut trium mensium: dici autem plurimum, ob acerbitatem doloris; perseuerante Iobo in actione gratiarũ, conferens

D

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 A plãta pe. *quia non solũ percussit eum enormiter, sed etiã generaliter.*

2 Qui te. *Solent autem vlcera leniri per vnguenta & huiusmodi, sed hic econuerso fuit appositio duri.*

3 Sedens in ster. *Solet enim dolor mitigari per amœnitatem & suauitatem loci: sed hîc fuit contrarium, videlicet sterquilinium. Huius autem potuit esse duplex causa. Vna quia Iob erat ita depauperatus, quod non poterat habere talia fomenta; quia data fuerat potestas ipsi Sathan in omnibus bonis Iob: & ideo non est verisimile quod ei reliquerit aliquid quod esset ei ad consolationem. Alia causa, quia Iob vltra afflictionem sibi datam, etiam addebat testa radendo saniem, & sedendo in loco fœtido, vt sic citius*

sic citius imploraret Dei misericordiam.

4 Dixit au. *Hîc consequenter describitur afflicti prouocatio: miserat enim Sathan ipsi Iob vxorem suam, vt per eam deiceret eum in impatientiam, & blasphemiam, sicut eiecit de paradiso primum hominem per suam vxorem, & hoc est quod dicitur, Dixit autem illi vxor sua, ad hoc à diabolo instigata.*

5 Adhuc tu perma. *id est stoliditate tua: ita quod hîc accipitur simplicitas, prout opponitur intellectus perspicacitati: reputabat enim eum stolidum, eo quod videbat eum in maxima aduersitate positum, & adhuc benedicentem dominum, cùm econuerso videret multos malos homines & blasphemos in magna prosperitate temporali positos. Ideo subditur:*

☞ 1 Benedic

MORALITER.

† populi Iudaici, optima tamen ex parte Christi.

2 *Qui te.* Per quod significatur. quòd modus perfectè patientis est, pœnam infictam iniuste non retinere, sed aliquando addere, sicut, in collationibus patrũ legitur de beato Paphnutio quod cũ pro crimine impositio sibi falsò grauis pœna fuisset imposita, ad eius addidit grauitatem.

4 *Dixit autem illi vxor sua.* Per quam intelligitur sensualitas, quę secundum Augustinum, per mulierem significatur: & malum suggerit rationi, sed debet per rationem ei responderi.

† 3 *Quasi*

☞ ferens se ad seductionem dæmon, vt per Euam ad Adam, sic per
A os vxoris Iob loquutus est. Vnde scriptura: *Ab vxore te obserua*.
Mich. 7. Quam Deus præcepit reseruari, ne secundam Iob accipere opus haberet. Diabolus autem, vt hāc ministram suæ iniquitatis nouissimam conseruaret, de longe enim oculi eius cōsiderant.

Benedic Deo, accusa illius prouidentiam, irrita illū, & cōtinuo morieris.

a ¶ Morte finies hanc afflictionem, vel morere, id est viues, per contrarium. b ¶ Nunc aliud persuadet aliquis infidelis.

a Benedic Deo, & mōrere. Qui ait ad illā: Quasi vna de stultis mu-
– a ¶ Id est dona Dei temporalia, vel æterna. b ¶ Id est flagella præsentia.
b lierib⁹ locuta es. Si bōna suscepimus de manu dni, mala quare
a ¶ Quia per supradicta vinci non potuit, igitur alijs agressus est, amicis scilicet, vt post eis credatur.
¶ Vel suscipiamus.
d nō sustineamus? In oībus his nō peccauit Iob labiis suis. Igitur
e

✻ Chrys. Tertiū certamen contra Iob. ab vxore desperata in virū diuturno dolore vexatum.

a *Benedic domino & more*. Id est, transcendendo præceptū, vltrà quàm es cōditus viue.

Vide ordinem: post vulnera verba hostis intulit, quia cum vis doloris ingraueſcit, facilius parua persuasio aliquem capit: propter quod qui cætera abstulit, vxorem reseruauit.

✻ Origen. & Græca Cathena habent hæc verba vxoris Iob: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? vsquequo tu nunc sustines, & dices: Ecce expecto paucum tempus, adhuc sperans spem
B salutis? Ecce exterminata est, & periit memoria tua de terra. Filij tui & filiæ tuæ, ventris mei gemitus & dolores, quos in vacuum portaui cum labore; tu autem ipse ecce sedes in putredine vermium, pernoctans & vigilans sub diuo; & ego vaga & habitu ancillæ ambulans de loco in locum, & de domo in domū operis causa, expecto, quando sol occidat, vt requiescam à gemitibus meis & laboribus, qui me nunc temporibus his cōprehenderunt: sed dic aliquod verbum, benedic in domino, & morere.

Epistola ad Iul. Aphricanum. ✻ Origen. Plura sunt in nostris quam in Hebræis: quando Iobo dixit vxor eius ab illo loco: Quousque permanebis dicens: ecce, maneo adhuc modicum tempus &c. vsque ad illud, Donec quiescam, &c. solum enim scripta sunt verba mulieris, nempe: sed dic verbum ad Dominum, & morere.

Greg. c. 7. b *Quasi vna de stul.* Greg. Quia sensus, non sexus in vitio est: non ait vna de mulieribus, sed *de stultis mulieribus:* quod prauum sapit, accidentis stultitiæ est, non conditione naturæ.

2. Libr. Basil. & Chrysost. Athana. ✻ Origenes. Iob cum indignatione per vxorem diabolum redarguit, qui illum per eam seducere voluit, ostendens se illius typū esse, qui cōculcauit caput serpentis, dicens: tu grauius & deterius loquuta es, quàm Eua prima in insipientia, quæ me coronis vis priuare, & post hos dolores ad inferos detrudere; quod si
C mors optanda non est, sed nec sibi inferenda; & in persona vxoris dixit diabolo: tu loquutus es vt vnus ex spiritibus fatuis; quasi vna de stultis mulieribus, illa vna est Eua.

✻ Chrysost. Quæ virum circumuenit prima nube peccati cooperta.

c *Si bona suscepimus, &c.* Greg. Magna consolatio est in malis bonorum reminisci, ne sit omnimoda desperatio, sicut in lætis temperat ab elatione præuisio mali. Vnde dicitur: In die bonorum ne sis immemor malorum, & in die malorum ne sis immemor bonorum. *Si bona.* i. si ad æterna bona tendimus, cur non mala præsentia sustinemus?

Nota. Idem. c. 7. Eccl 11. c. 2. Lib.

✻ Origen. Humano more loquitur dicens, bona & mala, Nam à Deo bono non nisi bona procedunt; sed quemadmodum ab infantibus disciplina in malum æstimatur: sic ab impiis, quæ pro pœnitentiæ commemoratione ingeruntur, mala existimantur.

✻ Chryst. Prosperè semper agere, id vnius Dei est, qui autem dæmonis irruptionem placatè tulit, adhortationem ad scelus ferre non potuit.

Idem. c. 8. d *In omnibus his.* Gre. Duobus modis labiis peccamus, cū nō iusta dicimus, vel cum iusta tacemus. Sed Iob nec contra ferientē superba dixit, nec contra suadentem recta reticuit. Patientiam habuit Deo gratias agens, insipientiā coniugis arguendo docens: & sic victus ardētius hostis instigatur; & quia vxor tacuit alios excitauit ad contumelias. *In omnibus.* Qua sancti in omnibus, quæ extrà & intus patiuntur, nec iniurijs Dei excedunt, nec in contumelijs prauorum.

✻ Chrys. Non ad asperiores syllabas animū attēdamus: neque prima specie decepti, aduersus virtutem iusti linguam incitemus. Diuino potius iudicio cedamus, quo illi, superatis omnibus, victoriæ præmia deferūtur, præsertim cū Deū ipsum testantē audiamus, illius labra culpa vacasse. Nam, vt diuinam Pauli vocem vsurpē: si Deus est, qui iustificat, quis est qui condemnet?

e *Igitur.* Greg. Amici hæreticos significant, qui contra corpus Christi, id est ecclesiam afflictam, lapsus membrorum dolentem, alios sub nomine Christi tolerantem, conueniunt ad contentionem, quod est augmentum doloris. De loco suo, qui est superbia: quia nisi in corde tumerent, praua asserere non certarent. E cōtra locus bonorum est humilitas, de loco ergo veniūt, quia ex superbia mouentur contra ecclesiam, quorum peruersa actio ex nominibus eorum colligitur: Eliphaz, Baldath, Sophar, vt supradictum est; & loca vnde sunt congruunt: Theman australis, Sue, loquens, Naama, decor. Ab austro venit qui ardentius appetit sapere quā oportet: Quem calorem sapientiæ non vt bene viuant, sed vt elatè loquantur, desiderant. Vnde decorem, id est, speciem bonorum ex eruditione sumunt: hypocritæ nolentes esse, sed videri docti. Idem c. 13. Allegoricè E

✻ Orig. Alterius diabolus potestatem accepisse, nisi solius Iob nō videtur: nec enim lateret, si quē Deus, vt Iob exercuisset. Cuius dolores cū amici accepissent à trāseuntibus, fama publica. (Nihil enim est magis prædicabile, quā magni hominis ruina) non à dæmonibus, (quod quidā minus verè dixerunt,) sed potius ab angelis, imitati amicos Iacob, qui eū consolari voluerunt super morte Ioseph audita; per nuntios, siue per scripturā ad inuicē loquentes, Dei prouidentia & dispositione, vno tempore, vno die, vna hora, vnius veri Dei cultores (nō enim alios habuit amicos Iob) ex diuersis lōgeq; à se distātibus locis venerūt ad Iob cōsolādū: distractis animis, iusténe pateretur Iob, quos ex amicis inimicos, & vt antea, vxorē religiosam atq; in omnibus iustitijs marito cōsentiētē, inuenta occasione ad blasphemiā, nequissimus dæmō cōuertit, & nouē respōsiones blasphemiæ dicere cōpulit, vnumquēq; eorum tres, putantes Deum æmulari, & defendere iustum ab iniusto pœnas repetentem, non aduertentes iusto diabolum inuidisse. 3. Lib. Senerianus F

✻ Olym. Fortè multò post nuncium acceperunt, nec primo credidērunt, & tēpore egerunt ad disponendum regnis & itineri quod diuino factum consilio, vt morbi calamitas latius permanaret, & in eorum disceptatione certamen omne cōquiesceret, Deo iustum in integrum restituente. Carhe. Græc.

✻ Chrys. Amicus fuit aduentus, non itē amica adhortatio: tum quia casuū atrocitatē in alienis bonis acrius solemus contēplari.

✻ Olym. Symmachus verò sic. Condixerant enim vt simul venientes compaterentur ei, & consolarentur, & visitarent eum.

✻ Chrys. Visitare pro colloqui dictum: multum enim temporis videntur apud eum fuisse.

✻ Orig. Genus fuerūt Esau, à quo idumæi, vt à Iacob Israëlitæ: his vnus rex fuit, illis more gentium per singulas ciuitates & regiones singuli reges fuerunt: quibus Dei culturam Esau tradidit. 3. Lib.

☞ quædam

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Benedic Deo. *id est maledic, vt melius tibi sit temporaliter.*

2 Et morere. *q. d. ad nihilum vltrà valet vita tua, & sic quantùm erat in se, inducebat eum ad blasphemiam & desperationem.*

3 Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. *Vir sanctus, quamuis afflictiones proprias patienter sustinuerit, tamen iniuriam Dei absque reprehensione sustinere non potuit: quia iniuriæ propriæ sunt tolerandæ, diuinæ autem vindicandæ.*

4 Si bona suscepimus de manu domini. *hic accipitur si, pro quia, quia multa bona Deo receperat, vt dictum est. j. cap.*

5 Mala quare non sustineamus. *q. d. nulla est ratio, quin debeamus patienter sustinere. Ideo eius perfecta patientia cōcluditur cùm dicitur.*

6 In omnibus his non peccauit Iob labijs suis. *& exponatur sicut suprà.*

7 Igitur audientur tres amici Iob omne malum quod accidisset ei. *Hic consequenter describitur ipsius flagellati visitatio, cùm dicitur:* Igi-

MORALITER.

† 3 *Quasi vna de stultis mulieri. locuta es*, eius suggestionem malam de impatientia repellendo. & subditur ratio:

4 *Si bona suscepimus de manu do.* i. gaudenter.

5 *Mala quare non sustinea.* Scilicet patienter, quasi dicat, sic debet esse. Ideo sequitur:

6 *In omnibus his non peccaui Iob. &c. Igitur audien.* erant enim veri amici, vt dictum fuit in expositione literali: propter quod per ipsos intelliguntur illi, qui amicis afflictis verè compatiuntur.

☞ quædam autem Idumæorum regiones cognominatæ sunt Arabia, A Arabitis eiusdem generis existentibus: nunquam enim ex aliena gente vxorem Iob accepisset, nunc sane perijt Idumæorũ lingua, & gens, Arabique omnes nominantur, & Syriacè loquuntur.

Carthena Græca. ✠ Olym. Thæman vrbs est Iudææ circa Sina. Saucha vrbs est Moabitarũ, quibus Baldadus imperabat. Minæi autem sunt Ammonitæ, & habitantes montem Seir. Eliphas verò est, Deus me dissipauit, vel Deus contemptio, irrisione mea. Baldad vetustas, vel gloriosus. Sophar scopus. Thæman defectio eorum, Sauchæi loquacitas, vel leuitas. In lib. Geneſis legimus Sophar filium Eliphazi fuisse, quem Esau ex Adda suscepit. Eliphas Thæmani filius, quem Esau genuit, à quo oppidum & regio Theman.

a audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset
a ¶ Contemptus Dei. b ¶ Australis
b ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themani-
a ¶ Sola vetustas. b ¶ Sue loquens. c ¶ Dissipatio speculæ, vel speculatorem dissipans.
d ¶ Decorus. e ¶ Hi, & intra se, & erga percussum quantæ fuerint charitatis ostenditur: sed bona eorum intentio suborta indiscretione fulcatur.
c tes; & Baldath Suites; & Sophar Naamathites. Condixe-
rant enim, vt pariter venientes, † visitarent eum, & conso-
a ¶ Vitia oculos leuant dum sub specie virtutum fideles laqueare parant, & quasi eis consulere simulant.
d larentur. Cumque eleuassent procul oculos suos, non co-
a ¶ Quia in hoc statu amplius eum non viderant.
b ¶ Speciem miseriæ Iob in se transferunt, vt melius eis credatur.
e gnouerunt eum: Et exclamantes plorauerunt, scissis-
a ¶ Eece compassio pietatis,
f que vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cæ-
g h lum: Et sederunt cum eo in terra septem diebus &
i k septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum

† condolerent ei

B

D

† contra nos non obstrepũt. Ipsa autem vitia sæpe in vsum virtutũ mutantur; vt ira, si rationi subiicitur, in sancti zeli ministeriũ vertitur; Superbia, si diuino timori 1 inclinatur, libera auctoritate iustitiam defendit; 2 Fortitudo corporis prius praua, si conuertitur, 3 multum proficit in exercendis pijs operibus. 4 5 6 vnde Iob pro amicis immolat, & quos hostes 7 8 protulit per sacrificium 9 ciues recipit: dum enim 10 malas cogitationes subigimus & in virtutes ver- 11 timus: quasi hostes per 12 intentionis hostiam in amicos mutamus. 13

E

Moraliter. a *Audientes.* Non dicit audientes, ideo quod vitia hæc audiãt, sed diabolus qui per ista tentat hæc intelligit.

b *Tres amici.* Numerus iste moralis vel mysticus tres turmas Chaldæorum significat, i. impugnationem quæ fit in opere, lingua, & cogitatione, hæc enim omnia impugnat.

Greg. c. 19. Moraliter. Math. 26. c. c *Condixerant.* Greg. Quia in falsitate concordant, & dũ sua docent, quasi consolantur. Verè autem consolantur in afflictione præsenti, qui de æternis erudiunt. Hæretici amici nominantur, quia non ex sua nequitia, sed ex nostra benignitate nominandi sunt: vt, *Amice, ad quid venisti?*

Condixerant: quia quædam vitia contra nos inter se coniunguntur, vt superbia & ira, remissio & timor: quæ etsi diuersa sint, tamen ad eundem finem tendunt, id est ad subuersionem spiritualis Iob.

Idem c. 14. Allegoricè Moraliter. d *Cumq; eleuassent procul oculos.* Qui in imo sunt oculos leuant, si ecclesiæ facta considerant, & eã in dolore positã, quæ hæc spernit, æterna petit, non cognoscunt: quia quæ vident in ea, in corde suo non relegunt, qui hæc amant æterna contemnunt; vestes hæreticorum sunt, qui eis concorditer inhærent, qui semper in deteriora ruunt, & in multis partibus à se diuidũtur. Ruptis vestibus corpus ostenditur: quia incisis sequacibus, per discordiam malitia aperitur, quæ per concordiam tegebatur. Si autem ex erumna vitiorum & amore zeli in intimis dolemus, quæ lætis surrepunt, tri-

C

Idem c. 19. Moraliter stibus non præualent. vnde subdit: *Cumq; eleuassent procul oculos.* Afflictos nõ cognoscunt vitia, a quibus reprobata resiliunt, quæ lætos nouerant, id est penetrabãt: quò autẽ magis in eis se deprehendi diabolus videt, eò illa sub imagine virtutum amplius abscõdit. Et hoc est: *Et exclamantes plorauerunt*, signatur pietas per ploratũ, discretio per scissionẽ vestium, affectus operum, per puluerẽ capitum, humilitas per sessionẽ, Species pietatis ad crudelitatẽ ducit, si per disciplinã puniri culpã prohibet, vt post æternaliter puniatur. Discretio decipit, vt si pro infirmitate quasi discretè plus alimẽtorum sumimus, & indiscretè bella carnis excitamus. Aliquãdo affectus bonorũ operũ inquietudinem facit laborũ. Hu-

Idem c. 19. militas vtilitatẽ necat, dum homo se plus infirmum & inutilẽ, quã sit existimat, & alijs prodesse desinit. Sed hæc vitia sub specie virtutũ latentia subtiliter cõpunctio examinat: qui enim verè intus dolet, quæ agenda foris, & quæ non agẽda sunt, bene præuidet: & omnis strepitus suggestionũ obmutescit vi cõpũctiõis, vnde: *Nemo loquebatur. Videbant enim dolorem.* Si enim cor verè dolet, vitia

Historia. e *Exclamantes plorauerunt.* Quia speciem percussi plaga mutauerat, speciem consolatorum spontaneus dolor immutat: quia dolentem non potest consolari, qui non concordat dolori, sed hærens trahit. Ideo videntes corpus scissum, vestes scindunt, videntes mutatum, capita fœdant puluere, vt facilius Iob audiat eos, dũ aliquid de sua afflictione in eis videt. Videndum tamen est consolatori, ne nimis dolens afflictum grauet, & dolentem desperare faciat: forsitan amici Iob nimis doluerunt, nescientes mentem percussi, quasi ille à corde cecidisset.

Greg. 3. c. 10. f *Sparserũt puluerẽ.* Puluis terrena intelligẽtia, caput, mẽs, cælum præceptũ supernæ locutionis. Puluerẽ super caput in cælũ mittere, est seculari intellectu mentẽ corrũpere, & de verbis cælestibus terrena sentire; Dies intelligẽtia, nox ignorantia, Septẽ vniuersitas: Sedent ergo, ideſt condescendere se simulant infirmitati ecclesiæ; & in his in quibus verum lumen intelligunt, & in his in quibus habent ignorantiam, & sic dolos deceptionis parant. F

Idem c. 15. g *In terra.* Quia speciẽ humilitatis ostẽdunt, vt superba suadeant. Vel terra est incarnatio Christi, quã quidã hæretici nõ negãt, sed vel de deitate, vel de incarnationis qualitate discordant à nobis: quia ergo illam non negant, quasi cum Iob in terra sedent.

h *Septem diebus.* Ignoratur vtrum cõtinuè, an tot diebus crebra visitatione insisterent.

Idem c. 15. i *Diebus & noctibus.* Quia vel in hoc, quod verè, vel in hoc quod stultè sapiunt, incarnationi non contradicunt.

k *Nemo loquebatur ei verbum.* Quia tunc tacent hostes, si filios Dei prædicando generare negligimus: sed si recta loquimur, tunc graues contumelias ingerunt, in vocem doloris contra nos erumpunt. Loquuntur quidem semina errorum: cum corda fideliũ torpere vident: sed cum vident alta sapere, de ærumna seculi dolere, ad cælum reditum quærere, circũspectè linguam frænant.

Idem. Cap. 10. *Nemo loquebatur.* Sunt enim multi, qui tardè loqui incipiunt, sed modum in cœpto non ponunt indiscretè loquendo: & cum bona intentione venerunt, bonum piæ mentis præceps locutio vitiauit. vnde bonum quisque quod agit, pensare debet libra

☞ discretio-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *tur*: Igitur audientes tres amici Iob. *per publicam famam, quæ citò volat de talibus infortunijs magnorum: licet autem Iob plures haberet amicos, tamen isti tres erant principaliores.*

1 Condixerant enim. *tanquam amici fideles.*

2 Vt pariter &c. visi. eum. *in paupertate & afflictione positum: quando amici ficti solent se elongare.*

3 Consolarẽtur. *Ista fuit prima eorũ intentio, sed procurante Sathan mutatum fuit præmeditamentum. quia conuersi sunt postea ad eum increpandum & contemnendum, vt inferius patebit.*

4 Cumque eleuassent procul oculos. *i. in tali distantia positi, qua aliquis potest cognosci.*

5 Non cogno. e. *præ nimia mutatione & deformatione, & statu sui, & personæ.*

6 Et excla. *præ dolore,*

7 Plora. *ex compassione.*

8 Scissisque ve. *in signum mœstitiæ.*

9 Sparserunt pul. *in signum humilitationis.*

10 In cælum, *ad impetrandum remedium diuinæ miserationis.*

11 Et sede. cum eo in ter. *ostendentes se quasi deiectos in amici sui deiectione.*

12 Septem die. & sep noc. *Non quòd essent ibi continuè, quia oportebat eos aliquando refici & quiescere: sed quia tanto tempore sederũt ibi horis s. conuenientibus: Et istud est vnum de remedijs contra dolorem hominis afflicti, quando videt sibi remansisse amicos fideles, qui inter maiora bona hominis computantur, quando videt eos sibi verè compati, vt habetur 9. Rhetoricę. Quia sic trabs ponderosa facilius portatur ab homine, quando habet aliquos secum comportantes, sic tristabile & doloroſum facilius sustinetur ab homine, quando videt aliquos sibi compatientes, quasi partem doloris sui secum portantes.* Amici consolantur.

13. Et nemo lo. ei ver. *Cuius causa subditur:*

☞ 1 Vide-

MORALITER.

† † *Venerunt singuli de loco suo.* nã sicut dicitur Ethicorũ ix. ad in fortunia amicorum citius ire debemus ad consolandũ, quã ad euforfortunia tunia ad congaudendum, licet ad vtraque sit eundum.

6 *Et excla. plo.* Ex signis enim veræ cõpassionis afflictus consolatur: sicut portans graue pondus ex comportantibus alleuiatur.

☞ discretionis, quod est oblata diuidere. Aliter reatus est, quod virtus putatur. Magna charitas fuit concorditer ad afflictum amicum venisse; longanimitas cum eo tandiu tacuisse; humilitas in terra sedisse; compassio capita puluere conspersisse: sed quia incautè locuti, bene inceptum, in fine factum est malum, & nisi sacrificio purgentur, puniendi sunt.

a Videbant enim dolorem esse vehementem.

a *Videbant enim dolorẽ.* Quia tunc timent praua loqui, cùm amoris Dei dolor corda figit: quia tunc non proficerent, sed & quos tenebant, bonis exercitatis perderent.

3. Lib. ✠ Orig. Mox vt ipsam ciuitatem viderunt, nihilominus sicubi ipsum viderent, ambierunt; & non cognouerunt, quia nihil erat exterius, per quod cognosceretur: conscientiam tamen & synceritatem cognouerunt, & synceri veriqúe amici, ad imitationem Iob, cum quo libenter diuisissent dolores, ploranerunt scissis vestibus, & sparso cinere. Consuetudo enim erat antiquis vbique, cum aliquid graue & periculosum audissent, vel sustinuissent, continuo vestimenta scindere, cinerem & terram capiti suo spargere, & cilicio continuo se induere. Sic Iacob, Dauid, Ezechias, rex Niniuitarum, & vltimus in lege Iudæorum princeps sacerdotum, ex quo Iudæorum sacerdotium, & omnis Iudæorum legis ritus consissus atque distractus, penitus interijt. Iob autem deferens honorem eorum synceritati & personis, introiuit in ciuitatem, & sedit in domo, & isti sederunt apud eum hebdomadis

Polychr. dierum, implentes apud viuentem mortui luctum, qui fit septem diebus & septem noctibus; sine cibo & potu diuina virtute confortati, tam pro Iob quam pro sua synceritate. Nam Dei colloquio post hoc digni habiti sunt: nec dolor cordis permisit eos reminisci ciborum, neque aliquid humani. Et quia neque verbis neque factis maiorum poterant eum consolari, tacebant sollicити de seipsis, metuentes quid de seipsis ageretur. D

✠ Olym. Lues antiquas notas abstulerat.

✠ Polyc. Biblia quædam habent: Cũque in cælũ suspexissent, Deũ exorantes, quasi dixerunt, propitius esto domine, & ne talibus nos malis implices, qua ratione hæc contigerint tu solus nosti. Cath. Græca.

✠ Polyc. Significantius expressa Hebraicè: *Et sederunt iuxta ipsum in terra.*

✠ Olym. Scriptura à sermone familiari non discedit, & contra eos qui scripturam mendacij insimulare audent, dici potest, magnam diei noctísque partem assedisse.

✠ Chry. Silentio declararunt, ijs, qui sunt in ægritudine, nullam principio aptiorem medicinam quam quietem & silentium, consolationem autem prudenter factis, conscissa tunica, præstiterunt.

✠ Orig. Non vsi sunt phylacterijs, aut incantationibus, sed animas suas ad Deum leuauerunt. Nos autem cibis pleni, fascinati dicimur: quando autem ieiunamus, abstinemus nos, vt non gustemus carnes, neque vinum, neque superfluas escas, tunc non fascinamur. Cum manducamus autem simus memores fidei, nos, cibum, & potum signo venerabilis crucis Christi signemus, leuantes oculos in cælum, & orantes omniáque Deo committentes. 3. Lib. Signũ crucis vsurpãdum. Hieron.

✠ Philip. Hæretici sũt, qui Christũ in gloria credũt, nõ in incarnatione & passione: sed fidẽ scindunt, & terreno sensu corda operiũt, & mutę infidelitatis improbitate, suũ os tota vita condẽnant. E

B

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Videbant enim dolo. *Credebant enim Iob ita tristitia & impatientia propter magnitudinem miseriæ oppressum, quod non esset dispositus ad recipiendum verba eorum, licet aliter esset in re, vt patet ex prædictis, & ideo secundum suam æstimationem expectabant horam qua passio passio tristitiæ & impatientia ipsius Iob transisset saltem in parte: ita quod vellet eorum verba recipere. Ex hoc habemus documentum, quod homines in passione positi non sunt pro tunc corripiendi: quia non sunt correctionis receptiui: sed expectandum est quousque passio transeat, vt sic correctionem melius accipiant, & ei acquiescant.*

ADDITIO.

Animam serua. *In cap. ij. vbi dicitur in postil.* Veruntamen animam illius serua. *Hoc quod dicitur:* Animam illius serua, *non rectè intelligitur de vita corporali tantum, prout postillator videtur velle; nec etiam de vsu rationis tantum, prout Ra. Sa. exponit; nam si omnia alia ad naturam ipsius Iob pertinentia Deus permisisset in potestate Sathan prater vitam corporalem eius, & etiam prater vsum rationis, sequeretur quod haberet Sathan potestatem superandi eum. Prout enim homo adhuc in hac vita corporali existens, & vsum rationis etiam habens, à diabolo potest superari; quam potestatem Deus non concedebat diabolo: si enim talem potestatem Deus diabolo concessisset, sine dubio Iob esset a diabolo superatus, vnde infrà xlj. a. de diabolo dicitur:* Non est potestas in terra, quæ cõparetur ei. *Sed quia secundum Apostolum j. Cor. x. c.* Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari super illud quod potestis sustinere. *Idcirco Deus reseruat in hac permissione potestatem superandi Iob, ne scilicet diabolus eum finaliter superaret: quod principaliter fit per adiutorium diuinum, vnde glossa in hoc loco sic dicit:* Veruntamen animam illius serua: *non quod non tentes, sed quod non superes. Hoc idem Greg. in iij. morali. vbi sic dicit: Ita aduersarius animam seruare dicitur, cum hanc hanc tentando superare prohibetur. Hæc ille.*

REPLICA. In cap. ij. vbi postillator exponens illud: Veruntamen animam illius serua, *de vita corporali, vel secundum Rab. Sa. de vsu rationis. Bur. vtrumque sine ratione abyciens, exponit quod per hoc diabolus prohibitus est Iob superare. Sed illa Burgen. expositio planè est contra beatum Aug. xij. super Gen. ponentem ibi exemplum de Iob dicentem: Diabolus timet à tentato superari: ita enim superbus est, quod nullo modo tentare præsumeret, quem superare non posse putaret. Si per hoc quod dicitur:* animam illius serua: *diabolus prohibitus fuisset, ne superaret Iob, nullo modo ad tentandum eum expetisset: sed ideo expetijt, quia eum superare posse præsumpsit, si autem expresè prohibitus fuisset superare, frustra superare præsumeret, sciens quod nisi permissus non posset: vt dicit ibidem beatus Aug. Nec facit pro Bur. allegata glo. quę mystica est, & allegorica, vt patet in ipsa glossa. Ideo dicitur ad beatum Greg. Vnde quamuis verum sit, quòd Deus diabolo potestatem tentandi concesserat, non superandi, hoc tamen verum esse non potest, quod ad superandum sit expresè prohibitus per hoc quod dicitur:* Animam illius serua. *propter ea quę suprà ad intentionem beati Aug. dicta sunt.*

C

CAP. III.

a Post hæc. Attentos facit, quasi ad occulta quæ clausis vascu-
lis tegebantur, sed aperto ore eorum deteguntur, vt eorum intimo odore recreemur. Hucusque triplex expositio hinc prout singula exspectent loca.

✠ Orig. Iob Persarum, Medorum, & Chaldæorum exemplo, qui accepta à maioribus tra-

CAP. III.

a Post hæc ditione, in epulis non loquuntur, pœna loquenti proposita, sed nutibus omnia ministrantibus præcipiunt, vermibus mibus, in quos se verterant dæmones, exsaturatis, incipit loqui, vt illis se minimè victum ostendat, vt tempus loquendi venisse demonstret, vt amicis os aperiat alioqui loqui non audentibus. F

✠ Olym. Apud quos locũ opportunũ datũ sibi esse credit de suis angoribus palã disserendi. Os autẽ aperiens mentis tranquillitatẽ præ se tulit. Polych. Chrys.

1 ✠ Philip. Et saluatoris typum habens, in se humani generis mortalitatem defleuit, quæ propter peccatum, & iusta Dei sententia, homini sit inflicta. In ca. 3. Hieron. Comment. in Iob.

☞ *Male-*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. III.

Diuisio. 1 Post hæc. *Postquam descripta est sancti Iob flagellatio, hic consequenter ex hoc oritur disputatio. Circa quam primo ponitur propositio ipsius Iob querulosa, secundo amicorum eius obie-*

Quomodo intelligẽda sunt verba Iob. *Elio calumniosa iiij. cap. Circa intellectum huius c. variè dixerunt do. Sancti. Grego. iiij. mo. di. quod verba ipsius Iob in hoc ca. quibus maledicit principio vitæ suæ & eius continuationi, non possunt ad literam intelligi. Primò quia verba eius videntur omnino esse verba hominis non solum impatientis, sed etiam desperantis: oportet autẽ dicere quod Iob non cecidit à virtute patientiæ; Tum quia post vltimam fla-*

✠ *gella-*

MORALITER.

1 *Post hæc, &c.* Secundum sententiam Gregorij Iob tenet hîc typum typum hominis in peccatum mortale lapsi, qui percussus est in mente, sicut Iob fuit in corpore. Ad cuius intellectum sciendum,

☞ *Maledixit die.* GREG. Ecce hoc non secundum historiæ superficiem, quia & malum est hoc & impossibile. Dies enim in quo natus fuit, iam nō erat, & otiosum est maledicere rei non existēti; pernicioſum verò si existeret: nec iam potest dies præteritus verti in tenebras, nec ei possunt cōuenire cætera quæ sequuntur, nec abortiuus (quod pòst ait) requie frueretur, ideo hîc nihil secundum literam.

A

Lib. 4. c. 2.

a aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est: 1 2

Idem cap. 5. B *Post hæc.* Id est post omnia prædicta, quæ passus est tacentibus etiam amicis. Cum ergo patienter in omnibus gratias egit & bene docuit: nunc nullo instigante non est credendus ex impatientia ad maledictionem prorumpere, sed quietus hoc dicit, quia inter mala laudauit Deum.

3. in Iob. Iob 42. ✲ ORIG. Quibusdam imperitis Iob arguentibus, quod Deum blasphemauit, restitit dominus sub finem dicens ad Eliphas, peccasti, qui de peccato Iob accusasti. Iob verò non peccauit, vt nec Hieremias, qui deuotauit diem natiuitatis suæ; cum & Iob sacerdotem delinquentium amicorum Deus constituerit, & post mortem memoria honorificarit his verbis: *Si steterit Iob & Noë, & Dániel in conſpectu meo.* Maledixit diei, non Dei, sed suo, qui naturam & substantiam non habet, sed solùm est tempus lucis & C decursus solis, vt aërem verberādo, doloribus remediū quæreret.

Hier. 20. Ezech. 14. Philip. Olymp. Chryſost.

✲ OLYM. Solet enim miserabilium verborum vsurpatio, dolores corporis demitigare, immanitatem pœnarum indicare, quam vtique aliter non æstimaret homo, vt eos commune faceret, qui diem natiuitatis suæ delectabiliter celebrant, initium peccatorum, & ærumnarum. Cum melior sit dies mortis quam natiuitatis. Tribulationes autē passi sunt sancti, nō tam pro se, quam pro nobis, vt intelligeremus, per illas perueniendum in cælum. Quid autem miramur, si Iob & Hieremias dolores sustinentes, conquesti sunt, cum Dominus noster Christus ad passionem properans, questus dixerit patri, si fieri potest, transeat à me calix iste, vt carnis infirmitatem ostenderet?

D

Eccle. 6.

E

Matt. 26.

a *Maledixit.* GREG. Maledictum duobus modis dicitur: iudicio iustitiæ, vel liuore vindictæ. Illud laudatur, hoc prohibetur. Illo vtitur Deus, vt, *Maledicta terra in opere tuo.* Et Abrahæ: *Maledica maledicentibus tibi.* Sancti etiam iudicium Dei intus videntes, non voto vltionis, sed iustitiæ Dei, maledicunt. vnde Petrus: *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Et Elias duobus quinquagenarijs: *Si homo Dei sum, descendat ignis & consumat vos.* Contra alterum, quod malitia agitur, dicit Apostolus; *Nolite maledicere.* Et: *Maledici regnum Dei non possi.* Maledictio igitur Iob non est malitia, sed iustitia: non commotio, sed doctrina.

Greg. ca. 6. Gen. 3. c. Gen. 12. a. Act. 8. d. 4. Reg. 1. c. Rom. 12. c. 1. Cor. 6. b.

F ☞

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *gellationem vxore sua prouocante eum ad impatientiā, eam corripuit, vt debuit, & de patientia admonuit, vt patet cap. precedenti; Tum quia inferius vltimo capite dominus loquens ad Eliphaz Themaniten dixit:* Iratus est furor meus in te & in duos amicos tuos: quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. *Secundò, quia si verba sancti Iob accipiantur ad literam, continent impossibilia & irrationabilia, dicendo:* Pereat dies in qua natus sum: *quia dies illa preterierat, nec redire poterat, & ideo ei maledicere videtur omnino irrationabile, & quod subditur infrà,* Dies ille vertatur in tenebras, *erat omnino impossibile: & ideo quod Iob, sanctus, & sapiens, hoc intelligeret ad literam, non videtur conuenienter esse dictum; propter quæ & consimilia dicit, quòd beatus Iob loquebatur ænigmaticè seu parabolicè: propter quod mysticè exponitur totum istud capitulum. Thomas autem de Aquino his non obstantibus exponit ad literam. Ad cuius intellectum sciendum, quòd aliquid est aliquando tristabile & odiosum secundum se acceptum, quod tamen est acceptabile ad finem relatum: sicut potio amara, vt sic, est horrida, relata tamen ad consecutionem sanitatis, est valde accepta; vnde dicit Poëta: Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes; sensitiuę verò partis non est aliquid ad finem referre sed solius rationis: & ideo si aliquis de potione amara loqueretur, secundum dispositionem sensitiuæ partis, diceret eam esse malam: si autem secundum dispositionem rationis eam ad sanitatem referret, diceret eam esse, bonam. Licet autem esse & viuere secundum se sit delectabile: si tamen sit subiectum multis miserijs & tristitijs efficitur tristabile & odiosum, intantum quòd aliqui propter hoc se interimunt, quamuis erronee. Beatus igitur Iob volens simpliciter enuntiare dispositionem sensitiuæ partis, miserias, in quibus erat, abhorrescentis, maledixit principio vitæ suę & eius continuationi: quamuis secundum rationem per virtutem patientiæ illas miserias acceptaret propter consecutionem præmij vitæ futurę, sicut & saluator noster Matt. xxvj. d. dicit:* Tristis est anima mea vsque ad mortem. *Et ibidem:* Transeat à me calix iste: *exprimens dispositionem sensitiuæ partis, passionem imminentem horrescentis, ad declarandum in se veritatem humanæ naturæ passibilis: qui tamen passionem illam per rationem acceptabat; & per hoc patet ad dicta Gregorij: videlicet quòd verba Iob non erant impatientis hominis & blasphemi, sicut nec verba Christi erant verba hominis per tristitiam a culmine virtutis in aliquo inclinati. Similiter non erant irrationabilia, vt patebit infrà.*

Licet autem hoc sit subtiliter & gratiosè dictum: tamen occurrit vnum dubium, quia amici Iob cum essent sapientes & viri literati, nunquam contradixissent Iob hoc modo loquenti: cùm scirent passiones tristabiles esse simpliciter sensitiuæ partis; & ideo secundum hoc dictum tota eorum disputatio contra Iob procedit in equiuoco, cum nitantur ostendere Iob ex impatientia maledicum & blasphemum, tanquam loquentem ex erronea ratione: quę tamen disputatio protrahitur vsque ad xxxij. ca. exclusiuè, vbi incipit Heliu disputare: de cuius disputatione dicetur tunc qualiter differt à precedenti. Quod autem tres viri sapientes ita diu disputarent pro nihilo, quia in æquiuoco, non videtur; & similiter quod Iob sapiēs & sanctus ita diu tenuisset eos in verbis ad propositū non spectantibus quin aperuisset eis intentionem suam, vt sic tacerent vel ad propositum arguerent; absurdum rationi videtur.

Propter quod saluo meliori iudicio videtur mihi quòd aliter potest dici. Ad cuius intellectum sciendum, quod disputans contra aliquem seu aliquos frequenter arguit aut aliquid dicit, procedens ex concessis ab eis, ad aliquid contra eos concludendum. Amici autem Iob licet conuenirent cum eo in hoc, quod actus humani reguntur diuina prouidentia, vt dictum est: tamen dissentiebant in hoc, quod punitionem peccatorum, & remunerationem bonorum in futura vita negabant. Ad hoc autem sequitur, quòd homini existenti in multis & magnis miserijs, de quibus non apparet liberatio via humana possibilis, vita sua talibus miserijs subiecta sit ei odibilis & onerosa, si de toleratione talium nulla præmiatio in futurum esi expectanda: & per consequens illa, per quę venit ad istas miserias, sunt ei odiosa: scilicet conceptio, natiuitas, & educatio; in tali verò statu erat Iob, vt patet ex prædictis, & ideo ex sententia erronea amicorum suorum quam nouerat, concludit vitam suam sibi odibilem & onerosam: & per consequens suam conceptionem, natiuitatem & educationem, ducendo eos ad inconueniens: eo quod istud habebant pro inconuenienti, quia tenebant omnia bona remuneranda tantum in vita præsenti; & ideo dicebant vlterius quasi Iob respondendo, quòd si homo verè pœniteat, & ad Deum conuertatur à miserijs sibi inflictis propter culpam suam, quantacunque sit, à Deo liberatur: & ad floridum statum in victoria maioris prosperitatis reducitur; quod dictum Iob destruit per hoc, quod aliqui iusti frequenter in hac vita fruuntur prosperitate vsque ad horam mortis suæ: Et similiter aliqui iusti affliguntur miserijs vsque ad horam mortis suę, & sic concludit Iob quod eorum tolerantia remuneranda est in alia vita, & ista patebunt ex decursu huius libri. Et sic patet, quòd disputatio Iob cum amicis suis non procedit in equiuoco, quia directè intendit destruere, quod illi intendunt astruere. Similiter patet, quod secundum hunc modum dicendi Iob non potest de impatientia seu blasphemia notari: quia dicta in hoc c. & consimilia in sequentibus non profert ex sua sententia, sed magis tanquam ex errore amicorum suorum deducta: sicut nec Paulus apostolus potest notari de infidelitate j. Cor. xv. b. ex eo quod ex errore negantium resurrectionem sic deducit: Si resurrectio mortuorum non est, nec Christus resurrexit, si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio & fides nostra.

Ouidius.

His igitur præmissis præsens capitulum in duas partes diuiditur: quia Diuisio. *primo Iob vitę suæ detestatur inchoationem, secundo eiusdem continuationem, ibi:* Quare misero. *Prima in duas: quia primo maledicit tempus inchoationis vitæ suæ, secundo ipsius inchoationi, ibi:* Quare non in vulua. *Prima adhuc in duas: quia primo maledicit dicto tempori in generali, secundo in speciali ibi:* Dies ille. *Circa primum dicitur:* Post hæc. *id est post septem dies in quibus amici sui cum eo resederant lugentes;*

1 Aperuit Iob os suum, *Ad dicendum quæ sequuntur. Ex quo patet, quod non locutus fuit ex impetu passionis, quia statim à principio in verba sequentia prorupisset, sed magis ex deliberatione rationis.*

2 Et maledi. diei suo. *Per modum qui sequitur:*

☞ 1 Pereat

MORALITER.

† quòd homo aliquando accipitur in scriptura, qualis factus est secundum naturam: & sic dicitur Gen j. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Aliquando verò accipitur qualis efficitur per culpam: & sic dicitur j. Cor. iij. *cum zelus & contentio sit in vobis, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Homo igitur sic acceptus concipitur in peccati consensu, & nascitur in actu: & cum verè pœnitet, dicit:

† 1 *Pereat*

☞ trina. Videt enim amicos flere, & secundum se (qui prospera
A mundi quærebant) eum fractum malis putare, & nescios interne salutis eum pro his desperare & flere. Et medicamen ponit.

Idem cap. 7 a *Pereat dies in qua natus.* Non conditus: quia conditus homo in die iustitiæ, natus verò in die culpæ. Conditus Adam: Cain primus natus. Dies ergo in quo natus, omne tempus mortalitatis, a sub quo degentibus b non apparet æternitas: hic ergo pereat, d

a ¶ Prius de die, post de nocte. ¶ Quod ita intelligatur, scilicet prospera, quæ promittit, aduersa intelligantur: quia qualis est hostis sæuiens, talis est blandiens.

P*ereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictũ est: cõceptus* 1 2 3 *est homo. Dies illa vertatur in tenebras. Non requirat eũ Deus*

Perire dic. Apoc. 10. c. Psal. 80. c. & æternitas appareat. Perire dupliciter dicitur, non esse, vel male esse. Hoc nostrum tempus ita peribit vt non sit: vnde, *Tempus non erit amplius.* Cum enim dicitur: *Et erit tempus illorum in secula:* pro defectu ponitur, sicut tempus momentis deficit: hic tamen optat ita perire, vt malè sit. Aliter enim non posset amaritudine muolui, quod pòst ait: Anima autem vel angelus ita est immortalis, vt mori non possit. Moritur enim vitio, vel supplicio, quo perdit beatè viuere: nunquam tamen desinit essentialiter viuere.

Idem cap. 8 Dies ergo, qui optatur vt pereat, est apostata angelus, qui quidem iam perijt à gloria: sed adhuc optatur vt retrusus supplicijs etiã

Idem cap. 9 tentandi licentiam amittat. Is quidem dies est per naturam bene conditus, nox per meritum. Tenebrosus dies cum prospera allicit, sed in noctem desinit, quia ad mala trahit. Diem ostendit, cũ

Gen. 3. a. B meliora promisit, *Eritis sicut dij*: sed noctem intulit mortalitatis. Dies cum bona promittens apparet vt angelus lucis: Nox cum corda consentientium obscurat erroribus. Iob ergo in proprio dolore causam totius humani generis deflens, reducit ad mentem originem culpæ, & consideratione iustitiæ dolorem temperat pœnæ. Videt vnde cecidit homo, & dicit: *Pereat dies & nox*; quasi pereat spes à diabolo illata, quæ promissione deitatis emicuit, sed vt nox immortalitatem obscurauit: Pereat hostis, qui lucem promisit, sed peccati tenebras intulit.

✻ Olym. Iusti ægritudine pressi, ab ea voces emittunt contra seipsos, aut res quæ nihil læduntur.

✻ Sever. Vtinam nunquam essem in lucem susceptus, ne mea causa Deus accusaretur. Et peccati diem exoptat extingui, quo se Adamus scelere obligauit; & in persona totius naturæ humanæ, Pereat inquit dies, quo à virtute, ad scelus homo migrauit; nec dixit, in quo creatus sum, sed natus: vt ostenderet nobis generatione opus esse, & ob parentalem labem mortem in orbem

Psal. 50. terrarum introgressam; sic & Dauid: *Ecce in iniquitatibus conceptus sum.*

Gen. 3. C ✻ Olym. Diem intelligit illuminationis promissionem, *eritis sicut dij*: noctem, peccatum. Nec, quod Manichæi opinantur, diei, tanquam malo, maledicit: sed, quæ in die eueniunt, accusat. Dies enim vocantur mali non quo tales sint natura, sed ob rerum duntaxat euentum.

3. Lib. ✻ Orig. Puto forsitan olim in initio iuuentutis celebrauerit Iob diem natiuitatis suæ. Item nunc ipsum reprobans, ait, qui olim fuit hilaris & festiuus pereat ex lætitia, solẽnitate, & splen-

Memoriæ pro defunctis. dore, & nunquam in his inueniatur. Nam & priores diem natiuitatis celebrabant vnam vitam diligentes, & aliam non sperantes. Nunc verò mortis diem celebramus, tentationum effugationem. Propterea & memorias sanctorum facimus, & parentum, & amicorum in fide mortẽrium memoriam agimus deuotè, tam illorum refrigerio gaudentes, quàm nobis piam comsummationem in fide postulantes. Celebramus nimirum, religiosos cũ sacerdotibus conuocantes, fideles vna cum clero, inuitantes egenos, pupillos, & viduas saturantes, vt fiat festiuitas nostra in memoriam requiei defunctis animabus, quarum memoriã agimus, & nobis in odorem suauitatis in conspectu æterni Dei.

Moraliter. Videns Iob post occasum hominis quantum prosperis eleuetur, quantum aduersis prematur homo, ad immutabilitatẽ re- D currit: & quantum hunc statum despiciat, maledicendo declarat.

Pereat dies. Dies mundi prosperitas, qui in nocte desinit, quia Greg. ca. 17 ad tribulationem perducit: Vel, dies, peccati delectatio, nox mentis cæcitas. Homo tribus modis dicitur, per naturam, per culpam, & per infirmitatem. Homo ergo in die nascitur, nocte cõcipitur: quia ad delectationem peccati nõ rapitur, nisi prius per mentis tenebras infirmetur. Sed pereat dies, id est peccati delectatio vigore iustitiæ destruatur.

✻ Philip. Rẽdeat per Christũ immortalitas, quam per Adam amisi, & abeat à me mors, quã alio delinquente contraxi. Quod, vt ab Hieremia, non maledico, sed propherico ore loquutus est. Hieron. in com. Tropicõs autem noctem & diem dixit, diabolum, & mortalitatem, Diabolus verò dies dicitur, quia dies fuit, cum habitaret cũ Deo, idcirco dictus lucifer: vel quia impiis prosperitas huius Iob 38. mundi dies videtur, de quo dicitur, auferetur impijs lux sua.

b *Et nox.* Greg. Id est, quod cæcata mẽs per consensum perpe- Greg. 4. trat, dum blandimenta delectationis cautè non perspicit, pœni- c. 15. tẽria extinguat: ne culpa, quæ blandiri incipit, ad interitũ trahat.

✻ Orig. Porro quando natus es beate Iob? per diem an per 3. Lib. noctem? si per alterum, cur vtrique maledicis? Verum idem sunt, E & corpus & anima: & quod est vtriusque, vtrique imputatur, & in vtroque vindicatur. Cui dictum est, conceptus est masculus? Patri Zareb, & ab obstetricibus matri Bosor, sic namque vocabant, quia masculum genuerit.

✻ Avgvst. Quis dixit? superiores quędam potestates, quæ hoc In annot. rescire potuerunt; ostendit verò quia nulli maledicit, cum ait: *Nox illa sit in dolore*: quis enim dolor erit nocti? Dies autem sit tenebrosus in quo diabolus obscurat animam, & postea in omnia mala conuertit, in quo tot mala ingessit, qui dies est impiorum, non sit in recordatione: sed quæ in diebus dicta & facta sunt, ipsæ cogitationes manifestabuntur in tempore inquisitionis. Cum autem ait: *non sit in diebus anni*: significat nihil esse, quia dies nullus est, qui non est in anno. Iudam autem intelligit, quem dominus resurgens non quęsiuit sed Petrum & alios Apostolos. Non sit in ecclesiæ festiuitatibus, ne sit in numero duodecim Apostolorum & consequenter Iudæos designat.

✻ Olym. Non in hominum versetur memoria, ne in mentem veniat munera cupientibus; nec illam tanquam suam sibi vendicet dominus.

✻ Olym. & Sever: Vitium quale est, non specie virtutis fucatum, appareat; Diabolus mortem excipiat, qui illam inuenit. Aquila, obnubilatio. Symmachus caligo. Theodotio, nubiũ obductio dixit. γνόφος enim è nube caligo est. Aquila pro tenebrę F lunæ obscuratio dixit, id est vt in tenebris nulla visio sit, extra mentis notitiam sit ortus mei dies.

✻ Olym. Quoniam mẽsium quidam pluribus, quidam paucioribus constant diebus, dies illa mensium numero summoueatur; sed altiora meditatur, Annum domini acceptabilem: quo obsecrat, vt peccata sempiterna obliuione obliteret.

✻ Sever. De futura vita, in qua lux perpetua, vaticinatur. Philip. in 3. Symmachus, nox sit illa ablegata. Hebræus, derelicta. Iob.

✻ Poly. Nec peccatũ nec diabolus vllã in me habeat potestatẽ.

c *Dies illa.* Greg. Id est, exordio delectationis, ad quem finem perditionis rapit, videatur, & per pœnitentiam crucietur. Quod si ita punita est:

d *Non requirat*, In iudicio vt puniat; & non illustrabit. Illustrat Idem ca. 16 lumine, qui arguit: sed quasi tegitur, qui in memoria iudicis non reuocatur. vnde: *Quorum tecta sunt peccata*, nec tunc in conspe- Psal. 31. a. ctu omnium monstrentur.

☞ a *Non*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Pereat dies. *Non est per hoc intelligendum, quod optaret diem præteritum redire, & sic postea perire: quod est impossibile & irrationabile, vt arguit beatus Greg: sed loquitur de præterito per modum futuri, ad modum dolentis de aliquo præterito, vt sit sensus:* Pereat dies. *id est vtinam dies natiuitatis meę nunquam fuisset, si possibile esset, vt sic non fuissem natus. Et eodem modo exponendum est quod subditur:* Et nox in qua dictum est: conceptus est homo.

2 Dies illa. *Hic maledicit dicto tempori in speciali, & primo diei, secundo nocti, ibi:* Noctem illam. *Circa primum dicitur:* Dies illa vertatur in tene. *quod potest fieri pluribus causis concurrentibus, Vna est ex eclipsi solis, sicut fuit in passione Christi: & hęc tangitur ibi:* Dies illa vertatur in tenebras, *propter quod subditur:*

3 Non requirat. *Id est non instituat eum celebrem, sicut instituit de die sabbathi propter beneficium creationis. Et non sit in recordatione, hoc non est in Hebræo, nec in libris correctis, sed immediatè subditur:*

1 Non

MORALITER.

† 1 *Pereat dies*, Id est talis conceptus, & talis natiuitas pereant: quod sit quando peccatum remittitur per peccantis pœnitentiam, & misericordiam diuinam.

2 *Dies illa vertat.* Id est delectatio, quæ fuit in actu culpæ, vertatur in mœrorem pœnitentiæ.

3 *Non requirat eum Deus.* Scilicet ad puniendum in finali iudicio, *nec sit in recordatione* coram iudice summo, *nec illustretur lumine*, id est manifestetur ad meam confusionem illustratione aduentus iudicis, sed potius abscondatur velamine remissionis, Psal. xxxj. a. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.*

3 Non

† *obscu-*

desuper & non † illustretur lumine, & non sit in recordatione.

Obscûrent eũ † tenebræ, & vmbrâ mortis: † occupet eum caligo,

& † inuoluatur amaritudine. Noctem illã tenebrosus turbo possideat, nõ cõputetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.

☞ a *Non illust. &c. obscur.* Id est diem delectationis, ne ab eo qui omnia videt, videatur.

3. cap. Iob. ✠ PHILIP. Non illustretur lumine recognitionis Dei, vel potentiæ, obscurent eum tenebræ, id est pœnæ inferni.

Greg. ca. 17 b *Tenebræ*, GREG. Id est lamẽta pœnitẽtiæ vel occulta Dei iudicia, à quibus præueniente gratia absoluimur, a quam nos mereri nescimus.

† illustret

† caligo & vmbrositas

† terreãt illũ, tub. diẽ amari die, id est qui diei maledicunt propter ea quæ illis accidunt. Alij vertunt, æstus diei, id est vapores qui in æstu diei ascẽdũt vt eius lucem prohibeãt.

c *Et vmbra mortis.* Id est mors Christi secundum carnem, quæ nostram duplam destruxit: Vnde vno die & duabus noctibus in sepulchro iacuit: quia lucem suæ simplæ mortis, nostræ ✠ duplæ tenebris adiũxit. Vera mors dicitur qua separatur anima à Deo, vmbra qua caro ab anima. Aliter dicitur vmbra mortis, obliuio, quæ agit vt non sit res in memoria, sicut mors agit, vt non sit quod capit in vita. Vel diabolus mors dicitur, & imitatio eius, (quæ de specie eius est, vt vmbra à corpore) vmbra mortis. Quia autem nullum peccatum est inultum, in quo misericordia subuenit, hoc homo puniat: vnde sequitur.

* mortis sc. corporis & animæ.

d *Occupet eum caligo.* Id est mentis confusio, de qua dicitur: *Est enim confusio adducens gloriam.*

e *Et inuoluatur.* Omni parte.

B f *Amaritudine.* Pœnitentiæ: sed si dies, id est delectatio peccati sic punitur: quid nox, id est consensus ad culpam?

Eccle. 4. c. g *Noctem il. te. tur. pos.* Quasi turbo tempestatis est concitatus spiritus mœroris, qui mentem tristitia obnubilabit. Iste est spiritus qui conterit naues Tharsis, id est vis compunctionis quæ mẽtes mari, id est mundo, deditas salubri terrore confundit. *Necre.* Homo redimitur, quia cum caro & spiritus sit, infirmum habuit aliquid vt peccaret, quod non angelus: præterea angelus propria, homo aliena periit malitia; Dicit ergo: *Non requirat*; & quia tenebras intulit, toleret sine fine quod fecit: nec lumen recipiat, quod non suasus perdidit. *Noctem illam tene.* Qui in peccato sibi blanditur, à nocte possidetur. Qui punit noctem possidet & melius, si cum incipit peccatum reprimitur. Quod autem punimus, non obiiciendum nobis à iudice speramus: vnde *Non computetur, &c.* Annus nostræ illuminationis perficitur, cum veniente iudice peregrinatio completur; Dies anni sunt singulæ virtutes; Menses, sunt multiplicia facta virtutum, vel collectio virtutum vniuscuiusque boni viri: sed quia cum his timet, ne iudex & mala pensat; orat ergo vt tunc sic bona remuneret, ne mala requirat. Si enim hæc nox cum diebus numeretur, iam omnia obscurantur. Vt autem tunc non numeretur, modò discutiamus: ne quæ culpa sit impunita, ne quis quod egit defendat, addens nequitiæ nequitiam, vnde addit: *Sit nox illa solitaria nec lau. dig.* Sunt enim qui mala laudant & defendunt, & sic culpa geminatur, non remanet solitaria. Contra quod dicitur: *Peccasti, ne adiycias iterum peccare*, id est mala defendere, vt Adam, qui ad pœnitentiam requisitus, excusationem culpæ addidit: *Mulier quam dedisti, &c.* Quasi, tu fuisti occasio peccandi, qui mulierem dedisti. Culpam verò bene insequitur, qui nulla prospera mundi appetit. vnde est: *Maledicant ei qui maledicunt diei.* Quod est illi bene noctem pœnitẽdo feriuut qui lucem prosperitatis calcant, qui diem delectationis non habent. Vel, dies, est suggestio hostis; & est: illi transacta mala verè puniunt qui in ipsa blanda suggestione, insidias seductoris deprehendunt, qui contra se amplius suscitant Leuiathan. Alijs quoque, quos securè possidet, dormit; sed his euigilat ad omnem pugnam: Sed quia victis vitijs aliquid minimum remanet, quod vinci non potest, ne victor eleuetur, subdit, Obscurentur stellæ caligine eius noctis: quia, etsi splendentes virtutibus, reliquias tamen noctis trahunt, etiam renitentes, vt inde luceant melius, vnde nolentes humiliter obscurantur: Vnde tribui Ephraim in terra promissionis Chananæus non occisus, fit tributarius: cùm spe intramus cælestia, inter optima restant vitia, quæ tamen seruiunt nobis ad vsum humilitatis, ne superbiat qui vincere non potest, licet parua. Vnde rursus: *Hę sunt gentes quas reliquit dominus, vt in eis erudiret Israel.* Id est, vitia, in quibus semper iustus exercetur, & dum vinci timet, elatio virtutis comprimitur, & in paruis discit, quòd ipse maiora non vincit. Vel, obscurentur stellæ caligine eius noctis, quia nox, id est consensus ad culpam ab Adam in nos propagata, ita oculum turbat, vt etiam hi qui lucent mundo vt astra, æternum lumen, vt est, videre non possint. Et hoc est: *Expectet lucem & non videat*, quia quantolibet ardore exiliant, tamen in carne hac lumen vt est, non videbunt pro cæcitate damnationis in qua nati sumus.

D

Gen. 3. b.

1 2 Idem. 20.

† superueniat in eum

3 4 5 6 7

E

Idem 21.

Idem 22.

Iudic. 1. f

Iudic. 3. a.

F

h *Non computetur in die anni.* Annus superna gratia, in qua multiplex vita virtutum, vt dies in anno. Vel, annus, multitudo redemptorum, quæ expletur collectione bonorum omnium, vt annus diebus quæ apud Esaiam dicitur annus placabilis domini: Dies verò sunt singuli electi: Menses multæ ecclesiæ quæ vnam catholicam faciunt. Sed non in his nox computatur, id est diabolus; quia aduentum Christi conspicit, sed non ad veniam cum electis credit, vnde, *nusquam angelos apprehendit.* Vel, dies, angelici spiritus in luce permanentes: Menses, ordines & dignitates eorum, vt throni & cæteri: sed nec ad lucem nec ad ordinem illorum diabolus reducitur, sed exors ab illa patria in æternum est. Vnde subdit.

Greg. 4. c. 11. Alllegoricè

Esa. 61. a. Greg. 4. c. 12.

Moraliter

Idem ca 19

Eccle. 21. a.

☞ a *Sit*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non illustretur. *Et refertur ad eclipsim solis prędictam, in cuius hora licet dies obscuretur, tamen satis cito ad lucem pristinam reuertitur: & hoc excludit dicens*: Non illustretur. *Et est sensus*: *vtinam dicta eclipsis duraſſet per totam diem meę natiuitatis.*

2 Obscurent eum tenebræ. *Hic tangitur alia causa obscurationis diei, scilicet quando nubes obscurę simul concurrunt cum eclipsi: & hoc tangitur cum dicitur*: Obscurent eum tenebræ. *id est vtinam cum eclipsi solis concurrissent nubes obscurę.*

3 Et vm. mor. *Id est quod tanta fuisset obscuritas orta, quod homines prę horrore timuissent sibi de morte.*

4 Ocu.eum.ca. *Id est vtinam cum obscuritate nubium in cælo aereo fuisset nebula circa terram, quę propriè caligo dicitur, ad maiorem dicti diei horrorem.*

5 Et inuo. ama. *Id est, vtinam die illa fuissent homines generaliter sine gaudio, & amaritudine occupati. Omnia autem prædicta dixit Iob de die suę natiuitatis, per hoc designans vt horror exterior temporis signum fuisset mali quod sibi accidit, eò quod per natiuitatem venit ad vitam subiectam tantis actalibus miserijs. Et eodem modo intelligendum est de his quæ sequuntur quantum ad noctem suę conceptionis.*

6 Noctem illam tenebrosus turbo possideat. *Hic consequenter maledicit noctì suæ conceptionis in speciali: Est autem nox horribilis de se, sed multò horribilior est quando superuenit ventus procellosus & aer caliginosus: quod notatur cum dicitur*: Noctem illam tenebrosus turbo possideat, *id est vtinam sic fuisset horribilis, vt fuisset signum correspondens meis miserijs.*

7 Non com. in di. *Id est non sit in recordatione aliqua laudabili.*

☞ 1 *Sit*

MORALITER.

† 2 *Obscurent eum.* Per hoc intelligitur consideratio pœnæ gehennalis, quæ consideratio licet sit horrida, respectu tamen experientiæ non est nisi vmbra: diem igitur prauæ delectationis obscurant tenebræ, & vmbra mortis, quando repellitur per considerationem pœnæ gehennalis.

4 *Occupet eum caligo.* Id est perturbatio mentis de peccato perpetrato.

5 *Et inuolua. amaritudine.* Scilicet perfectæ pœnitentiæ. Et quia non solùm lamentandum est pro peccati actu, sed etiam pro interiori consensu ideo subditur:

6 *Noctem illam tenebrosus turbo, &c.* Id est indignatio spiritus contra malum sic consensum retineat, quòd ad actum exterius non procedat.

7 *Non computetur in diebus anni.* Placabilis domino: de quo dicit Esa. lxj. a *Spiritus domini super me, &c.* Sequitur: *Vt prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, & prędicarem annum placabilem domino*, id est temporis gratiæ. Per dies & menses anni gratiæ, intelliguntur virtutes & actus earum, de quibus, expectatur remuneratio diuina: & orandum est quod tunc non recordentur peccata, ne ex eis obfuscentur bona.

† 1 *Sit*

a ¶ Scilicet sic eum erroris sui cæcitas obruat, vt vlterius ad lucem pœnitentiæ per Dei memoriã nõ resurgat. b ¶ Id est obliuio, quę delet memoriam, vt mors vitam. c ¶ Nunc quia à luce cecidit, nunc intus caligine confunditur.

a ¶ Post, infinito gehennæ supplicio cruciabitur: vt quod inuolutum est, finem suum non indicat quæ pœna incipiet cum iudex veniet. b ¶ Apostatam angelum à conspectu iudicis ad supplicia tempestas rapiat, de qua dicitur. Et in circumitu eius tempestas valida Psal. xlix. a.

Sit nox illa solitaria nec laude digna. Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare † Leuiathan. † Obtenebrentur stellæ calligine † noctis. Expectet lucem † & non videat, nec ortum surgentis auroræ. Quia non conclusit ostia ventris qui portauit me, nec † abstulit mala ab oculis meis.

2 *Sit nox il. so.* Quia à frequentia illa separatur, vel hominem, quem sibi socium fecerat, amittit: & electis per gratiam redemptis solus cum corpore suo gehennæ traditur.

b *Nec laude dig.* Homo cum substratus, idola coluit, in quibus dæmonia quasi tenebras noctis laudauit: sed iam idolis reprobatis, nox est laude digna.

✠ ORIG. Nox illa c est de qua est scriptū, d *nox præcessit:* Cuius lydera, sacerdotes, scribæ, pharisęi, qui in lege, tāquam in nocte, e sunt obtenebrati. f

✠ IDEM. Leuiathan intelligit diabolum.

✠ POLYC. Execrationis meæ partes expleat Deus, qui solus harum rerum habet potestatem.

✠ OLYM. Christum intelligit, qui fortem alligans, eius vasa diripuit.

✠ DIDY Præclare, qui debet leuiathan subiugare, incarnationis futurum mysterium enunciat. Diuersa dæmonis nomina, non naturam, sed multiplex artificium declarant: quod valet ad Manichæorum dogma euertendum.

c *Male dicant ei.* GREG. In veteri translatione: Maledicat eam qui maledicit diem, qui capturus est grandem cetum. Diabolus qui modo nox latet, in fine erit visus dies, *cum extolletur super omne quod dicitur Deus*, vel colitur. Sed modò malitiam eius destruit qui in fine aduentu suo potentiam eius destruet, qui in aquis scilicet baptismi grandem cetum, id est fortitudinem eius, extinguit.

Vel maledicant ei, id est nocti, tenebras eius damnando nuntiantes electi angeli, qui maledicunt diei, id est qui fictam eius claritatem, qua præsumpsit æqualis Deo fieri, despiciendam mōstrant, qui parati sunt suscitare, id est relaxare, vt totis viribus contra ecclesiam agat; modò enim ligatus tenetur in abysso, & pressus, & qui superbus præ alijs se extulit, substratus ditioni eorum succubuit: vt modò eis ministris ligatus lateat, & in fine solutus apertè bella gerat.

d *Leuiathan.* Id est, additamentum eorum, id est hominum, in quibus post suggestionem mala addere non cessat. Vel, exprobrationem, quia cum Adæ addere deitatem spopondit, & quòd habebat, abstulit. Hic à propheta serpens tortuosus dicitur, qui molliter quasi blandis verborum finibus insidias infundit. Et vectis, quia durus per malitiam ad necem percutit. Suscitatus a- D perrè aget, interim autem latenter,

e *Caligine.* Eius noctis.

f *Obtenebrentur stellæ.* Id est hypocritæ, qui lucent per opera ad oculos hominū. Hæ sunt quæ cauda draconis, id est extrema persecutione Antichristi, trahūtur; hę obtenebrātur, quia malitia hostis sic prędualet eis, vt apertis malis inuoluantur, quales intus, tales exterius.

g *Expectet lucē.* Hoc secundū mēbra eius, id est, iniquos, qui fidem habent, & vel praua agunt, vel bona nō recto corde, & securi: quia existimatione sua multorūmq; sanctī, diem domini expectant, non frustra quidē. De quibus prophetat: *Væ desiderantibus diem domini.* Lucem ergo id est Christum, qui dicit: *Ego sum lux mundi.* Aurora surgens ecclesia, quę priores tenebras deserit, & in lucem iustitiæ venit. Ortus eius initium claritatis æternæ. Iniudicio ergo adhuc aurora, in regno dies, cuius ortum in luce aduentus domini impij non videbunt: quia pressi tenebris, quanta luce surgat, ignorabunt, vnde: *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Vel in præsenti ortum aurorę non vident, qui cum opera videant, intentionem non pensant, imitantes vnde foris laudentur, non vnde intùs ad lumen surgant. Vel prophetia est hoc de Iudæa, quæ Christum prophetando sustinuit, sed venientem non cognouit.

✠ OLYM. POLYC. Symmachus. Expectetur lumen & non sit, maneat in tenebris. Absit stella matutina, id est ratio, quæ propter probabilitatem illuminata, videri posset opinio.

✠ OLYM. Peccatum non potest præstolari Dei verbum, luciferum, qui apud D. Petrum oritur in cordibus nostris.

h *Necortum surgen. au.* GREG. Ortus auroræ est noua natiuitas resurrectionis, qua sancti cum carne orientur ad videndum lumē æternum. Sed quantumcunque hîc fulgeant electi, nequeunt penetrare, quæ erit illa gloria illius nouæ natiuitatis: hæc nox non clausit, sed aperuit ostia ventris, quia concepto homine, ad peccatum desideria cōcupiscentiæ, reseruit. His autem ostijs, id est, desiderijs concupiscentiæ carnalis reseratis, ad innumera corruptionis mala pertrahimur. Vnde grauati gemimus: quia hoc iustitia exigit, vt quod sponte fecimus, inuiti toleremus.

i *Quia non conclusit ostia ventris qui.* Hoc de ipso capite, para- ☞ disus

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sit nox illa solitari. *id est vtinam sic fuisset horribilis, vt homines non possent congregari in aliquibus festis seu conuiuijs.*

2 Nec laude dig. *Ita quòd nihil laudabile factum fuisset in ea.*

3 Maledic. ei. &c. Leuiathan. *Hoc Tho. exponit dupliciter. Vno modo quod per Leuiathan intelligitur pisces magnus, qui alio nomine vocatur cetus, quem propter sui magnitudinem pisc atores non audent inuadere de die, vt dicit, sed de nocte tantum; & ideo quando intendunt eius captioni si superueniat dies, maledicunt ei: & sic suscitare Leuiathan, est eum inuadere. Alio modo vt per Leuiathan intelligatur diabolus, quem suscitare habent homines ei obedientes: & isti odiunt lucem diei, secundum quod dicitur ij. Ioan. c.* Omnis qui malè agit, odit lucem. *Sed prima expositio non videtur vera, quia auduii ab illis, qui nouerunt captionem illius piscis, dicentibus quòd nunquam inuaditur de nocte, sed magis in clara die: ita quòd piscatores à longè possint contra eum tela directè proijcere: quia si appropinquarent, essent in periculo submersionis ex motu illius piscis, mare notabiliter perturbantis. Secunda verò expositio videtur mystica, & ideo pono aliam literalem quam ponunt Hebræi dicentes, quod hæc est vera litera. Maledicant illi qui maledicunt diei, expectantes orbari de societate sua, tales autem sunt homines tantis miserijs oppressi, quòd de vita sua sunt attediati: & sic per mortem expectant à societate sua separari, id est ab vxoribus suis, vel à communi societate hominum.*

Quid per Leuiathan.

4 Obtenebrentur stellæ caligine eius. *Id est vtinam fuisset tam obscura, quod non apparuisset aliqua stella.*

5 Expectet lucem. *Id est vtinam fuisset talis, quod homines præ horrore illius desiderassent lucem diei: nec tamen videretur ab eis, nec etiam signum aurorę surgentis, quæ præcedit lucem solis: rationem autem prædictæ maledictionis subdit, dicens:*

6 Quia non conclusit ostia ventris qui por. &c. *Ita quòd non potuissem exire de vtero.*

7 Nec abstu. mala ab ocu. me. *Id est quia non liberauit me à præsentibus miserijs quas patior, quod fecisset si ostia ventris matris meæ clausisset, ita quòd natus non fuissem. Sciendum autem quod ea quæ prædicta sunt de maledictione diei natiuitatis Iob, & noctis suæ conceptionis, dicta sunt referenda ad illum diem vel illam noctem numero, in quibus fuit conceptus & natus; & sic loquitur Iob de præterito per modum futuri, vt supra dictum est. Possent etiam aliter exponi referendo ad identitatem diei & noctis: non numeralem sed secundum anni reuolutionem. Sicut dies natiuitatis Christi dicitur quolibet anno reuerti, & secundum hoc verba Iob sunt accipienda de futuro, sicut exprimuntur per modum futuri: & tunc est sensus quod vtinam illa nox & illa dies in reuolutione anni, in quibus Iob fuit conceptus & natus, essent de cætero sic horribiles, quòd essent signum rememoratiuum miseriæ Iob præcedentis: & exponatur sicut prius, nisi quod modus loquendi mutetur de præterito ad futurum.*

Alia expositio.

MORALITER.

1 *Sit nox il. so.* Id est non addatur alius cōsensus malus ad primū.

2 *Nec laude di.* Quia de peccato non est gloriandum propter quod contra sic gloriantes dicitur Esa. iij. b. *Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt.* Nec aliquis de peccato debet laudari. Et contra sic laudantes dicitur Psal. ix. d. *Laudatur peccator, in desiderijs animæ suę & iniquus benedicitur.*

3 *Maledi. ei, &c.* Isti verè pœnitentes, qui detestantur noctem consensus, & diem actus peccati: & sic rebellant diabolo cui erant subiecti, qui per Leuiathā significatur; & sic ad pugnā cōtra eos excitatur, vt iterum sibi subijciantur. Greg. excitatur in prouocatione certaminis, cum amittit ius peruersæ dominationis.

4 *Obtene. stel. ca. eius.* Quod fit cum ex malorum nostrorum cogitatione bona nostra exterius lucentia obscurari videntur: & per hoc ab elatione reprimimur, quod est bonum.

5 *Expectet lucem & non vi.* Id est talis consensus malus ad opus exterius visibile non procedat.

6 *Quia non conclu. ostia ven.* Id est concupiscentiæ, quæ parit malum consensum, & consensus factum.

7 *Nec abstu. ma.* Id est multiplicabit ipsa.

Idem c. 14. & 15.

† luctum suum, aut societatem & conuictionē suā, quæ apparent in crepusculo eius.

Idem 23.

† Obscurētur.

† & non sic nec videat. Allegoricè Amos 5. c. Ioa n. 8. b.

Esa. 26. b. secundum aliā litera

Moraliter. c. 24.

c. 15.

† 1 Quæ

Quare non in vulua mortuus sum? Quare egressus ex vtero, non statim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus vberibus? Nunc enim dormiens † silerem, † & somno meo requiescerem cum regibus & consulibus terræ qui ædificant

a ¶ In præsenti æterno. b ¶ In æterna quiete. c ¶ Non conquererer. ¶ Delectarer in æternis.

Greg. ca. 24

† quiescerē

Idem c. 25.

Quatuor modis peccatum cōmittitur. Gen. 3.

Greg. 4. ca. 26.

Esa. 3. b.

Greg. c. 26.

Angeli reges.

Idem 27. Sancti ante Christū nō ascenderūt in cœlum.

Idem c. 28.

Solitudines ædificare. Psal. 26. b.

† dormirē & tunc requies esset mihi. Prou. 1. b.

Commen. in Iob.

Dñe. Natiuitas quomodo impeditur.

Solitudo secundum Hebræos

Prouer. j. b.

† Aut

A d sus est venter, vnde humanum genus prodijt, crescens propagine, conceptum ibi in Adam origine. Huius ostia serpens aperuit, quia munita supernis monitis claustra mentis irrupit, & in ea mandatum Dei dissoluit. Iob ergo in sua pœna culpam recogitat, doletque quòd nox, id est obscura suggestio hostis, mentibus hominū intulit, & quod homo ei cōsensit. Non clausisse dicit illum qui aperuit, & non abstulisse qui irrogauit: quia quasi auferret si quie scerer, & quasi claudere et si abirruptione cessaret: pessimo enim quasi lucra dare nobis erat, si nō intulisset damna: vt latrones dicimus captis vitam dare, si non auferunt.

a *Quare non in vulua mortuus sum.* Non est credendum, quod tantus vir optet se abortiuum interiisse, sed intus hæc verba pensanda sunt. Quatuor modis peccatum fit in corde, quatuor in opere consummatur. Id corde fit suggestio per hostem, vt in paradiso serpens suasit; Inde delectatio per carnem, vt & ibi Heua delectata est; Post fit consensus per spiritum, vt & ibi Adam consensit, inde defensio per elationem, vt & Adam requisitus se excusauit: qui quidem timuit, sed & tumuit. Cùm enim pœna timetur, sed facies Dei amissa non amatur, timor ex tumore est, non ex humilitate: quia superbit qui peccatum, si liceat non puniri, non deserit. In opere prius latens culpa agitur, post ante homines sine pudore aperitur, inde in consuetudinem ducitur: post vel falsa spe vel desperatione nutritur. Tot modis lapsum plorat genus humanum: *Quare non in vulua mortuus sum.* Vulua in qua in peccato concipitur homo, est mala suggestio: sed vtinam in ea mortuus, id est me moriturum nouissem, ne ad delectationem suggestio traheret.

✠ Olym. Præstitisset non esse natum, quàm hæc perpeti; & detestor, inquit, peccatum, quia primi motus mentis meæ non sunt repressi, nisi scelus Adami consequutum fuisset, interitus ac morbi non contigissent.

✠ Chry. Non Dei succenset opificio, sed calamitatis magnitudinem ostendit: vt cum Christus dominus dixit, Melius erat ei natus non fuisset homo ille, tantum significauit acerba illum manere.

✠ Olym. Illud anagogiam habet, nullam facinorosam cogitationem mentibus nostris innasci, aut conceptam statim deleri.

b *Et egressus ex vte.* Greg. Quia peccatum conceptum foras delectatio rapuit: sed vt in ea delectatione occumberem, ne vsque ad operationis consensum desiperem; Exceptus est gentibus quia per consensum spiritus omnibus sensibus subiectis, quasi genibus culpam consummauit; Vberibus etiam lactatus, cùm cassa fiducia, & blandis excusationibus fouetur. Sic & in opere vulua est latēs culpa; Exit qui quod latēter egit in aperto facere nō erubescit: vnde: *peccatū suum sicut Sodoma prædicauerunt.* Sed cur in occulta iniquitate mortificare me nolui à carnis vita? vel cū in apertum exij: cur tunc saltem me perditum non cognoui? Fouetur autem gentibus vt crescat, qui non confusus de aperto malo prauis vsibus firmatur, vt ad peiora vigeat. Sed cur hæc? id est, vtinam non ita esset. Lactatur vero: quia postquā culpa in vsum venit, falsa spe misericordiæ Dei se pascit, ne ad correptionem redeat: post vsum enim, etsi velit, debilius homo peccato resistit. vnde eneruis ad falsa 1 solatia se inclinat, 2 quasi & De⁹ his parcat. Cui additur & a- 3 dulatio multorū si- 4 milium: vnde: *Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.* Præterea desperatio lacte erroris animam pascit. Tres priores modi secundū ordinem suum facilius corriguntur, quartus difficilius, Vnde Christus mortuos suscitauit. In domo, qui latet in peccato. Extra portam cuius iniquitas publicatur; Sepultum aggere, id est qui mole consuetudinis grauatur. Quartum audit mortuum, nec suscitat, quia vix pressus mala consuetudine resurgit, si adulatione nutritur; quod est mortuos sepelire mortuos suos, id est fauorib⁹ premere; vel si desperatio lacte erroris animam nutriat. Videt ergo Iob postquam homo per culpam paradisum perdidit, ad quantæ huius exilij præcipitia descenderit, & se peccasse in primo parente arguit. Quod si non esset, subdit qua quiete frui potuisset: *Nunc dormiens silerem, & somno meo requiescerem.* Si homo in paradiso non peccaret, ad patriam angelorum quandoque sine morte transiret, ad quam redempti post mortem sunt transferendi: & nisi culpa prodijsset, sancti in pace cordis quiescerent, & omni clamore & inquietudine & tumultu tentationum remoto, intra secretum mentis ad Dei contemplationem secederent: qui modò quasi vigilantes clamant, dum contentionē propriæ carnis contra spiritum ferunt.

✠ Orig. Viri sancti Elias, Ionas, Iob hoc modo nimium dolorem indicant. Itaque optabat magis mortem, quam vitam eiusmodi.

✠ Apolin. Cur supra genua sua posito lac nutrix suggessit? Cur genua flexi peccato, & sceleribus scelera sunt cumulata? lac autem haurire, est mores improbos augere.

c *Nunc enim.* Greg. Per nunc, quod est præsentis temporis, stantem semper in præsenti, id est æternam quietem designat.

d *Requie. cum.* Id est angelis, quod subiecta regunt. Qui & consules quia nobis voluntatē Dei nuntiādo cōsulunt. Vel reges, dicit sanctos prędicatores, qui se regunt, & cōsules terræ, quia terrenis bene cōsulunt. Dicit ergo quod si nō peccaret, illuc etiam nō redemptus ascenderet, ad quod apostoli & sancti prædicatores post redemptionē cum magno labore perueniūt, qui nō differuntur vt antiqui, sed mox post mortem intrant cælum.

e *Qui ædi.* Omnis terrenus dēsis cogitationū tumultibus corde comprimitur, & frequētia desideriorū quasi turbarum calcatur. Sed solitudines ædificare, est à secreto cordis terrenorū desideriorū tumultus expellere, & in amorem intimæ quietis anhelare, vt possit dici: Vnam petij à domino, & hanc requiram, &c.

☞ a *Cum propter spem resurrectionis: & hoc modo frequenter loquitur scriptura. Silentium autem vocat quietem à planctu miseriarum huius vitę.*

4 Et somno meo requie. *Liberatus à miserijs quas nunc patior.*

5 Cum regibus & consulibus terræ, *Scilicet defunctis, factus eis æqualis, quia post mortem non remanent dignitates.*

6 Qui ædificant sibi solitudines. *Secundum proprietatem Hebraici sermonis, non accipitur hic solitudo prout importat domum solitariam, sicut exponit Thomas dicens, quòd per hoc intelliguntur ędificia solitaria ad delicias regum facta; sed magis solitudo hic accipitur prout significat ędificia destructa, vt ciuitates & castra, quę reges & magnates aliquando reędificant maiora & fortiora quàm ante, vt in futurum ipsi habeantur in memoria: & sic ordinantur ad bonum honorabile.*

✠ 1 Aut

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Quare non in vul. mor. sum. *Hìc consequenter Iob deplorat vitæ suæ inchoationem, quæ est per natiuitatem. Impeditur autem natiuitas dupliciter: Vno modo, quia fœtus moritur post animationem; Alio modo antè. Et primò prosequitur primum modum, secundo secundum ibi:* Aut sicut abortiuum. *Circa primum dicit:* Quare non in vulua mortuus sum? *Scilicet ante natiuitatem, & post animationem, quia nullus moritur nisi habens vitam.*

2 Egressus ex vtero non sta. perij. *Id est vtinam saltem post natiuitatem perijssem, ita quòd nec fuissem receptus super genua nutricis, nec lacte eius alitus. Et subdit causam dicens:*

3 Nunc enim dormiens silerem. *Dormitionem enim vocat mortem propter*

MORALITER.

† 1 *Quare non in vul. mor. sum.* In vulua namque peccatum moritur, quando consensus malus ante factum per pœnitentiam diluitur.

2 *Quare egressus de vtero non statim perij.* Id est statim post factum malum non pœnitui.

† *Cur exceptus genibus.* Id est in consuetudine peccati nutritus.

† *Cur lactatus vberibus?* De malo in peius verbis malis attractus: Prouerb.

3 *Nunc enim dormiens silerem.* Id est essem in pace conscientiæ, si non essent in me prædicti gradus culpæ.

4 *Et somno.* Scilicet contemplationis diuinæ,

5 *Requiescerem cum regibus & consulibus terræ.* Id est cum viris contemplatiuis, qui reges sunt, per subiectionem motuum carnis, & consules, dando fidelibus consilia salutis.

6 *Qui ædificant sibi soli.* Nam contēplatiui libenter sunt solitarij.

† 1 *Aut*

a *Cum prin. qui pos. aurum.* Principes, sunt ecclesiæ rectores, Aurum, sapientia, qua bona æterna mercantur, vt auro temporalia: Domus, conscientiæ sunt; argentum, eloquia diuina: principes ergo, id est rectores loco apostolorum succedentes, possident aurum sapienter viuendo, & domum conscientiæ diuinis eloquijs, quibus alios erudiũt, replent. Prævidens ergo Iob futura, cum admiratione considerat, cum quibus electis sine labore in æternitate quiescet: si per superbiam nemo peccasset. Et dicit: *Nũc dormiens si. &c.* Quia si Adam nulla peccati putredo corrumperet, non ex se filios gehennæ generaret: sed hi qui nunc per redemptionem saluandi sunt, soli ab illo electi nascerentur. Qui autem futura præuidit, iam præterita recolit.

a ¶ Terrenorum desideriorum tumultus despiciendo. b ¶ Diuinam scientiam.

a sibi solitũdines, aut cum principibus qui possident aũrum, & b

a ¶ Conscientias. b ¶ Diuino eloquio.

c replent dõmos suas ārgento, aut sicut abortiuum absconditum

¶ Alias nunc. ¶ Sub lege. a ¶ Respectu huius lucis & quietis.

b ¶ In præsenti quodam modo. ¶ In spe illius lucis. ¶ Vel lucem.

d nõ subsisterem, † vel qui concepti nõ viderunt lũmen. Ibi impij

a ¶ Ecce conuersio impiorum. ¶ Vitiorum. b ¶ Virtutum.

e cessauerunt † à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robõre,

a ¶ Requies sanctorum in gloria. b ¶ Omnes. c ¶ Requieuerunt. ¶ Hoc de futuro. d ¶ Etsi audierunt.

f & quondam vincti pariter sine molestia, qui non audie-

g

† sicut parnuli qui. †ab ira (vel à terrore, id est ab afficiendo alios terrore) -quondã.

Comment. in Iob.

✠ Orig. Permutat cum requie vitam, quæ hic in dolore degitur, æqualem defunctorũ sortem in morte declarans: Non quod accuset statum reip. quæ hic prouidentiæ causa est constituta, sed vnitatem auarorum, reip. ruinam.

✠ Apollim. Mortem somnum appellat, ob resurrectionem.

✠ Chry. Suos hortatur amicos, ne res humanas magno æstimẽt.

✠ Olym. Primus parens nisi peccasset, sempiterna, quiete quasi iucundissimo somno erat fruiturus.

Hieron. ✠ Philip. Plangit miserias generis humani. Principes sine fide, licet sint in inferis, corpora tamen eorum tormenta non sentiunt, horum mortem hac, non illa conditione, mihi venire voluissem.

Greg. c. 29. b *Aut sicut abor.* Greg. Quia quod abortiuum, ante tempus oritur, extinctum protinus occultatur. Hi sunt sancti, cum quibus se quiescere potuisse considerat, qui à mundi exordio ante tempus redemptionis fuerunt: & tamen mundo se mortificauerunt. Tempus primum ante legem, quod patres secundo mortuos protulit, quasi vterus abortiui fuit: & ipsi quasi ab vtero mortui sunt, qui sine tabulis legis Deum naturaliter timuerunt, & futurũ redemptorem credentes voluptates occiderunt.

c *Absconditum.* Quia paucis à Moyse memoratis, magna pars eorũ notitiæ subtrahitur, & iam non subsistere dicitur: quia frequentia eorum nullo apud nos memoriæ scripto retinetur. Vel, qui concepti per legem non viderunt lucem dominici aduentus, ad quem fideliter creditũ peruenire nequiuerunt: his conceptus interior formam fidei edidit, sed ad apertam visionem non perduxit. *Vel qui con.* Conceptos, non solùm illos qui legem scriptam habuerunt vocamus, sed omnes ab Abraham, cui promissiones apertæ factæ sunt, quos spiritus prophetiæ irradiauit, vt ipsum Iob.

✠ Polyc. Vtinam embryo egressus essem, ne prima mei corporis conformatio vnquam extitisset.

✠ Chry. Se comparat cum inchoatis partibus, ad euertendam elationis suspicionem.

✠ Olym. Cur omnes partus non absoluantur, id totum ad arcana Dei iudicia est referendum. Ne quis verò partui omnia esse arbitraretur, pij & impij discrimẽ subiũgit.

1 ✠ Olym. Mali enim morte à furore arcentur, sicque mortis vtilitatem docet: quasi dicat, expeto id, quod ad mortaliũ commodum Deus instituit, interitum. Verũ cum biblia quædã habeãt.

2 Illic impij furorem

3 iræ inflammarunt; sic

4 ipse commentabere:

5 eos, qui postquam in terris castigati fuerunt, in impietate nihilominus manserunt, diuino supplicio esse coercendos.

6 ✠ Polyc. Theodotio cum ad hunc modum interpretatur, posuerunt furorem iracundiæ, sententiam quandam aliam adfert, nempe illos à sua improbitate cessasse.

7 ✠ Orig. In iudicio impiorum furor requiescit, nam, sicut aborsus, à tenebris ad tenebras properant. 3. Lib.

8 ✠ Philip. Forte contra eos, qui dicunt non alios resurrecturos, nisi qui iuxta naturæ ordinem nati fuerint, & sicut Lxx. transtulerunt: ibi impij deposuerunt furorem suum. Item vbi requieuerunt fatigati corpore, ab oppressione vtique, & miseria.

9 Greg. Iam quietem huius lucis aperit, & quid apud eam quotidie agitur de conuersatione impiorum verbis manifestioribus demonstrat.

d *Ibi im.* Id est in luce Christi, quam antiqui præstolati sunt, Gentiles à turba desideriorum mundi cessant, & tranquilla mente iam æternam quietem prægustant. Et hoc est: Greg. 4. ca. 30.

e *Et ibi requie.* In mundo fortes robore, non fessi dicuntur. Qui verò in amore Dei roboratur, salubriter à sua virtute deficit, & quo fortius æterna petit, eò magis fessus, in terrenis moritur. vnde: *Concupiscit, & deficit anima mea in atria domini.* Dum ibi dicit lucem, locum electorum quo continentur, ostendit. Psal. 38. a.

f *Et quon. vin.* Iusti, etsi à desiderijs quieti, dum tamen in corpore, molestia suæ corruptionis ligati sunt. Corpus enim grauat animam, & repugnat caro spiritui. Sunt & vincula corporea, fames, sitis & huiusmodi, quæ hîc nequeũt solui: sed & ab omnibus in libertate gloriæ filiorum Dei soluentur. Vide gradus; impij conuersi cessant; Exercitati in intimo sinu quiescunt; A vinculis corruptionis absoluti, ad libertatem peruenium. Sed quid hîc interim egerint, subdit: Greg. 4. ca. 30. Sap. 9. c.

g *Qui non au.* Exactor diabolus, qui semel numum deceptionis homini contulit, & quotidie debitum mortis exigit, vox eius est tentatio. Audit qui tentatur, & resistit: Exaudit qui consentit Idẽ de interna pace, quia quod mens valde amat, sæpius replicat. Idem c. 31.

☞ ✠ Cy-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Aut cum principibus qui possident aurum. *Id est cum illis qui in præsenti vita magis studuerunt ad bonum vtile.*

2 Aut sicut abortiuum. *Hic prosequitur secundum modum quo impeditur natiuitas, scilicet ante animationem, quando sic perit fœtus, & tunc dicitur abortiuum. vnde subditur:*

3 Non subsi. *Defuncti enim tantùm subsistunt in anima rationali remanente, & ideo abortiuum in nullo subsistit.*

4 Vel qui concepti, &c. *Id est mortui post animationem, tamen ante natiuitatem: & sic non viderunt lucem huius vitæ, & in hoc Iob reuertitur ad modum precedentem.*

5 Ibi impij ces. à tu. *Id est à calumnijs, quibus homines molestabant in vita præsenti.*

6 Et ibi, &c. *Id est homines bellicosi: qui bellando frequenter fatigantur, ibi quiescunt à talibus.*

7 Et quon. vin. *Scilicet à bellatoribus dictis.*

8 Pariter. *Supple sunt ibi, cum illis qui eos vinxerant.*

9 Qui non au. *Talia enim ibi non habent locum.*

1 Paruus

MORALITER.

†1 *Aut cum principibus qui possident aurum, &c.* Id est cum bonis doctoribus, qui possident aurum sapientiæ, & argentum eloquentiæ puræ.

2 *Aut sicut aborti.* Abortiuum verò dicitur, ortum non recto tempore. Tempus verò non rectum, fuit tempus naturæ lapsæ: in quo *omnis caro corrupit viam suam*, vt habetur Gen. vj. b. Propter quod diluuium inundauit: & post diluuium, paucis exceptis, omnis populus ad idololatriam declinauit: Igitur sancti illo tempore nati dicuntur abortiui, quibus desiderabat Iob assimilari: quia descendentes ad limbum erant de sua futura beatitudine securi. Abortiuus

4 *Vel qui conce. non vi. lu.* Per istos intelliguntur sancti tempore legis Mosaicæ nati, qui tamen non vderunt Christum lucem mundi: cum istis similiter quærebat in limbo quiescere prædicta ratione.

5 *Ibi im. ces. à tu.* Id est dæmones qui molestare non poterant sanctos patres.

6 *Et ibi requie. &c.* Id est fortes in tentationibus, sic quòd non vincebantur, tamen fatigabantur, sicut dicit Philosophus vij. ethi. de continente. Philosophus

7 *Et quon. vinc. &c.* Scilicet sunt in limbo? sicut tempore Iob erat sanctus Ioseph, & ei similes.

9 *Non au. vo. ex. &c.* Id est dæmonis qui dicitur exactor Luc. xij. g. Et iudex tradat te exactori.

† 1 Par-

A ✠ Cyrillvs. Mortem esse omnibus superiorem ostendit, vt ne quidem malum pii auditione accipiant, qui è vita excesserunt.
✠ Chry. Exactor est diabolus, qui hoc tributum exigit ab iis, qui se illi dederunt, vt eius satisfaciant cupiditati: cui aures iusti claudunt, in cælum ascribendi.

31. a *Paruus & ma.* Gre. Quia hic est discretio operū, ibi erit dignitatum. vnde: *In domo patris mei mansiones multæ sunt.*

Ioan. 14. 2. Ioan. 8. d

† laborant (vel afflicto.)

b *Et seruus.* Qui peccat, seruus est peccati, quia hic nunquam liber fit, dum iudicem metuit: sed ibi liber erit, vbi de venia nulla dubietas erit. Erit

† & inquirunt eam. plusquam thesauros.

B quidem ibi memoria culpæ, non quæ mentem polluat, sed quæ sine læsione beatitudinis, arctius beatitudini & lætitiæ astringat, vt sanati, dolorum sine dolore recordamur, Vnde amplius medico gratias agimus.

3. Lib. ✠ Orig. Deus, qui non est acceptor personarū, æqualiter eū diligentibus, introitum cœli tribuit: cumque illius cœlestis iudicis facies apparuerit, carnales domini cessabunt, qui enim non timuerunt dominos carnales, vt eis obedirent in malis, velut Abdias, nec eos timebunt in conspectu veri domini in cœlis.

Comment. in Iob. ✠ Idem. Sunt enim omnes liberi qui corpore soluti sunt, & ratione status nihil timent, & lex à dominis seruis lata sublata est.
✠ Chry. Mira vitæ inæqualitas, mira post migrationem libertas, & æqualitas.

c *Quare misero data est lux.* Gre. Contemplatus requiem, vbi liber à domino despicit seculi prospera, quæ ab ea retrahunt. *Quare misero data est lux*, id est prosperitas in peregrinationis miseria: quia si non iustum penitus opprimit, tamen mentem in amorem Dei, & in dispensatione sui diuidit, vnde addit:

Gre. 5. ca. 2.

Idem ca. 3.

d *Et vita his qui, &c.* Amaritudo est omni iusto, vel flendo quòd deliquit, vel quia à patria differtur. Et hic talis mundo prorsus

C mori cupit, sed quia non semper tali moritur mundus: sed gloria eius tristi & gementi datur, quæritur: Et vita his qui in amaritudine. Timet enim talis esse, qui à mundo teneatur, quia nisi quoquomodo ei viueret, hunc ad suum vsum non amaret: vt mare viua corpora in se retinet, mortua mox à se repellit. Illis ergo qui penitus mundo mori volunt, mundus ipse adhuc viuit: dum eos non amatus amans, quibusdā occupationibus astringit. Desiderant enim sancti sæpe ab omni vita temporalis gloriæ se extinguere, sed occulto Dei iudicio sæpe compelluntur occupari iniunctis honoribus, vel in regimine præesse.
✠ Olym. Multiphariam scriptura, *vt quid*, adhibet in supplicationibus, cum nullum ob casus aduersos grauē sensum testatur: vt quid domine recessisti longè? Vt quid Deus repulisti in finem? Nec enim quicquam expostulat, sed precibus contendit, ne in rebus aduersis deseratur, neue tandem repudietur.
✠ Chry. Ea non sunt, eodem modo accipienda, quæ non eadem mente ponuntur. Verba enim illa sunt mœrentis, non criminātis, quasi dicat qui miseriis cōficiūtur nō video quid cōmodi huic vitæ afferre possint, quibus ideo mors est optabilior.

D

e *Qui expectant mortem.* Gre. Id est penitus se mundo mortificare desiderant, sed occulto Dei iudicio non venit, quia occupari iniunctis honoribus compelluntur, quod

Greg. c. 4.

a ¶ In mundo.

a
b runt vocem exactoris. Paruus & magnus ibi sunt, & seruus li-
a ¶ Non timet iudicem. ¶ Quasi: quia tanquam gloriam homo perdidit: ergo miser, & sic misero non prodest prosperitas, imo nocet.
c bēr à domino suo. Quare † misero data est lux, & vita his qui
d
a ¶ Vt aliquo modo viuat in aliqua parte. b ¶ Desiderant mori mundo.
e in amāritudine animæ sunt? Qui expectant mortem & non
a ¶ Mors illa. b ¶ Æternam quietem, vel cognitionem diuinitatis, id est, sapientiam.
f vēnit, † quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehemen-
a ¶ Exempla contemplationis.
g ter cum inuenerint sepulchrum vito, cuius abscondita est

Dei timore tolerant; & intus est desideriū pietatis, & foris explent ministerium ordinis, ne per superbiam cōtradicāt Dei dispositioni: & sic & multis prosūt, & quò se imperfectos vidēt, per humilitatem amplius surgūt: & quòd à desiderijs differuntur, ipsa tarditate ad eadē dilatantur: vnde addit, quasi effodientes thesaurum.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

E

f *Quasi effo. thesaurum.* Quia qui thesaurum fodiendo quærit, cùm altius foderit, quia iam se thesauro propinquare æstimat, ad instantem laborem amplius inardescit: sic iustus quò propior est fini & præmio, eò delectabilius sudat in opere. Vel quia nemo perfectè mundo moritur, nisi intra mentis inuisibilia à visibilibus abscondatur. Qui mortificationem appetunt, thesaurum fodientibus comparantur: quia mundo per inuisibilem sapientiam moriuntur, quæ vt thesaurus effoditur: quia sapientia in rerum superficie non iacet, sed in inuisibilibus latet: hæc quæritur cor fodiendo, id est, vt mens à se omne terrenum eijciat, & sic thesaurum virtutis, qui latebat, agnoscat: & quia mortem vt thesaurum quærunt, gaudent vehementer cum in sepulchrum (vt in sepulchro corpus, ita in diuina contemplatione anima) absconditur, mundo mortua, vbi ab omni strepitu seculi est quieta. Vel qui thesaurum fodit, gaudet si sepulchrum inuenit, vbi antiquitus mortui cum diuitijs recondebantur: quia qui sapientiā quærit in iustis olim mundo sepultis, exempla contemplationis inuenit, vnde diues fit.

Idem ca. 5.

F

g *Viro cu.* Ecce cùm quæreretur, quare misero data est lux, ostendit hîc via abscondita est viro: quia si iam bene agit, quid aget in fine nescit; vel aliquando quæ putantur Deo placere, displicent.

Idem ca. 6.

✠ Orig. Mors homini est requies, eiusque abstrusa est via, concluſit enim eam Deus. Quod autem ait, est eiusmodi: Omnes qui in angoribus vitam agunt, & iracundia, doloréque eorum, quæ accidunt, quasi amarore conficiuntur, vitam morte, quam exoptant, ne nanciscantur, grauiorem existimant: cum autem mors accesserit, eam cum gaudio excipiunt, vt qui thesaurum quærens inuenerit: quare non cohibet amentias quæ ob dolores eueniunt, & non cohibet appetitum à sceleſtis actionibus?

Commen. in Iob.

✠ Polyc. Ardentissimam his verbis ostēdit cupiditatem: pressi enim doloribus è morte capiunt voluptatem.
✠ Chry. Tempus cuilibet rei est. Bonum enim est mortis iudicium homini indigenti, & qui minoratur viribus, qui summa est senectute, qui ab omnibus distrahitur & qui perdit patien-

☞ tiam

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Paruus & ma. *Scilicet æquales, quia paruitas & magnitudo distinguuntur secundum prosperitates & aduersitates huius vitæ, quibus per mortem sublatis remanent homines æquales, & ideo subditur:*
2 Et ser. li. à do. *Quia per mortem soluitur talis subiectio.*
Diuisio. 3 Quare, &c. *Hic consequenter Iob lamentatur vitę suę continuationem, & primo facit hoc generaliter respectu omnium miserorum, secundo specialiter applicat ad seipsum, ibi: Antequam comedam. Circa primum dicitur:* Quare mise. *id est homini aduersitatibus afflicto.*
4 Da. est. *Ita quòd per natiuitatem venit ad huius mundi lucem.*
5 Et vita. *Id est vitę continuatio. q. d. pro nihilo.*
6 Qui ex. *Cum desiderio, vt sint liberati à miserijs in quibus sunt.*
7 Et non venit. *Secundum eorum desiderium, licet finaliter veniat cum sint mortales.*
8 Quasi effodientes the. &c. *Id est sicut effodientes thesaurū, expectant cum desiderio eius inuentionem, ita isti mortem, ideo subditur:*
9 Gau. ve. cum in se. &c. *Id est cum veniunt ad talem statum, quòd sint certi de sepultura sua propinqua. Aliter etiam exponitur dicendo, quod antiquitus in sepulchris magnorum reponebantur aliqua pretiosa, & abscondebantur in terra: & sic homines volentes illa rapere effodiebant terram, & sic gaudebant quando sepulchrum inueniebant, propter ea quæ erant ibi reposita: Prima tamen expositio magis concordat literæ.*
10 Vi. cu. ab. est. *Supple quare data est lux, & vita, & talis est qui in præsenti vita oppressus est miseria: quia nescit quo ibit de loco præsentis miserię, eo quod* nescit homo vtrum odio vel amore dignus sit: *vt dicitur Eccle. ix. a. ideo subditur:*

☞ 1 Et cir-

MORALITER.

† 1 *Paruus &c.* Id est puer & adultus moriētes tamē in gratia.
2 *Et seruus & li.* Nam, sicut dicit Amb. apud dominum bona seruitus & bona libertas æqua lance appenduntur.
3 *Quare mi. &c.* Sicut lugenda est conceptio secundum culpam & natiuitas, sic & huius vitæ, quæ potius mors est, continuitas, ideo dicitur: *Quare mi. &c.* q. d. sicut bonum ei fuisset non peccasse, sic & in peccato non viuere, ideo subditur:
6 *Qui ex mor. &c.* Quia mori peccato debet esse in desiderio, Rom. vj. b. *Existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo.*
7 *Et non ve.* Aliqui nanq; desiderant peccato mori & nō moriūtur nam ex consuetudine peccandi ab hac morte retardantur.
8 *Quasi effo. &c.* Scilicet diuinæ gratiæ, qui inuenitur per hoc, quòd non moritur culpæ, ideo subditur:
9 *Gau. ve. cum in se. &c.* De qua sepultura dicitur Rom. vj. à *Sepulti sumus cum illo per baptismum in mortem.*
10 *Vi. cuius ab. est vita, &c.* Eundi ad patriam.

† 1 *Et*

tiam. Iob autem vxorem redarguit religionis ergò quippe qui accersendæ mortis sibi occasione oblata vti noluit, quamuis eam magnopere expetereret.

✻ Isid. habent quædam biblia inter hæc: *mors viro est requies.* quasi velit mortem optandam fortibus non alijs; sed viri nomine & fœmina intelligitur: nã homicida a via, & † circundedit eum Deus tenebris? Antequam come- b dam suspiro: & † quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus: c quia timor quem timebam, euenit mihi, & quod verebar, d accidit. † Nónne dissimulaui? Nónne silui? Nónne quieui: e Et venit super me indignatio.

† texit vel sepiuit Deus illam (vnde LXX, cõclusit Deus cõtra illũ. † Nõ habui pacem nec quieui, id est, nullam habui requiẽ, imò pauor venit. (quidam interrogatiuè legunt sic: nonne prosperabam? nõne otio vacabam? nonne quiescebam? & tamẽ venit ista calamitas.)

B Greg. 5. in 7.

a *Circundedit eum Deus.* Greg. Quia licet cęlestia desideret, tamen quid de se intus dispositum sit, nescit. Sunt & circa eum tenebræ ignorantiæ, præteriti est immemor, futura non inuenit, præsentia vix nouit, intima dispensationis Dei penetrare nequit. Qui verò has tenebras intendit, flet: & omni visu supernam lucẽ requirit: vnde fit aliquando, vt in pio fletu interni gaudij claritas erumpat. vnde sequitur.

b *Antequam co.* Comedere est contẽplationis luce pasci, quam non habet nisi qui prius in hoc exilio, quasi vbi non sunt bona gemit, & suspirat desiderio & exequitur vim lachrymarum.

✻ Origenes. quæ res cæteris sunt voluptati, eę mihi afferunt dolorem, quod metus mihi esculentorum desiderium præripiat, carnisq; partes in totum concitet.

✻ Polych. Nec cibum capere sine dolore possum.

1. li in Iob. ✻ Philip. quam infirmitatem medici boulimiodes appellant quæ infirmitas talem dicitur habere pœnam, vt ante cibum crucietur ęgrotus.

c *Et quasi inundantes aquę, &c.* Aquę inundantes multis voluC minibus impetu feruntur, sic in lugentibus multa volumina, dũ quid apud Deum decernatur, nesciunt: dum præterita sua recolunt, futura pertimescunt, & in bonis suis ne errent, verentur: quos dum flagella Dei corripiunt, se offendisse suspicantur: vnde addit.

d *Quia timor.* Flent enim, quia deseri se timent: & ne pia percussio non sit disciplinæ, sed vindictæ. vnde: *Quis nouit potestatem iræ tuæ?* Aliquando enim est gratia, quam dicimus iram, & aliquando ira quam dicimus gratiã, vnde necesse est vt in omnibus timeatur; In prosperis, vt non sint sibi data ad maiorem excæcationem, non ad consolationem, vt bonis solet fieri, ne sit in aduersis initium pœnæ. D

✻ Olym. Illa Dauidis verba non vsurpauit, *Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum,* sed magno semper erat in metu, rerumque deteriorem conuersionem meditabatur.

1 ✻ Chryso. Non
2 dixit, Non pacem ha-
3 beo, nam præmeditata
4 5 mihi erat pœna intole-
6 rabilis, quam expertus
7 sum, & priusquam expe-
8 9 rirer, præuidebam.
10 e *Dissimulaui.* Greg.
11 Et si semper cogitando, loquendo, agendo, peccamus, tamen cum prosperitate leuatur, per hęc tria effrenatius animus rapitur, quia cũ potestate præit, alta de se sentit, & quia nemo resistit, lingua defrenatur, quia facere licet quod libet, putat iustè licere omne quod libet, sed sanctus tunc amplius cor à gloria reprimit, ne elatione perdat quod in potestate rectè agit, vt rex Babyloniæ de vrbe quam fecit elatus suprà homines, factus est infra homines, linguam etiam cohibet à minorum contumelijs, opus à vacatione inquietudinis E restringendo se à licitis. Solus enim illicitis non cadit, qui cautè se restringit à licitis. *Si* Iob qualis in potestate fuit ad exemplum proponit.

† stillauerũt (vel effuderunt sc.) sicut aquæ rugitus mei. Greg. c. 8. Moraliter.

Nónne dissimulaui. potestas habita & ad vtilitatem cogitanda, & propter tumorem dissimulanda, & potens vt prodesse debeat, posse se sciat.

Nónne silui. Ecce qualis est in ore.

Nónne quieui. Ecce quales erga illicita opera. Vel, silere est mẽtem à desideriorum voce restringere. Quiescere in potestate terrenarum actionum, strepitus intermittere, quia qui non vacat ab his, lumen visionis Dei sibi abscondit. Vnde pisces sine pinnulis non edũtur, quia qui habẽt pinnulas saltus dant super aquas, & soli hi in in corpus ecclesiæ vt cibus transeunt, quia in eo quòd imis seruiunt, aliquando superna mente cõuscendunt, ne semper F in profundo lateant, qui tunc bene exteriora disponunt, cùm ad interiora refugiunt, & in sinu tranquillæ mentis quiescunt, vt Iacob domi habitasse perhibetur, cum Esau gnarus venandi dicitur. Sed & hæc agentes flagellat pater, vt purget, quia nostra perfectio culpa non caret. vnde addit. Gen 27. b. Heb. 12. b.

f *Et venit super me indignatio.* Vnde magna arte dicturus verbera, præmisit rectè facta, vt in his quisque consideret quæ pœna maneat iniquos, si ita hîc castigat iustos, vt, si iustus vix saluabitur, impius vbi parebit? Ibidẽ c. 9.

✻ Philip. *Nónne dissimulaui?* non reddendo retribuentibus mihi mala. *Nónne silui?* vt non delinquerem in lingua mea. *Nónne quieui.* sciens quia in iudicio Deus saluos facturus, & omnes quietos terrę. *& venit indignatio,* id est, moles plagarum. Petti. 4. d.

Ps. 89, c. 1

excæ-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et circundedit. c. d. tene. *scilicet ignorantię respectu futurorum.*

2 Ante co. *Hic Iob prædicta applicat ad seipsum, di.* Antequam co. suspiro. *præ angustijs quas sustineo, & non suspiro leniter, sed graniter præ angustia nimia. ideo subditur.*

3 Et qua. inun. aq. *quæ facit magnum tumultum.*

5 Sic rugitus, &c. *Qui est signum magni doloris, cuius causa subditur.*

6 Quia timor quem timebam euenit mihi. *Homo enim sapiens in prosperitate existens timet de futura aduersitate fortunæ: & sic timuit Iob tempore prosperitatis suæ: & in hoc notat magnitudinem sui damni.*

7 Et quod verebar accidit. *Verecundia est timor ingloriationis. & in hoc ostendit Iob magnitudinẽ deiectionis à statu sui honoris, & quia posset aliquis dicere ipsi Iob, quod merito hoc patiebatur propter peccata sua præterita, sicut sentiebant eius amici: ideo hoc remouet dicens.*

8 Nonne dissimulaui? *scilicet iniurias mihi factas ab alijs, non vindicando.*

9 Nonne silui? *opprobria pro opprobriis non respondendo.*

10 Nonne quieui. *alios non molestando, quasi diceret, sic.*

11 Et venit super me indignatio. *Id est, miseria a Deo inflicta, quod est signum suæ indignationis, cum tamen essem innocens, vt patet ex supradictis.*

7 Et

MORALITER.

1 Et *circundedit, &c. Deus t.* scilicet ignorantię contractis ex peccati consuetudine.

2 *Antequam co* id est delectationem peccati percipiam.

2 *Sus.* Synderesi remurmurante peccato.

3 Et *quasi inundantes aquæ sic rugitus.* Esa. lvij. *Impij quasi feruens, quod quiescere non potest.*

6 *Quia timor quem timebam.* de peccati continuatione.

7 *Euenit mihi* propter consuetudinem, quæ vix potest dimitti.

8 *Nonne dissimulaui.* propter hoc à peccatis emendari.

9 *Nonne silui.* retardando peccata confiteri.

10 *Nonne quieui.* manendo nimis in lecto peccati.

11 *Et venit super me indignatio.* scilicet Dei, sic debet peccator pro peccatis suis dolere & lamentari.

6 *Quia*

ADDITIO.

✠ *In cap. iij. vbi dicitur in postilla: Thomas autem de Aquino dicit. His non obstantibus. Expositio sancti Thomæ in hoc loco videtur rationabilis, non obstantibus his quę contra eum postillator obiicit: quod sic patet. nam Iob & amici eius, vt dictũ est in prima additione, disputabant principaliter circa hoc quod Iob dicebat se esse flagellatum sine culpa: amici verò asserebant ipsum esse flagellatum in pœnam suæ culpæ & suorum, vt patet manifestè in toto processu huius disputationis: & sic patet quod eorum disputatio non erat in aquiuoco vt postillator dicit sed de directo sibi inuicem contradicebant. Alia autem quæ in hac disputatione interuenerũt, vt patet quod Iob tenebat, quod in alia vita finaliter puniebãtur iniusti, & iusti præmiabãtur, quod tamẽ negabatur ab aduersarijs, non erant de principaliter intentis in disputatione, sed de secundario superuenientibus. vnde infrà Iob xxij. a. quando cessauit disputatio trium amicorum: dicit sic:* Omiserunt autem tres viri isti respondere Iob, *eò quod iustus sibi videretur, id est, quod non po-*

c terant

A terant ipsum conuincere de iniustitia sua. ex quo patet quòd hæc erat principalis materia disputationis, scilicet, vtrum Iob fuisset iustus tempore suæ flagellationis, vel non? Et ideo quia Iob exprimens vitam suam esse odibilem secundum partem sensitiuam, prout sanctus Thomas ponit, interposuit quædam in hoc cap. in quo primordium disputationis consistit, quibus videbatur Iob asserere se esse iustum, & sine causa vel culpa flagellatum: ideo aduersarij contra hoc principaliter se opposuerunt, non curantes vtrum secundum sensitiuam partem loqueretur, vel alias, sed solum iustitiam suam impugnantes, & ex hoc approbantes punitionem suã; & sic manifestum est quod non disputabant in æquinocum, nec Iob eos detinuit in verbis ad propositum non spectantibus: sed Iob principaliter asserebat se esse iustum, aduersarij vero hoc semper contradicebant, & circa hoc principaliter versabatur vtriusque partis intentio.

Quia autem postil. dicit quòd Iob in hoc ca. ex sententia erronea amicorum suorum, quam nouerat, concludit vitam sibi odibilem & onerosam: & per consequens suam conceptionem, natiuitatem, & educationem, ducendo eos ad inconueniens, &c. prout in postil. videtur irrationabiliter dictum: Tum quia quando hoc capitulum proposuit, nihil legitur audiuisse ab amicis, vt patet manifestè. Nam ipse fuit primus loquens de hac materia: nec debuisset eis imponere quod aliquod erroneum credidissent, ex quo non habebat de hoc certam notitiam. Tum quia si hoc modo loqueretur, scilicet ex aliorum positione, vt eos duceret ad inconueniens, vt postillator dicit, debuisset interponere aliquam dictionem, quæ significaret, quòd hoc loquebatur ex aliorum

B positione, non ex sua. sicut Apostolus in illa auctoritate quam allegat postil. j. Corin. xv. b. Non fuit locutus simpliciter, sed conditionaliter dicens: Si resurrectio mortuorum non est, ergo nec Christus resurrexit. vbi manifestè ostendit se non loqui simpliciter, sed conditionaliter, secundum eos qui resurrectionem negabant, quod Iob in hoc loco non fecit: sed simpliciter loquitur, tanquam ex sua propria opinione prout sanctus Thomas in sua expositione dicit.

Sed vlterius circa hoc videtur quærendum, quare tione Iob tam particulariter maledixit diem natiuitatis suę, ac noctem conceptionis, similiter & stellas & huiusmodi? Suffecisset enim ostendere suam tristitiam & dolorem simpliciter, sicut Christus dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem, Mat. xxvi. d. vel saltem sicut Dauid ij. Reg. j. d. similiter maledixit montibus, dicens: Montes Gelboe nec ros nec pluuia super vos: in quo satis ostendebatur quod illa quæ contigerunt in illis montibus, erant valde infortunia. Ieremias etiam, qui propter veritatem, quam ex parte Dei populo denuntiabat, fuit multipliciter afflictus, intantum etiam quod ostendebat se maluisse nunquam fuisse natum, vnde maledicebat virum, qui patri suo denuntiauerat natiuitatem suam, tanquam illum qui mala noua denunciabat, vt habetur Iere. xx. d. Nunquam tamen ad tanta & tam particularia descendebat in maledicendo, vt patet ibidem, vnde Iob omnes modos consuetos in sacra scriptura circa talia videtur transcendisse, de quo ratio videtur querenda.

Ad quod dicendum, quòd sanctus Thomas in hoc loco sic dicit: Considerandum est autem quod sicut Hiero. dicit in prologo, a verbis Iob, in quibus ait: Pereat dies: vsque ad illum locum vbi scriptum est: Idcirco me reprehendo; hexametri versus sunt dactylo spondeoq; currentes & sic patet quod liber iste per modum poematis conscriptus

C est: vnde per totum hunc librum figuris & coloribus vtitur, quibus poeta vti consueuerunt. Solent autem poeta vt vehementius moueant, ad eandem sententiam diuersa inducere: Vnde hic Iob ad maledicendum diei suo hunc modum obseruauit, inducens ea quibus aliqua dies solet esse odiosa, hæc ille. Ex quo ratio tantæ particularitatis in hoc loco & in alijs huius libri patet.

Sed adhuc circa modum loquendi istius libri est vlterius attendendum. quod inter cætera quæ in sacra scriptura traduntur per modum carminum seu canticorum, in quibus multa figuratiue & parabolicè traduntur, iste liber est obscurior, eo quòd sunt in eo multa vocabula ignota & inconsueta magis quàm in alijs libris, nec etiam in eo regulę grammaticales Hebraicę communiter seruantur; Cuius causa potest esse duplex. Vna scilicet, quod secundum quosdam Hebræorum expositores, liber iste fuit ab alia lingua in Hebraicam translatus, quod minimè contingit in alijs libris sacrę scripturæ, ex quo dicunt prouenisse prædicta, scilicet quod aliqua vocabula illius linguæ nobis ignotæ remanserunt in prima propria forma, sicut contingit in libris philosophicis seu mathematicis, qui è Græco in Latinum fuerunt translati, in quibus aliqua vocabula remanent Græca, sicut hyle sumitur pro materia prima in naturalibus, & est dictio Græca, similiter & Cenith capitis quod sumitur pro altiori puncto cæli supra hemispherium in astronomia, quæ quidem dictio Cenith non est dictio Latina, & sic pluries contingit in hoc libro, in quo ponuntur aliquæ dictiones, quæ non sunt Hebraicæ, sed sunt illius linguę à qua liber iste fuit translatus, quæ nobis est ignota, prout fortè in aliquibus locis inf. videbitur. Alia causa etiam reddi potest, quia liber iste procedit per modum

Tragedia. tragœdiæ, quę dicitur esse apud Grammaticos cantus hircinus, eo quod de rebus crudelissimis & horridis tractat, scilicet, de casu flebilissimo & crudelissimo sancti & piissimi viri sicut Iob, vt patet in toto processu libri, & ideo modus loquendi difficilis & obscurior consueuit esse in scripturis, sicut patet de libro Threnorum, qui etiam de destructione Ierusalem tragœdicè procedit, cuius stylus multum confirmatur stylo huius libri in Hebræo, licet modus loquendi in isto libro obscurior sit modo loquendi in libro Threnorum. vnde translatio nostra magis & frequentius deuiat ab Hebræo in hoc libro, quam in alijs sacræ scripturæ libris, quam varietatem. quia in multis locis & frequenter in hoc libro inuenitur, causa breuitatis tangere omittam, nisi fortè vbi propter hoc sententia videtur nimis variari & cętera.

D

ADDITIO. II.

In eodem capitulo iij. vbi dicitur in postilla: Hæc Thomas exponit dupliciter, vno modo quod per leuiathan intelligitur piscis. Leuiathan
Vtraque expositio sancti Thomæ videtur habere locum. De prima enim sic patet: nam dato quod ille piscis magnus non possit capi nisi de clara die, prout postillator dicit sibi fuisse narratum a piscatoribus, tunc si contingeret quod aliqua dies in qua ipsi intenderent captioni illius piscis, finiretur ante eius captionem, maledicerent illi diei, eo quod non fuit protensa vsque ad finem sui operis. & de talibus intelligitur illud. Qui maledicunt diei qui parati sunt suscitare Leuiatan, secundum proprium motiuum sancti Thom. licet mutetur tempus congruum ad captionem, vtrum nox vel dies, quia hoc consistit in facto: & ideo non variat motiuum expositionis. Secunda vero expositio non debet censeri mystica in hoc libro sed literalis, nam

E vt dictum fuit in additione præcedenti, hoc libro proceditur per modum poeticum seu tragœdicum in quo figuris & coloribus vti est consuetum: & ideo accipere Leuiathan pro diabolo, ad literalem sensum pertinet, qui quidem sensus literalis in locutionibus figuratiuis seu parabolicis figuratus tendit ad literam, potius quam ad figuram: vt patet in quæstione de sensu literali supra in prologo super Ge. posito vnde & infrà xl. cap. vbi de Leuiathan agitur, per extensum communiter exponitur ad literam de diabolo, etiam ab ipso postillatore, vt patet ibidem. Secundum verò quosdam Hebræorum expositores litera talis est: Maledicunt ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare societatem suam: hoc enim nomen Leuiathan æquiuocum est in Hebræo: vno modo signat illum magnum piscem, & alio modo signat idem, quod societatem suam seu eorum. vnde secundo modo acceptum dicunt quòd per hoc quod dicitur: Qui maledicunt diei, intelliguntur lamentatores seu lamentatrices: quorũ officium est plangere super mortuos, & per verba sua suscitare societatem suam ad lamentationẽ & fletum, de quibus Ier. ix. e. dicitur: Vocate lamentatrices, &c.

ADDITIO. III.

In eo. cap. iij. vbi dicitur in postil. Qui ædificant sibi solitudines; Secundum proprietatem Hebraici sermonis vtrumque significat solitudo, scilicet desertum locum, & solitarium: & ideo vtrumque potest intelligi indifferenter, non deuiando à proprietate sermonis Hebraici, F &c.

ADDITIO. IV.

In eodem cap. iij. vbi dicitur in postilla: Viro cuius abscondita est via, &c. Supple quare data est lux? Viro cuius abscondita est via: hoc proprie intelligitur de ipso Iob, eo quod ipse se incedere credebat per viã iustitiæ prout erat verum & tamen contingebant illi miseriæ magnæ sicut impijs sæpe contingunt: & sic eius via erat abscondita propter huiusmodi perplexitatem, ex qua circundatus erat ignorantia: de quo subdit: Circundedit eum Deus tenebris scilicet ignorantiæ respectu huiusmodi viæ, quæ sibi erat abscondita:

ADDITIO V.

In eo. cap. vbi dicitur in po. Quia timor quem timebam, euenit mihi. Ex hoc quod Iob dicit, antea, timuisse aduersitates, quæ postea ei contigerunt videtur remouere quandam obiectionem, quæ ex prædictis per ipsum posset obiici contra eum. Si enim tempore suæ prosperitatis crederet, se securum ab huiusmodi timore, sequeretur quòd quia per magna tempora fuerat in posperitate, tam ab extrà quam ab intrà, & sic non rationabiliter dixisset Quare non in vulua mortuus sum & egressus ex vtero non statim perij, & huiusmodi. Diceretur enim sibi, quod sua natiuitas & educatio satis profecerat sibi, saltè pro toto illo tempore, in quo fuit in prosperitate. Ad quod remouendum dicit Quia timor quem timebam, euenit mihi, &c. q. d. nõ credebat aliquis quod vita mea aliquando fuit prospera & quieta: quia licet ab extrinseco ante aduersitates videbar tranquillus, semper tamen patiebar in mente timorem eorum, quæ euenerunt mihi, & sic nunquam fui in vera prosperitate, quia ad talem prosperitatem requiritur securitas, seu tranquillitas mentis, quam ipse asserit se nunquam habuisse. Et vt hoc, quod dicit, ostendatur esse verum, subdit: Nonne dissimulaui

A dissimulaui. *Circa quod sciendum, quòd in Hebræo non habetur in hoc loco aduerbium interrogatiuum, scilicet, nonne: sed quædam simplex negatio, scilicet sic:* Non dissimulaui, non silui, non quieui, &c. *& est sensus. Timorem quem inde dico me habuisse, non dissimulaui; quia vt dictum fuit suprà cap. j. Iob timens, ne fortè peccarent filij sui in suis conuiuiis, in fine hebdomadarum offerebat per singulos holocausta: & sic patet quòd timebat eorum spiritualem ruinam, & per consequens eorum punitionem; quod tamen non dissimulabat, cum hoc patenter ostenderet: per holocaustorum oblationem continuatam. Dicit etiam:* Non silui, *quia vt ibidem dicitur,* sanctificabat illos, *scilicet, filios & familiam: in qua sanctificatione præsumendum est, quod eos exhortabatur & commonebat de quo dicit:* Non silui, *scilicet, timorem quem habebam ex prædictis: & sic patet, quòd ipse intrinsecus erat continuo timore inquietatus, de quo dicit.* Non quieui; *& quia huic turbationi sua intrinsecè fuit subsecuta aduersitas extrinseca, ideo dicit.* Et venit super me indignatio. *Quæ quidem sententia horum duorum versuum rationabiliter videtur, tum quia consona Hebraicæ veritati, vt dictum est, tum quia indecens videtur viro iusto vt se laudet. vnde Prouer. xxvij. a.* Laudet te os alienum & non tuum; *necessitate tamen imminente, vt cùm aliqui falsò intendunt vitiare iustum, tunc est conueniens vt iustus se excuset, se veraciter iustificando, vnde Iob postquàm ab amicis fuit falsò reprehensus, rationabiliter se defendit, vt patet in processu, sed in hac sua prima propositione, cùm nondum audiret aliquem eum condemnantem, solum intendebat suam miseriam plangere modo iam dicto sine hoc, quod de innocentia sua aliquid tan-*

B *geret*

REPLICA.

In cap. iij. vbi postil. expositionem verborum Iob, quæ sonant quasi maledictionem, pertractans, & præcipuè expositionem sancti Thom. præ aliis commendans, contra eandem obiectionem facit Burgens. quasi crimen læsæ maiestatis peractum: longa digressione reprehendit, volens sanctum scilicet, Tnom. defendere plus inuoluit. Et quia tædiosum est totum tractatum suum recitare, resoluo eum ad certa puncta, quibus pertractatis apparebit quid rei & rationis habeat. Est igitur in hac sua digressione primus punctus iste, quod tota materia & principalis disputationis Iob fuit, quod flagellaretur sine causa. Secundus punctus quod ratio mouens principaliter Iob ad primum dictum est, quod Iob asseruit se iustum, & per consequens sine causa flagellatum. Tertium dictum quod amici Iob solum impugnabant iustitiam, quam Iob prætendebat, alia autem dicuntur accessoria in illa disputatione. Sed primũ dictum videtur simpliciter falsum, ta commendabili & à Deo commendato viro nõ esse imponendum, nam vna omnium philosophorũ voce reprobatur, solius. n. Aristo. Plato. Atqui Burgẽsis aperte, sine causa, sum it pro oe φ est sine, culpa. *naturalis luminis ductu Aristo. videt nihil fieri sine causa, & Plato sub cœlo nihil fieri credidit, cuius legitima causa in tempore non præcessit; & sic de aliis philosophis simul & theologis, qui consentance dicunt mula fieri sine culpa, nulla tamen sine causa. Et secundum dictum similiter falsum est, quod Iob se asseruit fore iustum, nam hoc faciendo foret iniustus, vt probatur ix. huius. verè enim iustus quid sibi desit primum, non quid assit, agnoscit.* Si enim dixerimus *(inquit Ioannes in canonica sua prima c. i.)* quia peccatum non habemus, ipsi nos se-

C ducimus, & veritas in nobis non est? *quapropter illa verba quæ ad innocentiam veliustitiam ipsius Iob tendere videntur, non aliter accipienda sunt nisi sicut verba Christi de cœco nato, Ioannis ix. a.* Neq; hic peccauit neq; parẽtes eius, &c. *Quia Iob non dixit simpliciter se non peccasse, nam hoc esset temerarium. sed dixit se non peccasse vt flagellaretur, volens per hoc amicis errantibus concludere quod siqui flagellantur, non sequitur necessariò, igitur propter peccata, qui fuit error principalis & formalis amicorum, vt patet in processu libri. Nec tertium dictum Burg. stare potest, quia amici Iob non intendebant eum probare iniustum, sed habebant, hoc tanquam euidens ex flagellis, iuxta errorem eorum, quo neminem dixerunt flagellari sine culpa ad quod concludendum tendit eorum disputatio, idcirco ex verbis Iob accipientes occasionem scandali, putabant eum Dei blasphematorem & impatientem, & de hoc non disputauerunt, sed ipsum Iob tanquam talem obiurgabant, vt patet in processu litera. Materia ergo disputationis fuit, in præsenti neminem puniri nisi pro peccatis & contra. Iob autem vtrique erroriseopposuit, & non pro sua iustitia, sed iniuria Deo per derogationem facta disputauit, in cuius signum infrà vltim cap. Deus illos tres amicos increpans, non dicit eos contra Iob locutos, sed contra Deum & Dei iustitiam, ideo dicit ibi.* Iratus est furor meus in te & in duos amicos tuos, *quia non estis locuti coram me rectum, id est, dogma verum, secundum Glos. Si enim solùm locuti fuissent contra iustitiam Iob, vt sonat tertium dictum Burgens. non possent reprehendi. quasi non rectum locuti fuissent, cùm & Iob reprehensibilis erat per Deum reprehensus, vt patet infrà xxxviij. Ex quibus patet quod Burgen. sanctum Thom. potius inuoluit quam defendit. Et idem Burgen. ex debilibus motiuis inuehitur contra postil. diceus quod Iob ex sententia suorum amicorum erronea, quam nouerat eos dogmatizare, concludit quærelam*

sua natiuitatis, conceptionis, &c. sibi fuisse odiosam: contra quod dictum D *Burgen. arguendo assumit, non legitur Iob ab amicis suis audisse errorem. igitur si impugnauit, impugnauit sibi incognitum. Ad quod dico, quod quia viri insignes fuerunt, vt patet ex eorum argumentis, ideo fama prodente potuit Iob scire eorum opiniones & doctrinas, & fortassè tempore prosperitatis se contulit cum eis, sic quod eorum errores non latebant ipsum: quin etiam fundabantur errores eorũ super lamentatione digna s. quod non esset vita post hanc, vt dicetur infra. stantibus enim illis erroribus lamentabilis esset vita iusti, præsertim flagellati: quia sic eius iustitia in futuro nihil præmij corresponderet, & in præsenti non nisi tribulatio, & sic expositio postill. locum habet, similiter & obiectio contra sanctum Thom. Per idem respondetur ad secundum argumentum Bur. quia ex fama & mutua collatione ante flagellationem habitis, sciuit Iob amicos suos his erroribus inuolutos. Ratio huius est, quia doctrina Iob non latuit amicos, eo quod infrà iij. cap. dixit Eliphaz primus amicus:* Ecce docuisti plurimos, &c. *Rationabile igitur videtur, quod & ipse Iob sciuerit doctrinas & opiniones amicorum suorum: idcirco inter flagella veritatis amator voluit errores amicorum obiurgare: vnde hoc intelligentes, se ei importunius opponebant. Per idem ad tertium, quia satis dedit intelligere, quando maledixit diei, &c. Cum esset voce domini laudatus vt iustus & rectus, creatura Dei absolutè maledicere non potuit, cum sit omnis valde bona. Gene. j. Sed rectè maledixit eis ex suppositione errorum, quos fama docente sciuit amicos suos tenuisse. Ex quibus patet Burgen. etiam ad argumentum postillatoris non bene respondere: quando à simili allegat Apostolum etiam ex suppositione er-* E *rantium & negantium resurrectionem sic arguentem.* Si resurrectio non est, nec Christus resurrexit: inanis est ergo fides nostra. 1. Cor. 15. b. *Vbi Burg. dicit quod Apostolus loquitur conditionaliter: ita dico & ego, quod Iob similiter loquitur, supplendo sic literam; Si verum est in futuro nullam esse remunerationem pro tribulationibus sponte assumptis, vel sine culpa inflictis, maledicta est dies natiuitatis & nox conceptionis talis hominis, qui in hac vita sine culpa flagellatur, & sic illa conditionalis æquiualet consequentiæ bonæ & legali, quamuis non formali, sicut & conditionalis Apostoli per postillatorem allegata concludit fidem nostram esse inanem, imò idem Apostolus j. Cor. xv. c. similem concludit maledictionem dicens,* Ergo qui dormierunt in Christo. *Si inquit,* omnibus hominibus &c. *vide ibi in glo. Nec videtur dictũ Burg. valere, quod adducit ad reddendum rationẽ, quare ita particulariter maledixit noctem, diem, stellas, &c. Quia dicit allegando sanctum Tho. quod iste passus litera est metricus, igitur poeticus. Poeta autem solent modos loquendi multipliciter variare eorum quæ ponunt. sed non videtur mihi conueniens sacram scripturam poematibus & poetis comparare, cum multa mentiri solent poetæ canentes, vt dicitur j. Metaphysica. Vnde & beatus Hieron. Sensus sacræ scripturæ, qui videntur falsè sonare, ironice comparat huiusmodi poeticis fictionibus & Athenarum ludicris, vt patet suprà ij. Reg. j. Nec bene infert Burgen. cum sancto Thoma ex dicto beati Hieron. passus iste est metricus, ergo poeticus, quia multa sunt poetica prosaica, multaque metra non poetica. Nec verum est, quòd Iob maledixit stellis, vel quibuscunque aliis, præter diem & noctem, quibus maledicens dicit indignum quod sol luceat illi diei, &c. per* F *hoc magis solem & stellas magnificat, quam maledicit, ad modum loquendi de solenni viro: indignum est eum præsidere vili communitati imo & Iere. cap. xx. plus particulariter maledicit quam Iob, qui non solùm maledicit tempori ortus sui, sed etiam nuntio & cæteris, vt ibi patet. Est igitur Burgen. in hac parte inuolutor sententiarum, expositionem magistralem sancti Thom. non promouens, sed potius corrumpens. Postillator autem satis soluit obiectionem factam contra sanctum Thom. nam circa xx. cap. Iere. exponens maledictiones factas hic & ibi, ponit duplicem sensum: Secundum vnum sic maledicentes loquuntur ex parte hominis sensitiui & affectionc commoti, non ex parte hominis rationalis & affectione iusti, & sic stat bene expositio sancti Thomæ, sic etiã videtur sanctus Tnom. sentire. Secundum alium sensum, sic maledicentes loquuntur ex opinione persequentium, aduersantium & erroneè sentientium, non simpliciter, & stat expositio postillatoris.*

In eodem capit. vbi dicitur. Maledicant ei sicut qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiatham, *ibi postillator adducit duas expositiones sancti Thom. quarum primam tanquam falsam abiicit, secundam vero mysticam dicit. Prima autem expositio est, quòd Leuiathan est ad literam magnus piscis, quem propter sui magnitudinem piscatores non audent in die inuadere, sed tantum in nocte, in qua laborantes & propter celeritatem diei orientis capere non potentes, maledicunt diei quasi impedimento sui profectus. Sed postillator hoc dicit esse falsum quod in nocte ille piscis capi possit, sed solum in die clara, prout dicit se didicisse à piscatoribus in captione talis piscis expertis. Burgen. autem hanc expositionem, quamuis fabulosam, defendere volens, concedit quod tantũ in die capi potest. & addit, si dies terminetur ante captionem, tunc maledicunt diei: quia nimis acceleraust ad finem ante piscis captionem. Sed illud non videtur rationabile, quia maledicerent potius nocti, quæ nimis cito aduenit, quàm diei, qui nimis citò transit:*

quia specificatio sit à termino ad quem, non à quo. Etiam si vult dicere consequenter ad dictum sancti Tho. potius deberent diei citò transeunti benedicere quam maledicere, quia die terminato gauderent quod nox venisset in qua capere possent: sed quia res fabulosa est, trãseat. De eo autem quod postillator dicit secundam expositionem fore mysticam. Burgen. dicit eam literalem; quod etsi verum esset secundum allegoricum sensum: non tamẽ est verum secundum primam terminorum significationem nihil absurditatis habentem: prout exponitur iste passus secundum Hebraos postill. & etiam Burgen.

Item in eo. c. vbi dicitur. Viro cuius absc̃dita est via: cur data est lex, *hoc verbum cum bene exposuisset postillator. Burg. aliter exponendo si verum diceret, non veniret reprobandum, quia eiusdem passus possunt esse plures expositiones veræ: sed in expositione Burgen. illud non videtur verum, quod Iob ignorauit iustum à Deo iustè flagellari, quia hoc nitebatur probare contra amicos suos in hoc errantes, vt patet in processu libri, & suprà ostensum est j. Cor. j.*

Item in eodem capit. super verbo. Timor quem timebam, euenit mihi, *vsque ad finem capit. Burgen. est cum postilla. sed in fine vbi postillator dicit Iob tetigisse materiam suæ innocentiæ, Burgensis opponit dicens, viro iusto indecens se commendare absolute absque aduersariorum falsa impugnatione: qualiter in hoc ab amicis Iob contra eum adhuc nihil actum dicitur: sed Burgensis falsus intellectus ostensus est clarè supra in primo correctorii huius, & cætera.*

CAP. IIII.

a *Respon. autem, &c.*

☞ A ✠ OLYM. Iobus ostendit, non se doloris sensu carere, & tamen esse constantem, cuius præstantissima est doctrina, Animos cum corporibus non extingui, sed in infernis, sedibus commorari. Diuites eruditi, & pauperes consolatus est dum iucundorum & terribilium finem esse, Deumque morte hominum rebus vtiliter

B consuluisse: Ac optabilius esse mori, quam scelere diuinum numen violare, ostendit. Quæ cum amicis nõ essent intellecta, arbitrantibus eum maledicta iacere in Deum, & mala omnia quibus hominum vita tentatur, in scelus referenda; insipienti studio, Dei causam suscipiunt, & Iob, tanquam culpis obnoxium, iustis à Deo pœnis coërceri contendunt, non mente improba, sed vt amicum ad saniora consilia traducerent. Quare stomachatur eis Deus, tãquam iusta minimè loquutis: At veniam impetrant, quod non à scelerato animo, sed à beneuolentia erga hunc iustum, atque à pietate aduersus Deũ illorum cõformabatur oratio. Vnde docemur adhortationes instituì debere cum religione, ac precibus

C Deo adhibitis, ne ratiocinando erremus, & peruertamur. Eliphazus autem vtitur principio accommodato, sed tamen in media concidit oratione.

Historialiter. STRAB. Amici Iob causa pietatis venerant, sed ad contentionis verba prosiliunt non praua iutentione, sed quia percussum credunt pro iniquitate: deberẽt autẽ ex anteacta vita verba eius pẽsare, & si diuersa sentirent, humiliter dicere, nõ percusso per immoderata verba vulnus addere; & flendo se ei sociare, nõ scientiã suã ostendere. Sũt autem dicta eorũ in multis recta & fortia & in se magna: vnde eorum autoritate vtitur Apostolus, quæ tamen dominus reprehendit, sed comparatione melioris, dicens. *Non estis locuti rectum sicut seruus meus Iob.* Etsi mira, tumidè tamen dicuntur, cuntur, in sancti viri aduersitatem. Paulus ergo ea pensat ex eo- D rum virtute: Deus incautè prolata reprehendit ex personæ qualitate. Inter recta ad peruersa dilabuntur: Sic hæretici ex bonis mala abscondunt vt recipiantur, & ex malis bona inficiunt, vt corrumpant. Rom. 2. b. Gal. 2. a.

CAP. IIII.

a b c Respondens autẽ Eliphaz Themanites, dixit: Si cœperimus lẽ qui tibi, forsitan molestè accipies. Sed

a ¶ Hoc dicitur, quia locuturus erat contra eum.

b *Si cœperimus loqui ti.* GREG. Molliter incipiunt, sed in aspera prorumpunt. Sic hæ- 1 retici blanda verba 2 proponunt, ne cauec- 3 antur, sed aspera subinferunt. Gre. 5. c. 11. 1. Cor. 15. d

✠ HIER. & PHILIP. In ipso exordio ostendit se iniuriosa lo E quuturum.

✠ ORIG. legit: Num sæpe in molestia loquutus es. i. nunquamne alias in hæc mala incidisti? an tibi in more positum est, etiam alio tempore aliqua eiusmodi dicere?

✠ CATENA GRAECA. suscipiens Eliphas, subaudi, verba Iob.

✠ OLYM. ait, nunquid sæpe tibi sermo est habitus in labore.

✠ CHRYSO. Nouit scriptura laboris nomine peccatum significare, vt cùm dicit. *Sub lingua eorum labor & dolor:* Sic ergo Eliphaz, vide ne aliquid loquutus sis in peccato. Quamuis enim tuæ actiones præclaræ sint, accidit tamen vt peccetur in verbis.

✠ DIDYM. nunquid laborantibus consolationem adhibuisti ali- F quando? nunc autem oratio tua contemptus plena est, vt nullus ferre possit, etiam qui libenter sileret.

✠ OLYM. Theodotionis hæc est expositio: Si cœperimus loqui ad te laboriosè feres. Symmachus, Si receperimus sermonẽ, affligeris i. cum tibi nunquam molesta loquuti simus, cogimur tibi nunc contradicere.

c *Sed conceptum.* GREG. Perfecti nec in corde peruersa cõcipiunt quæ silentio compescunt. Alij praua concipiunt, sed silentij vigore magno constringunt: alij & concipiunt & mox efferunt. In sensu leues, in lingua præcipites. De his est Eliphaz, qui suo experimento de omnibus idem sentit.

☞ a *Tenere*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. IIII.

✠ 1 Respondens autem. *Postquam descripta est ipsius Iob propositio querulosa, hic consequenter ponitur amicorum eius obiectio calumniosa: & primo ponuntur obiectiones trium amicorum eius principalium, & secundo ipsius Heliu, qui cum eis venerat ad Iob consolandum, cap. xxxij. Prima in duas, quia primò ponuntur dictæ obiectiones, & secundò eorum replicationes, cap. xv. Prima in tres, secundum tres amicos Iob: quia primò ponuntur obiectiones primi, secundo secundi, cap. viij. tertio tertij, ca. xj. Prima adhuc in duas, quia primò ponitur ipsius Eliphaz obiectio, secundo Iob responsio, cap. vj. Prima in duas, quia primò Eliphaz proponit suam obiectionem, secundò inducit Iob ad eius attentionem: cap. v. Prima adhuc in duas: quia primò obiectio ponitur, secundo Dei reuelatio ad hoc inducitur, ibi:* Porrò. *Circa primum sciendum, quod Eliphaz rectè accepit verba Iob quantum ad illud in quo discordabat ab eo, scilicet quòd aliqui absque culpa afflìguntur in præsenti vita, & hoc accepit ex verbis Iob in fine cap. præceden. vt patet ex dictis ibidem, sed ex modo loquendi credidit eum esse impatientem, & ideo arguit primò eum de impatientia secundò de erronea sententia, ibi.* Recordare obsecro. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

Respondens autem. *licet obiiceret, tamen dicitur hic respondens quia post ipsum Iob loquitur, & quia obiiciendo respondet quodammodo dictis eius.*

2 Si cœpe. lo. ti. *Modus est hominis impatientis non expectare finem verbi quod sibi dicitur, & in hoc notat Iob de impatientia.*

3 Sed conceptum sermo. &c. *Licet enim iniurias proprias dissimulare sit virtuosum, iniurias tamen diuinas tolerare vitiosum est. videbantur autem ipsi Eliphaz verba Iob prædicta sonare in Dei iniuriam, propter quod dicit se non posse tacere secundum rectam conscientiam.*

✠ 1 Ecce

MORALITER.

✠ 1 *Respondens autem.* Sciendum autem quod liber iste procedit rethoricè, propter quod replicatur pluries eadem sentẽtia ad magis exaggerandum: vt patet ex dictis, & patebit ex dicendis. Similiter procedit disputatiuè propter quod eadẽ etiam aliquando repetuntur. Nã respondens repetit dicta opponentis, & opponens replicando dicta respondentis. Sciendum etiam quòd licet amici Iob primò venerint ad eius consolationem, tamen postea proruperunt ad eius iniustam increpationem, propter quod in fine libri dixit eis dominus, *non estis locuti rectum coram me, sicut seruus meus Iob.* & ideo per ipsos significantur illi, qui iustos iniustè increpare conantur, tales autem sunt præcipites in loquendo, quod notatur cùm subditur.

3 *Sed conceptum.* Et vt acrius increpent, prius eum commendant de doctrina, cum dicitur.

✠ 1 *Ec-*

☞ a *Tenere quis po.* Quasi vellet retinere: in quo innuit se in loquendo offensurum.

✻ CAT. GRÆC. Robur verborum tuorum quis sustinebit.

✻ ORIG. Vim verborum tuorum quis feret?

✻ DIDYM. Orationis tuæ tanta est asperitas, vt omnes excitet ad refellendum.

b *Ecce docuisti plurimos.* GREG. Certa bona sunt quæ & ille fatetur, qui criminari vult. Quãtus ante fuit qui tot suis occupatus disponendis, etiã liberè alios docuit, actu & verbo recta ostendens? Quia verò criminator bona de eodem dicit, ad crimen inflexit, dicens.

c *Nunc autẽ ve &c.* Quasi non seruasti recta quæ dicebas. Nota autẽ quod sunt iniqui, & bona iustorum quæ nota negare non possunt, dicunt, ne praui videantur: & vt inde magis credatur eis, in malis quæ inserunt, & hæc ipsa bona ad cumulum reatus inuertunt. Hic recta Iob ergo dixisse, sed non seruasse, quasi suo testimonio malus reprehenditur: inferius malè loqui notatur, vt taceat. Et hi sunt duo modi quibus bonos impetunt mali, dicentes eos vel praua dicere, vel bona quæ dicunt non tenere.

d *Defecisti, &c. Ubi est ti. tuus.* quasi de virtutibus miretur perditis, quas congruo ordine ponit. Sicut in via seculi audacia fortitudinem, timor debilitatem parit, ita & in via Dei audacia debilitatem, timor Dei fortitudinem: quia qui Deo iungitur, potestate quadam super omnia leuatur; fortitudo non nisi in aduersis ostẽditur, vnde patientia additur, quia in fortitudine quasi proficit, qui mala aliena non motus tolerat. De patientia perfectio nascitur: vnde in patientia animam possidere homo dicitur, id est, in omnibus rectè viuere, cunctis motibus mẽtis ex virtute dominari: qui enim se vincit, contra omnia est fortis.

Cat. Græca ✻ CHRYS. POLYCHR. festinasti, id est, perturbatus es. Ductum ab ijs, qui tumultu perterrefacti, celeritatem addunt ad gradum. Illudque obserua, Iobum diuinitus illud muneris habuisse, vt ad mala tranquillè ferenda alios adhortaretur.

✻ ORIG. Falsam de patientia & fortitudine tua omnes habebant opinionem, quia conturbatus es ἐπιπόλαιος enim est illud conturbatus es. D In comm.

✻ PHILIP. docuisti multos, ab erroribus reuocasti, roborasti manus lassas paupertate; deficientes in bono opere, desperantes, vacillantes circa religionem. Genua tremẽtia roborasti, quia Deo vni firmissimè seruiendum est.

✻ HIERO. Ista dicuntur in Iob cũ irrisione: quasi dicerent, si hæc fecisses ex animo, ista nõ patereris. E

✻ POLYC. Aquila legit, vbi patiẽtia tua, & simplicitas viarũ tuarum? Quia autem dixerat: *Timor quẽ metuebam euenit mihi:* ait, insanũ fuisse metum, & spem improbitate subnixam.

✻ ORIGEN. Perspicuum est Eliphaz ex iis quæ suadet, fuisse sapientem quendam in Dei iustitia meditatum. In comm.

✻ POLYC. discede, inquit, ab inani virtutis tuæ æstimatione.

GREG. Quoniam autem inuehendo corripuit, nunc quasi exhortando subdit:

c *Recordare obsecro te.* Sed & hoc reprehensibiliter agit. Innocens enim & rectus sæpe hic funditus delentur, etsi ad æterna seruantur: sed qui nõ pro æterna sed terrena mercede Deo seruiunt, ipsi sibi fingunt quod quærunt, & docere præsumentes cùm terrenam securitatem prædicant, cunctis suis laboribus ostendunt quod amant. Cap 14. F

✻ OLYM. Illud autem, *radicitus perierunt*, vim magnam habet: nam alij mala perpessi sunt; At illa mala ad posteros haudquaquã permanarunt.

✻ PHILIP. *Quis innocens periit?* Ergo ignoras Abel innocentem occisum, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, multa esse perpessos. idem D. Hierony. In comm.

f *Quin potius vidi eos.* GREG. Dolores seminat, qui dicit: Fraudulenta metit, qui dicendo præualet. Vel dolores seminat, qui peruersa agit. Metit, qui in eis prosperatur. Hi non (vt ait) pereunt, Cap. 15.

☞ sed

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Ecce do.plu. *Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum propter quod, vt ostendat impatientiam Iob, vt credebat, esse turpiorem, primo inducit præcedentem eius doctrinam. Circa quam sciendum, quod aliqui sunt impatientes ex sola ignorantia boni patientiæ, & quantum ad tales dicit:* Ecce docuisti plu. *Sunt etiam aliqui impatientes non ex ignorantia boni patientiæ, sed ex animi debilitate, & quantum ad istos dicit:*

2 Et manus lassas robo. *id est opera patientiæ relaxata ex debilitate animi; Sunt etiam aliqui impatientes ex diuturnitate aduersitatis, qui incipiunt dubitare an talia eueniant eis ex iudicio diuinæ prouidentiæ: & quantum ad tales dicit.*

3 Vacillantes confirma. ser. tui; *Sunt etiam aliqui qui aduersa, parua, & mediocria sustinent, sed superuenientibus grauibus, incipiunt frangi: & quantum ad tales dicit.*

4 Et genua tremen. *Homini enim portanti graue pondus genua incipiunt tremere: & per hoc designatur magnæ aduersitatis pondus sub quo aliqui incipiunt deficere. Præmissa igitur doctrina Iob de patientia inuehitur contra ipsum de defectu patientiæ dicens:*

5 Nunc autem ve. s. t. plaga. &c. *id est, amissio bonorum exteriorum.*

6 Et defecisti. *per impatientiam.*

7 Tetigit te. *flagellando in proprio corpore.*

8 Et conturbatus es, *prorumpendo in blasphemiam: dixerat enim Iob in fine præcedentis capituli, se percussum à Deo, quamuis esset innocens: & hoc Eliphaz reputabat blasphemiam, vt magis patebit infrà. & ideo concludit,*

9 Vbi timor tuus. *respectu Dei,*

10 Fortitudo tua, *respectu mali sufferendi, tamen cum difficultate.*

11 Patientia tua, *absque tali difficultate, vt sic talis differentia sit inter fortitudinem & patientiam, sicut Philosophus ponit vij. Ethico. inter continentiam & temperantiam.*

12 Et perfectio viarum tuarum, *quam prius simulabas; quasi diceret, ex effectu patet quod ista fuerunt in te ficta, & non vera.*

13 Recordare *Hic consequenter Eliphaz arguit Iob de erronea sententia, quia dicit innocentem à Deo puniri, dicens:* Recordare obsecro te, *reducendo ad memoriam facta præterita.*

14 Quis enim vnquam innocens periit. *q. d. non posses ostendere, nec per consequens credendum est tibi de te.*

15 Aut quando recti deleti sunt, *per amissionem substantiæ & prolis sua, sicut tu deletus es.*

16 Quin potius vidi. *per experientiam, cui credendum est.*

1 ☞ Eos

MORALITER.

✠ 1 *Ecce docuisti plu.* Et de charitate fraterna cum subditur:

2 Et *manus lassas. &c.* Consequenter vertunt verbum ad increpationem.

3 *Nunc autem, &c*, Quasi dicant: doctrinam tuam operibus destruxisti.

9 *Vbi timor tuus.* erga Deum?

10 *Fortitudo tua.* q. d. ista non fuerunt in te secundum veritatem, sed tantummodo secundum fictionem.

13 *Recordare obsecro te. &c.* quasi di. nullus. Increpantes autem iniustè frequenter ex verbis suis ostenduntur deficere; nisi enim in vita præsenti, de qua loquebatur Eliphaz, quia non credebat aliam, innocens aliquando periret, Esaias non diceret: *Iustus perit & non est qui recogitet.* Innocentes enim aliquando pereunt in hoc mundo vt saluentur in cælo.

15 *Aut quando recti deleti sunt.* quasi die at nunquam: quod similiter est falsum. Nam aliquando de memoriis hominum delentur, vt in libro vitę scribantur.

16 *Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, &c.* sequitur:

☞ A sed felicius hic iustis vinunt. Patitur enim Deus quosdam hic prævalere, vt mundius vita iustorum purgetur. Punit mox alios, ne putetur humana negligere, & multa mala præterire, vt corda innocentium, qui pusillanimes sunt, confirmet. Verius autem diceret de omnibus, In fine; generaliter poterat dici, quod innocens & rectus nō perit: quia etsi hic atteritur, apud Deum vera salute reparatur.

Et mali pereunt, quia etsi hic altius crescāt, in fine durius ferientur. Sed quia dicit, *recordare*, patet transacta ad mentem reduci, non futura enuntiari.

B † separauerunt se. ✻ ORIG. Dei iustitia aperta est & clara. cuius iussu improbi puniuntur.

✻ CATE. GRÆC. Arant quod non oportebat.

Ad Gala. 6. ✻ CHRYSOS. Quæ seminat quis, hæc & metet, inquit Apostolus, sed hoc non vidit Eliphazus, non cunctorum hominum esse in hac vita remunerationem; cum multorum scelera diuinis tribunalibus reseruentur, & pij hic exerceantur, vt eorum nota sit virtus: Et contradicit scripturæ, appellanti Iob verum. *A præcepto domini.* id est, Non à dæmone, aut ab hominibus sed à Deo, vltore malorum dolores immittuntur.

✻ POLYC. solo imperio, nulla defatigatione.

✻ OLYM. à spiritu, à minis eius: vt seminibus à vento consumptis accedere solet.

Ibid. a *Flante Deo perisse.* GREG. Nos conflamus aerem. dum ab extra intus trahimus, & ab intus extra reddimus. Deus ergo in retributione flare dicitur, quia eb exterioribus causis intus iudicij cō silium concipit, & ab interno consilio exterius sententiam emittit; id est, à malis nostris quæ extra videt, iudicium intus disponit,

C & ab interno conceptu extra damnationem facit. Vel flare Deus, id est irasci, dicitur per simile, quia nos cùm irascimur, flatu furoris inflamamur. Flat ergo Deus irascendo vindictam cogitās, cum post longam patientiam, qui in se tranquillus est reis videtur turbulentus, cum ipsi coram eo reatu suo turbentur.

In comm. b *Rugitus leonis.* ✻ ORIGENES. fretus Dei iustitia illius dispensationē declarat, qui iniustos & arrogantes punit, quibus autem charus est, conseruat.

✻ DIDYM. naturis mutorum sumptis, quæ ex insidiis nobis sunt infesta.

Greg. 5. c. 15. & 16. GRE. Postquam clementer monuit, apertè increpat. *Rugitus leonis*, id est, seueritas & terror ipsius Iob. *Vox leænæ*, loquacitas coniugis. *dentes catulorum*, edacitas filiorum destructa est. Rigidus exultat, quasi iure essent damnata. Tigridi etiam Iob cōparat pro maculis simulationis. Hypocrita enim, qui rectus videtur, habet latentia vitia, quæ aliquando crumpentia colorem variant. Præda est iustorum gloria, quam sibi arripit: Putans ergo iste sanctum Iob bona quæ in eo nouerat, per hyp crisim tenuisse, D dicit:

c *Tigris perijt.* Hoc est varietas tuæ simulationis extincta est, quia adulatio laudis ablata est. Pro tigride hic apud Septuaginta μυρμηκολέων legitur: quod Latine dicitur formicarum leo, vel expressius formica & leo. Est autem parvum animal, quod latens in puluere, insidiatur formicis, & eas comedit: Volatilibus verò aliis animalibus, est formica, à quibus comeditur. Per hoc notat Iob fuisse contra erectos timidum, contra subditos audacem: sed iam non habet prædam eius elatio. quia percussus ab aliena læsione prohibetur. Typicè eadem de hæreticis. Leo, diabolus pro sæuitia, Leæna ciuitas mundi Babylonia sociata leoni; Catuli, qui reprobi ab illis generati. Ab his cauent sibi sancti. At hæretici securi omnia se superasse putant. Quasi diceret: Ideo non flagellamur, quia virtutem diaboli vincimus, & vocem, id est, gloriam seculi, & dentes id est, persuasionem reproborum. Tigris, iterum diabolus, pro multiformi astutia: Vel myrmicoleon, qui contra resistentes debilis, contra consentientes fortis: quem dicunt perijsse, quia in eis prædam non habet. Hoc præ gaudio repetunt, quia sæpe repetitur quod per gaudium dicitur. Hi tales per sapientiam putant se omnes transcendere.

✻ OLYM. Negant nonnulli Myrmecoleonem animal esse ad veritatem, sed compositione dumtaxat fabricatum. Alij bestiolam esse ab Oceano, siue è terra ortam: interit autem quod cibo caret naturæ congruente. Quidam, sine cibo vitam tueri. Inquit autem Eliphaz: Omnia animalia naturæ metas tuentur, sic, tu, si verus homo extitisses, nec verbis tantum pietatem iactasses, nihil F tibi horum accidisset. Myrmecoleo autē est diabolus, impiis leo, pijs formica: qui perit si perturbationes in nobis oppressas inuenerit.

✻ IVLIA. Idcirco semē Babylonis Propheta deleri iubet. Sunt Psa. 136. autem in principio tentationes formicæ, deinde fiunt leones vehementia, estque difficile eas domare.

✻ AVG. In nouissimo non erunt quos inducens comedat diabo- In anū. lus, separabuntur etiam pij ab impijs. Hic autem errat, qui de dæmone dicta, Iob tribuit.

✻ CAT. GRÆCA. hęc addit si verbum aliquod verum fuisset in sermonibus tuis, nihil tibi horum occurrisset.

✻ CHRYS. Innuit sæpenumero plenam grauitatis orationem à Iob vsurpatam fuisse.

✻ AVG. non accidissent illa damna, vel te consolareris, ne dolor te premeret, si aliis ex corde dixisses.

d *Porrò ad me dictum est verbū absco.* GRE. Absconditaſe hæretici ibid. ca. 18.

☞ audire

NICOLAVS DE LIRA.

1 Eos qui operantur iniquitatem. *manifestè inimicando.*
2 Et seminant dolores. *occultè insidiando.*
3 Et metunt eos. *ad finem deducendo:*
4 Flante Deo perisse. *in propria persona.*
5 Et spiritu iræ eius esse consum. *in bonis suis & prole sua; & in hoc notat Iob hoc modo consumptum propter peccata sua præterita. ideo sequitur:*
6 Rugitus leonis, *id est, ipsius Iob, quem leoni comparat, propter crudelitatem & rapacitatem quam ei imponit.*
7 Et vox le. *id est, vxoris sua, quæ ipsum Iob ad prædicta mala per sua verba incitauerat, vt iste dicit,*
8 Et dentes catu. leonum, *id est, rapacitas filiorum Iob ipsum imitantium,*
9 Contriti sunt. *Supple diuino iudicio. Et quia posset ei dici, quod vxor Iob percussa non fuerat: ideo hoc remouet dicens.*
10 Tigris periit. *Quam prius leæna comparauerat hic tigridem vocat, propter velocitatem eius ad malum, sicut tigris est animal velocissimum. dicit igitur:* Tigris pe. eo. quod non habe. prædam. *q.d. licet vxor Iob non fuerit mortua sicut filij & filiæ, nec sicut Iob percussa vlcere: tamen in hoc percussa est, quod non potest bona aliorum rapere per se, nec per maritum, nec etiam per filios. ideo subditur:* Et catuli leonis dissipati sunt.
11 Porrò. *Hic consequenter Eliphaz ad suum propositum inducit diuinam reuelationem, virum autem fuerit vera reuelatio vel conficta ab eo, Thom. sub dubio relinquit; videtur tamen quod fuerit conficta, quia in fine libri dominus dixit ad eum:* Iratus est furor meus contra duos amicos tuos, quia non estis locuti corā me ad rectū. *Itē quia*

☞ hoc

MORALITER.

✠ 4 *Flante Deo perisse.* Similiter hoc est falsum. Nam aliquando impij prosperantur vsque ad mortem in vita præsenti, vt habetur infrà eo. c. Greg. *Sæpe namque dominus diu tolerat quos in perpetuum damnat.* Sed quia mali non solum bonos arguunt de ficta bonitate, sed etiam de crudelitate, ideo subditur:

6 *Rugitus leonis,* Vocant eos leones, ipsos de crudelitate notantes; & quia non solùm eos diffamant in personis propriis, sed etiam in sibi coniunctis, vtpote in vxoribus & famulis: ideo subditur.

7 *Et vox leænæ & dentes catu. &c. Porrò ad me dictum est verbum absconditum & quasi furtiuè, &c.* Tales enim maligni, vt iustius bonos arguere videantur, fingunt aliquando, quod occulta sibi diuinitus reuelentur: & quæ sint illa subditur,

✠ *Nun-*

☞ audire simulant, vnde & latenter prædicant, vt sanctior eorum prædicatio habeatur, non alijs æqua.

In anno. ✻ ORIG. Nũquid auris mea capiet insueta, sunt enim ei metus insueti.

✻ NICETAS. Vtrum non accipiet auris mea magnifica ab eo? Symmachus autem, ad me sermo factus clam furtiuè & accepit auris mea susurrum ab eo.

-furtiue ✻ PHILIP. Venas susurri, 1. latenter ad aures cordis mei virtus sapiętię velut quodã spiramine, penetrauit.

ibid.c.18. a *Furtiuè*. GREG. Quia non cum alijs per ostium intrant, sed rimas quærunt prauæ intelligentiæ. quia verò fur lumen timet, addit:

b *In horrore visi. noct.* In pauore nocturnæ visionis se percepisse venas susurrij diuini dicunt: quia vt alta iactẽt, vix ea posse se capere dicũt. Sed dum ita alta notant, testes contra se nequitię sunt.

B In nocturna enim visione dubiè cernitur.

c *Quando solet sopor ocu.* Hoc est, dum omnes inferius dormiũt torpore, nos ad alta & superna percipienda vigilamus. Et dum aliquando hoc despici vident, seipsos timere simulant quod dicunt, vnde subdit:

d *Pauor tenuit me.* Vt miri videantur in altis, quasi pertimescunt quæ fingunt: & tamen audaces sunt proferre, quæ asserunt vix se potuisse audire.

✻ OLYM. Fortasse terrorem Iob offerre conatur dicens: verere eum qui etiã in somnijs irrogat hominibus supplicia. Vel hęc dicit, vt in Iobi animum facilius influat oratio. POLYC. accipiat, pro accipit, tempus pro tempore scriptura aliquando sumitur; cur non Deum pertimes qui natura adeo excellenti est præditus?

e *Et cum spiritus me præsen. transiret, &c.*

Lib. 1. ✻ PHILIP. Per spiritum, fortè Angelum intelligit quem occulta fides videre se dicit, quem prius in somno videre cœperat.

In ann. ✻ AVG. quasi flatum se sensisse vult intelligi? Negat enim in sequentibus fuisse figuram.

Greg. c.19. *Ad me dictum est verbum.* GREG. Filius dei, dicitur. *Abscon-*
C *ditum*, Quod erat apud Deum. Hoc dicitur fidelibus, dum credentibus manifestatur. Vel verbum, locutio intimæ aspirationis per spiritum latentem in corde: quæ sciri non potest, nisi à quo
Ioh. 14. b. haberi potest. Vnde de hoc spiritu dicitur: *quẽ mundus non potest accipere.* Quia visibilia diligit, cum spiritus ad sola inuisibilia ascẽdat. Quod ergo pauci intus rudiunt, à maxima parte hominum
Idem c.20. nescitur. Vel, *Absconditum*, quia silenter in corde sonat sine strepitu locutionis; *Et quasi furtiuè*, quia raptim & occultè, nisi enim ab exterioribus mens abscõdatur, interna non penetrat. *Suscepit*, non susurrium, sed venas eius. Susurrium est ipsa locutio intima; Venæ, modi quibus illa ad mentem nostram venit: quia aliquando nos amore, aliquando terrore compungit, & alijs modis. Venas ergo susurrij furtim audire, est occultos diuinæ aspirationis modos tenuiter & latenter cognoscere. Vel, qui susurrat, occultè loquitur, & vocem non exprimit, sed imitatur: Ita cum Deus modò nobis aliquid de se intimat, non ita quidem vt est; susurrat: Loquetur verò in futuro, cum se vt est, ostendet. Vel, venæ susurrij, sunt omnia creata, quibus notitiam colligimus deitatis: Sed & hæc furtiuè, quia nec ipsa mira opera, nisi raptim & tenuiter pensamus: sed quò plus mens leuata virtutem Dei considerat, eò magis rectitudinem eius repressa formidat. vnde subdit:

Idem.c.21. *In horrore visionis nocturnæ &c.* Id est, in pauore occultæ contemplationis, in qua nihil manifestè sed quasi imaginariè videtur. Sed ad hanc nemo pertingit, nisi carnalibus desideriis repressis. vnde:

Quando solet sopor occupare homines. Vigilat qui curis seculi intendit: Dormit in quiete qui fugit. Hic est Iacob qui in itinere dormit, & angelos videt: Id est, in cursu huius vitæ à Idem c.22. Gen.28.d.

a ¶ Tenuiter & latenter.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 a ditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea † venas susurrij e- b ius. † In hõrrore visionis nocturnæ, quando solẽt sopor occu- c pare homines. Pauõr tenuit me & trẽmor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Et cum spiritus me præsente transiret inhor-

a ¶ Quia vero fur lumen timet, addit: in horro. &c.
b ¶ Cum sopitis sensibus, phantasiæ per sensus non se ingerunt animæ.
a ¶ animi. b ¶ Corporis. c ¶ Si qua virtus erat.
¶ Quia incomprehensibilem cognouit, transire eum dicit.

1 culos claudit quod
2 ad concupiscendum
culpa primis paren-
3 tibus aperuit. Et ne-
4 mo ad videnda inter-
5 na perducitur, nisi ab
6 his quæ exterius impli-
7 cant, subtrahatur. vn-
8 de: *Vacate & videte:* Psal. 45. b.
9 *quoniã ego sum De⁹*. Sed quò animus in contemplatione leuatus super se altiora cõspicit, eò in se terribilius tremit. vnde:

† parũ de co.

Pauor te. &c. & omnia. os. IDEM. id est fortiora acta: quia nec bona sua digna examine eius, quẽ conspiciũt, pensant, quæ per se alicuius pretij videbãtur. vnde dicitur: *Omnia ossa mea dicent. domine quis similis tibi?* Carnes nõ habent verbum, quia infirma apud te penitus silent, sed fortia magnum laudant & tremunt. Hinc est q; Manue viso angelo timet, sed mulier audet: Quia visis cælestibus spiritus qui prior videt, pauore cõcutitur: sed tamen spes præsumit quia inde spes se erigit ad maiora, vnde spiritus turbatur, Quia ergo visa Dei iustitia, & bona nostra sordẽt, merito ait: *Pauortenu. me & omnia os. mea perter. sunt.* vnde & Paulus nõ cõscius sibi: de meritis Deo iudice nõ præsumit: Sed cũ mẽs leuata intima speculatur, stare super se diu nõ potest: quia si spiritꝰ ad summa vehit, caro corruptionis suæ põdere deorsum premit. vnde: *Cum spiritus me præ. trã.* Spiritus nobis præsentibus trãsit, quia in uisibilia non solidè sed raptim videmus, nec in summitate cõtẽplationis diu mens figitur, quia à lumine reuerberata ad se reuocatur, & magna virtute proficiens, videt, quã videre non possit, quod ardenter diligit: nec tamen ardenter diligeret, nisi aliquatenus videret. Et quia quãtumlibet quis profecerit, stimulum carnis, sentit addit:

Psal. 34 b E

Gre. 5. c. 23

1. Cor. 4. a.

Idem c. 5. a.

Stetit qui, IDEM. Vt incomprehẽsibilia se nouisse iudicẽt non stetisse, sed transisse spiritũ narrãt, & vultum incognitũ se vidisse simulant vt esse se incognitos ei, qui ab humana mẽte cognosci non valet, ostendant. *Imago coram o.* Quia hæretici sæpe Deum sibi imaginabiliter fingunt, quem intuere spiritualiter nequeunt. *Vocem quasi au. le.* Quia ad secreta illius cognoscenda se cæteris familiariores gaudent. Non enim docent quod Deus publicè loquitur, sed quæ sibi quasi latenter aspirantur. Prædicta veraciter à rectè sentientibus proferri possunt, vnde ea repetimus ex persona amicorum Iob: qui et si in correctione, nõ tamen errant in veritatis cognitione. Vel hæreticorum qui non vitam scientiæ, sed tantùm verba tenent. Hic autem Eliphaz magnę scientiæ ostenditur, sed non in eo humilis fuit, quia bonum commune specialiter sibi arrogauit.

F

Inf. 25. a. B

Inhorruerũt pili ca. me. IDEM. Pili sunt superflua quælibet humanæ corruptionis cogitationes vitæ veteris: quas si à mente excludimus, pilos, carne incidimus, vt nõ dolore fatigemur. Vnde Moyses: *Leuita radat omnes pilos carnis suæ.* Hæc autẽ subtilius in nobis conspicimus, cum alta penetramus, vnde rectè nunc dicitur:

Greg. c. 24. Leui. 14. b. 2. Petr. 2. a.

Cum spiritu transiret in. Cùm enim mens vera videt, durius se de superfluis cruciat. Transeunte ergo spiritu, pili pertimescunt quia ante vim compunctionis superfluæ cogitationes fugiunt, quia intima visio animam contra se inflammat; & dum illicita districtè resecat, mens latius speculationi inhæret, & benè figit spiritum qui transibat, nec tamen hæc ipsa mora contemplationis vim pietatis plenè aperit. vnde subdit:

☞ a *Stetit*

NICOLAVS DE LIRA.

✻ *hoc inducitur ad falsum intellectum s. quod nullus à deo punitur in præsenti absque culpa præcedenti: falsum autem nõ potest a deo reuelari. In hac igitur reuelatione primo tãgitur reuelationis modus: secundo reuelationis sensus, ibi:* Nunquid homo. *Circa primũ dicitur, Porrò ad me dictũ est verbum absco. quia quæ reuelãtur alicui, sunt aliys abscondita, & ideo subditur:*

1 Et quasi furtiue. *id est, occultè,*

2 Suscepit auris mea venas susurrij eius. *quia talia reuelantur secretè nec capiuntur, perfectè & subditur tempus:*

3 In horrore visionis nocturnæ. *Tempus enim nocturnũ propter eius quietudinem, magis est aptum ad percipiẽdũ ea quæ reuelantur, quam diurnum, quod inquietatur tumultibus actionum humanarũ.*

4 Quando solet sopor. *id est, grauis somnus,*

5 Occupare homines. *per hoc innuit quod non erat tunc sopore grauatus sicut cæteri.*

6 Pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt *Tum ex tempore nocturno: tum ex insolita visione.*

6 Et cum spi. *id est Angelus,*

8 Me præsente transiret. *id est, ad me accederet.*

9 Inhorruerunt pili carnis me. *quia præsentiam Angelica virtutis fragilitas humana videns deficit, secundum quod dicitur Daniel. x. b.* Vidi visionem hanc grandem & non remansit in me fortitudo. 2. Petr. 2. a. Isa. 38. c.

A a *Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum*, GREG. Quidam non dicitur nisi de eo quem exprimere vel nolumus, vel non possumus, quomodo & hic exponit, *cuius non agnos. vultum.* Quia homo, qui obediendo, & carne spiritualis futurus erat, peccando etiam & mente carnalis factus est, vt sola cogitet quæ ad animum per imagines corporis trahit: sed vix conãdo repressa specie corporali se cognoscit, & sic fit ei via vt æternam substantiã cogitet: Et omnibus phantasiis abiectis aliquatenus eam cõspicit, & si non quid sit apprehendit, agnouit certè quod non sit. Qui stare videtur, cũ omnia transeãt, nisi quos ipse retinet in se vt bonos: Inde cùm dicit: *Cùm spiritus trãsiret*, rectè addit: *Stetit quidam*, quasi quem per transitum sensi, nõ transire deprehendi. *Transit*, quia non potest cognitus teneri, *Stat*, quia scitur esse immutabilis. Sed quia quisquis aliquid inde apprehendit, per coæternam eius speciem conspicit, subdit:

Hist. 15. Historicè.

B

† De pœn. dis. 2. c. si enim, ante finem.

C

a ¶ Quid mirum si hic præsente spiritu horreant pili, cum etiam ossa perterreantur? b ¶ Superfluæ & inanes cogitationes. c ¶ quia solus incommutabilis. d ¶ Quia non plene cognoscebam, sed quasi per imaginem.

a rũerunt pili carnis meæ: Stetit quidam cuius non agnoscebam 1
b
c vultum, imãgo coram oculis meis, & † vocem quasi auræ le- 3
d nis audiui: Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur, 4
¶ Angeli. 5
e aut factore suo purior erit vir? Ecce † qui seruiunt ei non sunt 6
f 7
a ¶ Ex se sine mutabilitate. b ¶ Apostatis c ¶ Hæc de omnibus generaliter possunt dici, quia etiam boni non sunt sine tumore: vel de his tantum intelligitur qui huius vitæ lutosa fœdissimas exequuntur voluptates, quos hic notat à se differre.
g h stabilẽs, † & in Angẽlis suis reperit † prãuitatem. Quantò ma- 8

b *Imago coram oculis me.* Imago patris filius est, qui dicit: Nemo venit ad patrem, nisi per me.

c. 26. Ioh. 14. a. Mystice.

c *Et vocem quasi auræ lenis au.* IDEM. Vox auræ, cognitio sanctispiritus est, qui lenis & vehemens super Apostolos dicitur: Lenis quia notitiam suam nobis temperat; vt possit vtrumque cognosci & non sicut est, sed vt lippis se tenuiter insinuat; Vehemens, quia qui leniter tangit, inopiam nostram inaniter concutit. Quia ergo mens hominis quantumcunque se extenderit, vix aliquando aliquid inde videt, rectè dicitur, *& vocem quasi auræ*; Sed quia vel parum diuinæ cognitionis nos perfectè docet, qui ex hoc auditu, didicit,

Idem c. 27.

d *Nunquid homo cõparatione Dei iustificabitur?* Hoc in cõtemplatione nouit, quod iustitia humana diuinæ cõparata iniustitia vt quæ lucerna in tenebris lucet, in sole caligat: quod potuit, quia qui lucem videt, scit quid de tenebris æstimet.

✻ DIDYM. & POLYC. Inexplicabili Dei natura probata, ad hominis refrenandam audaciam naturæ infirmitatem demõstrat.

Cath. Græca. 1. Lib.

✻ CHRYS. Deus tamen de Iob testatus erat illum reprehẽsione vacare. PHIL. Nec Iob se dixit creatore meliorem, aut cum Deo se comparauit.

e *Aut facto, suo purior.* GREG. Hoc æstimat qui cõtra flagellãtem murmurat. Sed debet scire quia impiè non flagellat, qui mira ex nihil fecit, & conditor naturæ non est iniquus iudex culpæ. Etsi iste iniustè Iob redarguit, rectè tamen modum creaturæ in comparatione creatoris describit. Puriorem ergo se vir factore suo æstimat, si contra flagellum querelam parat: Eumq; sibi proculdubio postponit, cùm eius iudiciũ de sua afflictione redarguit.

D

f *Ecce qui seruiunt ei.* IDEM. Angelus etsi in statu suo immutabilis permanet, in hoc tamen quod creatura est, vicissitudinẽ mutabilitatis habet, & ita stabilis non est. Si enim natura hæc mutabilis non esset, cùm esset bene condita, in nullis cecidisset. Sed ex arbitrio habuit ruere vel stare, & in stantibus meritũ fuit, motum mutabilitatis suæ, studio voluntatis fixisse. Hoc mutabilitatis argumentum est quod de apostata subdit:

ca. 28.

† tacitã vel submissam vocem audiuit, i. tacebat quãdoque illa imago, quã doque loquebatur; sed tacitè & submisse.

E

† inter seruos suos nõ est fidelis; alij, seruis suis nõ fidit.

† stultitiã. Alii, nec in angelis suis ponet lumen.

g *Et in Angelis suis reperit prauit.* Ex quorum comparatione infirmitas humana colligitur.

✻ ORIG. Nullos iustos omni virtute inuenit. DIDYM. OLYMP. CHRYS. Symmachus sic expressit: *In seruis suis inconstantia, & in Angelis suis inueniet stultitiam.* Argumẽto à maiore nititur; quando angeli naturam adepti mirabilem, si diuini iudicij ponderibus examinentur haud sint legitimi Dei serui & administri. ATH. Rerum, quæ effectæ sunt, natura est mutabilis, vt quæ extra Dei sit essentiam, atque ex ijs, quæ non erant consiterit: & Diabolus, qui erat inter medios cherubinos, de cælo decidit. Hic etiam dicitur: contra seruos suos non credit.

In ann. 3. Reg. 19.

✻ ORIG. Deus contra seruos suos non recipit calumniam.

✻ AVG. Ideo Eliæ dictum: *Reliqui mihi septem milia virorum.*

Gath. Græca. Orig. 1. lib. Hieron.

✻ OLYM. prauum quid excogitauit, mutabilem eorum naturã fabricauit, qua libertatis consilio de sua statione decesserunt.

✻ CHRYS. desertores supplicio constrinxit. PHILIP. de diabolo hoc dicitur, non de omnibus Angelis, quanquam enim natura angelica delicti capax est, tamen sancti nec volunt nec possunt peccare.

h *Quãto magis hi qui ha.do.lu.* GREG. Id est terrena corpora. Terrenum quoque est fundamentũ substantia carnis. Tinea de veste oritur, & oriẽdo eam corrumpit: Vestis animæ est caro, vnde nascitur tentatio carnalis, per quam ad interitum peruenit. Et est: Si Angeli ex se non sunt immutabiles, quomodo homo in bono permanere putatur, qui in se habet vnde à nouitate veterascat? Vel Angeli sunt sancti doctores, quia non sine culpa in hoc itinere habitant domos luteas, qui de illecebrosa vita

☞ exultant.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Stetit quidam, *quasi dicat: ista visio non fuit in raptu, vel transitoria, sed magis stabilis & fixa: ad denotandum maiorem eius certitudinem.*

2 Cuius non ag. vultum. *ad denotandum quòd excederet humanũ modum, cuiusmodi est angelus.*

3 Imago co.o.me. *q.d. angelus fuit in specie visibili apparens mihi vigilanti, quæ visio excellentior est quàm in somnis.*

4 Et vocem quasi auræ lenis au. *ad denotandũ, quod fuerit angelus bonus à Deo missus per talem modũ loquendi dicitur iij. Reg. xix.* c. Post ignem sibilus auræ tenuis, ibi dominus.

5 Nunquid homo. *Descripto reuelationis modo, hìc consequenter ponitur ipsa reuelatio, in qua, Eliphaz ostendit sibi reuelatum, nullum innocentem à Deo punitum: primo ad hoc inducitur ratio ex comparatione hominis ad Deũ, quæ talis est: Nullus homo potest esse iustior aut purior a peccato ipso Deo, qui est regula iustitiæ & in supremo puritatis & munditiæ: sed si Deus puniret aliquem innocentem, inueniretur aliquis homo iustior aut purior ipso, quia inueniũtur aliqui homines ita iusti, quod nullo modo punirẽt innocentẽ, ergo, &c. hæc ratio tangitur cùm dicitur:* Nunquid homo Dei cõ. iust. iustior ipso inuenietur. *q.d. nõ. Ista verò ratio nõ valet, quia Deus punitionem innocentis ordinat ad magnitudinẽ præmij consequẽdã, sicut tormẽta martyrum ad gloriã triumphum, & ideo iustè facit: homo autẽ punitionem innocentis non sic potest ordinare: & ideo nõ est simile. Secunda verò ratio accipitur ex comparatione hominis ad Angelum. qui est substãtia purè spiritualis: & ideo de se nullum habens inclinatiuum ad peccãdum. Homo verò cõpositus ex spiritu & corpore corruptibili, ex fomite habet inclinationem ad peccatum, secundum illud Sapien. ix. c.* Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, &c. & *Gen. 8.* Sensus & cogitatio hominis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. *Igitur cum natura angelica non immunis sit à peccato, quia aliqui eorum ceciderunt, & per consequens nullus homo debet iudicari immunis à peccato, & sic nullus innocens punitur à Deo. Ista ratio tangitur cùm dicitur.*

6 Ecce qui ser.ei. *i. Angeli qui creati sunt in ministerium Dei, secundum illud Dan. vij. d.* Milia milium ministrabant ei, &c.

7 Non sunt sta. *quia aliqui ceciderunt à statu suæ conditionis.*

8 Quantò magis hi qui ha.do.lu. *id est, homines quorum spiritus corpora terrena inhabitant.*

✠ 1 Qui

MORALITER.

✠ 5 *Nunquid homo Dei compara. iusti.* Licet enim hæc sunt impossibilia, tamen maledici viris sanctis improperant de se sentire talia, eò quòd reprobant in hominibus; & bene, ea quæ Deus homo legitur fecisse, vt quod à peccatrice tangi se permisit, & cum peccatoribus comedit & bibit. Saluator enim noster talibus peiorari non poterat, quibus tamen peccatoribus melius erat, sic autem non est de nobis fragilibus, ideo sequitur:

6 *Ecce qui ser.ei.* scilicet religiosi.

7 *Non sunt stabiles:* Propter quod vitare debent peccatorum occasiones: & multò fortius hoc facere debent infirmiores: ideo subditur:

8 *Quantò magis hi qui habitant domos luteas.* Domos autem luteas inhabitant, qui terrenis negotijs ad peccatum inducentibus vacant.

exultant. Tinea damnum facit, sed non sonum: Ita mētes iniquorum, quia damna sua considerare negligunt, innocentiam perdunt. Amittunt namque à corde innocentiam, ab ore veritatem, à carne continentiam, & per accessum temporis ab ætate vitam. Sed hæc se perdere non conspiciunt curis seculi occupati. vnde subdit.

a *De mane vsque ad vesp.* Id est, à vitæ suæ exordio vsque ad terminum perpetrationē iniquitatis vulnerantur, à qua succisi in profundum ruunt.

✻ Olym. Habitātes domos luteas, ex quibus & ipsi ex eodē luto sumus: si in angelis reperit quod reprehendi possit, quid nobis fiet?

✻ Philip. post D. Hiro. Luteæ domus sunt corpora nostra, vita, eorum fundamentum, qua subtracta, ruerent.

Avgvst. Aut aliqua corruptio, percussit eos, tanquam tinea: aut Deus, percussit, vel hac tinea, vel vt percutit tinea: hoc est latenter intrinsecus corruptione ex eis exorta per concupiscentias.

✻ Orige. vt si quis comprimat tineam, perit: sic Deus, si subtraxerit suam prouidentiam, nihil eorum, quæ sunt, potest viuere.

✻ Chry. Hęc fortè Iobi causa dicta sunt, quod vno die sustinuisset omnia, dolētis. Hieron. & Philip. In vno die totam vitā hominū mōstrauit, quę in modū herbæ vernat, in paruulis floret, in inuenibus conualescit, & roboratur matura ætatē in senioribus tanquam in fructibus, & ad postremum decrepita ætate conficitur: quàm vesperam appellat vnde in psalmo: *Mane sicut herba transeat, floreat, & pratereat, & vespere decidat, induret, & arescat.*

a ¶ Terrena corpora. ¶ Terrenis alimentis subsistunt corpore & anima.

gis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur † velut à tinea? de mane vsque ad

a ¶ Spiritualiter, vel tota vitā eorum succisio est: b ¶ Recogitare quod bonum est. ¶ Se succidi.

vesperam succidēntur: & † quia nullus intelligit, † in æternum

¶ Boni, viles, abiecti. a ¶ Malis qui hanc vitam perdunt, nec æternam acquirunt vt sapientes &c.

b peribunt. Qui autem † reliqui fuerint, auferentur ex eis.

¶ In peccato.

c d Morientur, † & non in sapientia.

arescat. decidat in morte, induretur in cadauere, arescat in sepulc.

Greg. Vel mane, prosperitas, vespera, aduersitas, sed per vtrūque pereunt: quia per prospera lasciui, per aduersa impatiētes ad insaniam surgūt. Et quia nullus eorum, *i. qui de mane vsque ad vesperā suc.* intelligit, quid bonis afflictis hic seruetur, quid sibi futurū qui hic bona putant. Sed qa nō omnes sic deseruntur, subdit:

b *Qui autem reliqui fu.* id est, despecti mūdi, quos seculū vt indignos reliquit, vt puer Ægyptius, i. amator seculi, peccatis niger, sæpe à seculo despectus relinquitur, vt nō cum eo currat, sed fractus aduersis torqueat. Sed hunc Dauid, i. Christus, inuenit, & in suum amorem cōuertit, & cibo verbi pascit, & ducem itineris, ideſt prædicatorem suum facit: quo duce cōuiuantes, id est mundi lætitiam destruit, quæ eum comitem habere despexit.

✻ Philippvs. si nullus intelligit, quomodo reliqui erunt? sed hic nullus intelligit, dixit de iis, qui intellecturi non sunt: sicut Dominus in euangelio, *sui eum non receperunt, quotquot autem receperunt eum.* quia credentes accipiunt: Infideles non accipiunt.

c *Auferentur ex eis.* quia Deus sibi eos elegit.

d *Morientur, & non in sapientia.* Interposita sorte iustorum, redit ad interitum non intelligentium. Reprobi iustos despiciunt quia per mortem suam inuisibilia quærunt, vel per mortem vitam inuisibilem quærunt. Sed ipsi, qui pariter mortem & sapientiam fugiunt, sapientiam quidem penitus deserunt, nolentes pro veritate mori, mortem tamen non euadunt.

D Greg. 5. cap. 28.

Greg. 5. cā. 29.

E

F

Iohan. 1.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui terrenum habent fundamentum. *Hoc additur, ne aliquis crederet, quod ex animā & corpore non fieret vnum per se, sicut nec ex domo & homine eam inhabitante: quia sicut fundamentum est pars domus, sic terrenum corpus est pars hominis, nisi quod homo est quoddam compositum substantiale, domus autem artificiale.*

Tinea. 2 Consumentur ve. à tinea. *id est deficient, & per fomitem incident in peccata: quia sicut tinea nascitur ex veste & eam corrodit, sic fomes nascens ex homine, ipsum ad corruptionem peccati inducit*

3 De mane vsque ad vespe. succi. *id est quasi continuè in peccata labuntur.*

4 Et quia nullus intelligit. *id est pauci valde intelligunt propria peccata, secundum illud Psal. xviij. c.* Delicta quis intelligit &c.

5 In æternum peribunt. *id est absque reuelatione à culpa & miseria in præsenti vita.*

6 Qui a. reliqui fuerint. *id est filij hominum peccatorum morientium post eos remanentes, & scelera eorum imitantes.*

7 Auferunt ex eis. *Ly*, ex eis, *non est in Hebræo, nec est de textu. & ideo litera est plana, cum dicitur:* Auferentur, *scilicet de præsenti vita post patres suos: ideo subditur.*

8 Morientur & non in sapientia. *quia omnis peccator à claritate sapientiæ cadit in tenebras ignorantiæ. Ratio autem inducta de angelis non valet, quia peccatum angeli est irremediabile: peccatum autem hominis originale & actuale, remediabile est. & ideo homo peccator potest recuperare innocentiam: & sic absque culpa à Deo flagellari ad suæ beatitudinis futuræ augmentationem, sicut prædictum est.*

Angeli peccatum.

ADDITIO. I.

In cap. iiij. vbi dicitur in postil. Vtrum autem fuerit vera reuelatio vel ficta ab eo Tho. sub dubio relinquit.

Ex hoc quod dicitur infra amicis Iob: Non estis locuti corā me rectū: *non intelligitur, quod omnia quæ dicebāt isti aduersarij Iob fuissent non recta: quia multa dixerunt vera; vt cū dicitur in hac respōsione Eliphaz, de eo quod* in angelis suis reperit prauitatē. Qui dissipat cogitationes malignorū. Beatus homo qui corripitur à domino, *& multa similia, quæ manifestè continent veritatē, & etiā in dictis sanctorum talia reperiuntur; sed hoc quod dicitur,* Non fuistis locuti coram me rectum: *intelligitur in cōclusione principali, circa quam eorum intentio versabatur, scilicet de condemnatione Iob. Diuina reuelationes etiam aliquando fiunt malis, sicut patet de Balaam mago, Numer. xxij. Et ideo hæc reuelatio potuit esse nō ficta sed vera, licet eam induxisset Eliphaz ad falsum intellectum; sicut autoritates sacræ scripturæ aliquando hæretici inducunt ad falsum probandum. & tunc, autoritas est vera, licet inductio sit falsa: & sic potuit esse in proposito, scilicet quod reuelatio fuerit vera & non ficta, & tamen fuit ab Eliphaz inducta ad falsum probandum. vnde sanctus Tho. rationab. liter sub disiunctione relinquit hanc reuelationem ab Eliphaz dictam cōfictam fuisse vel veram: neque ex hoc formauit quæstionem arguens ad aliquam partem, quia nihil refert in proposito an hæc reuelatio fuerit vera vel ficta.*

De pœ. dis. 2. c. si enim ante finem,

ADDITIO.

In eodem cap. iiij. vbi dicitur in postill. Nūquid homo &c. *descripto reuelationis modo.*

Expositio postillatoris super hoc verbū. Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur: *non videtur rationabilis. Contingit enim quādoque quod aliqui homines iusti causa maioris eruditionis aliquē flagellant sine culpa, vt cùm pater filium suum causa maioris eruditionis seu disciplinæ flagellat seu verberat. De quo Prouerbiorū viij. d.* Qui autem diligit filium suum, instanter erudit eum. *Vnde melius videtur dicendum secundum Gregor. in ij. morali. vbi sic dicit:* Dum quis de persecutione murmurat, quid aliud quàm iustitiā feriētis accusat? Puriorē se ergo vir factore suo æstimat si contra flagellū querelā parat: cūque sibi proculdubio postponit, cuius iudiciū de sua afflictione redarguit. Vt ergo homo reprehēdere iudicē culpę nō audeat, hūc humiliter cogitet autorem naturæ: quia qui mirè ex nihilo hominē fecit, factū impiè nō affligit. *hæc ille. Quæ quidē expositio videtur satis propria, & non mystica sed literalis. Sanctus Tho. in expositione super Iob dicit sic: Si enim homo absque culpa punitur a Deo, sequitur quod homo sit iustior Deo. Cum enim opus iustitiæ sit reddere vnicuique quod suum est: si Deus homini innocenti, cui non debetur pœna, inferat pœnam, non illi reddit quod suum est. Homo autem ille qui à Deo sic patitur pœnam, non facit iniustum: nam iniustum pati, non est iniustum secundum Philosophum in Ethi. quæ quidem expositio satis rationabilis videtur.*

Philosō.

REPLICA. *In capitulo quarto vbi postilla. dicit Eliphaz primum amicum induxisse fictam reuelationem pro eo, quia Deus non reuelat falsa, qualia sunt quæ dicit sibi reuelata & cætera. Burgen. se opponit dicens eam fuisse veram, quamuis ipse eam adduxerit ad falsum intellectum: sed non respondet per hæc ad postillatoris rationem etiam beati Grego. v. morali. capi. xxxviij. qui dicit in hoc typum*

significari hæreticorũ, qui quamuis multa vera dixerint & ex scientia acquisita, quandoque fingunt sibi reuelata, vt licẽtius introducant falsa. Nec hìc solùm finxit reuelationem vt eam introduceret ad falsum intellectum, sed quatenus per eam fictam in tanta crudelitate assereret falsum. Nã illud quod dicit sibi reuelatum, est formaliter falsum, videlicet quòd nullus iustus flagellatur apud iustum hominem: minus igitur apud Deum iustissimum, cuius iustitia hominis iustitiæ comparari non potest; Sic igitur patet fictio. Præterea si vera fuit, vt dicit Bur. non potuit inferre falsum, quia ex vero non nisi verum: sed ipse ex ea intulit falsum, vt patet in litera: non igitur vera sed ficta. Nec valet dicere vt Burgen. quia sanctus Tho. non mouet quæstionem de hac propositione, igitur non reliquit eã dubiam: imò quilibet non exponens id quod est expositione necessarium, ipsum dubium sub opinione relinquit. De hac autem reuelatione necessarium est videre an sit vera vel falsa. quia quamuis multa vera dicat: allegata tamen sibi facta reuelatione falsa nititur autorizare. Spiritus autem Dei, quem describit reuelationem fecisse, non autorizat falsum: est igitur ficta reuelatio; nam vera quæ dicit autoritate non indigent: quia verum à quocunque dicatur, à spiritu sancto est. Si igitur Deus per reuelationem falsa per eum dicta autorizet, frustrà eum & alios duos redarguisset de non recta locutione, vt patet infra vlti. cap.

Item in eodem capitulo vbi postillator primum argumentum Eliphaz reducit ad formam syllogisticam sic: omnis parcens innocenti est iustior flagellante innocentem: Sed aliquis homo iustus parcit innocenti: Deus autem secundum dicta Iob flagellat innocentem, quia sine culpa, igitur aliquis homo est iustior Deo. Impossibilitatem illius conclusionis ostendit Eliphaz in litera, dicens: Nunquid homo Deo cõparatione iustificabitur &c: *Si conclusio est impossibilis, ergo aliqua præmissarum: Nõ maior: ergo minor, pro illa parte quòd Deus flagellat innocentem. sicut vult Iob & postillator. Rospondeo ad maiorem. quod illa est falsa in comparatione Dei & hominis: quia Deus pœnas innocentium ordinat ad magnitudinem præmiorum, sicut tormenta martyrum ad triumphum: homo autem sic nõ potest. Hunc magistralem processum Burgen. dicit irrationabilem ex debili motiuo: quia vt dicit, contingit aliquando quod iustus homo flagellat innocentem ad maiorem eius profectum: & ad id allegat illud Prouerbi. xiij. d.* Qui diligit filium suum, instanter erudit eum: qui parcit virgæ, odit eum. *Sed illud allegatum loquitur de filio reprehensibili secundum glo. ideo de innocente non est ad propositum. Dato tamen quod verum sit de aliquibus. non arguit dictum postillatoris irrationabile. Quia duæ partes subcontrariæ rationabiliter stant simul in veritate, maximè in materia contingenti, vt est in proposito. Stat etiam quemlibet iustum leui pœna plectere innocentem ad sui profectum: sed graui pœna & destructiua qualis est de qua agitur, nõ puto possibile neque iustum. Sic enim nullo modo tendisset Abraham ad immolãdum innocentem filium, nisi interuenisset, dominicum mandatum, quo interueniente adhuc valde apud eum pensatum est. Dicitur enim à domino:* Quja fecisti rem hanc &c. *Gene. xxij. c. Nec est contra postillatorem quod Bur. de beato Greg. adducit. nam beatus Greg. vult, quod contra flagellum Dei non est murmurandum specialiter pro culpis inflictum, si tamen sine culpa, qualiter Eliphaz non intellexit: tunc etiam murmurandum non est, sed opifex naturæ recognoscendus: & sic Iob facit, quãuis Eliphaz nõ intellexerit errore cæcus.*

D

CAP. V.

A Greg. cap. 30. a.

a *Voca ergo.* Greg. Quoniam hoc veraciter contra iniquos protulit, quamuis latẽter Iob in numero eorum proposuerit: fastu sapientiæ inflatus apertam irrisionem in Iob subdit: *Voca er.* id est si afflictus clames, Deus non respondet, id est non dat effectum, quia in tranquilitate eum contempsisti; & *ad aliquem sanctorum*, id est, sanctos in afflictione adiutores non habes, quia socios in hilaritate non habuisti.

✻ Orige. Aut aliquem sanctorum angelorũ videas. Quja magnificè de te sentis: Appella, si quis te audiet, aut quod minus est, si Angelus aliquis te videbit, ne dicam, visione aliqua diuina dignus iudicatus sis.

In Cath. Græ

✻ Olym. Quid præter dignitatem loqueris? vsque enim eo homo Deo inferior est vt non solum nec videre queas nec comprehendere, sed etiã vt, nec millies à te inclamatus, sit responsurus: imo nec Angeli in nostrum conspectum possunt incurrere.

✻ Polychr. Ea vsus es orationis asperitate, vt nec angeli conspectu dignandus sis, si eum inuocaueris.

✻ Philip. Voca, si est aliquis qui tibi aliter dicat, &, vt ego ex hoc visione perspexi, ad aliquem sanctorum hominũ aut Angelorum te conuerte. Non enim quisquam illorum tibi aliter est dicturus, cum hic sensus meus sensibus eorum conueniat.

✻ D. Avg. ✻ D. Avgvst. illis enim respondetur, qui sunt mundi coram Deo.

b *Virum stultum.* ✻ Orige. stulti cum sine causa irascuntur de se ipsi supplicium sumunt.

✻ Olym. diuina iracundia stultum interfecit, & Zelus, i. Dei odium in improbos. In ann.

✻ Chrys. Sultum appellat, qui peccat.

✻ Olym. stulte iraceris, & inuides iis, qui vitam tranquillè agũt, nec Dei vim effugies.

✻ Philip. Iracundum appellat, qui diei maledixit; & Paruulum, quod pusillanimis videatur; & Inuidum, quia sibi ipsi vitam inuidit.

Greg. Post irrisionẽ subdit sententiam quæ vera est, sed in Iob malè illata *Verum stul.* Mãsuetudo imaginẽ Dei in nobis seruat, qui sẽper trãquillus est: sed ita dissipat, quę multis virtutibus priuat quia dũ quietẽ mẽti tollit, spiritussanctus ibi nõ quiescit. Sed alia ira est quam impatiẽtia, alia quã zelus facit: Illa ex vitio, hæc ex virtute, quã Phinees habuit; hac irasci, sicut nostris, ita erratibus proximorũ debemus; quæ melior risu: quia per tristitiã vultus corrigitur primus sed nõ debet hæc mẽti dominari, sed vt ancilla subesse rationi, ne sit immoderata: sed in vltione peccati tempus & modum consideret, prius se per patientiam vincens. Hæc sapientes turbat, sed ira per vitium stultos trucidat.

c *Et parun. occi.* i. dũ ei inuidet, quẽ putat maiorẽ: vt diabolus homi- ☞ ni.

CAP. V.

a ¶ Quia sic consumuntur, & tu de illis es.
¶ Quia nec dignus es responsione.

a b † Vocа ergo si est qui tibi respõdeat, et ad aliquẽ sãctorũ cõuertere. Virũm stultũ in terfecit irãcũdia, et † parũlũ occidit ĩuidia

a ¶ Alias vere.

a ¶ Sapientem turbat, sed non interficit.
b ¶ Inferiorem, vel æterna diligentem.

† Nomina mihi aut cita mihi vnum &c. Allegorice. B

c

1 2 3 4 5

E

† inclinantem se, sub. ad ea, quæ videt & cõcupiscit; qui affligit se, quod nõ prosperentur viæ suę, eũque ira & dolor occidunt. 5. Moral. c. 30. Num. 25. b:

F

NICOLAVS DE LIRA.

Cap. V.

Diuisio.

1 Voca ergo si est. *Hic consequenter Eliphaz excitat Iob ad sententiæ suæ attentionem: & primò ponitur eius excitatio, secundò ipsius Iob increpatio, ibi:* Verè stultum, *& tertio eius monitio ibi:* Beatus homo. *Circa primum dicitur:*

Voca er. *q.d. si non intelligis verba mea, voca dominum, vt aperiat tibi intellectum.*

2 Et ad ali. san. con. *id est si non confidis de tuis meritis, de quibus non videtur quòd debeas cõfidere, propter malitiam tuam; deprecare vnum vnum de sanctis angelis, vt intercedat pro te.*

3 Vere stultum. *Hic consequenter Eliphaz increpat ipsum Iob: & primò conuertit se ad eum increpandum, secundò ad suum propositum probandum, ibi:* Nihil in terra. *Circa primum dicitur:* Vere stul. *sic habet litera correcta.* Diuisio.

4 Interficit iracundia, *Ille enim est verè stultus, qui à virtute patientiæ cadit propter aduersitatis pondus.*

5 Et paruulum occi. inui. *Inuidia enim est tristitia de bono alieno, inquãtum æstimatur proprij boni diminutiuum: & sic omnis inuidus in sua æstimatione est diminutus & paruulus; talem autem esse sanctum Iob credebat Eliphaz, & in hoc increpat ipsum, ideo subditur:*

1 Ego

MORALITER.

1 *Voca ergo si est qui tibi respondeat.* Licet autem Eliphaz credens Iob obstinatum in malitia increparet eum iniustè, tamen eius verba contra sic obstinatum retorqueri possunt verè: propter quod sic exponatur ad præsens ei dicẽdo; *Voca ergo si est qui tibi respondeat.* q.d. si Deum inuocaueris, non exaudiet te propter impedimentum malitiæ tuæ: ita quòd hìc accipitur *si*, pro *non*

2 *Et* 2 *Et ad aliquem sanctorum conuertere.* q.d. si hoc feceris, eius tibi non valebit oratio propter obstinationem tuam in malo.

3 *Vere stultum interfecit iracundia* Stultus dicitur quasi statu altus, & talis est superbus, qui se existimat alios excellere: & propter hoc frequenter occiditur, quia vult alios conculcare.

5 *Paruulum occidit inuidia.* quia tristatur de alterius excellentia.

✠ *Ego*

mini. Cain fratri, cuius sacrificium præferri doluit. Esau quoque
A suo fratri. Paruulus ergo inuidia occiditur, quia nisi inferior esset,
de bono alterius nō doleret. Vel paruus est qui terrena diligit, magnus qui æterna: Paruꝰ ergo inuidia occiditur, quia nullus hac peste morietur, nisi qui hæc terrena appetit, quæ tota nō prouenīūt
pluribus. Vnde si qua desideramus, illi inuidemus qui penitus ea accepit, vel partē habendo quantitatem nobis restringit.

a ¶ Sicut forsan tu fuisti. b ¶ In terra fixum. c ¶ Reprobaui. d ¶ Id est gloriæ terrenæ.

a Ego vidi ſtultum firmā radicē, & maledixi † pulchritudini eius
b a ¶ Non expectata mutatione. ¶ Imitatores. b ¶ In die iudicij. Quondam in portis vrbium sedebant iudices, residentes, ne quis ingrederetur iniuste, vel inde repelleretur.
c ſtatim. Longè fient filij eius à ſalute, & conterentur in porta,
d
a ¶ Stulti. b ¶ Bona. c ¶ Deum desiderans.
e et non erit qui eruat. Cuius messem famelicus comedet, et †
f
a ¶ Stultum. b ¶ Diabolus. c ¶ Armis pestiferæ persuasionis.
¶ Armatus est diabolus, cum sapientes ad se inclinat, non aperte, sed occultè decipiens.
g ipsum rapiet armatus, et bibent sitientes diuitias eius. † Nihil in

In anno. a *Ego vidi ſtultū ſir. radi.* ✻ Ori. Quoniam priorem tuam fœlicitatem in magnis rebus ponis, & ex ea vis declarare tuam iustitiā: intellige, stultos in huiusmodi rebus secundis fuisse, sed hoc non fuisse eis saluti; scriptura autem futura,, vt præsentia describit, & quæ adsunt, vt futura.

Olym. ✻ Olym. præsertim in hoc volumine.

Cate. Græca. ✻ Nicetas. Symmachus, & maledixi decori illorum statim.

B ✻ Olym. radices agere, Est res sepras esse fœlicitate, & securitate; & deuorari, translatio est a plantis, quæ, exesis radicibus, exarescunt: quę autem optando afferuntur, ex effectu debēt intelligi.

✻ Philip pulchritudinem nomine falsæ fœlicitatis appellat, quæ est execranda.

Lib. 6. c. 4. Moraliter. Gre. Quia totis desiderijs in terreno amore solidatur. vnde primus Cain in terra ciuitatē cōstruxit, alienꝰ à cęlo hic felicꝰ degit.

b *Et maledixi pulchritudini eius.* Idem. Quia cū ex visa prosperitate malorum, pedes infirmorū nutent: fortes, vidētes quæ pœna ad gloriam eorum sequatur, prosperitatem eorū reprobāt statim. Infirmus cum qualitate rerum mutatur, dum videt prospera laudat, dum mutantur, nihil esse iudicat: sed firmus cum ipsa gloria pœnam considerat sequentem, & mox damnat. Sed quia proficientes in mundo, multos secum trahunt, subdit.

5. c. c *Longe fient filij eius.* id est, sequaces.

C ✻ Philip. Hæc in sancti Iob exprobrationem dicuntur: cùm tamen si patres sint mali non continuo filij sunt similes eorum.

d *In porta.* Greg. Porta regni est dies iudicij, in quo electi intrāt ad gloriā, ante quē filij huius mūdi elati sunt, sed tunc cōterentur.

✻ Cate. Græ. tanquam porci versentur in portis inferiorū, & non erit, qui liberet.

✻ Olym. Κόλαπτος pusillus est porcus. hīc Aquila, conterētur. Theodotio, Cōfracti sunt; Symmachus, humiliati sunt, reddidit.

✻ Philip. conterentur in porta: Vel, malo exitu consummabūtur; vel, portam pro publico nominauit, eo quod secundum consuetudinem Iudæorum, iudices in portis sedebant, vt prætereūti populo iudicarēt; id est, filij tui in publico iudicio condēnabūtur.

✻ Nicetas. Symmachus: Edent famelici.

✻ Cate. Græc. quæ illi congregauerunt iusti comedent.

✻ Polych. Iniusti priuabuntur bonis, nec malis liberabuntur.

✻ Cate. Græc. Exhaurietur eorum fortitudo. Symm. Exorbeat sitiens potentiam eorum.

✻ Hiero. Philip. famelici, sitientes &c. sunt Diaboli, aut mali homines, qui accepta potestate, grassantur in homines.

In comm. 1. Lib. ✻ Avgvs. Iudęi prophetias cōgregauerunt, quas gentiles comederunt: & multi dicunt, quæ alij faciunt.

e *Et nos erit qui eruat.* Greg. quia illos ibi veritas eripit, quos hīc per disciplinam premit.

f *Cuius messem.* Habet quisque donum intelligentiæ, quo recta intelligit & dicit: Sed quia eadem non amat nec facit, à messe quam habet, ieiuuat; sed quiescit iustitiam ab illo audiens recta, se reficit, vnde: *quæ dicunt facite.* 6. c. 2.

g *Et ipsum rapiet armatus.* Idem. Diabolus vt inermis vincitur, cum aperta mala † suggerens, omnia bona similiter tollere conatur: Sed armatus vincit, alia bona intacta præterit, alia latenter corrumpit. † habitacu-lo. Matt. 23. 2. † de spinis tollet eū. & absorbebit prædo, vel latro. † nonegredietur de humo iniquitas vel mendacium. E Stellio. Pro. 30 d.

h *Et bibent.* Idem. Stultus sæpe habet diuitias, ingenium intelligentiæ, sacra verba: sed non bibit, quia se non exercet in illis. Habet autem alius sitim, qui non habet ingenium, & amādo studens assequitur, quod nescit ingeniosus. Iste est stellio, *qui manibus nititur, & moratur in ædibus regis*, vt ait Salomon. Nam manibus sensum adiuuat, & nitens manibus regni ædificium tenet, sicut stellio auis, quæ non habet pennas ad volatum. Aliquando autem aues, quæ pennas habent, id est, ingenioſi, in vepribus resident. Sed quia quæreretur, cur ergo negligenti datur ingenium, & studioſus tarditate prępeditur? respondet.

i *Nihil in terra fit ſine cauſa.* Quia inde ille iustius de negligentia punitur, iste de studio coronatur. Sed quia ad intelligendum recta non modò studio, sed & persecutionibus erudimur, additum: *& de humo non egredietur.*

✻ Orig. non exibit ex terra molestia: nec ex montibus erumpet labor.

✻ Cate. Græc. non egressus est de terra labor nec de montibus germinabit labor. Symmachus: Non egredietur de puluere labor.

✻ Orige. terræ enim & montes sunt res inanimatę, sensus expertes. F

✻ Olym. Tacitè Iobum consolatur, Minimè decet, inquit, ideo te confici, quod erumnis afficiare, homo cum sis. Neque enim est cruciatus rerum sensu carentium.

✻ Philip. De humo, id est, de natura hominum matre, non exibit malum, cum in terra nihil sine Dei iustitia fiat. Et hoc dicit, quod omne malum naturale non sit, quod hic dolorem dixit, sed omne malum accidens est naturæ bonæ. Et est aliud malum, id est vindicta, quod propter peccatum a domino infertur hominibus. Malum est quidem peccatum, sed liberi arbitrij malum est, quia hominis voluntate committitur. Et malum est retributio mali, id est peccati, quando irrogat Deus supplicia peccatoribus. Hoc ergo dicit, quod nihil horum accidentium malorum sine iudicio Dei fiat; Non enim ita naturale est homini, vt à Deo creatum putetur: Et ideo dicit, de humo non orietur dolor, non enim est naturæ, sed culpæ. Etiam sic sentiendum est, de terra non nascitur dolor, quia peccatum de te ideo natum est, quia peccasti.

✻ Avgvs. de terra non conquerantur, sed de se.

In anno.

☞ a *Et de hu-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego vidi stultum firma radice. *Id est ipsum Iob in prosperis existentem, & in talibus confirmatum secundum suam opinionem.*

2 Et maledixi pulchritudini eius. *Id est eius prosperitatem dixi malam, id est, alijs nociuam: vnde præc. cap. vocauit Iob aliorū oppressorem dicens: Rugitus leonis &c. vt ibi fuit expositum.*

3 Longe fient filij eius à salute. *per oppressionem ab alienis.*

4 Et conterentur in porta. *per condemnationem in iudicio à concijbus suis iudices enim antiquitus sedebant in portis, vt in promptu haberentur ab iniuriatis: per hoc notat Eliphaz, quod talia mala euenirent similibus ipsi Iob.*

5 Cuius messem. *Id est diuitias congregatas.*

6 Famelicus comedet. *Id est raptor, qui desiderat bona aliorum rapere.*

7 Et ipsum rapiet armatus, *quoniam non solùm patietur in bonis exterioribus, sed etiam in persona propria.*

8 Nihil in terra. *Hic consequenter nititur probare suum propositum, scilicet quod Deus non punit aliquem in vita præsenti, nisi propter peccata sua præterita, dicens*: Nihil in terra sine causa fit. *quia licet aliqui effectus sint fortuiti, & casuales respectu secundarum causarum: tamen respectu primæ causæ, qua Deus est, nihil est fortuitum, & nihil casuale.*

5 Cuius

MORALITER.

1 *Ego vidi stultum firmata.* Id est prosperari in bonis huius vitæ.

2 *Et maledixi pulchritudini eius statim.* id est prosperitati, quia nociua est bonis hominibus.

3 *Longe fient filij eius à salute.* id est imitatores suæ superbiæ.

4 *Et conterentur in porta.* id est morte, per quam exitur de præsenti vita.

5 *Cuius messem famelicus comedet.* quia si fecit opus bonum de genere, sibi non proficiet.

7 *Et ipsum rapiet arma.* id est diabolus: de quo dicitur, Luc. xj. c. *Cum fortis armatus custodit atrium suum, &c.*

† *Et bibent sitientes diuitias eius.* id est tyranni, qui sunt alienæ substantiæ sitibundi.

8 *Nihil in terra fit sine causa.* Per terram significatur homo, cui

✻ dicitur

☞ 1 Et de hu-

A a *Et de humo non ingredietur.* GREG. Humus id eſt elementa mũdi in pœnã vertuntur delinquentium: vnde dicitur, *Pugnabit pro eo.* id eſt pro domino, orbis terrarum contra inſenſatos, ſed tamẽ de eis nõ egredietur dolor, quia pœna nõ naſcitur de his quæ feriũt, ſed de his qui peccando percuſſiones extorſerũt: ſed quò exterior pœna caſtigat, eò mens ad ſuperna leuatur. vnde ſubdit.

b *Homo ad laborem naſcitur.* Quia impoſſibile eſt in hac peregrinatione ſine labore eſſe: ſed in eo quòd caro affligitur, mens ad petẽda alta leuatur. *Vel homo.* id eſt carnalis, mala mundi ſentit, quia inhianter bona eius appetit. Sed cuius mens hæc tranB ſit, vt auis ad alta, penna ſpei leuatus, nil mali ſentit, cõgaudeat & de flagellis, ſed quia hæc nullus ſuis viribus valet, ſubdit.

Glossa interlinearis: a ¶ Ideo ingenium deſidioſus accipit, vt de negligentia iuſtius puniatur. b ¶ Caro, quia ideo corpus flagellatur, vt mens ad Deum volet. a ¶ Animæ. b ¶ Vt & tu laborem aduoles. a ¶ Per quem hoc tribui ſcio. b ¶ Vt me audiat. c ¶ Hęc de electis poſſunt intelligi, vbi humiles alta mente omnia temporalia tranſcendunt & afflicti ſunt recti ſoſpitate, non inſania. a ¶ Donis ſpiritualibus. b ¶ Contemnentes temporalia erigit ad cæleſtia.

a b terrã fit ſine cauſa, & de humo non egredietur dolor. Homo 1 †
c ad laborem naſcitur, & † auis ad volatũ. † Quãmobrẽ ego † 2 3
d deprecabor dominũ, & ad deũ ponã eloquiũ meũ. Qui facit 4
e f magna & inſcrutabilia, & mirabila abſque numero. Qui dat 5 6 †
g h pluuiã ſuper faciẽ terræ, & irrigat aquis † vniuerſa. Qui ponit 7 8
i k humiles in ſublimi, & † mœrẽtes erigit ſoſpitate. Qui diſſipat † 9

In margine: † ſcintillæ eleuabunt volatum. Chal. interpre. & finis hominis tanquam ſcintillę, quæ ſaltãt è prunis, & eleuant ſe acſi volarent.
† pullati vel pauperes, exaltati ſũt ad ſalutem.
† verũtamẽ ego requirã Deũ, & de Deo faciam ſermonẽ meũ. † deprecor.
† plateas

c *Quamobrem ego te.* Id eſt illum rogo per quẽ hæc tribui ſcio.

✠ ORIG. pulli autem vulturum in excelſis locis volant.

In anno. ✠ CATH. GRÆ. pulli aquilarum.

✠ ORIG. Animalia quæ ad opus apta non ſunt, volant ad parandum victum: Apta autem tardiora ſunt, & laborem vltro ſuſcipiunt. Tu autem, qui hanc naturam accepiſti, quemadmodum volare non vis, ſic diſce fortiter ferre, quę accepiſti pro nutu eius, qui te in lucem protulit.

✠ CHRYS. Ergone volucribus magis conſulit Deus? apage: non enim queunt infælicitatem ſubterfugere.

✠ HIER. PHILIP. Labor hominem monet, vt ab omnibus vitijs caſtigatus incedat.

In anno. ✠ AVGV. Vultur bene intelligitur Dominus, qui altitudine pro- C phetiæ vidit mortalitatem noſtram, qua deſcendens paſceretur, conuertens nos in corpus ſuum. Pulli autem, filij ſponſi ſunt conuerſationem in cœlis habentes, vt à labore liberentur in quo homo naſcitur, poſſunt & intelligi aereæ poteſtates, quæ peccatis paſcuntur & ſuperbiunt, quod non ſint perductę ad humilitatem mortalitatis laborioſam.

✠ OLYM. Vt ad metum & pænitentiã Iobum adducat, Dei narrat excellentiam. Illud autem, *ego*, dictum eſt arroganter, vt a Iobo ſe ſecernat tanquam diceret: Ego ipſe precabor, quandoquidem tu precationem aſpernaris.

✠ DIDY. Inuectus eſt in inſipientes, prouidentiæ Deum auctorem confitetur, dominum temporum, locorum, rerum.

1. Lib. ✠ PHILIP. nihil mihi laudis, ſicut & tu, de iuſtitiæ merito tribuens, ſermonem meum in conſpectu Domini conſtituam; id eſt hæc loquar ante Deum, quod humilitatem meam ante ipſum cõmendet, non vt me ſuperbia, ſicut te, nobilem faciat.

Cap. 8. d *Qui facit ma.* GRE. Quę nemo ſufficit ſcrutari, quę mira ſũt, ſi vſu viluerunt, minoris eſſet magnitudinis facere magna, ſi quis poſſet perſcrutari. & iterũ minoris, inſcrutabilia, ſi pauca & ideo addit. D

e *Mirabilia abſque nu.* Quia diuinorum operum magnitudo, nec ex qualitate valet diſcuti nec ex quantitate numerari.

In comm. ✠ HIERO. Deus facit magna: Vt in filio Dei homo Chriſtus ſit Deus, & per eum eccleſia.

1. Lib. ✠ PHILIP. Quod ſacramentum a ſeculis fuit abſconditum. mirabilia abſque numero, tot animarum ſalus in Chriſto. *Pluuia ſuper faciem terrę*, Verbum Dei ſuper animã carnis humanæ. *Irrigat aquis vniuerſa*, doctrina apoſtolorum & baptiſmi: *ponit humiles in ſublimi*, ſanctos in cœlo. *& mærentes erigit*, Beati enim lugent; *qui diſſipat cogitationes malignorum*, Iudæorum volentium nomen Chriſti de terra delere, & perſecutorum contra martyres. E

Allegoricè. f *Qui dat pluuiam.* GREG. Hæc verba myſtica ſunt, quia amici Iob ſocietate eius eruditi erant. *Dat pluuiam terræ*: cùm arida Gẽtilium corda gratia prædicationis infundit.

g *Irrigat autem aquis vniuerſa.* Cum hominem ſpiritu replet ad fructificandum. Homo dicitur omnia, quia cum omnibus habet aliquid commune. Vel vniuerſa, id eſt diuites, & pauperes, & omnes differentias hominum, quia bonum opus ſequitur retributio.

In anno. ✠ ORIG. Vt ſemina in terra moriuntur, ſed per pluuiam ea Deus excitat, & auget: ſic eos qui lapſi ſunt, erigit, aſtutorum autem conſilia, mutat.

✠ CHRYS. Hoc primum illius beneficentiæ munus, quo vita noſtra continetur, & temporum viciſſitudo declaratur.

✠ DIDYM. Ad eam prouidentiam delabitur, quæ propius genus noſtrum attingit. Atque hæc de Deo conſtituit, ipſum ſolitum è ſummo loco deturbare ad imum, & ex obtemperantibus imperantes efficere. F

✠ POLYCH. Hunc inuoca, cuius par in omnia eſt poteſtas.

✠ PHILIP. Qui hæc operatur, ſcias, quia in te contemnendo non fallitur.

h *Qui po. hu. in ſublimi.* GRE. Vt modò deſpecti iudicent cũ dño.

Cap. 10. i *Mœrentes*, Quia quantò magis nunc aduerſis tribulantur, & ſe per lamenta caſtigant, tantò ſublimiorem ſoſpitatem habebunt etiam in hac vita. Hæc de electis poſſunt intelligi, vbi humiles alta mente omnia temporalia tranſcendunt, & afflicti ſunt erecti ſoſpitate, non inſania, vt qui lætantur cum malefecerint. Hi verò de certitudine æternæ ſalutis hilareſcunt.

Cap. 11. k *Qui diſſipat cogitationes.* IDEM. Cum reprobi cogitent mala, Deus aliquando ne contra bonos prępualeant, vires tollit: vt effectu careant operis, & apud Deum conſcientia rei ſint.

☞ ORIG.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et de humo non egredietur dolor. *id eſt aduerſitas non contingit alicui ſine cauſa, quod eſſet, ſi quis puniretur abſque peccato pręterito, & inducit ad hoc ſimile dicens.*

2 Homo ad laborem naſcitur, & auis ad vo. *eo enim ipſo quod natura dedit aui plumas & alas, per hoc oſtenditur, quod naſcitur vt per volatum quærat ſibi victum, quia res naturales ſunt propter ſuas operationes: eodem modo, eò quod homo naſcitur nudus tegumento & armis, quia natura non dat ſibi veſtes, nec arma, ad ſe veſtiendum, & ſe defendendum, ſicut dat aui plumas ad cooperimentum, roſtrum & vngues, ad ſe defendendum, oſtenditur quod homo naſcitur vt per laborem manuum ſuarum faciat ſibi veſtes & fabricet arma. Ex hoc igitur concludit Eliphaz, quod nihil fit ſine cauſa determinata: quia omnia quãtuncunque minima cadunt ſub prouidentia diuina. ideo ſubditur.*

3 Quamobrẽ ego deprecabor dominũ. *vt dirigat me in agendis.*

4 Qui facit magna. *creaturis ſuperioribus.*

5 Et inſcrutabilia. *etiam in inferioribus, vt patet de folio arboris, cuius omnes rationes in particulari nullus homo poſſet ad plenum ſcrutari, vt pote quare ſic eſt figuratum, vel vnde habeat virtutem ad talem infirmitatem ſanandam.*

6 Qui dat pluuiã ſuper faciẽ terræ. *conuertendo vapores in aquã,*

7 Qui ponit humiles. *id eſt homines ſua peccata humiliter cognoſcentes & emendantes.*

8 In ſublimi. *id eſt, in maiori proſperitate quàm antè.*

9 Qui diſſipat cogitationes malignorum. *id eſt, cogitantium malè facere innocentibus.*

1 Ne poſ-

MORALITER.

✠ dicitur Gene. iij. d. Puluis es & in puluerem reuer. Et alia tranſlatio habet: Terra es & in terram reuerteris. In hac autem terra nihil debet fieri ſine cauſa, quia per membra corporis, quæ ſunt terrea, nihil fieri debet niſi quod dictat recta ratio.

1 *Et de humo.* de corpore humano.

† *Non egredietur dolor.* ſcilicet gehennæ, nam mortale peccatum non incurritur niſi per conſenſum animæ.

2 *Homo ad laborem naſcitur, & auis ad vo.* Per hominẽ exterior homo, per auem, interior deſignatur: igitur *homo naſcitur ad laborem, & auis ad volandum.* Nã homo exterior operibus actiuę vitę, interior autem contemplatiuæ deputatur, in vtraq; tamen vita homo indiget adiutorio diuino. ideo ſubditur.

3 *Quamobrem ego deprecabor dominum, &c. qui facit ma. & inſcrutabilia.* Dum terrenum hominem eleuat ad cæleſtia, vnde cecidit angelica creatura.

6 *Qui dat pluuiam ſuper faciem terræ.* infundens hominibus ſtillicidia ſuæ gratiæ.

† *Et irrigat aquis.* ſacramentalibus. † *Vniuerſa.* ſcilicet rationabilia ad hoc ſe diſponentia. 7 *Qui po. hu. ſubli.* Mat. v. a. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*

† *Et mœren. eri. ſoſpi.* Matt. v. a. *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* 9 *Qui diſſipat cogitatio. mali.* & hoc eſt diuinæ miſericordiæ, quando mala cogitata non permittit adimplere.

✠ 3 Qui

☞ ✠ ORIG. Callidorum consilia peruertit. Aquila, Irrita facit. Symmachus, dissoluit. Theodotio, dissipat: illud verò dissipat, id est auertit, inutilia esse ostendit, irrita facit, vt à scopo aberrent. Symmachus: Consilium prauum perturbabitur. Diei autē ac meridiei nomine hilaritas vitæ significatur, vt tenebris ac nocte calamitas, quam hi homines non possunt euitare.

✠ ORIG. Vt Aegyptiis tenebræ triū dierum inductæ sunt, & palpatio Sodomitis ad fores iusti; lege, per eant autem in bello veluti Palestini & Phænices.

✠ HIERON. Apprehendit Philosophos & Iudæos doctrina apostolica coniungens. Dies autem erat Iudæis de regno, sacerdotio, lege, vnius Dei religione gloriatibus, sed non credētes in tenebras perfidiæ inciderunt.

✠ PHILIP. In prædicatione crucis inuenta est stulta sapientia huius seculi. Iudæi autem egredientibus duobus vrsis Vespasiano & Tito incurrerunt in tenebras, quas Moses in Deuteronomio prædixit. *Percutiet te Deus amentia, & cæcitate, ac furore mētis, vt palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris, vt non dirigas vias tuas.*

a *Qui apprehendit sapientes.* GREG. Quia consiliis Dei humana facta etiam tunc congruè seruiunt cum resistunt, vt in venditione Ioseph ne adoraretur; In petitione præputiorum à Saul, vt Dauid extingueretur; In morte domini, ne omnes crederēt in eum. Deus alia concedit propitius, alia permittit iratus: quæ tunc in vsum sui consilij vertit, vt quæ eius consilio repugnant, eius consilio militent: & quod sine eius voluntate geritur, eius voluntati contrarium non sit. vnde: *Omnia quæcunque voluit do. se.*

b *Per diem incurr.* Quia in ipsa veritatis præsentia, perfidiæ errore cæcati sunt, videntes miracula Christi & de eius deitate dubitātes.

c *Quasi in nocte,* Palpando quærimus quæ oculis non videmus: Iudæi miracula viderant, & adhuc quasi palpantes quærebant: *Si tu es Christus, dic nobis palam.* Sed horum manibus diu retineri non potuit Christus.

✠ HIERO. & PHILIP. Christus pauper pro nobis factus, qui ad patrem suum dicit. *Maledicent illi, & tu benedices.* Erutus de manu violenti diaboli, cuius caro requieuit in spe; *os autem obstructum est loquentium iniqua in eum.*

b *Per diem incurrent tenebras.* GREG. Mens inuidi cùm de bono alieno affligitur, de radio solis obscuratur.

c *Et quasi in nocte sic palpabunt in meridie:* dies boni operis in proximo exterius lucet: quasi in nocte palpant, quia liuore cæci, aliqua quæ reprehendant, inuenire satagunt. Ecce Loth, id est iustus malis aduersantibus intra domum recluditur & munitur, id est ad mentem reuertitur & manet interius, Sodomitæ cæci circumeunt, id est inuidentes facta dictaque scrutantur, nec ostium, id est aditum reprehensionis, inueniunt, sed parietem palpant, quia vbique laudabilis actio iusti eis obuiat.

cogitationes † malignorum, ne possint implere manus eorum
¶ Quia ex eo quod male agunt, dominus bona educit.
a quod cœperant. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum,
a ¶ Id est Christum. b ¶ Praui.
b & consilium prauorum † dissipat. Per diem incurrent tene-
¶ Id est tentabunt.
c d bras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie: Porro sal-
a ¶ Deus. b ¶ Detractione. c ¶ Prauorum.
e uum faciēt egenum à gladio oris eorum, & de manu † vio-
¶ Claudet.
a ¶ Humilem.
f lenti pauperem. Et erit egeno spes, iniquitas autem contra-
g het os suum. Beatus homo qui corripitur à † domino. In-
a ¶ Permittit Deus quandoque animam affectu desiderij sui vulnerari, vt fortior surgat & sanetur. b ¶ Carnem.
h crepationem ergo † domini ne reprobes, quia ipse vul-
a ¶ Diuine.
nerat & mēdetur: percutit, & manus eius sanabunt.

Palpabunt. Sed pauper spiritu, id est qui apud se nō est elatus: saluatur à gladio oris, i. iniqua persuasione.

d *Porro saluum faciet egenum à gladio oris.* Gladius oris est accusatio Iudæorū, Manus violenti, Gētilitas quę crucifixit: Sed hos Christus resurgendo superauit. In quo egeno, id est, humili populo fidelium spes vitæ sequētis solidatur. Iniquitas autē, quę modò dilatat os suum in cōtumeliā Christi, claudet per supplicium, vel conuersa cessat ab iniurijs. Eadem de prauis generaliter.

e *De manu violenti pauperem.* id est aduersa potestate, vt nec blandimentis suasionum trahatur, nec dolore suppliciorum frangatur. Pauper autem non trahitur, quia spes eius fixa in æternis contra hæc solidatur. Ad cuius spei fructū cū pauper venerit, elatus obmutescit, & contrahit os: quia torměta linguā ligāt, quæ loquebatur cōtra iustos detrahēdo. Sed vt electus supplicia euadat, & ad præmia pertingat, debet hic flagellis purgari. vnde subdit.

f *Beatus homo qui corripitur à domino.* ✠ ORIG. Beatus verè qui hic pœnas dedit scelerum, futura leniora habebit. Nam Salomon ait: *Fili mi noli negligere disciplinam Domini, &c.* & Apostolus: *Si disciplinam recipitis, vt filiis vobis loquitur Deus.* Ait enim Deus per Malachiam: *Non vindicabis bis in idipsum.*

✠ OLYM. Aptam emendationi tradit disciplinam, vt quamuis eius errata corrigantur, non ferat acerbè: Deum plagę autorem precibus exoret.

✠ DIDYM. Deus enim arguit, vt seruet, non vt perimat.

✠ POLICH. Hæc enim facit vt tu erratorum cognitor constitutus pristinum splendorem recipias.

✠ PHILIP. Ista Iob quasi præuaricatorum non rectè dicūtur.

✠ D. AVGVST. Eliphaz hic errat, quia putat de Iob intelligenda, quę ei reuelata sunt, cum solum Domino competat: qui venit in sepulchrum post passionem, cuius domus ecclesia fuit in pace, & cui cum lapidibus, gentibus, & bestiis Iudæis fuit pactum.

g *Increpationem er. do. ne re.* GREG. Reprobat qui se iniustè pati conqueritur. Eliphaz ergo putans Iob pro purgatione percuti, nō probatione fortitudinis, quia Iob liberè loquitur, causas suæ percussionis quærens, putat eum increpationem domini reprobare. Sic hæretici quod rectè ab ecclesia agitur, ad malum conuertunt.

h *Quia ipse vulnerat.* IDEM. Duob⁹ modis vulnerat Deus quos ad ☞ salutem

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ne possint implere manus eorum *in effectu,*
2 Quod cœperant. *tractare in mentis cogitatu,*
3 Qui apprehendit sapientes. *id est, astutos seu cautelosos,*
4 In astutia eorum. *conuertendo super eos malum quod aliis insidiose parabant inferre, sicut in libro Esther de Aman dicitur, quod suspensus fuit in ligno, quod parauerat Mardochęo.*
5 Per diem incurrent tenebras, *id est, in die prosperitatis subito incurrent tenebras aduersitatis.*
6 Et quasi in nocte sic palpabunt in meridie, *id est, dum credent esse firmati in potissimo statu, subito erunt in pessimo.*
7 Porro saluum faciet ege *per egestatem à delictis suis emendatum.*
8 A gladio oris eorum & de manu. *id est ab increpationibus & mendaciis, detractionibus, & condemnationibus in iudiciis.*
9 Et erit egeno spes, *id est certa expectatio futuræ prosperitatis in presenti vita, dum antè fuerit emendatus.*
10 Iniquitas autem contrahet os suum. *Ita quod non poterit loqui, scilicet, impius sic in peccato perseuerans. Sciendum autem quod ratio Eliphaz, suprà inducta non valet, quia licet Deus affligat innocentem, hoc tamen non est sine causa, quia hoc fit ad exercitium suæ patientię in vita presenti, & augmentum gloriæ in vita futura, quod iste Eliphaz non intelligebat.*
11 Beatus homo. *Hic consequenter Eliphaz post ipsius Iob increpationem, conuertit se ad eius monitionem, dicens.*
Beatus homo qui corripitur à domino. *id est, qui eius correctionem patienter recipit se emendando, quia per hoc conuertitur ad maiorem prosperitatem, quam ante in vita præsenti, secundum opinionem Eliphaz, quod tamen non est semper verum, & ideo concludit.*
12 Increpationem ergo domi. *quate iustè flagellauit.*
13 Ne reprobes. *per impatientiam in blasphemiam prorumpendo.*
14 Quia ipse vulnerat. *peccatores puniendo.*
15 Et medetur. *emendatos consolando, magis quam ante.*

1 In

MORALITER.

3 *Qui appre. s. in astu. eorum.* Credentes enim impedire prouidentiam diuinam, implent; sicut fratres Ioseph vendiderunt eum ne dominaretur eis, & per hoc habuit dominium super eos.

5 *Per diem incurrent tene.* quod fit cū per astutiā incurrunt tenebras peccati. 7 *Porro saluū faciet egenum.* à gladio enim oris de manu violenti eripitur, qui nec blandimento seducitur, nec persecutione frangitur: & hoc contingit egenis voluntariè qui contemnunt omnia amore cælestis patriæ. 10 *Iniquitas autem contrahet os suum.* quando videbunt se deijci & egenos exaltari: tunc enim dicent illud Sap. v. a. *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniā, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei & inter sanctos sors illorum est.* 11 *Beatus homo qui cor. a do.* nam ipse dixit Apoca. iij. d. *Ego quos amo, arguo & castigo.* 12 *Increpationem ergo domini ne reprobes.* Est enim medicina sanitatis spiritualis inductiua, propter quod non est reprobanda.

✠ *In sex.*

☞ A salutem reducit. Aliquando percutit in corpore vt mentem sanet; Aliquando sine exterioribus flagellis mentis duritiã suo desiderio percutit, & sic eam sanat, quæ secura in mundo mortua quiescebat. Sed dum mens ad Deum anhelat, & omnia secularia despicit, omnia mox ei vertuntur in tentationem, & eam affligunt: sed dum trãsitorio labore atteritur, à perpetuo liberatur, & ideo subdit.

a ¶ Per sex, omnia mala præsentis seculi intelligit, quod sex diebus operi deputatis discurrit. b ¶ Tribulatus.

Cap. 15. a *In sex tribulationibus.* IDEM. Senario, quem septimus sequitur, præsẽtis vitæ operatio & discursus signatur: quia sexto die Deus omnia perficiens hominem condidit, & septima quieuit, qui non habet vesperam, id est finẽ: In septima ergo tribulatione liberat, ne in septima malum attingat: quia hîc paternè erudiens atterit, sed in die iudicij à vero bere abscondit.

a In sex tribulationibus liberabit te, & in septimâ non tanget 1

a ¶ Etiam tunc fuis fidelibus quid agendum sit absque sono inspirat. b ¶ Tentatione carnis.

b te malum. In fame eruet te de morte, & in bellò de manu gla- 2 3

a ¶ A verbo detractorio vel contumelioso. ¶ Liberaberis.

d dij. A flagẽllo linguæ absconderis, & non timebis † calami- 4 † vastitatẽ.

c a ¶ Corporis. b ¶ Animæ.

f tatem cùm venerit. In vastitâte & famẽ ridebis, & be- 5 6 E

a ¶ Diabolum & complices eius.

g b ¶ In exitu præsentis vitæ. c ¶ Electis Ecclesiæ.

† qui dominũ custodem habet. & lapides campi custodes habebit, vt aut in murum cõpositi eũ custodiãt, aut ne offẽdat ad lapidem pedẽ suum. In anno. h stiãs terræ non formidãbis: † sed cum lapidibũs regio- 7 8 Vastitas.

a ¶ Scilicet erit. ¶ Societas tua. b ¶ Spiritus nequam non impugnabunt te.

i num pactũm tuum, & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi: 9 10 11

✠ *Orig.* Plerumque Deus à periculis homines liberat, & ad extremum eos, qui in ipsius amore acquiescunt, ab omni calamitate vt Noë, Dauidem, Ezechiam, &c.

✠ *Olym.* sexies. id est sæpius & in septima tandem liberaberis.

✠ *Didym.* In hoc æuo sex diebus fabricato te exercebit, in altero gloria cumulabit.

✠ *Polych.* Quidam mala hoc ordine exponunt. Fames, Bellum, flagellum linguæ sine calumnia, calamitas, Vastitas ab iniustis, & bestiarum incursus; sed numerus certus pro incerto vsurpatur.

✠ *Polych.* Aquila legit à direptione ingruentium; ille à malis ingruentibus, meminit autem famis, belli, contumeliæ, propter Iob inopiam, Caldæorum incursiones, & verba quæ de eo iactabantur. Iacob autem, Ioseph, & Elias seruati sunt in fame, inquit.

1. Lib. ✠ *Philip.* de manu gladij Dauid & Iosaphat.

✠ *D. Hiero.* fames verbi Dei, gladius peccatum aut diabolus.

✠ *Orig.* A flagello linguæ, Dauid à Semei & Doeg lingua non timebat calamitatẽ, vt nec filij Israel Aegyptijs plagas sentiẽtibus.

✠ *Philip.* & *Hieron.* bestiæ aut animantia rationis expertia aut homines mali: lapides sunt homines iusti, stabiles & quieti: Bestiæ, feri & mali.

Cap. 16. Philip. 1. li. b *In fame.* GREG. Enumerat mala præsẽtis vitæ & adiutoria Dei. Fames mentis est silentium verbi Dei: quo subtracto tentatio carnis inualescit, quæ est bellum. Sed Deus etiam in fame à morte animam eripit, quia verbo suo reficit.

c *Et in bello,* Contra tentationes carnis fortes facit. Sed talis factus aliquando detractiones metuit. vnde addit.

d *A flagello linguæ,* id est ab exprobratione contumeliæ, propter quam irrisus à bono cessat. vnde Dauid: *Et à verbo aspero.* Ab hac sanctus absconditur, quia dũ hic laudẽ non quærit, nec contumelias sentit. Sed quia post hæc aliquis cruciatus corporum timet, sequitur.

e *Et non timebis calamitatem,* persecutionis. sed quia talis in terrore iudicij futuri securitatem sibi parat subdit.

f *In vastitate & fame.* Vastitas est gehenna quæ foris cruciat; fames, inedia, quia à visione æterni panis erunt separati. Sicut intus & extrà deliquerunt, sic intus & extrà punientur. Vel à flagello linguæ, id est à sententia damnationis æternæ, quæ est: *Ite maledicti in ignem æternum,* & à calamitate veniente iustus absconditur: quia in illa districtione blanda voce refouebitur: *Esuriui, & dedistis mihi manducare: & ridebit* hilaris ex gloria. nec iam compatiens damnatis, diuinæ per speciem inhærens iustitiæ; & imminutio esset beatitudinis, si quid vellet quod implere non posset. Sed quia hîc initia sequuturæ securitatis degustat, vt hostem antiquum non metuat, vt in articulo mortis eius impetus non horreat, subditur. Matt. 25. d

g *Et bestias terræ.* quæ tempore mortis ad rapiẽdas animas effrenantur, sed sæuientes non timet, qui blandientes secutus non est: & initium retributionis, est, in obitu securitas mentis. Cum autẽ bene viuitur, cauendum est ne quis despectis cæteris de singularitate glorietur, sed sociale bonum recogitet. vnde addit.

h *Sed cum lapidibus regionum pactum,* Quasi diuisæ sunt regiones gentium, ecclesiæ moribus & lingua distantes; Lapides electi, qui in ædificio ponuntur. Qui ergo rectè viuit pacto se lapidibus iungit: quia in eo quod mundum deserit, sanctis per imitationem se alligat: vnde impugnatio crescit, qua tamen attritus humilius Deo subditur. vnde subijcit.

i *Et bestiæ terræ.* Non pacatæ sed pacificæ, quia non pacem habent, sed pacem faciunt: quia cùm acrius homo à diabolo impugnatur, amplius ad amorem impellitur, & cum eo robustior pax efficitur. Vel bestiæ sunt motus carnis, quæ continentia quasi cauea pressæ, etsi tentando rugiunt, non tamen ad effectum quasi ad ☞ rabiem

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 In sex tribulationibus liberabit te, & in septima. *secundum Gregori. homil. xxv. quia septem diebus omne tempus comprehenditur, rectè septenario numero vniuersitas figuratur: & ideo Eliphaz vij. tribulationes enumerat, à quibus asserit Iob fore securum, si fuerit emendatus: per hoc insinuans quod in vita præsenti poterit maiorem prosperitatem recuperare & absque timore aduersitatis viuere. prima ponitur ibi:*

2 In fame eruet, &c. *id est, aliis fame morientibus præ defectu bonorum, tu habebis ad sufficientiam. secunda ibi.*

3 Et in bello de manu gladij. *id est, aliis gladio aduersariorum interfectis dominus te saluabit, tertia ibi.*

4 A flagello linguæ absconderis. *id est, à detractionibus & increpationibus malignantium eris quasi absconsus: quia non audebunt, vel non erunt memores ad murmurandum & detrahendum de te. quarta ibi.*

5 Et non timebis calamitatem. *id est luctum communem ex pestilentia seu corruptione aeris superuenientem: quia Deus saluabit te. quinta & sexta ibi ponuntur.*

6 In vastitate & fame. *accipitur hîc vastitas pro destructione terræ ab hostibus, & similiter fames ex hoc sequens. Tum quia bona terræ ab hostibus sunt ablata: Tum quia ligna fructifera sunt abscisa: & ideo ista tribulatio famis differt à præcedenti, quæ causabatur ex sterilitate terræ: ista vero ex hostili vastatione.*

7 Ridebis. *id est ista tribulationes aliis superuenientes non diminuẽt statum tuæ prosperitatis.*

8 Et bestiã. ter. *Quæ in terra deuastata solent multiplicari & crescere,*

9 Non formidabis; *quia non nocebunt tibi in persona tua, nec familia tua, nec gregibus tuis.*

10 Sed cum lapidibus regionis pactum tuum. *Descripta liberatione à tribulationibus, promittit ei abundantiam bonorum alias insolitã, dicens.* Sed cum lapidibus regionis, &c. *id est terræ lapidosæ, quæ non solent aliis fructificare, tibi afferent fructum multum, quasi ex pacto tibi seruientes.*

11 Et bestiæ terræ pacificæ erunt tibi. *quæ tamen erunt valde molestæ aliis in personis & in gregibus suis.*

✠ 1 Et

MORALITER.

✠ 1 *In sex tribulationibus liberabit te, & in se. non tanget malum.* In sex diebus Deus omnia creauit, & in septima requieuit: igitur per sex dies intelligitur totus mundi decursus, in quo fideles tribulantur, vt æterna requie consolentur.

2 *In fame eruet te de morte.* nam malis deficientibus ex subtractione verbi diuini, ipso reficiuntur electi.

3 *Et in bello de manu gladij.* nam in tentationibus succumbunt, & electi diuincunt.

4 *A flagello linguæ absconderis,* à flagello linguę absconditur qui verbis iniuriosis non turbatur.

5 *Non timebis calamitatem cum venerit,* Id est cum gehennæ calamitas aliis venerit, non timebis: quia tibi non nocebit.

6 *In vastitate & fame ridebis.* id est tempore iudicij horribilis: sicut Luc xxj. dicitur electis: *Respicite & leuate capita vestra.* id est exhilarate corda, sicut exponit Gregori. homi.

8 *Et bestias terræ non formidabis.* id est dæmones. qui comparantur in scriptura ferocibus bestiis.

9 *Sed cum lapidibus regionis pactum tuum.* id est cum electis. de quibus dicitur Zacha. ix. d. *Lapides sancti eleuabuntur super terra.*

✠ 1 *Et*

A rabiem morsus excedunt, in quo sunt pacificæ. Vel quia perturbant, amplius illud, vbi nulla contradictione viuitur, diligitur: & sic ad amorem intimæ quietis impellunt.

a *Et scies quod pacem* GREG. Pax vel inchoata, quæ hic est concepta ex desiderio Dei, vel plena, quæ in futuro ex visione Dei. Cùm ergo mens Deo vel caro menti subiugatur: tabernaculum b iusti, id est, corpus c quod mens inhabitat, Pacem habet motibus d desideriorum sub iustitia refrenatis. Sed e nihil est hęc castitas f carnis, si non adsit g mentis suauitas in amore proximi. h

a Et scies quod pacem habeat tabernaculum tuum, & visitans
† habitaculum tuum. i. curabis domicilũ tuum. † speciem tuam, non peccabis. Scies quoque quoniam † multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ.
¶ Verbum prædicationis.
a ¶ In horreum.
Ingredieris in † abundantia sepulchrum, sicut † infertur acer-
a ¶ Quasi dicat non sum mentitus.
uus tritici in tempore suo. Ecce hoc vt inuestigauimus ità est,
a ¶ Aduerte.
quod auditum, mente pertrãcta.

B

✠ ORIG. Dei prouidentiam, & humanitatem commendat.

✠ CHRYS. meminit liberorum, quia eorum copia erat pars benedictionis illis temporibus, quibus tradita hæreditate ad lætam perducetur senectutem.

✠ DIDYM. aceruo absoluta copia & vbertas declaratur.

✠ HIERO. & PHILIP. Tabernaculum, i. domus corporis tui; Species, animæ pulchritudo: semen, optimæ cogitationes, ex quibus bona opera tanquam filij procreantur. Sepulchrum vitiorum exterius ad mortificandum intrabis, vt in iudicio inueniaris

C purgatus, sicut triticum quod coarceruatur ad aream.

✠ D. AVG. sic legit: Tu verò, Scito temetipsum. vnde illud σὺ δὲ γνῶθι σεαυτὸν

b *Et visitans speciem tuam non peccabis.* GREG. Species nostra est proximus, in quo videmus quod sumus: quem visitat, qui ad eum patibus amoris tendit & ex se viso, illi cõdescendit. Et hoc est lignum quod secundum speciem suam semen producit, id est mens quæ ex se aliũ considerat, & recti operis germen parit. Ecce Paulus qui omnibus appropriat, condescendendo quidem, non cadendo. Hîc autem plenè peccatum vincit, qui ex se perpendit, quomodo dilatetur in dilectione proximi. Cum autem caro restringitur, & mens virtutibus exercetur, restat vt loquendo vitam doceat, quam moribus seruat, quia ex semine boni operis vberes fructus prædicationis colligit. vnde subditur:

c *Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum.* Ille enim bene loquendi facundiam accipit, qui bene viuit, nec conscientia loquentem præpedit. Hinc est quòd Ægyptij serui facti, frumenta ad semen percipiunt, qui antè liberi ad esum acceperant: quia cùm plenè Deo subdimur, verbo prædicationis replemur. Antè liberi sacro eloquio pasti; & tamen ad quædam quæ in mũdo petimus vacantes. Ex prædicatione, magna proles fidelium sequitur. Et hoc est.

D

1 d *Et progenies tua,*
2 *quasi herba terræ.* id est,
3 innumerabilis. Vel,
4 herbæ comparatur,
quia arentem mundi
gloriam deserens, spe
5 interna viresci. Iusto
6 autem non sufficit hęc
7 magna exterius agere
8 nisi etiam per con-
9 templationem in æterna penetret. vnde

† multum

E

† vel excidit.

subditur:

e *Ingredieris in abundantia sepulchrum.* IDEM. Sepulchrum est cõtemplatio, quæ à mundo mortuos in intimis abscondit, & actiua vita quodãmodo sepelit, quæ à prauis moribus mortuos regit. Sed hęc perfectius in abundantia, quia prius actiuæ vitæ opera congregauit. Non est perfectus prædicator, qui propter contemplationem, opera: vel propter opera illam postponit. Vnde Christus forma vitę, in die miracula fecit in vrbibus, orans per noctẽ in montibus; Contemplantes fixi in amore Dei sorbent, quod vtilitati proximorum refundant.

Lib. 6. c. 17. Sepulchrũ. Moraliter.

F

f *Sicut infertur aceruus tritici.* Quia tempus actionis primum est, extremum contemplationis. Et necesse est vt perfectus mentem prius virtutibus exerceat, & eam postea in horreum quietis condat. Vel, sepulchrum est quies æterna, in qua tantò verius quiescitur, quantò perfectius vita corruptionis necatur. Hanc in abundantia ingreditur, qui post congesta huius vitæ opera, huic mutabilitati plenè mortuus, in secreto veri luminis occultatur, sicut triticum: Quia iusti in alieno tempore percussiones sentiunt, sed in suo, vt grana, in horreum intrant.

Ibid.

g *Inuestigauimus.* In hoc notat se, non secundum superficiem dixisse supra sepulchrum, bestias, lapides, tabernaculum, & huiusmodi, sed in his interiora quæsisse.

Ibid.

h *Quod auditum mente pertracta.* Verba iactantiæ; & si bene docuit, imperitia est velle docere meliorem: vnde dicta amicorum etsi recta, non rectè dicta arguuntur.

Ibid.

In ann.

In ann.

Vbi supra

Gene. 1.

1. Cor. 9. c.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et scies quòd pa. habe. tuum. *id est, tota familia manens in domo tua, quod cedit ad magnam prosperitatem patrisfamilias.*

2 Et visitans speciem tuam. *id est, considerans prosperitatem tuam,*

3 Non peccabis. *quia non elenaberis in superbiam, sed magis Deum laudabis.*

4 Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum. *id est videbis filios tuos & nepotes in magno numero, fortes & diuites, ad succedendum tibi prospere: quod cedit ad magnam consolationem hominis, quia moriens remanet quodammodo in filiis & nepotibus suis.*

5 Ingredieris in abundantia sepulchrum. *id est ista prosperitas durabit tibi vsque ad finem vitę tuæ.*

6 Sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. *scilicet maturitatis tempore: per hoc insinuat, quod vita sua debeat prolongari quantum potest via naturę, ita quod mors eius sit naturalis, & non anticipata.*

7 Ecce hoc vt inuestigauimus. *per scripturas & experientias,*

8 Ita est *secundum veritatem,*

9 Quod auditum mente pertracta, *deposita impatientia tua trisitia, quæ impedit veritatis considerationem. Conturbati enim minus prauident, secundum Philosophum ij. Elenchorum.*

Philosophi

MORALITER.

✠ 1 Et *scies quod pacem habeat taber. tuum.* id est corpus quod est tabernaculum animæ. nam glorioſum erit in resurrectione.

2 Et *visitans speciem tuam.* id est considerans corporis tui glorioſi decorem.

3 *Non pecc.* sicut non superbit homo de pulchritudine corporis.

4 *Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum.* Id est fructus operum tuorum.

5 *Ingredieris in abundantia sepulchrum.* Id est æternæ quietis locũ

9 *Quod auditum mente.* Id est diligenter considera. nam attentio finis est directio operantis: sicut visio signi est directio sagittantis.

ADDITIO I.

In cap. v. vbi dicitur in postilla: Voca ergo. *Hoc quod dicitur:* voca ergo si est qui tibi respondeat, *non videtur referendum ad defectum intellectus ipsius Iob, ita quod moneat eum Eliphaz, vt oraret Deum, vt aperiret sibi intellectum verborum Eliphaz: cum ipsemet Eliphaz potuisset aperire intellectum prædictorum verborum: vnde melius videtur dicendum secundum sanctum Tom. qui sic dicit:* voca ergo si est qui respondeat. *q. d. si mihi hoc reuelatum non credis, tuipse inuoca Deum. si forte ipse tibi ad hanc dubitationem respondere voluerit: & si per merita propria hoc obtinere à Deo non putas, ad aliquem sanctorum conuertere, vt eo mediante huius rei veritatem à Deo cognoscere possis. Hac ille, &c.*

ADDITIO II.

In eodem cap. v. vbi dicitur in postil. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum. *Vbi translatio nostra habet:* Cum lapidibus regionum pactum tuum. *In Hebræo habetur:* Sed cum lapidus agri pactum tuum. *& est sensus, quod Deus liberaret eum ab offensione lapidum, eo modo quo dicitur in Psal. xc. a. de illo:* Qui habitat in adiutorio al. &c. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. *& sic hæc verba non pertinent ad abundantiam bonorum, sed pertinent ad liberationem à tribulationibus, sicut immediatè præcedentia vbi dicitur:* Et bestias terræ non formidabis. *Similiter immediatè sequentia vbi dicitur:* Et bestiæ terræ pacificæ erunt tibi.

REPLICA. In ca v. vbi posti. passum istum: Voca ergo si quis est qui respondeat tibi. *exponit de arrogantia Eliphaz, qua putauit se adeo subtiliter loqui, vt Iob non intelligeret: ideo suadet, si non habeat hominem docentem se, saltem ad aliquem sanctorum debeat habere recursũ. Huic expositioni contradicit Bur. volens cũ sancto Th. quod velit persuadere, si ab homine non potest certificari, quod reuelatio vera ei sit facta, quærat ab aliquo sanctorũ: & arguit cõtra expositionẽ postil. ex eo quod Eliphaz de suis verbis per se potuit instruere Iob, non igitur oportuit eum remittere ad alios pro intellectu suorum verborum. Ita arguo*

contra

Modus prohibendi reuelationes & missionem supernaturalem, aut extraordinariam. Ioan. 10.

contra Burg. quia non debebat eum remittere pro acquirenda fide reuelationis sibi factæ, sed sibi ipse tenebatur probare vel per scripturam de se dictã vel per signa: sicut Moyses non fuit ausus sibi reuelationem factam publicare, nec se missum dicere, nisi à domino obtinuisset virtutem faciendi signa, quæ posset probare, vt latè dicitur Exod. iij. Et Christus primo volens probare se missum, direxit ad scripturam Iudæos incredulos dicẽs: Scrutamini scripturas, *Ioan. v. f. Sed nolentes attẽdere scripturas, direxit ad signa, dicens:* Opera quæ facio, testimonium

Matt. 10. d. perhibent de me *Ibidem xv. d.* Si enim opera non fecissem quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. *Ecce Christus suæ missionis & reuelationis duplicem ponit probationem. Eliphaz autem nullam, & tamen Burg. exponit quod remiserit Iob ad acquirendum fidem suæ missionis nullã probatione præcedente. Similiter Christus hanc probationem spiritus Dei suis apostolis adiunxit: quia dicitur: Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Ex quibus patet, quod Eliphaz tenebatur reuelationem sibi factam probare, & non sic Iob ad domini vel sanctorum merita remittere, prout exponit Burg cum sancto Thom.*

In eo. cap. vbi postill. illud verbum, & cum lapidibus regionum erit pactum tuum. *exponit de abundantia inconsueta, scilicet quod agri lapidosi fructificarent præter consuetum, vt viderentur seruire quasi ex pacto. Sed Burg. exponit de offensione pedum ad lapides, prout de Christo dixit diabolus:* Ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum, *Sed modicum est quod Burgen. hic significat per pactum cum lapidibus. nam inter minima incõmoda æstimatur offensio pedis ad lapidẽ: in quo sensu diabolus allegauit illud quod Bur Ne forte offendas, arguens à minori q d. tanta est cura angelorum circa te, vt non possis offendere. igitur nullum incommodũ incurrere poteris mittendo te deorsum, vt qui circa*

1. Cor. 9. d. *te cauent minima, etiam cætera omnia. Simile est argumentum Apostoli: Deo est cura de bobus, igitur & de hominibus Si enim illud quod minus videtur inesse inest, & illud quod magis. Per pactum igitur cum lapidibus agri, non significatur illud modicum, scilicet non offendere pedem, quia magis propriè dicendum foret de lapidibus platearum, ad quos sæpe transeundo offendimus. Sed aliquid magnum significatur, vt patet: sicut bestiæ seruiunt innocenti ad nutum, ita lapides agri fructum non impedientes, videntur seruire ad pactum. Et potest accipi illa fructificatio pro abundantia à minori, si lapides seruiunt ad nutum qui sunt insensibiles, multo amplius omnia viuentia quæ in litera enumerantur.*

CAP. VI.

A a Cat. græca. Respondens autem Iob dixit.

✻ Olim. Iobus, animaduerso amicorum ad resipiscendũ cohortantis studio, se tuetur, Deo sancto se fidere dicens, à quo tamen vetetur, ne sit abiectus, suadetque externis non esse fidendum, & amicis vt suo exemplo sibi metuant, cum vita tentationibus sit infecta, b & à Deo petit, vt in-

B uisat se nec recorde- † contritio tur, siquid peccauerit Allegoricè c

b *Vtinam appenderentur.* Greg. Tactus flagellis verbis lacessitur, non vt non erectus in defensionem contumax caderet: sed vt percussus tacens gratias egit, lacessitus recta respondit: *Vtinam appen. peccata.*

In anni. ✻ Orig. Chry. Olim. Si quis appendens appenderit C iram meam, dolores autem meos simul sustulerit in stateram, profecto arena maritima grauior erit. Vtinam cunctæ acerbitates meæ in vnum congererentur aceruum, atque hæ in vnam, maris autem arena in alteram eiusdem stateræ lancem imponeretur, meorum lanx illa malorum, multo maiore pondere deprimeretur. Maris autem sumpsit arenam, vt quæ sit magis humida.

✻ Hieron. Philip. Calamitas velut arena maris super meorum merita peccatorum ponderat.

c *Statera.* Greg. In manu patris Christus habens lancem misericordię & iustitiæ, peccatum per misericordiam laxans, leue esse; calamitatem moriendo grauis esse ponderis ostendit. Cui & hoc gratiæ dat, vt ipsa cognoscibilis sit calamitas. Cæcus enim homo in exilio, quasi in patria, gaudebat: sed Deus extrà apparens hominem intus reuocat, vt viso quod amisit, graue doleat quod tolerat. dicit ergo:

D Cap. 2. Mystice.

CAP. VI.

Espondens autem Iob dixit: Vtinam † appenderentur peccata mea quibus iram merui, 1 2
a ¶ Peccati pœna. b ¶ Q. d. vtinam veniat statera id est Christus qui habet duas lances, misericordiam & iustitiam: misericordia dimittendo leuis, iustitia corrigendo & puniendo quod maioris est ponderis.
& † calamitas quam patior, in stătera*, quasi ¶ Statera
arena maris grauior hæc appareret: vnde & 3

† apprehẽderetur ita mea.

E * leuarẽtur simul.

Ibid.

Vtinam appenderentur. id est malum nostræ damnationis leue creditur, sed vtinã veniat qui ostendens patriam graue esse exilium doceat. Arenæ autem quæ æstu vndarum exterius pellitur calamitas comparatur: quia homo peccans fluctibus tentationum, motus ab intimis exterius exiuit. Grauior dicitur, quia dura fuisse pœna ostenditur, dum per misericordiam F culpa leuiatur. qui autem per gratiam Christi patriam præsentit, in præsentibus vbi nescij rident gemit, pensans iudicia Dei quibus affligitur. & hoc est.

d *Vnde & verba mea dolore sunt plena, quia sagitta domini.* Id est Ibid. percussio animaduersionis Dei, quę non me, vt multos, inemundatum dimittit: sed

☞ a *Ebibit*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. VI.

1 Respondens autem, *Posita ipsius Eliphaz obiectione, hic consequenter ponitur ipsius Iob responsio; in qua primo destruit ipsius Eliphaz obiectionem, secundo astruit suam principalem intentionem cap. vij. Circa primum sciendũ quod Eliphaz obiecerat contra Iob, arguens eum primo de impatientia, secundo de falsa sententia, vt dictum est ca. præce. & ideo Iob in sua responsione primo destruit primum, quod videbatur grauius, & secundo, secundum ibi:* Vnde & verba mea. *Circa primum sciendũ est quod Eliphaz imponebat Iob falsam & erroneam sententiam, eo quod dixerat se innocentẽ à Deo flagellatum. & ex consideratione fragilitatis humanæ conatus fuerat ostendere omnem hominem peccatorem, & sic iustè puniri à Deo; per hoc vlterius concludens suum propositum, scilicet quod nullus punitur in vita præsenti nisi pro peccato præterito, & non pro expectatione præmij in futuro: & quia dictum Eliphaz quantum ad aliquid erat verum, scilicet quod nullus homo est omnino immunis à peccato saltem veniali, secundum illud Prouer. xxiiij. b,* Septies in die cad. iu. & resurr. *ideo Iob respondendo concedit se esse in aliquo peccatorem: sed dicit peccata sua esse leuia respectu pœnæ à Deo sibi inflictæ: & hoc satis erat euidens ex bonitate vitæ suæ: & hoc est quod dicitur.*

2 Vtinam appenderentur peccata mea. *& patet ex dictis litera. per hoc autem infringitur ipsius Eliphaz argumentum: quia si Deus puniret hominem in præsenti pro peccato præterito tantum, & non pro expectatione præmij & exercitio patientiæ, sequeretur quod pœna inflicta secundum quandam æqualitatem corresponderet delicto, ita quod maiores culpæ grauius punirentur, & minores minus cum Deus sit iustus: videmus autem sceleratissimos homines in vita præsenti puniri modicum, & aliquando iustos multum affligi, qualis erat Iob. Ex quo concluditur quod punitio vltima non est in vita præsenti afflictio iustorum pro peccato præterito solum, sed magis pro præmio recipiendo in futurum secundum patientia meritum.*

3 Vnde & verba mea. *Hic consequenter Iob excludit obiectionem* Diuisio. *Eliphaz de vitio impatientiæ, ostendens se rationabiliter conquestum, quando supra dixerat:* Pereat dies. *& primo ostendit Iob propositum ex magnitudine mali sibi inflicti. secundo ex subtractione subsidij. ibi:* Ecce non est auxilium. *Prima in tres, quia primo ostendit Iob suã querimoniam fuisse rationabilem. & secundo remouet quandam obiectionem irrationabilem, ibi.* Nunquid rugiet. *tertiò reuertitur ad suam materiam, ibi:* Quis det, &c. *Circa primum concludit Iob se rationabiliter deploraſſe natiuitatem suam & vitam ex dictis Eliphaz, quia dixerat ex afflictione in præsenti vita nullam remunerationem esse expectandam in alia: & ideo cum sua pœna excederet culpam præteritam, nec appareret liberatio possibilis humana via, ideo meritò deplorauerat vitam suam, quasi desiderans liberari à pœna per mortem: & hoc est quod dicitur:* Vnde & verba mea. *suprà posita iij.*

☞ 1 Dolore

MORALITER.

1 *Respondens autem Iob, dixit,* Sicut dictum est suprà, Iob significat bonum doctorem vel prælatum: propter quod tenet typum Christi, qui doctorum princeps est & pastorum. Sicut autem persecutionem membrorum suorum, suam dixit, Act. ix. a. *Saule Saule quid me persequeris.* sic eorum peccata dixit sua, Psal. xxj. a. *Longe à salute mea verba delictorum meorum* quorum remissionem desiderat dicens.

2 *Vtinam appenderentur peccata mea.* In statera, namque diuinæ iustitiæ, passio Christi præponderat peccatis humanæ naturæ.

3 *Vnde & verba mea dolore sunt plena.* Matth. xxvj. d. *Tristis est anima mea vsque ad mortem.*

✠ 2 *Quia*

c *Ebibit spi.* GREG. Id est elationem compescit, vt dicat: *Defecit spiritus meus.* Et non solùm gemo quod patior, sed timeo quod minaris. Et hoc est:

Psal. 76 a.

d *Terrores domi. mili.* ne post hoc mors æterna sequatur. Sed quia statutę aduentũ desiderat, quo ardore eundem Gẽtilitas, & Iudæa sitiat, supponit, cũ ait,

† absorpta sunt. † quarũ venenum ebibit spiritus meus.

a ✠ *Dolore sunt plena* CATH. Græc. prava sunt: Symmachus, b amara. OLYM. & POLYCHR. probrosam vsurpatis orationem, ex e vestra mollitie, non ex auctoritate mei doloris, quæ vix orationis B potestatẽ facit, de meis f verbis, iudicantes.

† Num est sapor in albumine vitelli? † Prou. 27. b.

b ✠ *Sagittæ dũi* PHI. *Sagittæ* sunt pœnæ, aut vermes, quos diabolus h instigabat ad humorem sugendum, vt solito essent molestiores. *Terrores* autem sunt latrones, aut aëriæ potestates. Apertius antiqua translatio, *& cum loquor stimulant me:* vnde apparet quod sagittarum nomine, vermes dixerit, qui Dei permissu, diaboli instinctu, acriores erant, vt muscæ & locustæ Ægyptiæ, quas ab Angelis malis immissas legimus. Hierony.

In comm.

Diabolus terroribus minabatur.

Ibid. ca. 4. Tropolo.

e *Nunquid ru.ona.* i. agrestis asinus. *Asinus* est Gentilis populus, quẽ sicut natura extra stabula disciplinæ edidit, ita vagus in campo voluptatum permansit. *Bos.* Iudæus, qui iugo Dei suppositus, proselytos colligẽs, per corda quæ valuit nomen legis traxit. De vtroq; populo multi, vt Iob & Simeon, aduentũ Christi expectauerunt: herba & fœnũ eorum est incarnatio qua satiantur. *Omnis* Esaię. 40. b enim *caro fœnum.* Cuius gratia refectus onager iam non gemit: Et bos non habet præsepe legis vacuum, cum accepit quem ipsa Luc. 2. a. lex prædixit. Vnde natus in præsepe ponitur, vt ieiuna in lege C malsia fœno carnis reficeret. Lex autẽ quia ante aduentum Christi non spiritualiter sed carnaliter tenebatur, subdit:

Idem ca. 5.

f *Aut po.comen.insul.* Sal est virtus occultæ intelligẽtiæ, sine qua gentes legi dura iubenti noluerunt subdi, nec gustare eã: quæ gustata carnaliter affert mortẽ, quia cõmissa, dura animaduersione distringit, & quia culpã docet, sed nõ delet. Sed cum in ea veritatem cognouerunt, quæ prius nolebant tangere desideriis suis, angustiatæ comedunt, requirentes inter illa carnalia eum quẽ vehementer diligunt. Sed & Iudææ hæc congruunt quæ per legem ex vnius Dei cognitione sal habuit: & insulsas gẽtes recipere fastidiebat. Quia diuina sentẽtia proposita morte vetuerat, ne Iudæa cum alienigenis fœdus iungeret, & vitam inquinaret. vnde dicit:

Moraliter.

Aut potest quis gus. &c. Secundum electos ad Christum conuersa, suis verbum Dei resputẽtibus, ad gẽtes cõuertitur: & quas nec societate tangebat, modo angustias prædicationis (quæ apud suos despicitur) patiens, conuertendo esuriens recepit.

✠ ORIG. Rationis expertia non clamant, nisi quid molestiam afferat, nec ego. CATHENA GRÆCA. quid enim? nõ D frustra clamabit asinus syluester, verum cibos quærens;

✠ DIDYM. Vitio dare nõ debes, si molestia coactus vociferor, cum asinus syluester voce testetur perturbationẽ, cum cibo indiget. nam iustus humanum sensum non exuit, quamuis constanter ferat casus aduersos. atque cum quis in cruciatu propter Deũ exclamat, ea demum virtus est.

† omnipotentis vel, fortis; & infra.

GREG. Ille desiderat stateram, nos iam per fidem eius viuimus: sed tamen pro purgatione sagittas eius patimur, & terrore futuri timemus.

† iuxta pabulum suũ. Moraliter. E

Sed quia filij sumus non debemus timere vt dominum, sed diligere vt patrẽ, & ad eũ anhelare: vbi cibo, i. ęternitate eius pascamur, pro quo modò rugimus. vnde:

Lib. 6. c. 7.

Nunquid rugiet onager. IDEM. Onager, est populus qui in campo fidei nulli⁹ officij loris ligatur. *Bos*, prelatio officiorũ iugo pressi. Pastus, vtriusque æterna refectio, quam in exilio ieiunus ardenter cupit, Sed huic intentioni mali obuiant suis verbis & moribus, sunt insulsa bonis oblata, vt in vẽtrem electionis admittant: inter quæ verba importunè auribus ingesta tentationem in corde gignunt & quamuis hæc ratio respuat, lingua dãnet, tamen difficilè intus vincitur, quod foris iudicatur. Cum ergo sancti ad æternam vitam leuati insulsa à corde repellant, etiam ab huiusmodi verbis se separant, & hoc est:

Aut po.co.insul. Sed iam in alto positi à stultis semoti: sæpe dũ sola propria ad ferendũ dura procurant, pro amore veritatis non sunt accincti. F

Cathena Græca.

✠ NICETAS, Si est sapor in verbis inanibus. OLYM. vt panis, cui nihil salis est aspersum, ędi nequit: sic sermones à probabilitate remoti, quales sunt vestri, persuasionem admouere non possunt, quamobrem Apostolus: *sermo vester semper in gratia sit sale cõditus*, i. dulcis & iucundus. ISIDOR. Aut innuit cõuitium falsum ab auribus longius non digredi, neque enim auditorum pellit intelligentiam: Aut quod temperanter in oratione sal est adhibendum, vt grata influat in animos audientium. DIDYM. sermo inanis est, qui virtutis actione caret. *Non enim in sermone est regnũ Dei, sed in virtute.* HIERON. ego nihil stultum contra In comm. Deum, nihil quod sale fidei non sit conditum, operatus sum, & semper peccatum contingere pertimui.

g *Aut potest ali.gu.* GREG. Durum est petere quod cruciat, quod Vbi supra. vitam fugat, sed sæpe cum sit in alto, ad ferenda stultorũ mala se inclinat, vt eos trahat. Aucto enim desiderio cælestium angustiatur, & præ dulcedine illorum amara seculi non metuit. Vnde & post impossibilem mortis gustum subdit:

h *Quæ prius no.tan.* id est, mala seculi iam sunt dulces cibi præ Ibid. ca. 7. ☞ amore

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Dolore sunt plena. *rationabiliter & non sine causa,*
2 Quia sagittæ do. *id est, eius afflictiones,*
3 In me. Su. *vsque ad intima penetrantes.*
4 Quarum indignatio. *i. violentia & magnitudo,*
5 Ebibit spi. meum. *id est, intercidit (alias intercipit) anhelitum meum.*
6 Et terrores do. *s. de continuatione huius mali in futuro,*
7 Militant contra me. *quia his non possum resistere.*
8 Nunquid rugiet. *Hic remouet obiectionem irrationabilem: quia posset dicere Eliphaz, aliqua passus sum non tamen, prorupi in talem querimoniam; quod remouet Iob per hoc, quod si aliquid passus est, non tamen fuit tanti ponderis quod eũ deijceret à statu terrenæ prosperitatis: in quibus quiescunt voluptuosi tanquam in optato fine, & per consequens abhorrent labores corporis & dolores, ideo subditur:*
10 Aut pote. co. insulsum *i. cibus insipidus.*
11 Aut po. ali. gu. *s. cibum agrotatiuum, qui potest inducere mortẽ, quasi dicat: Homines abundantes in delicijs talia nullo modo comederent, veruntamen homines anxiati præ magnitudine famis talia non abhorrerent comedere. Secundũ quod dicitur Pro. xxvij a.* Anima autem esuriens etiam amarum pro dulci sumet: *& hoc est quod dicit Iob de seipso.*
12 Quæ prius. *tempore prosperitatis meæ.*

☞ 1 Nunc

MORALITER.

✠ 2 *Quia sa. do. sunt in me.* Claui enim & lancea Christi corpus perforantes possunt dici sagittæ.
4 *Quarum indi. ebi. spi. meum* Iohan. xix. *Et inclinato capite tradidit spiritum.*
6 *Et terrores do. militant con. me.* id est pœnæ mortis, quæ est vltimum terribilium.
8 *Nunquid rugiet ona. &c.* Per onagrum & bouem, qui sunt animalia bruta, significantur homines carnales vitam pecudum eligentes: & per herbam & præsepe plenum, abundantia deliciarũ,

A amore cæli. Et cũ hæc dulcia sint, *Quis det vt veniat petitio mea?*
✻ a *Quis det vt. ve.* ORIG. Non potest quiescere anima mea. Rugitum enim video tetricum meum, quasi odorem leonis. Rugitus & clamor tantus à me editur, cum ad cibum accedo, quantum proditum est leonem habere. CATH. GRÆCA. non potest cessare animus meus: fœtorem enim video cibos meos, sicut odorem leonis. a † nunc præ angustia cibi mei sunt. Quis det vt veniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi Deus: & † qui cœpit, ipse me conterat. Soluat manum suam, & succidat me, † & hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat: nec contradicam sermonibus sancti? Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam, aut quis finis meus, vt patiẽter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea

¶ Desiderio. a ¶ Hinc patet, eum increpationem domini non reprobasse; quam quia quidam reprobant, dominum à correctione, etsi iam cœptæ, iratus manum retrahit. 1

+ vel illa sunt velut egritudines carnis meę

✻ CHRYS. famis necessitas manus in mensã porrigere cogebat:

¶ Scilicet me conterere. 3

b ¶ Id est, extendat. 4 5

fœtor autem intolerabilis, qui mittebatur è

c 6

d corpore, vim famis fere cile superabat. leo autem mirandum in modum tetri est odoris, g feruntque illius cibi h reliquias, à cæteris animantibus respui omnino, idque ob grauem in eas inspiratum odorem, qui ex illius corpore exhalatur.

7 8

¶ Id est dissuasionibus eius non murmurabo. ¶ Id est Deo. 9 10 11 12 13

Ori. in an. ✻ IVLIANVS. Huius causa non in morbo solum sed in improbi dæmonis opera consistebat. Hic enim Deo inuisus odoris sæpenumero afflare dicitur fœditatem. HIER. & PHILIP Nunc verbis pascor asperis, quæ immensitas doloris extorquet; & secundum antiquos interpretes, odor, cum de eius visceribus erumperet, escæ suæ id ei faciebant, quod suarum spirabant interna fibrarum, vnde ait, *halitum exhorruit vxor mea.*

Lib. 7. c. 7. b *Qui cœpit, ipse me con.* GREG. Conterit aduersarius, & defecit à te homo. Conterit Deus, & fractus à vitiis in virtute solidatur.

C Qui ergo per flagella Deo appropriare desiderat, dicit: *Qui cœpit, ipse conterat*; quia aliquando incipit Deus contritionẽ vitiorum, & in ipso prouectus initio homo extollitur: & sic hostis excluſus, grauior assumptis aliis spiritibus surrepit, & virtutes conterit.

Ibid. c *Soluat manum.* i. exerceat effectũ: dum enim inflatus lõga prosperitate amorẽ suum per flagella non exercet, quasi manum ad ferienda vitia ligatam tenet: vnde peccanti populo dicit: Iam non irascar tibi, & zelus meus recessit à te.

Ibid. d *Succidat me.* Cùm enim dolor vel tentatio non percutit, elatio mentis succisa cadit, vt iam quærat manum leuantis.

In ann. ✻ ORIG. Aut mihi exponat cur hæc patiar: aut non sollicitum me faciat de futuris. Quod ergo me excruciat est, quod nec respõso me dignũ iudicat. Hoc etiam scio, si vulnus mihi infligat, eũ tamen non esse tandem perditurum. CATH. GRÆCA. Si enim dederit, & mea venerit postulatio, & spem meam dederit dominus, cùm cœperit dominus, vulneret me, in finem autem non me interficiat. CHRYS. Iobi petitio ac spes, quam optat non esse inanem, vitæ exitus est ne diuturniores sint cruciatus, huc enim pertinet, *ne interficiat me in finem*, i. non possum me educere ex hac vita, dominum imploro, vt nõ me sinat in finem excindi, i. supplicium esse diuturnius. Itaq; mortem beneficium postulat, vt ægritudine liberetur. PHILIP. quæ patiebatur, Deo sinente se pati dicit, manuq; Dei se cõtineri: quam exoptat solui, quatenus præsentes pœnas euadat, cum ex hac vita, velut arbor, fuerit succisus.

D

e *Et hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat.* GREG. Quasi quibusdã hîc parcit, vt in æternũ feriat: sed me hîc nõ parcens feriat, quod est mihi consolatio. Timent enim sancti hîc sibi parci. Quòd hæc non tumenti sed humili mente dixit, ostendit in his,

†velit Deus conterere me.

E

f *Nec contra.ser.* Sermones Dei ad nos: non modò dicta, sed & facta, vt hîc percussio † Iob; cui murmurãdo non contradicit: quia & quem feriendo tolerat, sanctum vocat.

†tunc esset adhuc mihi consolatio, & obsecrarem in dolore meo vt nõ parceret (vel & cale faciã me dolore, nõ parcat i. calefaciã me in dolore, & subsiliã præ lętitia, si interfecerit me Deus, & nõ pepercerit, quia non abscõdi sermones sancti.

✻ CATH. GRÆCA. & ORIG. Sit autem mea vrbs sepulchrũ, in qua super muros saliebam in ipsa. Aquila & Theodotio: & adhuc erit consolatio mea. NICETAS. Illud mihi solatium erit si in ipsa mihi ciuitate mori atq; humari cõtingat. CHRYS. in qua cum voluptate versabar; id enim significatur verbis illis, super muros saliebam. CATH. GRÆ. Non parcam; non enim mentitus sum verbo sancta Dei mei. OLYM. Vobis nõ parcam, sed libera vtar oratione, cum præcepti alicuius violati nulla me conscientia arguat, nec contra quæ sentio, loquar. PHILIP. Ita conuenit dicere humilitati sanctorum, vt etiam tres pueri in fornace positi fecisse referuntur.

c. 8. F

g *Quæ est enim forti.mea.* GRÆG. Alia est fortitudo bonorũ, alia malorũ. Fortitudo bonorũ, est carnis, ac seculi blãdimẽta vincere, mala hîc pro æternis tolerare; Malorum fortitudo, est præsentia semper amare, & contra flagella Dei insensibiliter indurari, ab appetitu temporalium nec pro aduersis quiescere, in se spem ponere. De vtraque Esaias: *Qui confidunt in domino, mutabũt fortitudinem.* Qui enim nequaquam sumunt sed mutabunt dixit, profectò patenter innotuit, quia alia est quæ ponitur, alia quæ *inchoatur.* Iniquus pro mundo mala & pericula sustinet; iustus *pro mũdo pati hæc debilis, finem cõspicit, quàm breuis est hæc vita, & pro ea quam non amat, pati recusat. Dicit ergo:

*ad mundi pericula pro mũdo toleranda debilis.

h *Quæ est enim fortitudo, aut quis finis.* Id est mala pro mũdo tolerare nequeo, quia fortis non sum in eius desiderio: quia dũ fidẽ huius vitæ cõsidero, cur pro ea patiar quã sperno? Nõ enim similis sum duritię iniquorum, qui insensibiles vt lapis & æs. Lapides percussi clarũ sonum nõ reddũt quod facit æs. Sed quia lapis vita caret, sensum in sonitu non habet: sic aliqui sunt ita duri, vt & percussi sonitum non reddant humilis cõfessionis. Alij verò reddunt, sed non ex corde: & ita non sentiunt bona quæ loquuntur,

c. 9. ibidem.

☞ & non

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nunc præ angu. *famis & inopia.*
2 Cibi mei sunt. *id est mihi accepti.*
3 Quis det. *Hic Iob reuertitur ad præcedentẽ materiã. s. quòd vita sua subiecta tot miseriis debeat sibi esse detestabilis secundũ errorẽ Eliphaz dicentis, ex talibus miseriis nullã remunerationẽ expectari in futuro, ipsũ ad inconueniẽs ducendo: quod habebat Eliphaz pro inconuenienti.* Quis det vt ve. pe. mea. *Id est, in effectu impleatur.*
4 Et quod expecto. *cum magno desiderio,* Tribuat mihi Deus, *& quid sit illud ostendit dicens:*
5 Qui cœpit. *me flagellare, scilicet Deus,*
6 Ipse me conte. *per mortem.*
7 Soluat ma. sua, *dicitur autem manus domini ligata, quando non inducit effectum aliquem: soluta verò quando inducit.*
8 Et succidat me. *à præsenti vita.*
9 Et hæc mi. sit conso. vt affli. me dolo. non par. &c. *s. a morte.*
10 Nec contra. sermon. sancti. *Id est, voluntati & præceptis ipsius Dei, qui est sanctus sanctorum. Viri enim sancti quãdo nõ sunt in bono confirmati, cuiusmodi erat Iob, debẽt timere ne oppressi tribulationis pondere, ruant in desperationem & blasphemiam, quibus mors est præelegenda & præoptanda ideo, subdit:*
11 Quæ est enim forti. mea. *q.d. non est in tantum cõfirmata in bono, quin debeam timere de casu.*
12 Aut quis finis meus, &c. *Hoc expressè dicitur cõtra errorẽ Eliphaz, qui negabat aduersitates huius vitæ ordinari ad finẽ vitæ beatæ in futuro. Et quia consideratio huius finis facit patienter tolerare aduersa huius vitæ, vt patet in martyribus: & ideo hoc remoto secundũ errorem Eliphaz, non remanet ratio patienter sustinendi, sed magis mortem optandi: vt miseriis finis imponatur.*
13 Nec forti. la. for. mea. *Fortitudo enim lapidum est sine sensu: & ideo non dolent si conterantur, vel scindantur; & similiter est de ære. Fortitudo autem humana, & caro sunt in natura sensitiua, quæ de necessitate percipit læsionem, & dolet, nisi hoc miraculo impediatur per potentiam diuinam.*

☞ 1 Ecce

MORALITER.

✠ 3 *Quis det vt ve. pe. mea.* i. vt ad cæli gaudium veniã per martyrium. Philip. j. cap. *Desiderium habens dissolui & esse cum Christo*
5 *Qui cœpit ipse me conterat.* i. Deus qui dedit mihi martyrij desiderium, ipse perficiat.
10 *Nec contra ser. sancti.* sed magis benedicam Deum cœli.
11 *Quæ est enim for. me.* q.d. tolerantia martyrij non prouenit ex hominis virtute, sed ex dono Dei.
☞ *Aut quis fi. me.* q.d. non prosperitas huius vitę sed futurę, quod sustinebat Iob contra amicos suos, vitam aliam non credentes. Sed quoniam martyres de communi cursu sentiebant dolores: inde dicebat Eleazarus ij. Mach. vj. g. *Tu scis domine cum à morte possem liberari, graues corporis sustineo dolores, secundum animam autem propter timorem tuum libenter hac patior ideo sequitur:*
13 *Nec forti. la.* qui sunt sensibiles,
† *Fortitudo me.* Et quoniam propinqui martyrum aliquando martyrizabant eos, sicut patet de patre sancti Crisanti, & de patre sanctæ Christinæ. ideo sequitur:

✠ 1 *Ecce*

A & nõ implentes ſine vita clamãt. Sed Iob neque ita perduruit, vt percuſſus à confeſſione ſileat, nec vocis ſenſum ignorat. Negato quod non eſt fortis per inſaniam, oſtendit, quia fortis per ſtatum ſalutis. Sed ne hoc ſibi arroget, ponit vnde habet: atque vt ita dixerim, vnde infirmus habet vires: vnde ſubiungit:

Ibid. 2 *Ecce nõ eſt auxi.* Ad maioris quoque meritum fortitudinis, quomodo à proximis deſtituitur, addit:

a eſt. Ecce non eſt auxilium mihi in me, & neceſſarij quoque
b mei receſſerunt à me. Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam,
c timorem domini derelinquit. Fratres mei præterierunt me,
ſicut torrens qui raptim tranſit in conuallibus, Qui timent
pruinam, irruet ſuper eos nix. Tempore quo † fuerint diſſi-
d pati, peribunt: & vt incaluerint, ſoluentur de loco ſuo. In-
e uolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum, ambulabunt in vacuũ,

libus pluuiis collectus, æſtate areſcit; Qui enim pro mundo ſuperna deſerunt, de montibus ima petunt, in hyeme huius vitæ multi, in æſtate iudicij ſiccandi: raptim id eſt ſine obſtaculo & difficultate (quia aſcenſus eſt in labore, & deſcenſus in voluptate.) Labore ſaxũ ſurſum impellitur, facilè ad ima relabitur: labore creſcunt. quæ citò cadunt. Vel ad valles, id eſt, ad ima pœnarum loca repente tranſeũt, quibus quotidie dies vitæ rapiuntur. Sunt verò aliqui qui rectè agere volunt, ſed eis infirmis, aliqua in præſenti obſiſtũt: & dum hæc pati metuũt, Deũ offendũt; Hi ſunt qui timent pruinam, quæ inferius congelaſcit, & nix quæ de ſuperioribus ruit, id eſt animaduerſio æterna, ſuper eos cadit: & qui calcanda ab infimis timent, à ſummis timenda patiuntur. Qui quidem ſi modò ſunt glorioſi, tempore quo fuerint diſſipati, omnibus his amiſſis peribunt, etiam exterius, qui intus dudum æterna negligendo perierunt: de quibus rectè dicitur:

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

† effluxerunt (vel premet eos æſtus). Quidã ſic vertũt. Tempore (ſub. hyemis) quo frigeſcent, congelabũtur.

In ann. ✻ Orig. Non ſum ſenſus expers vt æs & lapis. Olymp. Poly c. vt hæc mea ſine dolore ferre poſſim, B nec breuis eſt mea calamitas. Chrys. Ergo tollerãtia illa non à robore corporis, ſed pietatis ac timoris Dei manabat. Cath. græca. An non in ipſo confidebam? adiutorium autem mihi abeſt, deſeruit me miſericordia: viſitatio autem domini deſpexit me. Chrys. Corporis calamitas eſt huiuſmodi. Quod autem animum ægritudine lacerat maximè illud eſt, quod ex his malis cõiecturam facere licet, me à Deo, qui mihi præcipuè cordi erat, in quo ſpes omnes meas collocatas habebã, prorſus eſſe derelictum, eiuſdemq; viſitationibus & miſerationibus planè nudatũ. Et certe maximus eſt meror hominis eius, qui cum diuino ſit amore ſauciatus, à Deo, quem vnum optabat, deſertum ſe tamen eſſe ſuſpicetur. Philip. Renuit conſolari anima mea. Hier. tam ex ſua quã ex perſona Chriſti hoc dicit, quod poſt prophe-

Pſalm. 37. Lib. 7. c. 10 Amicus quid ſit. Deut. 6. a. ta: *Amici mei & proximi mei aduerſum me ſteterunt.* C *Qui tollit ab ami. ſuo*, Greg. Amicus eſt quilibet proximus, cui cũ benefacimus, ipſe nobis ad vitã auxiliatur. Ex amore Dei amor proximi gignitur, quia qui Deum negligit, proximũ diligere neſcit. Vnde dicturus: *Diliges proximũ, &c.* præmiſit: *Diliges dominum Deum tuum.* Per amorẽ verò proximi, amor Dei coaleſcit:

1. Ioh. 4. d. vnde: *Qui non diligit fratrem quem videt, Deum quẽ nõ videt, quomodo poteſt diligere?* Qui tamẽ amor Dei per timorẽ naſcitur, ſed creſcẽdo in affectum mutatur. Deus verò, vt quàm propè vel lõgè ſit quiſq; à charitate, videatur, quoſdã percutit, in quo & ipſos erudit, & fictos amicos prodit, & non percuſſis dat occaſionem boni operis. Qui ergo à percuſſo miſericordiam tollit, timorem Dei relinquit: quia apertè oſtẽdit, quod eũ nõ amauit, & nequiter contra Deum ſe erigit, quem nec pium in ſe, nec iuſtum in percuſſo agnoſcit. In Iob vita totius electi populi, cuius membrum eſt, ſignatur. Reprobi cum probis in fide & ſacramentis, ſed non Nota. in charitate iunguntur: vnde & fratres dicuntur. Et prætereuntes comparat torrenti, qui de montibus in valles tranſit: qui hyemalibus modo.

NICOLAVS DE LIRA.

Diuiſio. ✻ 1 Ecce non eſt auxi. *Hic conſequenter Iob oſtendit ſuam querimoniam fuiſſe rationabilem propter defectum remedy contra malum ſibi à Deo inflictum, & primo Iob oſtendit propoſitũ, ſecundo reſpondet cuidam obiectioni, ibi* Conſiderate; *tertio remouet quoddam dubium, ibi:* Verumtamen. *Circa primum ſciendũ, quod cõtra malum illatum homo habet remedium, Uno modo per ſe, ſ. quãdo habet diuitias, vel filios potẽtes, ſeu robur corporis, per quæ poteſt malũ illatum repellere. ſed omnia iſta erant ipſi Iob ſubtracta, vt dictum eſt ſupra j. cap. & ij. Et ideo dicit:* Ecce non eſt auxilium mihi in me. *Secundo habet remedium per amicos bonos, ſi ſibi remanſerint: quia multa per amicos poſſumus, quæ per noſipſos non poſſumus. Talia autem erant ſubtracta ipſi Iob per procurationem ipſius Sathan, vt dictum eſt ſupra ſecundo capitulo, & hoc eſt quod dicit:*

2 Et neceſſarij quoque mei. *Id eſt amici chariſſimi,*

3 Receſſerunt à me *de mea aduerſitate non curantes; quia tamen iſtud eſt culpabile in amicis, ideo ſubdit:*

4 Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, *ſubtrahendo ſibi auxilium tempore neceſſitatis,*

5 Timorem domini dere. *Scilicet filialem, quia Deum offendit.*

6 Fratres mei. *i. conſanguinei,*

7 Præterierunt me, &c. *non curantes de mea releuatione, & quia hoc eſt culpabile, ideo ſubditur:*

8 Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix, *Id eſt, qui propter timorẽ minoris periculi dimittit ſubuenire amico ſuo in neceſſitate poſito. ſ. ne per tale adiutorium eius facultates diminuãtur incurret maius periculum. ſcilicet pœnam à Deo ſibi infligendam.*

9 Tempore quo fuerint diſſipati, *per mortem,*

10 Peribunt. *quia iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui nõ miſeretur, Iaco. ij. c.*

11 Et vt incaluerint, ſoluentur de loco ſuo. *Loquitur de eis ſecũdum metaphoram pruinæ, quæ ſtatim diſſoluitur cum tangitur a ſole; ſic ad tactum diuini iudicij ſoluentur à proſperitate præſentis vitæ.*

12 Inuolutæ ſunt ſæmitæ greſſuum eorũ, *fraudulentijs & aſtutijs.*

13 Ambulabũt in vacuum. *quia non venient ad terminũ debitum, qui eſt beatitudo futura: ſicut medicina dicitur in vacuũ propinata, quæ non inducit ſanitatem.*

MORALITER.

1 *Ecce non eſt auxi. mi. in me.* i. in mea cognatione.

✠ 2 *Neceſſarij quoque mei.* id eſt, amici mei. Sed econtra molles & effœminati pœnas præſentis vitæ fugientes, incurrunt pœnas inferni quæ ſunt multò maiores: ideo ſubditur:

8 *Qui timet pruinam, irruet, ſuper eos nix: tẽpore quo fuerint diſſipati.* id eſt, dyſcraſiati.

Et vt

11 *Et vt incaluerint.* id eſt, infirmitas inualuerit,

11 *Soluentur de loco ſuo.* per ſeparationem animæ à corpore.

12 *Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum.* quia ſicut inuolutus reti, quando vult ſurgere, iterum cadit, ſic iſti ruũt de peccato in peccatum.

13 *Ambulabunt in vacuum.* quia non attingent ad brauium, ſed ad contrarium. ideo ſequitur:

A modo exinanitur: & fluctui. qui nũquam manet idem, sed interdum sublimis effertur. nonnunquam deprimitur, & abit in spumam. DIDYM. Ficti amici similes torrenti, qui rudibus perennis fluuij speciem præbet, quasi nunquam siccandus.

✻ CHRYS. Diuinæ derelictionis est opus: vbi enim à quopiam Deus recesserit, cũctæ res in illum odia conuertunt. CATEN. GRÆCA. Qui verebãtur me, nunc irruerunt in me; sicut nix & glacies concreta, liquefacta orto calore, nõ est agnita, id quod fuit: sic ego derelictus sum ab omnibus; perij autem, & exul de domo mea factꝰ sum.

B ✻ CHRYS. multò est atrociùs insultare iacenti. DIDYM. fortasse incusat amicos, qui oratione sua imminebat audaciùs. Est & illud verisimile, alios complures calamitoso insultasse. DIDYM. Calamitas simulata amicitiam patefecit. Illud autem, *peri*, ad vulgi dictũ est opinionem, qui cunctarum rerum amissionem exitium existimant: &, *exul factus sum*, huic par est, Cum omni domo funditus interij.

✻ PHIL. Timor domini obseruare facit, quod præcepit. In scripturis autem propinqui patrum nomine solent appellari.

✻ HIERONYM. & PHILIP. Timebam peccata minima perpetrare, ne pro eis Dei in me vltio sæuiret: & ecce nunc ita punior quasi scelera immania, & execranda commiserim. Et sequẽtibus, diem afflictionis suæ recordatur, quo, dissipatis rebus suis, perijt à statu florentissimi regni sui: semitas autem virtutes dixit, inuolutas tot ærumnis. Concionandoque addit ambulabunt vacuum, quasi videantur, qui perituri sunt, incassum semitas virtutis calcasse.

cap. 14. C a *Considerate semitas*. GREG. Thema interpretatur auster, Saba rete: Auster qui tepore membra dissoluit, est hîc fluxa viuendi remissio; Rete est actionis obligatio: & fluxis actibꝰ homo implicatur, dum non perfectè mundum deserit: dum non districto studio, sed dissolutis gressibus vadit; vt qui pro amore carnali parentum ad ea quæ Dei sunt præpeditur. *Considerate*, dicit, quia peruersa agendo diligimus, sed hæc visa in alijs dijudicamus: vnde ad nos reuersi de huiusmodi erubescimus.

Ibid. b *Expectate paulisper*. Quia parum est quicquid finitur: sed qui hoc longum putat, de æternis non curat. Dicta breuitate vitæ contra iniquos insurgit voce iustorum,

Ibid. c *Confusi sunt*. Quia scilicet mali bonos per aspera à spe conantur retrahere: quod si peragunt, exultant; si non, incassum crudeles fuisse erubescunt, vnde & quid in retributione fiat, subdit:

Ibid. d *Venerunt quoque*. In iudicio mali ad iustos peruenĩut: quia eorum gloriam videbunt, vt grauius doleant videntes quod perdiderunt. Tunc pudor eos operit, cùm testis conscientia vrit. Eadem spiritualiter. Amici Iob confusi sunt, quia dum eum ad desperationem inflectere nequeunt, cõfunduntur: venerũt dum iam mentis constantiam intus agnoscunt & erubescunt. Quos ostendit

a & peribunt. † Considerate semitas Thema, itinera Saba: & ¶ Veniunt mali ad bonos vt arguant, & cum non possunt, erubescunt.
b †expectate paulisper. Confusi, sunt †quia speraui. Venerunt
c quoque vsque †ad me, & pudore cooperti sunt. * Nũc ve-
d nistis, & modo videntes †plagam meam, timetis? Nunquid
e a ¶ Vobis. ¶ Quasi non. ¶ Aliquid.
f dixi: affert è mihi, & de substantia vestra donate mihi, vel li-
a ¶ Sathanæ. b ¶ Malignorum spirituum.
berate me de manu hõstis, & de manu rõbustorum eruite
a ¶ Sed non potestis.
g me? docete mè, & ego tacebo: & †si quid fortè ignoraui,

†aspiciunt. † expectãt. † ad eas (sub semitas, vel ad ea itinera. † fractionẽ.

D

1 dic de numero eorum qui Deum non timent, nisi suis vel alio-
2 rum aduersis territi.
3 ✻ ORIGENES. Considerate gloriam vestram, quam rebus incertis nitatur. CAT. GRÆC. Videte vias Thæmanorum, qui semitas Sabæorum intuemini, & confundentur qui in ciuitatibus & pecuniis confisi sunt. OLYM. Alius quidam interpres his verbis expressit. Respiciũt in vias Themã: itinera Saba expectãt sibiipsis. Saba autem Æthiopes sunt. Ergo hoc dicit: qui mercaturam exercetis, opibus ne confidite. Ponit autem loca in conspectu, ac regiones,
9 quæ quondam beatæ fuerunt, nunc desertæ ac ruina collapsæ. HIERONYM. Videte vias diuersas regnorum: per quas ad me omnium gentium frequentiæ confluebant, & intuebimini solitudine desolatas.

In ann. † cum secũri essent. ✻ Quoniã. † in quo erraui.

E ✻ PHIL. sic Ieremias, *Viæ Sion lugent eo quod nemo veniat ad solemnitatem. Confusi sunt, quia speraui* perpetuum cursum prosperitatis; aut *sperauerunt*, eo quod spem suam in eum, falsa eius seducti fœlicitate, posuissent: vel quia à clientibus suis speraret auxilium.

e *Nunc venistis, & modo viden. plagam meam*. GREG. Quasi; ego Deum & ante aduersa timui, vos qui ex amore Deum non timetis, ex solo verbere formidatis. Vbi supra.

f *Nunquid di*. Ecclesia, substantia hæreticorum (quorum figura sunt amici Iob) non eget, i. carnali sapientia; & recta, quæ contra diabolum de conuersione aliquando loquuntur, audire ab eis renuit, quia per hæc ad perfidiam trahunt. *Manus hostis* est fortitudo Sathanæ. *Robusti*, sunt maligni spiritus. Ibid.

Nunquid dixi afferte. Contra diuites mundi, pauper; contra potentes, oppressus; contra sapientes, stultus Dei, tria respondet: quia nec pauper eorum substantiam; nec oppressus adiutorium contra robustos, id est, spiritus malignos; nec stultus doctrinam sapientiæ carnalis quærit. Boni enim mente in alto fixi, hæc omnia quasi in imo despiciunt: vnde & potentibus seculi intus humiles liberè contradicunt, vbi verba eorum amor exasperat: nec ex elatione sunt liberi, nec ex timore submissi: sed rectitudo facit liberos, infirmitas sua humiles, & quod in seipsis despiciunt, & in alijs. Ibid. c. 15 Moraliter. a F

g *Docete me*. Hoc vel prioribus subiungitur, vel per se dicitur per increpationem.

✻ ORIG. scio non satis fore præsidij in homine constitutum, itaque neque vestrum auxilium desidero, nec ignoro qui me ita percusserit. OLYM. dignum consilium explicat. Oportet eos qui alienas calamitates intuentur, vereri & pertimescere.

✻ CHRYS. Ipsi vestra sponte consolandi causa venistis: cur inimicorum officia vsurpatis? DIDYM. docere debetis, non arguere importunè, sed cum Apostolo, in omni longanimitate, & doctrina.

☞ a *Quare*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Considerate semitas Thema. *Hic consequenter respondet cuidam obiectioni, quæ posset sibi fieri: eò quod dixerat amicos suos ab eo declinasse; quia tres amici sui supradicti venerant ad eum consolandum, vt habetur suprà 2. cap. tamen per ipsum Sathan fuerunt inducti ad ipsum Iob increpandum, & sic aduentus eorum non fuit ei consolabilis: & hoc est quod dicitur: Cõsiderate semitas Thema. id est, aduentum Eliphaz Themanitis.*

2 Itinera Saba. *id est, aduentum aliorum,*

3 Et expectate paulisper, *id est, considerate quòd aduentus eorum non fuit mihi consolabilis, nec in aliquod auxilium; ideo subditur:*

4 Confusi sunt, quia speraui; *id est, quia eram in statu miseriæ, in quo deberem auxilium ab eis sperare confusi sunt; quia non habebant voluntatem adiuuandi, per ipsum Sathan à bono proposito immutati.*

5 Venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sũt. *quod homo in tanta miseria constitutus reputaretur eorũ amicus: & ideo conuertendo sermonem ad eos dicit:*

6 Et modo videntes plagam meam timetis, *ne aliquid, pro subleuatione mea repetam à vobis.*

7 Nũquid dixi, affer. mi. *quasi dicat iste timor in vobis est frustrà.*

8 Docet me. *si habetis maiorem scientiam,*

9 Et ego ta. *vt audiam: & per hoc innuit contrariũ, quia pro consolationibus dixerunt sibi verba pungitiua & detractoria. ideo sequitur:*

☞ 1 Quare

MORALITER.

✠ † *Peribunt considerate semitas Thema, &c.* dicit contra amicos Iob, qui felicitatem hominis ponebant in prosperis huius vitæ: per quos significantur carnales; contra quos dicitur hîc:

1 *Considerate semitas. &c.* acsi dicatur: si sententia taliũ pensetur, nulla aut paruula felicitas est quæ ab eis expectatur.

4 *Confusi sunt*, vitam pecudum eligentes,

† *Quia speraui*, in bonis spiritualibus & æternis.

5 *Venerunt quoque vsque ad me*, ad cõsolandum, & versi sunt ad desolandum.

† *Et pudore cooperti sunt*, reputantes me percussum propter magnitudinem flagitiorum meorum.

6 *Et modo videntes plagam meam timetis*, ne temporale subsidiũ quæram à vobis, quod non est verum; ideo subditur:

7 *Nunquid dixi*; Sed si spirituale bonum posſetis mihi conferre, libenter acciperem ideo subditur:

8 *Docete me*. Sed quoniam mali non diligunt veritatẽ, sed magis eius subuersionem, ideo sequitur: *Quare detraxistis sermonibus veritatis, &c.*

A a *Quare detra.* GREG. Mũdus esse debet qui aliena corrigit: quomodo enim videt maculã in alio oculus, quem puluis grauat? vel, quomodo tergit sordes manus, quæ lutum tenet? vnde per significationem dicitur Dauid. *Non ædificabis mihi templum, quia vir sanguinũ es.* Quia qui actis carnalibus incumbit, necesse est vt mẽtes aliorum spirituaVbi supra. c 16. Matth. 7. a. liter instruere erubescat. Dixit ergo: *Quare de.* Id est, qua temeritate audita reprehẽditis, qui causas per b cussionis me ignorãtes, reprehẽsibilia pro c fertis ad increpãdũ?

† Quãtia sũt eloquia derect. & quid põt quis ex vobis corripere.

*etiam.

✠ CAT. GRAECA. Verbis veracis mala sunt. OLYM. Grauis d multis accidit veritas. e

B ORIG. & IVLIAN. f Quando auxiliũ cunctatur diuinũ, licet vera quis dixerit, nulla tamen fides ei habebitur ab auditoribus. PHILIP. mentem aliorũ attendens, quamuis vnus Eliphas locutus sit, omnes reprehendit. Quomodo autem vana loquuti sunt, cum in principio operis definitum sit, quod aliqua prophetarunt. Prophetauerunt quidẽ, quando adimpleti sunt spiritu prophetiæ, & mala ac vana loquuti sunt propria voluntate, quando Iob exprobrare, tanquam inimici, voluerunt. Sicut & Balaam, qui cum populo Israel in Christo futura æternę salutis tempora propheraret, contra eundem populum, inimicis eius, quomodo sacrilegio perire possit, ostendit.

† meditor iniquitates

Num. 22.

Locutionis noxia duo sũt genera. Vbi supra c. 17.

GREG. Duo genera locutionis noxia sũt: quod & peruersa laudat, & quod etiã recta vituperat; ibi fauor, hĩc ira: de hoc amicos Iob arguit; Ad quod vitiũ ex otiosis dictis puenitur: vnde subdit.

In ventum verba proferre.

b *Et in ven.* In ventum verba proferre, est otiosa dicere, quibus noxia lingua effrenatur & cosueta de aliis loqui, postea & ad detractiones eorum prosilit, vnde rixæ, odia, & pax perit: vnde Salomon, *Qui dimittit aquam*, id est, linguam, *in fluxum laxat loquendi,*

Prou. 17. c. Prou. 26. b.

caput est iurgiorum: quia qui linguam non refrenat, concordiam

C dissipat. vnde Ecclesiastes: *Qui imponit stulto silentium, iras mitigat.* Ab omni statu rectitudinis pereunt, qui per noxia verba dilabuntur: quia sicut aqua, ita mens, circuncluſa ad superiora vnde exit, redit; & laxata per ima deperit: Id est, censura silentij ad sui cognitionem redit, sed superuacuis verbis extra se dispergitur,

Prou. 25. b.

& tota hosti detegitur. vnde dicitur. *Sicut vrbs patens & absque murorũ ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritũ suũ,*

Quid sit silentium.

Silentium est mentis murus, intra quem tamen nimis aliquando arctatur: & dum ab eloquio immoderatè compescitur, intus feruet cogitationibus, aliosque loquentes despicit liberius, quia secretius; & dum aliqua iniusta patitur, plus intus feruet dolor, quia per tranquillam linguam non emanat. Visis etiam aliorum malis

Esa. 6. b.

negant vsum medicaminis, vnde: *Væ mihi quia tacui.* Sit ergo ostium linguæ quod modò claudatur, modò aperiatur.

Lib. 3. c. 1.

c *Super pupill.* GREG. Ecce quantæ infirmitatis se esse perpendat, & quamuis subuertere velle se queritur, tamen se amicũ testatur: quia charitas nec læsa cessat. Idem agit ecclesia contra hæreticos. Boni autem nec timent aduersa pati, vt fortes, vnde subdit: *Verumtamen quod cœpistis explete*; Nec ipsis persecutoribus veritatem prædicare cessant, vt benigni, vnde ait: *Præbete aurẽ, &c.* Nõ enim bene armantur scuto patientiæ contra illata, quo tuti sint, sine gladio verbi quo vincant. Hoc est quod Apostolus ait. *Charitas patiens est, benigna est.* Si alterum deest, charitas non est, scilicet, si tolerat quos non amat, vel si non tolerat, quos amat.

D 1. Cor. 13. b.

✠✠ CHRYSOS. Haud vestræ opis (inquit) indigeo; ne mihi obsecũdetis, nec ad me cõfirmandum gratię causa quicquã loquamini: neq; n. vestras ego refutationes reformido, præsertim cũ omni me culpa conscientia liberet. Illud etiam mihi intellectũ est idcirco me à vobis, nullam interim amicitiæ, nullã calamitatis rationem habẽtibus, asperè probris vexari; quoniã omni me ope diuina orbatum arbitramini, sed tamen ego, quamuis ipsi in

Excat. Græc.

¶ Hoc etiam.

a instruite me. ✠Quare detraxistis sermonibus veritatis, cùm 1
è vobis nullus sit qui possit arguere me. Ad increpandum 2
¶ In vanum.
tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba ✠ proferis. *Super pũpillum irruitis, & subuertere nitimini amicum 3 4
a ¶ Id est humilem. a ¶ Id est molestias. b ¶ Quia ego non tremo.
vestrum. Veruntamen quod cœpistis, explete. Præbete au- 5 6
¶ Acsi aperte dicat, licet ingrati sitis correctioni, tamen interiora vobis non abscondo.
rem, & videte an mentiar. Respondete, obsecro, absque con- 7 8
tentione, & loquentes, id quod iustum est, iudicate: & non 9
inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis 10
✠ stultitia personauit.

✠ desperati (id est, hoquimini hęc verba, vt animam meã in desperationẽ adducatis)

aduersariorum meorum castris consistatis, haud detrectabo pugnam, Sed causam meam tuebor, nec enim cuiusquam rei mihi sum conscius. DIDYM. Et hoc fortitudinis est. Plæriq; enim eorũ, in quos incurrunt ærumnæ, molestis auditis sermonibus deijciũtur. Hic verò sanctus neque reprehensionem amicorũ, nec eos, qui per iniuriam ab illis iactabantur, sermones ferendos sibi putauit: non quod ad eius mentem commouendã vim vllam haberẽt; sed vt insanam esse, & stultam eorũ reprehensionem comprobaret.

E

Vbi suprà.

d *Videte an me.* GREG. Quia humilis, quæ dicit, non ex autoritate præcipit, sed ex ratione persuadet: Sed quia occasione rationis, contrarij ad contentionem effrenantur, subdit.

Ibidẽ. c. 2.

e *Respondete ob. absque eo.* Quia hæretici inquisitionibus non intendunt veritatem assequi, sed victores videri.

Ibid.

f *Et loquentes, &c.* Quia qui loquitur, iudicio auditoris subditur. Inter cor & linguam eius æquus arbiter sit, vt nihil præcipitanter de corde per linguam prodeat, sed prius examinet quàm dicat. Et quia qui prius de suis, rectè iudicant de dictis alienis addit.

g *Et non inuenietis in lingua mea.* Quia non vobis in me stultitia sonat, si à vestra conscientia non procedat; sic ecclesia prius falsa hostiũ destruit, pòst vera aperit, quibus nõ est locus dum falsa pro veris habentur; per *linguam* aperta locutio, per *fauces* occulta tractatio: quia quod ecclesia foris prædicat, viuendo custodit.

F

✠✠ Græci, pro *respondete obsecro*, legunt: *Sedete iam & non sit iniustum.* OLYMP. Vos ipsos de mea controuersia iudices sumo, vestra iusta suffragia imploro: nec enim quicquam vos iniusti dicturos esse confido. Hęc autem dicit, vt ad diligenter inquirendum illos ipsos prouocet. DIDYM. Docetque ad sermocinandum, animũ vacuum, attentumque & inquirendi cupidum adferri oportere. Huc enim illud *Sedete* refertur. Magnum verò est illud quod adtexuit, *ne sit iniustum:* Haud enim paruum est, in sermone minimè labi, subiungit autem verba grauitatis & libertatis plena, *Non est enim in lingua iniustum*: in quo tacitè illorum, quam de ipso imbiberant, opinionẽ labefactat. Sic enim opinabantur, ob sua scelera Iobum in illis malis volutari; Simulque subindicat non cum homine stulto iis agendũ esse. Hac enim ratione ad eius causã prudẽter cognoscendã illos erigit. OLYM. Quasi igitur illis pro tribunali sedentibus, verborum suorum Iobus instituit defensionem.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quare detra. ser. veri. *quibus Iob dixerat, flagella præsentis vitę in sanctis hominibus ordinari ad consolationem vitæ futuræ.*

2 Ad increpan. tan. *id est, curiosè componitis, vt videantur magis bona.*

3 Et in ven. ver. profer. *id est, ad ostentationem vestram.*

4 Super pu. irrui. *vocat autem Iob se pupillum, tanquam omnibus bonis temporalibus denudatum.*

5 Et subuer. niti. ami. ve. *conantes eum ostendere erroneum & blasphemum, vt patet ex prędictis.*

6 Verumtamen quod cœpistis exple. *Hic consequenter Iob remouet dubium, quia ex eius verbis immediatè propositis posset aliquis credere, quòd reformidaret cum Eliphaz & eius sociis disputare de suproposita quæstione, ideo hoc remouet, dicens.* Verũtamen quod cœpi exple. *arguendo contra me. Et quia arguens debet etiam audire, ideo subditur.* Præbete au. &c. *& debitum modũ disputandi tangit, dicens.*

7 Respondete ob. *quia litigiosi in disputationibus magis volunt obtinere iniuriosis clamoribus, quàm veris rationibus, & ideo subditur.*

8 Loquentes id. *Id est, proponatis tantùm vera, & recipiatis.*

9 Et non inue. *Id est, aliquid contra iustitiam quæ debetur proximo.*

10 Nec in fauci. meis stulti. persona. *Id est, aliquid contra sapientiã quæ rectè de Deo sentitur. Intendebat enim defendere & probare veritatem circa humana & diuina.*

ADDITIO.

In cap. vj. vbi dicitur in postilla. Circa primum sciendum, quòd Eliphaz imponebat Iob falsam & erroneam sententiam.

In hoc quod dicit Iob: Vtinam appenderentur peccata mea: *translatio nostra multùm deuiat ab Hebraica veritate. In Hebræo enim sic habetur:* Vtinam appenderetur ira mea, & calamitas quam patior simul in statera: quoniam arena maris hæ grauiores apparent: vnde & verba mea absorpta sunt. *Ad quorum intelligentiam attendendum est, quod hic incipit Iob disputare contra amicos seu aduersarios. In prima enim propositione, quæ suprà cap. iij. continetur, nihil contra eos dixerat, cùm nondum mentem eorum habuisset, sed solùm tristitiam suam tragœdicè proposuerat, vt dictum est: sed modo postquam audiuit Eliphaz imponentem sibi totam flagellorum suorum culpam, vt patet in dictis suis: prouocatus est ad iram, eò quòd videbatur paruipendi seu contemni ab ipso Eliphaz. Paruipensio*

A enim, seu contemptus propriè causant iram, secundum Philosophum in secundo Rhetoricæ. Ira autem impedit rationem. Vnde Greg. in Moralibus: Ira intelligentiæ lucem subtrahit, & mentē prouocando cōfundit. *Tristitia etiam aggranat animum intantum, quòd si omnem spem euasionis excludat, ipsum absorbet, vt in prima secundæ quæstion. xxxvij. articul. ij. in responsione ad tertium argum.* Vnde videns Iob in seipso passionem iræ ex dictis Eliphaz causatam, similiter & tristitiam magnam ex suis calamitatibus: timens ne fortè in dicendis per ipsum aliquid inconuenienter diceretur ex perturbatione prædictarum passionum. idcirco in primordio suæ disputationis proposuit, quod sua ira & calamitas erant grauiores arenis: & hoc cum dicit: Vtinam appenderetur ira mea. scilicet, quam dicta Eliphaz in me causarunt, & calamitas quam patior, scilicet in aliis afflictionibus meis. Similis in statera: ita quod ira & calamitas in vna statera ponerentur, & arena maris in alia; & sic dicit quod istę duæ passiones essent grauiores arena maris. Ex quo concludit. Vnde & verba mea sunt absorpta, eo quod iudicium rationis ex vehementia talium passionum consuenit absorberi, & per consequens verba prolata, talibus existentibus passionibus: & isti duo versus sunt quoddam præambulum notabiliter excusans ipsum Iob a multis, quę per ipsum in processu disputationis minus caute fuerunt dicta, vt in sequentibus patet. Quam

B quidem excusationem Iob, qui locum respondentis in huiusmodi altercationibus principaliter tenuit, in proprio posuit loco scilicet in suæ disputationis primordio, in quo respondentes consueuerunt huiusmodi excusationes seu protestationes proponere. Si autem dicatur, quomodo Iob qui virtuosus & patiens erat, irascceretur contra Eliphaz & alios, & non potius dissimulasset seu patienter tolerasset. Iuxta illud Psalm. xxxvj. cap. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Dicendum quod Iob potest excusari ab impatsentia in hoc multipliciter: Tum quia ira, quam dicit se habere, intelligenda est secundum vires inferiores tantùm, sicut dictum est de sua tristitia: vnde notanter dicit. Verba mea absorpta sunt. quasi dicat. Licet intellectus meus, vel ratio non est absorpta verba tamen exteriora sunt absorpta; Tum quia hoc faciebat propter bonum eorum, qui ei contumelias inferebant, vt de catero talia non attentarent, iuxta illud Prou. xxvj. a. Respondе stulto iuxta stultitiam suam: ne sibi sapiens videatur; Tum etiam propter bonum multorum, quorum profectus impeditur per contumelias iustis illatas. Vnde Gregor. super Ezechi hom. xx. Hi quorum vita exemplo imitationis ęst posita, debent si possunt detrahentium sibi verba compescere, &c.

Excusatio Iob ab impatientia.

ADDITIO. II.

C *In eodem cap. vj. vbi dicitur in postilla: ideo sequitur.* Quare detraxistis sermonibus veritatis.

Secundum sanctum Thomam in sua expositione hoc quod dicit Iob. Quare detraxistis sermonibus veritatis, *non est referendum ad hoc quod Iob dixerat, flagella præsentis vitæ in sanctis hominibus ordinari ad consolationē futuræ vitæ, cùm hoc Iob non dixerat adhuc, licet hoc postea dicat; sed referendum est ad afflictionem, quam patiebatur ex dictis Eliphaz, dicens quod mala quæ ipsi Iob contigerant procedebant ex sua culpa: in qua detractione, seu contumelia ipse Eliphaz lædebat ipsum Iob in sua fama, quæ est maximum hominis bonum inter bona exteriora, & quia hoc faciebat Eliphaz, sine hoc quod*

Quando reprehęsor possit à detractione excusari. *haberet rationem ad talem detractionem faciendam, ideo dicit*: Quare detraxistis sermonibus veritatis. *Et vt hæc detractio ostendatur inexcusabilis, excludit omnia illa quibus aliquis reprehensor posset à detractione excusari. Quorum primum est: cum quis maioris autoritatis alium reprehendit; & hoc excludit dicens:* cùm ex vobis nullus sit qui posset me arguere. *Secundum cùm aliquis verba dura contra aliquem profert ad eius vtilitatem, non ad exacerbandum ipsum, & hoc remouet, dicens.* Ad increpandum tantùm *scilicet, & non ad vtilitatem* eloquia concinnatis, *id est, studiosè componitis, vt non videantur leuiter esse dicta. Tertium est, cùm aliquis verba, quæ profert contra aliquem, efficacibus rationibus munit. quod remouet dicens.* Et in ventum verba profertis. *quasi dicat verba vestra inania sunt nullum robur rationis habentia. Quartum est, cùm aliquis aliquem reprehendit eo tempore & statu, in quo præsumi potest quòd nō inde deterior sed melior fiat; Vnde tempore quo aliquis est vehementer contristatus, & ad iram dispositus, non est reprehendendus, quia sic non videtur quod reprehensor velit correctionem, sed potius subuersionem eius: ideo dicit.* Super pupillum irruitis, & subuertere nit. mini amicum vestrum. *Seipsum pupillum nominat, quia in tristitia omnium auxilio destitutus erat.*

D

REPLICA. In cap. vj. vbi dicitur. Vtinam appenderentur, &c. *Burgen. corrigendo literam nostram aliqua supponit, & aliqua infert. Supponit primo, quòd Iob vsque ad illum locum ignorauerit errores amicorum suorum: ideo vsque huc nihil contra eos dixit. Hoc autem suppositum fore falsum ostensum est, suprà in correctorio primo tertij cap. Supponit secundo quod Iob fuit per Eliphaz prouocatus ad iram propter eius paruipensionem & contemptum. Illud suppositum etiam videtur falsum, quia talis ira multipliciter culpabilis fuisset in tam sancto viro, nec in aliqua autentica scriptura reperitur simile huic suppositio de Iob, imo ipsemet in fine huius capituli protestatur se rationabiliter dixisse & dicere velle, quod non est irati sic descripti per Burgen. cuius ratio confusa est & absorpta. Et etiam dominus reprehendens Iob, infrà xxxviij. cap. non reprehendit eum de huiusmodi ira contra amicos sumpta, sed solū de incauta locutione contra Deum, vt patet ibidem. Tertio supponit, quod arena maris debeant poni pro pondere contra iram & calamitatem ipsius Iob: quod suppositum extraneè sonat.* De quo dominus Iob reprehenderit. *Nam in scripturis, arena non accipitur communiter pro continuo, sed discreto, vt non significaret magnum sed multum, vt patet Genes. xxij. xxxij. &. Iosue. xj & aliis locis pluribus. Ponitur hic igitur pro multitudine passionum, non pro magnitudine, per consequens nec pro pondere in statera appendendo. Postilla sic suppositа infert Burgen. primò quòd ex talibus passionibus iræ verba Iob fuerunt absorpta ex defectu iudicij rationis, quod non videtur viro recto huic ascribendum. Infert secundo Burgen. quod allegatio huiusmodi passionum excusat Iob in multis incautè dictis, & sic tenet modum protestationis in scholis fieri consuetæ, quæ excusatio etiam modici ponderis est, nam apud amicos non fuit excusatus, qui verba sua egreferentes & erronea reprobauerunt, nec apud Deum, quia ipsum de incautè dictis corripiebat, vt patet xxxviij. huius. Ideoque Hebraicam literam per Burgen. conflictam, & super talibus falsis suppositis & illatis fundatam, non oportet attendere, præsertim cùm sanctus Gregor. & alij omnes translatione rationabiliter expositа sunt contenti. vt peccata Iob & eius calamitas ponderentur, & quod calamitas videtur granior peccatis, quasi arena maris, id est, multipliciter, vt postilla. exponit.*

E

In eodem capitulo vbi postillator exponit illud. Quare detraxistis sermonibus veritatis, *de sententia ipsius Iob, scilicet quod afflictio in præsenti non semper est punitio peccatorum, sed tentatio aliquando ob cumulum meritorum & præmiorum. Burgen. cum sancto Thom. se opponit exponens de Eliphaz, qui detraxit famę ipsius Iob, dicens eum sic flagellatum propter peccata sua excessiua. Sed quia detractio famę consistit in facto, & non in sermone, impropria videtur expositio, cùm in litera non dicatur, detractum facto famę, sed sermonibus veritatis. Qui autem sint sermones veritatis quibus hic Iob conqueritur detractum, requirendum est. Non enim sermones Eliphaz contra Iob, quia illi non sunt sermones veritatis sed erronei, & si qua dixit intermiscendo vera, illis veris non detraxit sed potius proposuit. Restat igitur quod fuerunt sermones Iob, quibus obiurgabat errores amicorum olim sibi notos, prout capit iij. dictum est in correctorio primo, & ad illum sensum tendunt modi loquendi in hoc cap. cum dicitur.* Quis det, vt veniat petitio mea, & tribuat mihi Deus quod expecto, & qui cępit ipse me conterat, & hæc sit mihi consolatio, vt affligens me dolore non parcat. *Hi enim sermones sunt sermones veritatis ex supradictis sermonibus cap. iij. ortum habentes & respectum vbi dicitur.* Quare non in vulua mortuus fum, &c. *Sicut ibi postil. exponit. vnde sermones huius cap. nisi ad futuram sanctorum in hac vita afflictorum remunerationem pertineant: non sermones veritatis sed fatuitatis sunt. Quis enim, nisi desipiens, petit afflictionem finalem superaddi sine respectu & spe præmij, nisi velit incidere in errores amicorum Iob, in huiusmodi afflictione desperantium de vita futura.*

F

CAP. VII.

A *Militia est, &c.* ✠ Oleym. Iobus suã ex hac vita migrandi cupiditatem vacare culpa confirmat. Primũ quod vita hæc fragilis vndique est obuallata periculis, deinde quod quibusdam est irretitus ærumnis.

Lib.8.c 3 Greg. Quid ergo rectè sentiat, exprimit. Militia est vel tentatio secundum aliam translationem quod idem valet: quia tentatio est militia, i. pugna contra dæmones. Nec tentari dicitur vita, sed ipsa tẽtatio, quia caro contra se mo-

† Determinatũ tẽpus

† ceruus † respicit

† hæreditatem accepi

B lestias gignit: & licet iã in bonis, tamen semper ex infirmitate generat, quod virtus perimat; & in ipsis bonis mala suboriri sentit: vt in otio contemplationis, desidiam: in abstinentia, vanam gloriam. Nomine verò militiæ aliquid amplius innuitur: quod & pugna est, & quotidie ad finem tẽdit: vnde & cursus militiæ exprimitur.

ex catena græc. ✠ Polych. Angoribus & difficultatibus vitam hanc esse confectam, & tanquam mercede cõductum vnumquemque pro vita & victu suo laborare certum est. Quin etiam cum vitam in timore traducimus nequiequam à seruis differimus. Vt enim seruo aduersus domini morositatem, est in sola nocte perfugium: sic miseriarum quibus humana vita affligitur, est in vnica morte liberatio.

Chryso. Ac si tentationum locus est hæc vita, qui fieri potest, vt qui in tentationum loco versatur, sit à tentationibus im-

C munis? Quocirca in ijs, quibus affligor, malis esse, non iniustitiæ tantum culpa, sed naturæ etiam necessitate contingit.

D. Hieron. in 1 lib. cõ. ad Ephe. 6. Philip. Arma huius militiæ describit Apostolus ad Ephesios, quibus dimicemus contra vitia, & inuisibiles aduersarios: siue tentatio est vita, quoniam in medio tentationum est tota vita sanctorum. Et sicut miles aut mercenarius, sic homo, qui præcepta factis implere voluit, desudauit, vt mercedem iusti laboris acciperet. At ego pro mercede operis, pondus tribulationis susceпi, inquit Iob.

vbi suprà b *Et sicut di. mer.* Greg. Qui dies citò transire optat, vt ad laboris præmium veniat, sic omnis iustus; Et sicut ille in alienis laboribus sudat, sed proprium præmium sibi parat. Sic iustus in mundanis malis sudet, vt cœlestia bona capiat. Cauet ne vacuus ab opere dies eat, & præmium minuatur. Patitur dura vt magis coronetur, licet merces iam sit in corde, sed tamen grauius æstus sentitur in corpore vt pòst sit refrigerium in quiete. Et hoc est.

Ibid.8.c.4 c *Sicut seruus.* Bene omnis electus seruus dicitur, quamdiu sub iugo corruptionis huius est, antequam veniat in libertatem gloriæ. D

d *Et sicut mer.* Qui de grauitate operis laceſſit, nisi spe finis releuaretur, sed illo viso nihil putat quod sentit. Idem ca. 5.

e *Menses vac.* A rebus mũdi, quia non eas quærunt per actus suos boni: & noctes aduersitatum tolerant laboriosas, quãdo iã sunt in cruciatu corporis. Vel, mẽses vacui: quia modò est labor sed nondum præmium. Ibid.

f *Noctes laboriosas.* Enumerat, qui sibi præsentis temporis aduersitates, sese in virtutibus exercendo coaceruant. Ecclesia verò menses E habet vacuos in infirmis, qui terrena agunt sine vitæ præmio: Noctes laboriosas in fortibus, qui multiplicia sustinent. Et bene non dies, sed menses: quia non in ipsis actionibus, sed in fine, quod in cassum egerint, sentiunt. Vel, per noctem ignorantia accipitur, de qua qui ad lucem redit, fletu lauat quod inaniter egit. Is ergo sicut *seruus desiderat vmbram, habet dies vacuos*: quia quò magis æternum refrigerium quærit, videt quàm vacuè pro hac vita laborauerit. Et *sicut mercenarius præstolatur finem, enumerat noctes laboriosas*: quia quo magis ex fine operis præmium conspicit, eò magis gemit diu nesciſſe quod quærit, & quod inaniter laborauit. Esaiæ 38.

✠ Orig. Interdiu & noctu contraria concupisco: quoniã enim noctem luctuosã existimo, optabã luceſcere: cũ autem illuxit, noctem optabã vt æquiorẽ, & eodẽ modo ſemper ſum affectus. Pus autem ex carne tanta copia defluit, vt glebæ terræ, quæ aſperſæ ſunt, luti inſtar humeſcant. Cate. Græca. menſes vanos, i. ærumnis plenos. Chryſos. perterrefiebat terribilibus per noctẽ viſis obiectis. Et innuit ſe tanta inopia laborare, vt non amplius tela, ſed gleba ſaniem abſtergere cogatur. Quæ omnia inuicti animi fortitudinem teſtificabantur. Philip. Diebus & noctibus dixit, i. laboribus indeſinentibus. Poteſt & intelligi Christvs qui poſt ſomnum mortis reſurrexit, & vſque ad finem mundi repletur doloribus, exacerbatus criminibus delinquentium, & perſecutionibus eccleſiæ. Et induta eſt caro putredine, cum vulnus antiquum, & peccatum originale in omnem carnem de primi hominis præuaricatione pertranſiit. In ann. F t. lib.

g *Si dormie.* Greg. Secundum hiſtoriam animus dolentis exprimitur, qui cogente mœſtitia per diuerſa deſideria vagatur, in nocte diem, in die veſperam deſiderat: quia dolor non ſinit placere quod adeſt; & iam hoc expertus graue, conſolante deſiderio aliud expectat; ſed nec ſic dolor finitur. vnde, Lib.8.ca.3.

☞a

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. VII.

Diuiſio. 1 Militia eſt. *Poſtquam Iob deſtruxit ipſius Eliphaz obiectionem, hic conſequenter aſſruit principalem intentionẽ, videlicet quod felicitas hominis non eſt in præſenti vita, ſicut Eliphaz ſentiebat: propter quod ipſi Iob promittebat felicitatem in præſenti vita poſt flagella, ſi ſe emendaret, vt patuit in ſi. præc. ca. Primò igitur Iob oſtendit quod talis expectatio felicitatis eſt friuola: ſecundo quæ ſit expectatio vera, ibi.* Parce mihi. *Prima in duas, quia primo oſtendit propoſitum rationibus oſtenſiuis: ſecundo ducentibus ad impoſſibile, ibi:* Quapropter & ego. *Prima in duas, quia primo oſtẽdit propoſitum ratione generali quantum ad omnem hominem: ſecundo ratione ſpeciali quantum ad ſeipſum, ibi* : Induta eſt. *Circa primum primo proponit intentum dicens:*

Militia eſt vita hominis ſup. ter. ſicut &c. *Militia enim ordinatur ad finem alium, i. pacem, per laborem militiæ conſequendum. Vnde ſecundum Philoſop. iiij. Eth. Bellamus vt pacem habeamus. Similiter intentio mercenarij eſt merces recipienda pro qua ſeruit. Per hoc igitur proponit proponit Iob & bene, quod in vita præſenti nõ eſt vltimus finis ſeu felicitas hominis: ſed magis in quiete habenda, & mercede recipienda poſt hanc vitam. Et ſtatim probat aſſumptum, cum dicit.*

2 Sicut ſer. deſi. vm. *Et eſt ratio talis. Conſecuto fine vltimo hominis, appetitus eius quieſcit: aliter non eſſet finis vltimus; ſed quilibet homo experitur in ſeipſo, quod quocunque bono in vita præſenti obtento, appetitus eius non quieſcit, ſed ad aliud obtinendum tendit: ergo vltimus finis ſeu felicitas hominis non habetur in vita præſenti. Huius rationis ponit minorem dicens:* Sicut ſeruus deſiderat vmbram. *vt ibi quieſcat poſt laborem.* Appetitus quomodo & quando quieſcit.

3 Et ſicut merce. præſto. ſi. operis ſui. *vt recipiat mercedem.*

4 Sic & ego. *Non ſolum loquitur pro ſe, ſed pro toto genere humano:*

5 Habui men. va. *i. carentes conſecutione finis vltimi, quod patet per tendentiam ſiue ſitim humani deſiderij in aliud:*

6 Et noctes ſi. la. enu. mi. *quia laborioſum eſt expectare bonum deſideratum, ſecundum illud Prou. xiij. b.* Spes quæ differtur, affligit animam. *Et ad hoc plenius exprimendum ſubdit:*

7 Si dormi. dico. *poſt cuigilationem.*

8 Quando conſurgam & rur. expe. verſ. *Experitur enim homo*

✠ *quod*

MORALITER.

✠ 1 *Militia eſt vita ho. ſuper terram.* Suprà iij. cap Iob tenuit typum hominis de peccato pœnitentis. Ita poteſt dici, quod hîc tenet figuram hominis continentis, qui fortes paſſiones vel tentationes patitur: ſed ab eis non ſuperatur. Dicit igitur: *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* contra paſſiones carnis & tentationes dæmonis.

3 *Et ſicut dies mercenarij.* Qui non ſunt quietis ſed laboris,

† *Dies eius.* ſcilicet hominis cõtinentis: *Sicut ſeruus deſiderat vmbram, bram,* ad ſui refrigerium, ſic continens refrigerari deſiderat ab æſtu tentationum.

3 *Et ſicut mer. &c. operis ſui.* vt recipiat mercedem.

4 *Sic & ego habui menſes vacuos*, nam hæc merces non recipitur in præſenti.

6 *Et noctes laborioſas*, Id eſt. mentis obnubilationes,

† *Enumeraui mihi*, propter inſurgentes paſſiones.

7 *Si dormiero.* peccati ſomno.

† *Dico quando conſurgam.* per ſyndereſim peccato remurmurantem.

a *Et replebor doloribus.* Causa autem doloris hæc est.

b *Induta est.* GRE. Eadē subtili[a] in ecclesia. Sōno torpor otij; Vespera, quæ sōno cōgruit, desideriū otij figuratur; Per surgere exercitatio actionis; Mēs ergo hominis quia stare noluit cùm potuit: iam non potest stare, etiam cùm velit, sed semper desiderijs variatur, vt quietus actionē desideret, occupatus quietē. Vel, dormire est in peccatis iacere, à quibus resurgere conatur iustus: sed cū surrexerit, ipsis virtutibus se extolli sentit. Vnde & tētari aduersis, quibus melius seruetur, quærit dicens: *Proba me, & tenta me.* Vel, vespera est tentatio peccati, & iustiorē acrius lacessit: Vnde & Moyses dicit; mane ad vesperum duci, cùm lucem sequitur vmbra tentationis; quæ tamen in electis non est nox sed vespera, quia lucē obscurat, sed non extinguit: quæ etiam nō timetur, sed vt eis proficiat profutura expectatur. Sed quantūcunque contendant, non eis est hîc integra salus. Vnde subdit.

Ibid. c. 6. Allegoricè.

a ¶ Scilicet in die, dico.

gām: & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus

a ¶ Quia sedens in sterquilinio.

vsq; ad tenebras. Induta est caro mea putredine & sordibus

a ¶ Exterior pars corporis, quæ dum non trahit humorem de interioribus, arescit & contrahitur.

pulueris: cutis mea aruit & contracta est. Dies mei velocius

a ¶ Ideo non placent mihi, quæ effluunt.

transierunt quàm à texente tela succiditur, et consumpti sūt

a ¶ Sine meditatione. b ¶ Vnde. c ¶ Ideo dimitte peccata mea. d ¶ Breuis.

absq; vlla spe. Memento, quia ventus est vita mea, et non re-

a ¶ Vt recta faciam opera. b ¶ Consolabitur.

uertetur oculus meus, vt videat bona: nec aspiciet me

a ¶ Misericordia redemptoris. b ¶ Sine iudicio.

visus hominis. Oculi tui in mē, et non subsistam.

B *oculus videntis me.*

c *Et replebor doloribus vsque ad tenebras.* Quia securitatem non inuenit, donec penitus tempus tentationis relinquit. Doloris autem causam subdit.

Ibidem.

d *Induta est ca.* id est, carnalis vita quam ago, vel mala operatione polluitur, vel inde restricta, ex memoria imaginibus peccatorū fuscatur, quę quasi puluis ante oculos surgūt. Ecclesia verò in quibusdam putredinem luxurię carnis sentit, in quibus terrenis actibus deditis puluere conspergitur. de vtrisque subdit.

Ibidem.

e *Cutis mea.* Cutis sunt in ecclesia, qui solis exterioribus curis C vacant: quorum corda desperatio siccat, & ideo contrahuntur, non extenti per longanimitatem ad æternam vitam; Præsentibus hærent: quod ideo fit, quia non attendunt quàm fugitiua hæc vita sit. Sed ecclesia econtra.

f *Dies mei velo.* Sicut tela filis, sic vita diebus singulis proficit: sed quò magis crescit, ad incisionē tendit. Sed & telæ festinantiā velocitas vitæ transit, quæ semper deficit. Et ideo electi cor non in ea figunt. Vnde ait.

Idem c. 7.

g *Et consumpti sunt.* id est, nullam mihi fiduciam pono in his: quod faciunt reprobi, ego non.

✠ NICETAS. Vita autē mea velocior est loquela; Alij cursore. D. AVG. exilior. D. GREG. vita quasi quædam loquutio dilabitur, & euanescit aut vt cursores nesciunt, antequam insistant: sic gloria non ante accessit, quàm auolauit. OLYM. Vita tanquam cursor properat ad metam, nec ad spem meliorem quicquam affert. Id enim valet, in spe vana. PHILIP. Vento prætereunti similis vita mea, quę nunc iter iam præterit.

Cathena. Græca. Aun. in Iob.

h *Memento.* GREG. Id est, benignus velociter transeuntē respice: quia humanæ breuitatis consideratio, Deo est grata oblatio.

Vbi supra, c. 8.

i *Quia ventus est.* Vita æterna & solida: hic vita nec solida nec manens iudicatur.

✠ ORIG. Vide vt sola mihi reliqua est respiratio: ac si ex corpore excessero nihil videbo eorum quæ bona hic dicuntur. Nubis autem instar dissipatus sum, quia destitutus sum præsidio tuo, nu- E dusque factus sum, qui etiam alijs vmbra & patronus. NICETAS.

In anno.

A disputatione amicorum ad precationem traducit orationem. OLYM. sic Dauid: Dimitte mihi, vt refrigerer priusquam abeam & amplius non ero. CHRYS. & POLYCH. spiritus est vita mea. Hoc loco cum dicit spiritus, respirationem hanc, quæ sensu percipitur, & spiritum hunc, quem respirando ducimus, intelligit: simile est illud Salomonis: *Quia spiritus in naribus vita nostra.* Quod verò Iobus dicit est eiusmodi: Memineris esse vitā hominum dissolubilem, à qua cum nos mors ipsa abstraxerit, illius reuocandę omnis est nobis præcisa facultas, nec datur, vt huius vitæ bona intueri, atque vt ijs frui possimus. PHILIP. Ignorabat se recepturum duplicia.

In Iob 1. li.

GREG. Et quia postquam transit vita, non est locus merendi veniam, subdit.

k *Et non reuer.* Id est post mortem mens suam retributionem videns, non reuocatur ad exhibenda bona opera: vnde diues de se desperans, quod est aggrauatio pœnæ, pro fratribus rogat. Ecce vita transit, quod sequitur permanet. Pòst etiam.

Vbi supra. Luc. 16. g. F

l *Nec aspiciet me visus ho.* Id est misericordia redēptoris: quæ peccantiū duritiā emollit, vt cùm Petrū respexit, Sed post mortē non liberat, quem ante gratia non reformat. Non visus hominis, sed.

Ibidem. Luc. 22. g. Lib. 8. c. 9.

m *Oculi tui in.* IDEM. i. districtus iudex ad feriendum videbis: & qui hîc expectatus ad pœnitentiam subsistiti, iam non subsistat. Hoc iusto conuenit, qui timet omne quod agit, & remota pietate se periturum præscit, & non subsistit ante oculos, quia pœnę vita non sufficit, si iustitia eum premit. Nec enim astra. i. qui sanctitate lucent, coram eo munda sunt. Culpa autem & pœna humani generis breuiter subditur.

☞ a *Sicut*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *quod semper desiderat aduentum futuri temporis, quod non est nisi propter aliquod bonum non debitum, consequendum.*

Expectatio felicitatis in præsenti vita.

1 Induta est. *Hîc consequenter ostendit propositum ratione speciali sumpta ex parte sui. Expectatio enim felicitatis in præsenti vita friuola est duplici de causa potissime; Vna est, quando percussus est insanabili languore secundū viam humanam: propter quod non est sibi delectabilis prolōgatio vitæ, & hoc allegat Iob dicens,* Induta est caro mea putredine, *id est, circundata vndique sicut homo circundatur vestimento.*

2 Et sor pul. *quia sedebat in sterquilinio.*

3 Cutis mea aru. & con. est. *Ex defectu enim virtutis naturalis caro interius consumitur: & sic cutis exterius siccatur & rugatur. Secunda verò causa est, quando ætas hominis pro maiori parte transijt, & modicum remanet, & sic parum appretiatur, quod potest haberi in vita præsenti: quia quod modicum est, quasi nihil reputatur, vt habetur ij. Physicorum, & hoc tangitur cùm dicitur.*

Cōparatio vitę ad telam.

4 Dies mei velo. tran. quàm à tex. tela. suc. *Comparatur enim vita humana telæ, quia sicut texitur addendo filam filis: sic humana vita deducitur addendo dies diebus: Et sicut perfecta tela succiditur à texente: sic humana vita à Deo de vita præsenti. ideo subditur.*

5 Et consumpti sunt absque vlla spe. *scilicet felicitatis in hac vita expectanda.*

6 Memento quia ventus est vita mea. *Hîc consequenter respondet cuidam rationi erroneæ, quæ posset sibi fieri. Quia dixerunt aliqui philosophi, quod post transitum magni anni, qui completur in trigintafasex milibus annorum, effectus inferiores reuertentur idem numero, vt pote quod Plato leget Athenis, & in eisdem scholis eisdem scholaribus sicut antè quando vixerat, & sic posset aliquis dicere ipsi Iob: quamuis non expectes felicitatem temporalem pro isto tempore, tamen debes expectare in dicta annorum reuolutione; hoc remouet dirigens sermonem ad Deum, & dicens:* Memento quia ventus est vita mea, *ventus enim transiens deficit, & non reuertitur idem numero.*

Magnus annus Platonis.

7 Et non reuertetur oculus meus vt videat bona. *scilicet vita præsentis in carnali vita.*

8 Nec aspiciet me visus ho. *in tali statu sicut nunc, quia sicut nō reuertar idem numero in tali reuolutione annorum, sic nec alij homines.*

9 Oculi tui in me. *quia etiam mortui patent diuino conspectui.*

10 Et non sub. *in tali vita mortali sicut imaginantur prædicti.*

✠ 1 *Sicut*

MORALITER.

✠† *Et rursum expectabo vesperam:* timens peccati recidiuationem. Talis autem conflictus hominis consurgit ex infectione carnis. ideo subditur.

1 *Induta est caro mea.* & quia conuersatio exterior ex hoc fœdatur: Sequitur.

3 *Cutis mea aruit, &c. Dies mei.* i. illuminationes animi.

† *Velocius transierunt,* propter passiones redeuntes & animum obnubilantes.

5 *Et consumpti sunt absque vlla spe,* firmitatis in virtute. Et quoniam in tali conflictu implorandum est diuinum auxilium, ideo subditur.

6 *Memento quia ventus est vita mea.* id est, instabilis in bono, nisi ex virtute tua.

7 Et *non reuer. ocu. meus.* post hanc vitam.

† *Vt videat bona.* id est bonorum operum merita.

✠ 1 *Sicut*

a Sicut consumi. nub. GRE. Nubes ad alta leuatur; dēsata vento impellitur, vt currat; calore dissoluitur, vt euanescat: Sic cor hominis per ingenium emicat, flatu dæmonū, per mala desideria agitatur, sed respectu iudicis, quasi calore solis deficit: & postquam traditur locis pœnalibus, nō redit ad id, cui per amorem inhæsit, quod est domus mentis.

Ibid. ca. 10. Nubes.

Vel, infernus est desperatio, in qua peccatis mortuus cadit, & post non est via reuersionis. Desperās nubibus comparatur, quia caligine obscuratur, peccatis multis densatur, sed claritate iudicij dissipatur: hic talis non redit in domum, id est ad cor: de quo sanato dicitur, Vade in domum tuam.

a ¶ Euanescit. b ¶ Quia se ad alta leuauit pulsus vento tentationum.

a Sicut consumitur nubes & pertrānsit, sic qui descendit ad inferos, nōn ascendet, nec reuertetur vltrà in domum suam, b neque cognoscet eum amplius locus eius. Quapropter & ego nō† parcam ori meo, lōquar in tribulatione spiritus mei: c confabūlabor † cum amaritudine ānimæ meæ. Nūquid mare† sum ego, aut cetus, quia† circumdedisti me carcere? Si dixero,

a ¶ Ad hanc vitam.

a ¶ Iob. b ¶ Quin confitear. c ¶ In confessione. d ¶ Vel dolore cordis.

† prohibebo os meū.

a ¶ Id est inuestigabo me ad compunctionem. b ¶ Vitæ. c ¶ Dicit quasi constringendus sim.

† vel de amaritudine † ponis mihi custodiā?

a ¶ Contra hoc quod sit delicatus carne.

8 Si dixero, consolabitur me lectulus meus, & relevet me paululum sermo meus: 9 terrebis me per somnia, & per visiones horrore concutis me: 10 & per singulas noctes

1 A Sicut consumitur nubes & pertransit, sic qui descendit ad 2 inferos non ascendet, 3 nec reuertetur vltra in domum suam, 4 neque cognoscet eum amplius locus eius. 5 Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei: 6 confabulabor cum amaritudine animæ meæ. 7 Nunquid mare sum ego, aut cetus, quia circumdedisti me carcere? Si dixero, 8 consolabitur me lectulus meus, & relevet me paululum sermo meus: 9 terrebis me per somnia, & per visiones horrore concutis me: 10 & per singulas noctes

D In comm. Iob.

✠ POLYCH. & OLYM. subitos mortis casus declarat. siquidem solo tuæ voluntatis nutu, vno oculorum conjectu, cum me non amplius in vita morari volueris, statim interimes: hæc enim est his verbis, *oculi tui in me & non subsistam*, subiecta sententia, disiectæque nubis, & quæ nusquam consistit amplius similis sum. Id Symmachus aptius dixit, sicut consumpta nubes recedit.

Vbi supra c. 10.

b *Neque cognoscet eum amp. lo.* GREG. Locus hominis Deus est, qui eum creauit vt in se consisteret: quem homo peccando deseruit, sed Deus fugitiuum per incarnationem requisiuit. Pòst autem iam nequius agentem, damnatum non cognoscit, dicens: nescio vos. Hoc timens iustus, sollicitus pœnitet, & non parcit ori, sed confitetur peccata. Os autem aperit tribulatio spiritus, quæ sit timor præuisi iudicij. Et reprobi peccata fatentur, sed non contrito spiritu vt mala defleant. Hæc autem amaritudo mentis facit ipsum contra se loqui, & rixari: iam & alia attendit, quæ securus præterit, & sibi obiicit quæ bona à Deo accepit, quæ mala reddidit; sed sic pœnitens voluptuosa pro æternis spernens, adhuc de corruptione carnis contradictionem sentit.

C

✠ ORIGE. CAT. GRÆ. *Si enim homo descenderit in infernum.* ORIGE. Hæc ait non quod resurrectionem improbet, vt Manichæi putauerunt & Valentini: sed quod dicat eum, qui mortuus est, iam hoc viuendi genus non repetiturum, decursum, ac confectum, & morte impeditum. DIDYM. Sciendum est hoc loco non tolli resurrectionem, sed doceri vitam hominum caducam, nec vita functum amplius rediturum ad vitam mortalem. Quare illa verba *non amplius ascendet ex inferno*, cum iis connectunt, *in domum suam*; ac si diceret reuocabitur quidem ad vitam

✠ PHILIPPVS. Non est sanctus Iob hoc loco ita loquutus, vt resurrectionis incredulus esse æstimetur, qui alibi dixit: *Homo cū dormierit non resurget, donec atteratur cælum.* Vbi somnum mortis in finem vsque tantum seculi dicit futurum, post, sequuturam resurrectionem. Ita & hic intelligendum; sicut nubes densata, quę ab aere soluitur, & rursum de ipso aere concrescit in nubem: *Ita in pulucrem redactus, de puluere subsistantia reparabitur*, vel, vt Ecclesiastes, comminando hæc dixit, susceptа eorum persona, qui præsentia tantum cogitant ORIGEN. Voluit cogitare in cubili

In comm.

quare hæc euenerint, sed ne permisisti quidem, vehemētibus magnisque doloribus cogitationes meas obruentibus. Itaque lubenter vitam ærumnarum plenam cū morte permuto. NICETAS. Symmachus, *mitigabit.* Verum Theodotio, * *Congestabit me in meditatione mea lectus meus.* CHRYS. nulli id præterea euenit, vt terribilia spectra noctis vim malis nouam assiduè afferrēt. Quod physica ratione iis accidere solet, qui quidpiam grauius sunt die perpessi. Id quod Sapiens confirmauit Ecclesiastes, cum dixit: *In multitudine tentationum aduenire insomnium.* Id etiam ad veritatem valde propendet, à diabolo fuisse terribilia illa visa oblata. PHILIP. Cum extorqueatur ei cruciatu, vt loquatur: E timore domini reprimēte, ne Deo resistere videatur, ad amaritudinem animæ suæ eloquium conuertit: dicítque dolores sibi esse pro carcere: Et Deo tribuit quæ patiebatur à dęmonibus, qui ad ea facienda, acceperant potestatem: & in somnis diurnos dolores repræsentabant, & frendentes dentibus apparebant, ad deuorandum eum, quasi ora aperientes.

Cate. græc. * Coangustabit

Idem c. 12. Allegoricè

c *Nūquid mare sū.* GRE. Carcer, est caro quę impedit ab altis: Mare corda animaliū: Cet⁹ diabol⁹, qui natat plubricas cogitationes. Hic ergo cum suis carnalib⁹ rectè carcere pœnæ suę arctatur, ne liceat eis quicqd mali volūt. Sed ego qui iā corde in cælo, cur carcere carnis premor? quod nō superbè, sed amore veritatis dicitur. Deus verò vtiliter differt. Dilatus aūt à vera quiete redit ad cor, quasi ad quietē contra rixā carnis. Et hoc secretum cordis, lectus vel strat⁹ dicitur, vbi fessus extrinsecus occulta verba cogitationū versat: sed & ibi rixa, quia dum caro quasi paries domus quatitur & cubile turbatur, & quò magis cogitat, videt quàm distri-

☞ ctus iu-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sicut consumitur nubes & pertransit. *quia non reuertitur eadem numero,*

Sumi debet verbum (inferorū) in propria significatione & vsitata.

2 Sic qui descendit ad inferos. *id est infrà terram, in qua dicitur esse infernus.*

3 Non ascendet. *ad statum vitæ mortalis.*

4 Nec reuertetur vltrà in domum suam, *ad viuendum tali vita sicut modo.*

5 Neque cognouit eum amplius locus eius. *id est præsentis vitæ status. per talem enim modum loquendi dicitur: talis tenet magnum locum in ciuitate. Hæc autem sententia sancti Iob non solum concordat fidei, quæ talem reditum damnat post reuolutionem tot annorum, sed etiam sententiæ Philosophi ij. de Generatione, qui dicit expresse, quod ea quæ sunt incorruptibilia, redeunt eadem numero per motum: vt sol, luna, & stellæ: sed generabilia & corruptibila non redeunt eadem numero, sed specie. Hoc etiam dictum non contrariatur articulo resurrectionis futuræ: Tum quia illa resurrectio non fiet per motum, vel mutationem, sed per diuinam virtutem, quæ potest agere sine motu & transmutatione, Tum quia homines non resurgent ad vitam mortalem, & animalem, sicut nunc, vt prędictus error dicit.*

6 Quapropter &c. *Hic consequenter Iob astruit suum propositum, ducendo ad inconueniens suum aduersarium: videlicet quod homo in miseria positus debet considerare finem vitæ suæ, vt imponatur finis suæ miseriæ, ex quo felicitas temporalis non erat pro termino expectanda vt visum est: & felicitas futura in alia vita ab aduersario negabatur & hoc est quod dicitur:* Quapropter non parcam ori meo, *quin conquerar de vita præsenti, sicut à principio dixi:* Pereat dies in qua natus sum, &c.

7 Loquar in tribulatione spiritus mei, *Modus enim est afflictorum de sua afflictione loqui per modum querelæ, inquirendo causam afflictionis suæ. vnde subditur,* Nunquid mare sum ego, aut cetus, quia circundedisti me car. *id est, insanabili languore. vnde sic afflicti dicuntur esse in carcere secundum communem modum loquendi.* Quæstio. *Quærit ergo Iob vtrum causa huius fuerit, ne noceret alijs, si esset potens & sanus? sicut mare intra ripas suas arctatur à Deo, ne effluat & submergat habitantes in arida: & cetus qui est piscis maximus intra oceanum detinetur, ne veniat ad maria mediterranea, in quibus homines communius nauigant, ne sit hominibus nimis nociuus, quasi dicat Iob: hoc non est causa: quia existens in prosperitate non fueram aliis nociuus, sed magis beneficus: vt magis patebit infrà, & patuit ex dictis suprà j. cap.*

Duo sunt ad releuationem doloris.

Sciendum est etiam, quod ad eleuationem doloris duo faciunt, scilicet corporalis somnus, & meditatio speculatiua in vigilia: & vtrunque dicit sibi esse subtractum, cum dicit,

8 Si dixero, consolabitur me lectulus meus, *per somnum in quo est quies sensuum.*

☞ 1 Et re-

MORALITER.

✠ 1 *Sicut consumitur nubes.* resoluta in pluuiam, & descendit propter grauitatem.

2 *Sic qui descendit ad inferos.* propter pondus peccatorum.

3 *Non ascendet.* ad præsentem statum.

4 *Quapropter & ego non par. &c.* sed perfectè confitebor, dum viuo

viuo, in amaritudine spiritus mei. Et quoniam *corpus quod corrumpitur, aggranat animam.* Sequitur.

† *Nunquid mare sum ego aut cetus, quia circundedisti me carcere,* id est mortali corpore.

8 *Si dixero, consolabitur me lectulus meus.* id est contemplationis diuinæ actus.

d 5 ✠ Terre-

ctus iudex, quæ verecundia sit coram angelis & omnibus sanctis confundi; quæ deinde pœna & ita quasi somno & visione terretur. quia vtcunque imaginatur, sed non ita videt vt est res. Sed & ad literam diabolus cupidis prospera, timidis aduersa per somnia ingerit, vt magis afficiat; sed & sanctos, quominus valet vigilantes, grauius tentat dormientes: quod Deus benignè permittit, ne saltem somnus à passionis præmio vacet. Vnde facere dicitur. quod malus facit spiritus. Exposuit quot vndique scandala, nùc subdit consilium contra ea.

a ¶ Mens. in qua quiesco.

consolabitur me lectulus meus, & † releuabor loquens me-

a ¶ Cordis secreto. b ¶ Post. dum iudicem iustum expecto. c ¶ Per imagitiones d ¶ Nocturnas.

cũ in strãtu meo, t̃terrebis me per sõmnia, & per visiõnes hor-

a ¶ Terrore. b ¶ Desiderij ad alta.

rõre concuties. Quamobrem suspendium elegit anima mea,

a ¶ Vt scilicet ad vitam peruenirem æternam. b ¶ A terrenis. c ¶ Nullam consolationem habeo in terrenis.

& mõrtem † ossa mea. † Desperãui. Nequãquam vltrà iam

a ¶ Vt consoler de æternis.

viuam. † Pãrce mihi domine, † nihil enim sunt dies mei.

a ¶ Largitione rationis. & infusione gratiæ.

Quid est homo, quia mãgnificas eum, aut quid apponis er-

a ¶ Sublenas. b ¶ Claritate virtutum. c ¶ Humilias.

ga eum cor tuum? Visitãs eum diluculo, & subitò prõbas illũ.

1 ✠ ORIGE. discede à me, inanis est enim vita mea. Humilitatem suam Iob exponens, dicit, si peccaui, quid tibi facere possum? cur non expias iniquitatẽ meã? quis tibi resistet? In nouo genere viuendi eiusmodi sunt tibi leuia & vilia supplicia: quęnam erunt iis constituta, qui semper puniuntur?

13 ✠ NICETAS. Simachus: Vanitas sunt dies mei. Alius quidã: Vapor sunt dies mei. OLYM & POLYCH. Sic Dauid: Amoue à me plagas tuas, à fortitudine enim manus tuæ defeci. Mos est sanctis plagas quas ab hostibus acceperunt, Deo acceptas referre, quod eas & depellere possit, & permittendo haudquaquam prohibeat. OLYM. Humanæ autem naturæ humilem conditionem, & Dei prouidentiam ad supplicationem adhibet: homiuis verò præstantia hac vna re declaratur, quod eius vindex & vltor est Deus. NICETAS. in requiem iudicabis? pro illo est: Mori iubes, & in quiete considero, & subito probas illum. PHILIP. satius est vt de morte cogitem, quam tuæ maiestati irrogem blasphemiam: non quod suspendio velit perire; & quasi peccauerit, pœnitentiam illius profitetur, dicens, parce mihi.

In comm.

† vel ardebit eloquio meo cubile meum.

† Tædio affectus sum. † vanitas

B † quàm esse cũ ossibus meis. † Cessa à me

a *Quamobrẽ el.* GREG. Anima est intẽtio mẽtis; ossa fortitudo carnis; Quod suspenditur, ab imo eleuatur; Anima ergo suspenditur ad æterna, vt ossa moriantur: quia amore æternæ vitæ omnem fortitudinem exterioris vitæ in se necat, ita vt desperet, id est præsentis vitæ bona penitus deserat, ne in eis spem habeat, & vlterius in eis non viuat. Non sic deficit ab his omnis qui cupit in atria Dei, sed eis licitè vtitur: perfectus autem deficit. Et quia ab his despero, *Parce mihi domine &c.*

C

Cate. græc.

OLYM. Hæc mea est supplicatio: accipe animam meam, & illata morte à dolore libera; vt qui hoc tempore crucior, in posterum quietè & placatè viuam. Nihil igitur, quod sit æquo tuo decreto indignum, contendo, domine: nempe me mortalem non immortalem procreasti. Ergo mihi mortem adfer.

CHRYSO. Interime me. En tibi verba atrocia? Sed tamen quid habent atrocitatis? Calamitatem exponit, mortem exoptat: Nihil, inquit, ago iniusti, si mortalis cum sim, interitum expeto. Id quoque Moyses his verbis precabatur: *si hoc mihi facturus es interfice me.*

Idem c. 16.

b *Parce mihi do.* vt ęterna des, quia contemptu illorum hæc melius sperantur. Dum parci sibi petit, probat quod non à Deo desperauit; quod est, suspendiũ elegit, hoc est, desperauit, de eodẽ intulit, parce: quod est, mortẽ ossa: hoc est, nõ vltrà viuãt hoc tertio,

D

c *Nihil enim sunt di. me.* Qui æterna considerat, ad se rediens bene hos dies nihil vocat, & districtè iudicari formidat.

E

F

☞ rantiæ

NICOLAVS DE LIRA.

Diuisio.

✠ 1 Releua. *à magnitudine afflictionis meæ.*

2 Loquens me. *idest meditans sancta & honesta.*

3 Terrebis me per som. *id est permittes terreri, quia Sathan à Deo permissus mouendo phantasiam ipsius Iob, immittebat sibi somnia terribilia & afflictiua.*

4 Et per visio. hor. concuties *quia etiam in vigilia dæmon formabat ante eum species horribiles; ideo concludit quod talis vita tantis afflictionibus exposita, est odiosa, si. secundum dictum Eliphaz, non expectatur ex hoc præmiatio in vita futura; & sic ducit Eliphaz ad inconueniens, qui ponebat felicitatem hominis in præsenti vita: & sic secundum eum non poterat esse odibilis. dixit igitur:*

5 Quamobrem. *id est propter miserias quas sentio, à quibus in præsenti vita non apparet releuatio,*

6 Suspendium elegit. *Id est, mortem quantumcunque vilem, cuius causa subditur:*

7 Desperaui, *scilicet à felicitate temporali, quam promittit mihi Eliphaz post flagella, Tum quia modicum vitæ meæ remanet: tum quia talis felicitas non apparet probabiliter mihi ventura.*

8 Nequaquam vltra iam viuam *Id est post reuolutionem annorum non reuertar ad vitam animalem, quam ponebant aliqui philosophi vt dictum est.*

9 Parce mi. *Postquam ostendit Iob quod expectatio sibi promissa ab Eliphaz erat friuola; hic consequenter ostendit quæ sit, & vnde expectatio vera, scilicet quod à Deo tollatur de præsenti miseria, vt fruatur quiete in alia vita. Primo igitur petit Iob dictam quietationem: secundo impedimenti retardationem, ibi:* Peccaui. *Prima in duas, quia primo ponit propositum, secundo probat suppositum, ibi:* Quid est homo *Circa primum dicit,* Parce mihi. *scilicet subtrahendo me de præsenti miseria,*

10 Nihil enim sunt di. me *id est pauci dies remanent mihi præsenectute, & ideo quasi pro nihilo debent computari, secundum quod dicitur ij. Physico. Quod modicum est, quasi nihil computatur. quasi dicat Iob, Tempus est vt corpus meum tradatur sepulturæ, & anima mea sit in quiete cum sanctis patribus in sinu Abrahæ.*

11 Quid est ho. *Hic probat suppositum, scilicet quod homo ad beatitudinem supernaturalem ordinetur, quæ in præsenti vita non habetur; & hoc probat ex dignitate hominis super alias creaturas corporales, & ex speciali prouidentia Dei circa hominem, quæ sufficienter ostendunt ipsum ordinari ad alium finem; & hoc est quod dicitur,* Quid est ho. *quasi dicat non est sicut animalia bruta, sed aliquid maius, ideo subditur.*

12 Quia ma. eum. *dando ei rationem & intellectum, quibus præest creaturis inferioribus, & est capax sui conditoris per cognitionem & amorem.*

13 Aut quid appo. er. eum cor tuum. *per specialem curam & diligentiam: & secundum talem modum loquendi dicit Apostolus j. Cor. ix. b.* Nunquid est Deo cura de bobus?

14 Visitas eum di. *dando ei à principio natiuitatis angelũ custodem,*

15 Et subito pro. il. *flagellis & tribulationibus, ne in superbiam eleuetur, sed per patientiam, quasi aurũ in fornace, probetur. & ista ostendunt hominem ordinari ad finem habendum in alia vita. ideo subdit:*

✠ 1 Vsquequo

MORALITER.

✠ 3 *Terrebis me per somnia, & per &c.* Nam menti sic cogitanti frequenter occurrunt districta Dei iudicia, quæ sunt valde terrentia. Et quia propter talem conflictum cogitationum, vita præsens tristabilis redditur viris perfectis, Sequitur,

5 *Quamobrem suspendium elegit ani. mea.* Id est separationem à carne terrea

7 *Desperaui &c.* Greg. Iustè quippe desperare est præsentis vitæ bona æternitatis electione deserere. Sed quoniam in exitu præsentis vitæ debet omnis quantumcunque iustus de peccatis occultis cultis timere, ideo subditur,

9 *Parce mihi do.* de pœna peccatorum,

10 *Nihil enim sunt di. me.* id est, merita mea nulla sunt respectu tui præmij. Et quoniam recognitio bonitatis diuinæ, est impetratio suæ misericordiæ: ideo subditur,

11 *Quid est homo quia ma. eum.* Imaginis tuæ dignitate.

13 *Aut quid apponis erga eum cor tuum?* Superaddendo similitudinem gratię tuæ.

14 *Visitas eum di.* Id est, visitasti eum incarnationis tuæ beneficio. Osee vij. b. *Quasi diluculum præparatus est egressus eius, &c.*

15 *Et subitò probas illum.* s. flagellis ad accelerandum iter suum.

✠ Greg.

rantiæ ad lucem venit homo, in quo & mox probatur: ne enim
A bona à se habere glorietur, tentatione concuti permittitur, vt al-
titudo Dei & sui infirmitas videatur, sicut Salomõ post sapientiã
tentatur à mererribus; hæc tota hac mortalitate homo patitur.
vnde: *Vsquequo non parcis mihi.*

Ibid. c. 18. a *Saliuã.* GREG. Saliua in os à capite labi-
tur, ab ore in ventrem
glutitur. Caput est
Deus, à quo initiũ su-
mimus: Vẽter mẽs, quę
cibũ intellectus capit,
& omnia membra a-
ctionum regit. Saliua.
B sapor intimæ cõtem-
† sneri? plationis, hoc modo
ad os, sed non in ven-
trem transit: quia ea
nunc noster intellectus infunditur, sed mens non plenè satiatur;
in gustu est, non est in saturitate. Hanc luto humanæ cogitationis
miscuit Christus, & homo in mundo & cæcus natus illuminatur.
Tunc autem Deus plenè homini parcit, cùm saliuam glutire per-
mittit, cùm ad perfectionem suæ contemplationis admittit. Qui
hoc vult mereri, fatetur malum quod fecit, *Peccaui, &c.*

✠NICETAS. Non sunt verba irati, sed scire cupientis, quamdiu
sit illi in cruciatibus manendum.

✠POLYCH. Illud *glutiam saliuam*, quod solet accidere morien-
tibus, exprimit.

C ✠OLYM. sic Dauid: *Quousque Deus irascéris, accendetur sicut ignis
ira tua? Recordare quę mea substantia.* Deinde deliniens Deus sub-
iungit. *Si ego peccaui quid faciam tibi.*

✠OLYM. Tenes, Domine, quod cum me seruum tuum abiectum
intuentur, obtrectant nomini tuo. Illud igitur obloquutorem si-
ue contrarium, querelæ causam cogitare debemus, quamuis de
Deo nequaquã ipse conqueteretur. PHILIP. Synanchin se ha-
bere fatetur, qua tumore faucium hominis halitus intercluditur.

Ibid. c. 19. b *Peccaui, quid fa. tibi.* GREG. Quasi quid in recompensationem
tibi offeram non inuenio, quia omnis virtus hominis ad culpam
abluendam infirma est. Vel, *quid faciam tibi*, quasi: omnia bona
non tibi, sed nobis prosunt.

a ¶ quandiu permittis me tentationibus percuti.

a VSqueqũ† non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam sa- 1
¶ Vt à culpis abluar. 2
b liuam meam. Peccaui: Quid faciam tibi ô custos hominũ? 3
c ¶ Inimicum. 4
Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimet- 5
¶ Carnalis concupiscentiæ. 6
d ipsi † grauis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non 7
e aufers iniquitatem meam. Ecce nunc in puluere † dormiam, 8
f & si mane me quæsieris, non † subsistam.

† recedes à me.

Ecc. 40. a. E

† Dormio.
† ero.

c *O custos ho.* quia nos sic destituit, vt nos custodire nequeamus, Ibid.
& si quid conamur, peccatis grauamur, vnde.

d *Quare po. me con.* Cùm homo serpenti credidit, hostis Dei ex- Ibid. c. 20.
titit, cuius præcepta contempsit, & Deus contrarium sibi posuit,
quẽ inimicũ, ex elatione deputauit. Sed hæc cõtrarietas culpę ho-
mini est pondus pœnæ, & seipsum graue pondus portat, dum tot in
carne, tot in anima to-
lerat: sic debuit subij-
ci, qui se superbè ere-
xit; hoc est quod dici-
tur. *Graue iugum super*
Adæ filios. Hoc autem
dicit Iob ingemiscen-
do quod ita sunt; non
iustitiam arguit, sed
misericordiam quærit.

vnde addit.

e *Cur non tollis.* Ecce desiderium mediatoris, qui tollit peccata Ibid.
mundi. Vel, tunc peccatum plenè tolletur, cùm in corruptionẽ
homo mutabitur. Desiderat ergo redemptorem vel resurrectio-
nem: vnde & pœnam quam ex origine meruit, & iudicium quod
ex propria actione timet, adiungit. Ecce nunc peccanti homini
dictum est. Cinis es, & in cinerem reuerteris. Gene. 3. d. secundum aliã literã.

✠NICETAS. Cur, optandi est & deprecandi. CHRYS. Qua
de causa, quæ tua est humanitas, præterita pœna, culpas aut non
contempsisti, aut planè deleuisti. F

Quare posuisti me con. GREG. quia inferior, factus cõtrarius mo-
do superiori, id est Deo: ideo nostrum inferius, id est sensualitas,
factum est contrarium superiori, id est spiritui, vt semper pugnent.

f *Mane.* id est, in aduentu iudicis, cui omnia aperta. Quærere Greg. c. 21. lib. 33.
Dei, est districtè iudicare, ante quem nec iustus subsistit: sed hoc
est solatium liberationis, quod se sufficere nõ posse dicit humilis;
plangit ergo mortẽ quæ nunc est, timet iudicium quod imminet.

✠NICETAS. Non inquit, perinde, vt somnus, est mors. Homines
n. post somnia surgunt, qui autẽ mortuus est, nõ expectat orientẽ
aurorã. Quare, quãuis culpã minimè vitauisse, in breuissimo vitæ
spatio benignitatẽ Dei debuerã experiri. Ita Iobi voluntas, quãuis
obscuriore sermone vsus fuerit, ab omni reprehensione est vacua.

NICOLAVS DE LIRA.

1 VSquequo non par. mihi. *auferendo me de miseria præsenti.*

2 Nec dimit. me vt glu. sa. meam. *Saliua enim deglutitur, quando*
Ante Christi passionẽ sancti non admittebãtur ad gloriam. *aliquid dulce in ore sentitur, per hoc ergo quod petit saliuam suam de-*
glutire, petit quietem & dulcedinem vitæ futuræ, loquens metaphoricè,
sicut communiter fit in hoc libro. Licet enim sancti post mortem non
statim admitterentur ad gloriam ante Christi passionem, tamen recipie-
bantur ad magnam requiem, & consolationem in limbo sanctorum
patrum, & erant certi de futura visione & fruitione Dei.

3 Peccaui. *Hic consequenter Iob petit remotionem impedimenti, il-*
lud autem quod maxime impedit à prædictis est peccatum, à quo nul-
lus, quantumcunque sanctus, in præsenti vita debet se reputare omnino
immunem, propter peccati occultationem, vnde dicit Apostolus j. *Co-*
rint. iij. a. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustifica-
tus sum, *propter quod sanctus Iob dicit.* Peccaui, quid faciam tibi ô
custos hominum. *quasi dicat, non possum aliquid tibi facere ex me,*
per quod liberer à peccato, nisi ex tua gratia.

4 Quare posuisti me contrarium tibi. *dimittendo me in peccato,*

5 Et factus sum mihimetipsi grauis, *quia peccatum est quoddam*
pondus aggrauans animam.

6 Cur non tol. pec. me. *qui solus hoc potes. Et dicitur peccatũ quod*
committitur in Deum, iniquitas autem, quod committitur in proximũ,
per hæc autem dicta non insinuatur aliud, nisi desiderium ipsius Iob, vt
per Deum à peccato liberetur, si aliquod habuerit, vt sic à vita futura
non retardetur. vnde subditur.

7 Ecce nunc in pul. dor. *scilicet per sepulturam, quasi dicat immi-*
net tempus mortis meæ, & ideo nisi me citò liberaueris à peccato, de
cætero liberari non potero, quia talis liberatio post mortem non habet
locum.

8 Et si mane me quæ. non subsi. *id est non habeo certum tempus viu-*
endi vsque ad crastinum diem, & ideo festina me à peccato liberare.

MORALITER.

✠ Gregorius. *Mala quæ nos hic comprimunt, ad Deum ire compel-*
lunt. Et quoniam hæc flagella peccatis nostris sunt imputanda, se-
quitur.

3 *Quid fa. ti. &c.* Quasi dicat, non possunt remitti nisi ex tua
gratia.

4 *Quare posuisti me contrarium tibi.* Me demittendo in offensa
peccati.

peccati.

5 *Et factus sum mihimetipsi grauis.* Ex pondere peccati aggra-
uantis.

6 *Cur non tollis peccatum meum.* Antequam sim extra misericor-
diæ statum.

7 *Ecce nunc in pul. dor.* id est propinquus sum mortis somno: ideo
sequitur.

8 *Et si mane me quæsieris, non subsistam.*

ADDITIO.

In ca. vij. vbi dicitur in postilla. Peccaui. Hic consequenter petit
remotionem impedimenti.

In hoc quod dicitur hic. Peccaui, quid faciam tibi ô custos homi-
nũ, &c. *Secundum sanctum Tho. in sua expositione Iob ponit tres ratio-*
nes sumptas ex humana infirmitate, quibus videtur, quod posito quod
propter peccata meruisset flagellari, debuisset tamen Deus ei parcere.
Quarum prima ratio sumitur ex impotentia satisfaciendi: homo enim
nihil dignum potest facere propriis viribus ad recõpensandam offensam
cõtra Deũ cõmissa. de quo dicit: Quid faciã tibi ô custos hominu. q. d.
Si tantã solicitudinẽ de hominibus habes, vt quasi custos eorũ de singu-
lis actibus rationẽ requiras, non suppetunt vires meæ, ad satisfaciendum
propter peccata mea remittendo, vnde si hoc spectatur, nunquam mihi
parces, & ideo hoc non obstante debes parcere. Secũda ratio sumitur, ex
impotentia perseuerandi, homo enim perseuerare non potest in bono sine
gratia Dei, vnde in scriptura consuetum est dici, quod Deus aliquem
indurat, ex hoc quod gratiam ei non largitur, per quam emolliatur. Sec-
dum quem modum Iob dicit. Quare me posuisti contrarium tibi. *id*
est quare mihi gratiã nõ dedisti, per quã in bono perseuerans contrarius
tibi nõ essem per peccatũ, & quia per peccatum quædã pugna fit hominis
ad seipsum. Iuxta illud Psa. xxxvij. a. Nõ est pax in ossi. me. à fa. pec.
meor. *Et sic cũ homo cõtrarius sit sibiipsi per peccatũ, fit etiam sibiipsi*
grauis, de quo dicit. Factus sum mihimetipsi grauis. *In quo appa-*
ret quod peccatum statim sua pœnã habet; vnde post hanc pœnã facilius
videtur

videtur homini parcendum esse. Tertia ratio sumitur ex impotentia hominis ad purgandum peccatum. Homo enim per seipsum in peccatum labitur, sed solius Dei est peccatum dimittere: & ideo querit Iob. Si mea pœna cessare non debet quandiu peccatum maneat, & tu solus peccatum auferre potes &c. Cur non tollis peccatum meum? &c. *Et circa*

prædicta attendendum est, quod in prædictis rationibus non est intelligendum, quod Iob loquatur tanquam scrutator diuinorum officiorum, hoc enim esset temerarium, vnde infra ix. b. Quis potest dicere ei: Cur ita facis; *sed loquitur implorando diuinam misericordiam secundum considerationem humanæ fragilitatis & impotentiæ, vt patet ex dictis.*

CAP. VIII.

A a Historicè. lib. 8. c. 22. *Respondens autem.* GREG. Sciendum est imprimis, quia sicut Eliphaz sanctissimum Iob de superbia principaliter notauit, licet & de hypocrisi breuiter tetigerit, ita & iste de hypocrisi principaliter notare intendit: sed priusquam hoc faciat, quiddam præmittit. vnde perpenditur quam onerosa ei fuerint verba ipsius Iob, verba scilicet ædificationis: quasi ergo vlterius bene loquentem pati non posset, indignatiue in hæc verba prorupit

B dicens.

b *Vsquequo loq. tal.* quasi dicat quare loqueris inutilia? & spiritus multiplex s. o. t.

✠ ORIGE. Iob eam de se amicis opinionē reliquerat, vt fortiter contradixisse videretur: Eliphaz que verò sermonis, & magnitudine ac veritate sic superauit, vt contra amplius non audeat disputare. Cui, nullum amico dans respirandi spatium, Baldad Sauchites.

✠ OLYM. Grauissimus succedit, delabensque ad opinionem Eliphazi, non nisi peccatis irrogari supplicia contendit.

Idē D. Hic. C ✠ PHILIP. PRES. Iratus, quasi Iob temerè loquutus fuisset ad Deum, & se potentiorem cæteris regibus dixisset. ORIGE. illius loquacitatem accusat.

Cap. 22. *Vsque. lo. tal.* GREG. Quia grauia sunt iniquo verba ædificationis quasi ferre non possit: & quia non vult corrigi, bene dicta criminatur.

✠ POLYCHR. & OLYM. At illud nosse etiam oportebat, non facino rosis modo, sed etiam frugi hominibus, illa, quæ ancipitem naturam habent, accidere solere, & iustum tum esse admirabiliorem, cum in miseriis & doloribus versatur.

Vbi supra Quatuor genera loquendi. c *Et spiritus mul.* GREG. dū multiplicitatem sermoni eius tribuit, inopiā intelligentiæ ipsius reprehendit. Et nota esse quatuor genera loquendi. Alij enim ampli sunt ore & sensu, qui laudādi sunt: alij verò vtroque stricti, qui miserandi: alij sensu ampli, sed non possunt eloqui, qui sunt adiuuandi: alij sensū inopes sed lingua torrentes, qui despiciendi: quod iste in crimen Iob torquet.

✠ OLYM. Coram eo quem latere nihil potest: in manu. i. in actione: id enim dicit, eos suarum actionum mercedem recepisse. Et misit in manu sua iniquitates eorum, id est scelerum pœnas.

d *Nūquid Deus.* GREG. Hæc Iob nec negauerat nec ignorabat: sed mos est prauorū, ne videātur nescij, bona omnibus nota iactanter dicere, quasi incognita. Baldath ergo, quasi Iob doluisset de ereptione bonorum suorum, laudat iustitiam Dei: sed more falsorum, qui in prosperis Deum laudant: quæ sibi quasi iustis putant deberi, alios quasi pro culpa dicunt flagellari, sed si qua aduersitas eos tetigerit, examen Dei reprehendunt. Sic hæretici dum ecclesiam à Deo vident corripi, peruersa prædicatione intumescunt, dicentes se ex meritis prosperari, illam dignè affligi: & sic aditum surreptionis quærunt. Exprobratis etiam aliorum moribus, quasi iustè perierint, alios feriunt. vnde subdit.

Vbi suprà.

CAP. VIII.

¶ Aggreditur de hypocritis. ¶ Id est semper.

1 a b c d R Espondens autem Baldath Suites, dixit: Vsquequo loqueris talia, & spiritus † multiplex sermonis oris tui? Nunquid Deus † sup- 3
2 a ¶ Id est præcipitat. ¶ Iniuste iudicat.
plāntat iudicium, & omnipotens subuertit
a ¶ Contra eum. ¶ Dereliquit.
e quod iustū est. Etiam si filij tui peccāuerunt ei, † & dimisit eos 4
¶ In interitu mortis.
in manu iniquitatis suæ, tu tamen si diluculo consurrexeris 5
a ¶ Scilicet cogitatione.
ad Deum, & omnipotentē fueris deprecatus, si mūndus & re- 6 7
f a ¶ Scilicet operatione. b ¶ Id est tranquillitatis securitatem reddet tibi.
g ctus incesseris: statim euigilabit ad te, & pacātum reddet 8 9

† fortis (vel elatus) sermōes. id est quādiu tam arroganter loqueris? † peruertit. -Etiam. †expulit eos è mūdo propter prauitatē eorum.

E

e *Etiam si fi. su. pec. &c. Si diluculo*; quasi ipsi in luce; ecclesia sit in nocte: quam vocant, vt per cognitionem Dei surgat, & per precem pœnitentiæ præterita diluat; *si mundus* in cogitatione, *rectus* in opere. Ibid.

f *Euigilabit.* Qui ab adiutorio tui modò errantis dormit.

✠ CHRYS. Nec illud omnino verum est, veracis & integri hominis orationi Deum semper fauere: vsu enim venit interdum, vt quæ conducibilia non sunt, postulet. POLYCHR. & putat, frui in hac vita bonis, ad beatam iustorum sortem pertinere.

✠ HIER. & PHILIP. Baldad mirificè de Dei misericordia loquitur, cuius tanta est bonitas vt quos in Adam à principio incolas fecerat paradisi, eosdem nunc ad cæli hæreditatem inuitet, quos iunior filius in Euangelio figurauit, qui, secundum Apostolū nō solū angelorū fiunt ciues, sed hęredes Dei, cohæredes Christi. Luc. 5. Rom. 6.

g *Et pecca. red.* GREG. id est præsentis vitæ tranquillitatem restituet, quam solam æstimant esse Dei remunerationem.

☞ a *Habitation est verum, sicut frequenter superius est ostensum. Secundo sanctus Iob respondens Eliphaz promittenti sibi post flagella felicitatem temporalem, dixerat.* Desperaui, *reputans illam promissionem fruolam: quod dictum videbatur habere apparentiam, potissimè ex hoc quod filij Iob erant mortui, qui etiam secundum Eliphaz non poterant sibi restitui, eo quod negabat aliam vitam posse istam: contra hoc dicit Baldath.*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. VIII.

1 R Espondens autē. Bal. *hic ponitur contra ipsum Iob, Baldath obiectio, vbi primo ponitur obiectionis deductio: secundo infertur intenta conclusio, ibi,* Deus non proijciet. *Prima in duas, quia primo Baldath proponit suum propositum; secundo probat per exemplum, ibi:* Interroga, &c. *Circa primum primo arguit eum de modo disputandi, dicens.*

Diuisio.

2 Vsquequo lo. ta. *Reputabat enim ipsum loqui ex impetu passionis, & sic multiplicare verba friuola sine ordine rationis. Consequenter arguit eum de dictis dicens.*

3 Nunquid Deus sup. &c. *Circa quod sciendum, quod sanctus Iob respondens ipsi Eliphaz suprà vj. ca. dixerat.* Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, &c. *ostendens, quod maior esset pœna sua, quam peccatum; ideo Baldath dicit contra ipsum.* Nunquid de. sup. iudi. &c. *quasi dicat: Hoc est impossibile, cùm sit regula prima iustitia: & tamen hoc sequitur ex dicto tuo quia per te punit peccatum vltra condignum. Hęc autem ratio concluderet si vera esset opinio ipsius Baldath, in qua conueniebat cum Eliphaz scilicet quod pœnę temporales infligerentur à Deo tantummodo pro peccato commisso. sed hoc non*

non est verum, sicut frequenter superius est ostensum. Secundo sanctus Iob respondens Eliphaz promittenti sibi post flagella felicitatem temporalem, dixerat. Desperaui, *reputans illam promissionem fruolam: quod dictum videbatur habere apparentiam, potissimè ex hoc quod filij Iob erant mortui, qui etiam secundum Eliphaz non poterant sibi restitui, eo quod negabat aliam vitam posse istam: contra hoc dicit Baldath.*

4 Etiam si filij tu. pec. ei. *Et accipitur hic, si, pro quia: quia reputabat eos domino peccasse, & propter hoc periisse.*

5 Tu ta. si di. con. ad Deum. *per conuersionem tempestiuam,*

6 Et omni po. fue. de pre. *per conuersionem veram & non fictam,*

7 Si mun. & re. incef. *diligenter cauendo à peccati recidiuo; istis tribus concurrentibus, quę requiruntur ad debitam conuersionem ad Deum.*

8 Statim euigilabit ad te. *liberando te de afflictione. Dicitur enim Deus per quandam similitudinem dormire alicui, cùm ipsum non adiuuat: euigilare verò quando incipit eum adiuuare.*

9 Et paca. red. habi. iustitiæ tuæ. *ita quod sicut domus tua fuit perturbata afflictionibus propter peccata tua, ita propter conuersionem tuā ad Deum per iustitiam replebitur pace & consolatione.*

✠ 1 Intantum

MORALITER.

✠ 1 *Respondens autem Baldath, &c.* Iusti verba impio sunt ad audiendum grauia. ideo dicitur in eis persona.

2 *Vsquequò loqueris talia.* Et quoniam iusti hìc frequenter affliguntur, ideo ab impiis felicitatem ponentibus in bonis huius vitæ mali reputantur, propter quod dicunt.

3 *Nunquid Deus supplantat iudicium*, videtur enim eis quod hoc faceret

faceret, si affligeret innocentes, cùm tamen Deus frequenter hoc faciat, vt eos per patientię meritum ad gloriam perducat.

4 *Etiam si filij tui pecca. ei, &c.* Hoc dicunt infideles ecclesiæ prędicatoribus, eos auertere à fide conantes cum aliis credentibus, qui dicuntur eorum filij. j. Corinth. iiij. d. *In Christo enim Iesu per euangelium ego vos genui.* Promittentes ei bona temporalia quæ sola reputant esse vera. Hoc etiam aliquando confirmant

✠ ex an-

habitaculũ iustitiæ tuæ, intantum vt priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicétur nimis. Interroga enim generationẽ pristinã, & diligéter inuestiga patrũ memoriã (hesterni quippe sumus, & ignoramus, quoniã sicut vmbra dies nostri sũt super terram) ipsi dõcebunt te: Loquẽtur tibi, & de corde suo proferent eloquia. Nunquid virere potest scirpus† absque humore, aut crescet carectum sine aqua? Cum adhuc sit in flore, nec† carpatur manu, ante omnes herbas arẽscit: sic viæ omnium qui obliuiscuntur Deum, & spes† hypocritæ peribit.

a ¶ Quasi, in patribus discas, quod Deus bene faciat bonis: sed spes hypocritæ peribit.

¶ Scirpus.

¶ Carectum.

a ¶ Amittit virorem.

A pacatur, quia si eos ad sua trahunt, à contentione cõticescunt. Opes quoque intelligentiæ promittunt dicendo.

Lib. 8. cap. 21.

b *Intan.* Sed quia verbis eorum non facilè creditur, sententias patrum in argumentum sui erroris inflectunt; vnde additur:

c *Vt priora.* Quia & amissa recuperari, & adhuc maiora præsẽtis vitæ præmia promittunt.

Ibid. c. 23.

d *Interroga enim genera.* Non videri, sed inuestigari monent, quia hoc nolunt cõspici, quod liquido patet cunctis.

B

Ibid.

e *Hesterni.* aliquando moraliter docent ex præteritis præsentia coniici, scilicet ex transitu eorum quòd hæc nulla sint, vnde subdit, *hesterni.* Quia si pristina recolitur generatio, hæc vita citò transire vt vmbra cognoscitur.

† succidatur. † sine. † impij.

Nota.

f *Ipsi doce.* Laudant patres nobiscum, vnde magis nos impugnet.

✻ Hier. & Philip. Inuenies alios in diluuio, alios in Sodoma, alios in diuersis locis pro peccatis suis diuersas accepisse

C sententias.

g *De cord.* Greg. Quasi tu habes simplicitatem spiritus in ore, non in corde: illi contrà. Sæpe mali, se non attendentes, bonos lacerant, & vel bona, quæ non videndo, sed audiendo didicerunt, proferunt; vel mala, quæ ipsi agunt, aliis ingerunt, & ita factis se excusant, verbis iudicant. Sic Baldath simulator iustitiæ contra hypocritas mira dicit, & de his docere iustum præsumit, quæ conuenirent prauis. Vecors qui hortis sitientibus, in flumine aquam fundit.

Vbi supra.

Ibid. ca. 24.

h *Nunquid vi. po.* Greg. Scirpo vel carecto hypocritã cõparat, qui calore sanctitatis virescit, sine fructu operis, qui tamẽ nõ sine aqua: quia gratias accipit vt prophetet, da mones eijciat, & cetera; sed colore viridis, dum extra laudes quærit, superbus in altũ crescit, sed à fructu inanescit. Scirpus in flore, hypocrita in laude. Carectum non carpitur manu, quia acutis angulis surgens manum secat: sic hypocrita, si manu correctionis capitur pro læsa opinione exasperatur vitã corripientis secat, vt se innocentẽ nõ suis actibus, sed alienis criminibus ostendat.

D Allegaricè.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

✻ Orige. cum adhuc est in radice, non carpitur manu, antequam omnem herbam edat: si non edat, arescit: prouidentiam Dei monstrat etiam ex rebus minimis, quæ præbitoris bonitatem profitentur. Nihil enim, quod seipsum non fecit, seipsum conseruare potest. vt de maioribus nullum sit dubium.

Didymus. E † crescere. †Cuius succiditur spes

✻ ✻ Oymp. quemadmodum (inquit) fieri non potest, vt scirpus carectúmue adolescat, nisi humorem ante cõbiberit; quinimò omnis herba nisi irrigata fuerit, exarescit: sic & rerum florens status sine pietatis studio permanere non potest. Quare adiungit, sic igitur erant extrema impiorum, non eos ad extremum spiritũ iuccunda & beata vita comitabitur, sed tanquam aranearum tela, quæ ictum sustinere non potest, dissoluetur.

F

i *Ante omnes herbas.* Greg. Et iusti herbæ, secũdum carnem, quia omnis caro fœnum; Qui arescunt, quia eorum opera cum carnis vita deficiunt. Sed hypocritarum antè: quia mox bona deserunt, vt ea consecuti sunt, propter quæ simulauerunt. Hi sunt *fœnum tectorum, quod prius quam euellatur, exaruit.*

Esa. 40.

k *Sic viæ omnium.* Ecce cui comparat scirpum vel carectum: Spes hypocritæ est gloria, & huiusmodi secularia, quæ pereunt; æterna permanent.

☞ a *Non*

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Intantum vt priora tua fuerint &c. *Hoc addidit Baldath, ad respondendum dicto Iob, qui suprà dixerat parum remanere de tempore vitæ suæ, quasi dicat quod deficiet tibi in longitudine temporis, supplebitur copia bonorum quæ tibi reddentur respectu priorum.*

2 Interroga enim &c. *Hic consequenter Baldath probat suum propositum: & primò experimento præcedentium secundò similitudine rerum naturalium, ibi* Nunquid viuere potest. *Circa primum dicit:* Interroga enim generationem pristinam, *quantum ad actus patrum antiquorum.*

3 Et diligenter inue. pa. me. *Quantũ ad actus præcedentium magis de propinquo, de quibus haberi potest memoria, vt sic ex pluribus habeatur maior certitudo, quia ex pluribus memoriis sit vnũ experimentum, vt habetur 1. Meta.*

4 Hesterni quippe su. & igno. *Quasi dicat, ex vita nostra, quæ brevis est, pauca vidimus, & experti sumus: & ideo parum aut nihil scire possumus, nisi recurrendo ad patrum præteritorum actus.*

5 Ipsi docebunt te. *Per scripturas quas dimiserunt,*

6 Et de corde suo proferent eloquia. *Quia nihil scripserunt nisi quod eis certum erat; & supplendum est, quod intendebat Baldath, scilicet quod propter actus patrũ præteritorum non inuenirentur aliqui flagellati, nisi pro peccatis præteritis eorum: & si sic aliqui fuissent per flagella emendati, fuerant etiam tunc reducti ad statum temporalis felicitatis, quod tamẽ non est verũ in omnibus, quia multi iusti mortui sunt in miseriis propter maius meritum respectu futuræ beatitudinis.*

7 Nunquid virere potest scirpus. *Hic Baldath nititur declarare suum propositũ per exemplum in rebus naturalibus: & primò ponit exemplum secundò applicat ad propositum ibi:* Sic viæ omnium. *Circa primum dicit:* Nunquid virere potest scirpus. *id est, iuncus.*

8 Absque humore. *in terra latente.*

9 Aut crescit carectum sine aqua. *id est sine humore exterius apparente, quasi dicas non. Est autem carectum locus in quo crescit herba quæ vocatur carex longa & lata: nec potest crescere nisi in aqua, ideo dicitur à careo cares: quia caret virtute subsistendi in vigore, nisi habeat aquam saltem in pede; vnde hic accipitur locus pro locato, cum dicitur:* Carectum. *& consequenter probat suppositum, scilicet quod talis herba non possit crescere sine aqua cum subditur:*

Carectum

10 Cum adhuc sit in flore &c. *Herba enim dupliciter desiccatur. Vno modo per defectum naturalis virtutis ex transitu temporis; Alio modo per euulsionem à terra, & vtrumque remouet à carice, dicens:* Cum adhuc sit in flore. *id est in virtute sua naturali.*

Siccatio herbæ fit dupliciter.

11 Nec carpatur manu. *id est euellatur, nihilominus si deficiat sibi aqua,*

12 Ante omnes herbas are. *id est citius quam quæcunque herba: & sic probatum est propositum.*

13 Sic viæ omnium. *Hic consequenter applicat exemplum ad propositum. Circa quod sciendum quod Baldath virorẽ iunci & caricis assimilat prosperitati temporali: humorẽ autem terræ & aquæ adhæsioni diuinæ; ita quod sicut humor terreus aut aqueus est causa viroris iũci & caricis: ita adhæsio ad Deum per iustitiam est in hominibus causa prosperitatis temporalis, quam putabat remunerationẽ bonorum operum: & felicitatem humanã: & per consequens homines à Deo recedentes per iniustitiam cadere à felicitate temporali in calamitatem: & hoc est quod dicitur:* Sic omnium qui obliuiscuntur Deum. *Isti sunt manifestè mali quasi obliti mandatorum Dei.*

14 Et spes hypocritæ. *Qui est malus occultè,*

15 Peribit. *Quia cadet à temporali felicitate pro qua agebat bona de genere.*

✻ 1 *Non*

MORALITER.

✠ ex antiquis patribus, qui leguntur fuisse diuites in temporalibus. Gene. xiij. a. *Erat autem Abraham dives valde in possessione auri & argenti.* ideo sequitur:

2 *Interroga enim generationem pristinam & cæte.* Sed quoniam fideles & iusti, aliqua bona faciunt, quæ non possunt ab infidelibus, etiam malis, secundum se reprobari: ideo imputant ea hypocrisi, dicentes:

7 *Nunquid virere potest scirpus absque humore &c.* id est sicut scirpus & carex virorem non habent sine aqua, sic hypocrita viuere non potest sine laude humana: propter quam facit opera de genere bona. Et quia talis iam mercedem recepit, subditur:

14 *Et spes hypocritæ.* De alia mercede,

15 *Peribit.* Et quia præmium æternum pro laude temporali perdere insania videtur esse. ideo sequitur,

✠ *Non*

A Cap. 25. 2 *Non ei placebit vecordia.* GREG. Vecordia est magnam rem vili pretio vendere, id est bona laboriosa agere pro fauore: hac modò delectatur, sed in pœna displicebit, & tunc sciet nihil fuisse omnia quæ transierunt. vnde:

Ibid. c. 26. b *Et sicut tela aranearum fiducia eius.* Tela aranearum studiosè texitur, flatu venti dissipatur: sic quicquid hypocrita exudat, fauoris aura tollit.

Ibid. ca 22. c *Innitetur super domum suã.* Domus mētis, est quælibet res quam per dilectionem habitat animus: Dom⁹ ergo hypocritæ, est fauor. Vel, domus, est fiducia sanctitatis, quæ coram hominibus, sed

B nõ coram Deo, stabit.

✻ CAT. GRÆ. Si suffulserit domũ suam, non stabit: captus si fuerit ipse non sustinebit.

✻ OLYMA diuina vltione comprehensus, non subsistet.

d *Fulciet eam.* GREG. Quod per se stare nequit, fulcitur vt stet, sic hypocritam, cùm vitam suam in iudicio cadere cõspicit, enu-

Mat. 7. c. meratione operum fulcit, dicens: *Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus:* Sed domus laudis sic fulcita nõ surgit: quia in omnibus quæ egit, animũ nunquã à terra leuauit, & ideo ad præmium retributionis nõ erigitur: sic in iudicio

C reprobabitur. Sed ante talis habetur hominibus:

Ibid. 8. ca. 18. e *Humectus vi.* Scirpus, hypocrita in nocte humidus videtur, id est, gratia sanctitatis infusus apparet hominibus, sed coram sole in die iudicij arescet.

Ibid. f *Et in or suo ger.* Quælibet herba prius à terra producitur, aura & æstibus tangitur, pluuiis nutritur, demum profert germen sui seminis, sed scirpus cum flore suo nascitur, & secum germen sui seminis producit. Sic sancti hîc agendo bona crescunt, æstus sentiunt, demum in fine retributionem quærunt. Sed hypocrita mox cum bonum incipit, præmium laudis recipit oblitus etiam quid ante fuerit: cum & bona citius pereunt, quæ ante tempus innotescunt; sci. animo nondum per humilitatem confirmato: sicut nouæ plantæ tactu arescunt, nouus mutus leuiter cadit, qui sic-

Deut. 15. d. catûs nec arieti cedit. vnde Moyses: *Non arabis in primogenito bouis.* Hypocrita etiam cum rectè agit, à multis vult videri.

* id est ramus, siue surculus. ✻ CAT. GRÆ. Aquila; squalidus est in conspectu solis. Et in putredine sua * Rhadamnus eius egredietur.

ORIG.

✻ ORIGE. Vt ex humida gutta corpus habet. i ex semine, quod est cibi scoria, cibus autem est ex elementis: sic is, qui viuit extra, & à sole fouetur, operam laboribus plenã susçipit, sudoribus victus perfunditur: ex loco illo: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Germen autem cariem dicit, non vt semen contemnat, Manichæorum & falsorum continentiũ sententia; neque enim malum est corpus, nec alimenta mala, nec turpes eorũ reliquiæ: nihil enim malum à bono factum est; sed cariem appellat ortũ, qui cum interitu existit, hocque modo intelligimus: Non erit impio auxiliũ à Deo, quinetiam elementa eum delebũt, vt Pharaonem, & Ægyptios;

a ¶ Scilicet in die retributionis. b ¶ Quæ etsi modo placet tamen displicebit. ¶ Cum res magna vili pretio venditur.

a b Nõ ei placẽbit vecordia sua & sicut tela aranearũ fiducia ei⁹.
¶ Inclinabit se. ¶ Ipsa.
c d Innitetur super domũ suã, & non stabit: fulciet eam & non †
¶ Virens ¶ Sibi a ¶ Sed non stabit.
e f consurget. Humectus† videtur antequã veniat sol, & in ortu
a ¶ Remuneratio præsens. b ¶ Hypocritæ. c ¶ Prædori desiderat qui thesaurum in via portat. ¶ Scirpi.
g suo gẽrmẽ ei⁹ egredietur. Sũper† aceruũ petrarũ radices ei⁹ †
a ¶ Homines quorũ fauorẽ quærit, & inter quos habitat: ideo dicit, lapides, quia inter eos fructificare nõ potest. b ¶ Mors. ¶ Separauerit.
h densabũtur, & † inter lapides cõmorabitur. Si absorbuerit eũ
a ¶ Id est de fauoribus huius vitæ. ¶ Scilicet internus arbiter
i de loco suo, negabit eum, & dicet: Nõ noui te. Hæc est enim

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

† permanebit. † complicabuntur.

D

Et quod anima præditus rebus inanimis deditus fuerit, eum quis assumet, quem Deus auersatus est?

✻ OLYM. Aut radices nullas agunt, aut si egerint, quia terra altitudine caret, ita arescunt, vt in eo loco nunquam fuisse appareant: quibus sunt hypocritæ similes.

g *Super aceruum petrarum.* GREG. Radices, sunt cogitationes; Vbi supra. cap. 29. Lapides, quia non additur viui, homines boni & mali sunt, Hypocrita ergo qui inter lapides moratur, cogitationes in quærenda admiratione hominum multiplicat: per omnia enim quæ agit F occulta cogitatione laudes quærit, palam habens, quod hostes prędentur. Vt Ezechias, qui post multa beneficia sibi facta, nuntiis regis Babylonis omnia sua bona ostendit: Vnde mox audit, *tollentur omnes in Babylonem;* Ita & dum laus quæritur, virtus & 2. Re. 20. c. pulchritudo in manus inimici traditur. vnde Baldad dicit:

h *Et inter lapides commorabitur.* Quia ibi stat, vbi suę mentis intentionem solidat: qui & si sit plenus bonis, si absorbuerit eum Deus, id est, per mortẽ tulerit, de loco, id est, fauoribus huius vitæ; dicet, non noui te, vt fatuis virginibus dicitur: & meritò, quia non satis est ei nisi & alios sibi similes fecerit, & hoc est Mat. 25. a. quod dicit: hæc est enim lætitia vię eius.

✻ PHILIP. Sic semen cecidit aut secus viam, aut in petrosa, Matth. 13. aut inter spinas.

✻ PHILIPPVS. Absorpti Dathan, Core & Abiron. Et in euangelio quibusdam dicitur: non noui vos. Math. 7.

i *Hæc est enim læti. &c.* GREG. vt & pillorũ reatu puniatur. sed:

☞ a *Deus*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non ei placebit vecordia sua. *Dicit hîc Gregorius.* Nulla maior vecordia est quàm diuinis præceptis fortiter insistere pro humana retributione: *& talis vecordia displicet hypocritæ, quando cadit à temporali bono, seu humana laude.*

2 Et fiunt tela aranearum, *Quæ modico flatu dissipatur.*

3 Fiducia eius. *Quia de facili frustratur.*

4 Innitetur super domum suam, *Confidens de diuinis & familiis suis.*

5 Et non stabit, *Quia Deus vno flatu totum dissipabit.*

6 Fulciet eam *Quærendo quædam munimenta contra futura pericula.*

7 Et non consurget. *id est prosperabitur. Consequenter resumit parabolam de scirpo, per quem designatur hypocrita, vt dictum est: & ponit duo, ex quibus habetur species de duratione scirpi. Primum est vigor ipsius, qui aliquando stat post defectum humoris, licet ad modicum tempus. & hoc est quod dicitur:*

8 Humectus videtur, *scilicet scirpus: quod subintelligitur hîc, licet non sit de textu.*

6 Ante-

9 Antequam ve. sol. *& hoc propter virorem quem retinet, sed orto calore solis statim vigor marcescit.*

10 Et in ortu suo ger. eius egre *id est in ortu solis perdit virtutẽ germinis: & sic est de hypocrita qui videbatur bonus, sed adueniente æstu tribulationis apparet malitia eius.*

11 Super aceruum, *Hîc ponit secundum, per quod speratur de duratione scirpi, videlicet quãdo multi alij scirpi sunt sibi adiũcti, & quãdo crescit in loco lapidoso, tamen aqueo, ita quod propter lapides non potest de facili euelli, & hoc est quod dicitur:* Super aceruum pe. *id est magno numero valde.*

12 Radices eius densabun. *ad faciendum multitudinem scirporũ.*

13 Et in la. commorabi. *quando inter lapides crescit modo prædicto.*

14 Si absorbuerit eum de loco suo. *aliquis eum euellens.*

15 Negabit eum *scilicet locus suus.*

16 Et di. Non noui te: *per hoc intelligitur similitudinariè, quòd locus vnde scirpus euellitur, nihil operatur ad hoc quod iterum inseratur vel plantetur. cuius causa subditur:*

17 Hæc est enim lætitia viæ. *id est naturalis processus & appetitus.*

1 Vt

MORALITER.

1 *Non ei placebit vecor.* Greg. *Magna quippe vecordia est laboriosa agere, & auræ laudis inhiare.*

2 *Sicut tela aranea.* Greg. *Aranearum tela studiosè texitur, sed subitò venti flatu dissipatur: quia quicquid hypocrita cum labore agit, aura humani fauoris tollit.*

4 *Innitetur super domum suam & non.* quia laus humana super quam ædificantur eius opera citò transit.

8 *Humectus vi. scir.* nam hypocrita sanctitate viret apparenti, sed viror eius deficiet in furore diuini iudicij.

10 *Et in*

10 *Et in ortu suo.* nam in principio boni operis laudem intendit humanam, quæ est eius finis.

11 *Super aceruum pe. ra. eius densabun.* crescit enim scirpus in aqua arenosa. Per arenam in aqua significantur homines terreni & delicioſi, qui considerant tantum apparentia, & à talibus videri vult hypocrita, & ibi ponitur radix sua.

14 *Si absorbuerit eum Deus de loco suo.* Id est corpore humano per mortem.

16 *Dicet, non noui te.* cum reprobando, sicut fatuis virginibus dicitur, Mat. xxv. a. *Nescio vos.*

☞ 3 *Deus*

☞ a *Deus non proijci.sim.* Cuius simplicitas modo à calliditate duplicium vocetur fatuitas.

✻ DIDY. simplicem posuit pro vitij experte, vt cum ait simplices & recti adhæserunt tibi, non pro stolido vt cum de hæreticis dicitur: decipiũt corda simplicium. rem enim vtramque nomen simplex declarat.

b *Nec por.ma.* GREG. Vt ab imo quo quærũt gloriã, eleuet. Maligni sunt hypocritæ qui nec bona bene agunt. Vel quia proximo exterius puros & simplices se ostendũt, int⁹ duplicitatẽ celãt; cõtra quos dicit Moyses: *Nõ induas vestẽ ex lana linoque contexta.*

c *Donec impleatur.* Non quòd pòst, quod constat; sed non antè, quod dubium hominibus potest videri: quasi, nec ante iudicium simplices deserit, nec malos percutere desinit.

d *Im.risu os tuum.* id est mens gaudio æternæ securitatis. vnde:

e *Et labia tua in.* Iubilum cum tanta lætitia corde concipitur, quam sermo non explicet, sed tamen os sonet.

f *Qui oderunt.* GREG. Iustorum hostes in iudicio confusio induet, quia tunc viso iudice mala omnia ante oculos mentis versantur, & reatus deprimens eos vndique vestit. Qui ad hoc ideo veniunt, quia sola hic transitoria dilexerunt. vnde addit: ibid. c. 32.

g *Et tabernaculum.* id est ædificatio æternæ felicitatis, quam suprà se casuram multiplicant, vt se hic à necessitatibus quasi ab æstu & imbre defendant: in qua mens habitat, quã bonus viator despicit.

✻ CAT. GRÆ. Omne donum impij non recipiet, veracitũ autem os implebit risu: Labia autem ipsorum confessione.

a ¶ Intentionis. b ¶ Amore terreno. c ¶ Hypocritæ sibi consimiles. d ¶ Quia gaudet habere segetes.

a lætitia viæ eius, vt rursum de terrâ alij germinentur. * Deus, ¶ Innocentem. a ¶ In præsenti vel in futuro.

b non proijciet† simplicem, nec porrigẽt manum malignis, b ¶ Id est adiutorium vt denuo erigantur.

a ¶ De Iob hic agitur pro omnibus bonis.

c donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo. Qui ode- ¶ Quasi diceret, qui post pœnitentiam bonus eris.

a ¶ Mundus in quo tabernaculum fixerunt peribit: quid igitur ipsis?

d runt te, induentur confusione, & tabernaculum impiorum e non subsistet.

✻ OLYM. POLYCHR. quasi Iob adulterinam & simulatam virtutem sit sectatus; *risu autem implebit*, i. lætitia: & pro *confessione* Alij dixerunt, Alacri vociferatione. PHILIP. In *risu* lætitiam cordis intellige: In *iubilo* vocem exultationis aduerte.

✻ D. BAS. interro. 17. regularũ fusiũ disputat. lætitiã & festiuitatẽ, quæ ex rebus bonis in animo exoritur, risum appellari, familiare scripturæ.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt rursum de terra. *scilicet scyrpi.*

2 Germinent. *non ille qui euulsus est, quia, secundum processum naturæ, corrupta non reuertuntur eadem numero, sed specie tantũ, vt habetur ij. de Generatione: & sic est de hypocrita, quia licet multitudine amicorũ fuerit virẽs, & germinans radices ad permanendũ, & cõmoretur inter lapides, id est in societate fortium, vtpote in ciuitate forti, vel regno; si tamẽ euulsus fuerit per mortẽ, societas sua dat eũ oblitioni: nec quærit eius reditum, sed gaudet de aliis qui ei succedũt.*

3 Deus non proijcit. *Hic ponitur intẽta conclusio ab ipso Baldath⁹ scilicet, quod prosperitas temporalis semper adest bonis & aduersitas malis, & hoc est quod dicitur*: Deus non pro. *elongando à se temporali prosperitate.*

4 Simplicem. *scilicet corde vero & non ficto et seruientem.*

5 Nec por. manum me. *ad dandum eis felicitatem prosperitatis temporalis.* 6 Donec impleatur risu os tuum. *quasi dicat ipsi Iob, si simpliciter ac rectè Deo seruieris, hoc in te experieris: quia dabit tibi prosperitatem talem, quod non poteris continere à risu & à iubilo præ nimio cordis gaudio.*

7 Qui ode.te. induentur confu. *id est circundabuntur sicut vestimento.*

8 Et tabernaculum im. non subsistet. *Orientales autem populi antiquitus in tabernaculis habitabant: & ideo per tabernaculum hic intelliguntur filyfamiliæ, & etiã diuitiæ, quæ omnia in tabernaculis reponebantur. Quod autẽ dicit Baldath:* Deus nõ proijciet simplicem, *semper habet veritatẽ in spiritualibus bonis, quæ non auferuntur à iustis: sed in tẽporalib⁹ bonis nõ est sẽper verũ, quia multis simplicib⁹ et iustis subtrahit bona tẽporalia reseruãdo eis spiritualia et ęterna.*

MORALITER.

3 *Deus non proijciet simplicem.* id est sine plica hypocrisis incedentem.

6 *Donec impleatur risu os tuum.* secũdum intentionem Baldath non est verum; loquitur enim de temporali prosperitate significata per risum, quæ post iustificationem afflicti non semper sequitur quitur vt Baldath opinabatur; sed si referatur ad felicitatem futuram, est verissimum: nam ibi erit inenarrabile gaudium.

7 *Qui oderunt te induentur confu.* scilicet, dæmones, videntes se victos ab homine.

8 *Et tabernaculum im. non subsistet.* Gregor. Quia vitæ fugientis amatores, dum in bonis præsentibus studiosè constituuntur, ad æternam pœnam repentè rapiuntur.

CAP. IX.

a ET respondens Iob ait. ✻ CAT. GRAE. Iusto Dei iudicio Iob asse titur, cuius potentiam confirmat, & vitæ breuitatem in supplicationem sumit.

lib. 9. ca. 1. GREG. Peruersi, quibus loquens persona displicet, omnia quæ dicit, praua, seu recta, impugnant: sed Iob a cui non displicet persona, sed culpa, videns Baldath recta dixisse: *nunquid Deus supplantat iudicium*: & b

† comparatus. vera cõtra hypocritas protulisse audita probat. Verè scio quòd homo humilis & Deo suppositus iustitiam accipit, compositus perdit: quia qui se ei comparat, parat, quod Dei est sibi arrogans, bono quod accepit, se priuat. Sed & omne meritum nostræ virtutis (si districtè iudicetur) vitium est.

cap. 2.

CAP. IX.

a ¶ Id est quod Deus non subertit vel supplantat iudicium.

ET respondens Iob ait: Verè sciõ quod 1 ita sit, & quòd non iustificetur ho- 2 ¶ Quod iustum est. mo † compositus Deo. Si voluerit 3 4

✻ OLYM. Quia dictum est, nisi cor nostrum nos reprehenderit, fiduciam habemus ad Deum: ideo hoc vtitur proœmio, vt illius conscientiam nullius fuisse peccati labe aspersam, ex illius verbis perspicuum esset.

b *Si voluerit conten. cum eo. vbi supra* GREG. De suis meritis præsumendo, & gloriam suæ virtutis, non Deo, sed sibi arrogando.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. IX

1 ET respondens Iob. *Posita obiectione ipsius Baldath, hic consequẽter ponitur ipsius Iob respõsio: & quia Baldath in opponẽdo dixerat:* Nunquid Deus supplãtat iudiciũ *& c. imponẽs ipsi Iob, q̃ cõtradiceret diuinæ iustitiæ: ideo ipse Iob respõdendo ostẽdit, primo se nolle diuinã iustitiã impugnare, secundo declarat de quibus intendit cũ aduersariis disputare, ib:* Vnũ est. *Circa primum primo proponit intentum, secundo probat assumptum, ibi:* Qui transtulit. *Circa primum Iob tãquam rationabiliter disputans*

☞ a *Non disputans concedit, quod verum est, in dictis aduersariorum dicens.*

2 *Verè scio quòd ita sit.* scilicet, *quod Deus non supplantat iudicium, nec subuertit quod iustum est, sicut dixerat Baldath.*

3 Et quòd non iu. homo compo. Deo. *id est cõparatus Deo. quod dixerat Eliphaz suprà iij. c. sed Iob illud pri⁹ omiserat: ideo hic resũpsit. Quod autẽ ponitur hic* cõposit⁹, *pro,* cõparat⁹, *hoc est, quia in cõparatione vnũ ponitur iuxta aliud, & sic est ibi quædã cõpositio. i. simul positio cõcessa ligitur hoc quod erat verũ, Iob proponit intentũ dicẽs:*

4 Si voluerit contendere cum eo. *i. si aliquis voluerit contendere de diuina iustitia, debet insanus reputari: cuius causa subditur:*

✠ 1 Non

MORALITER.

1 *Et respon. Iob.* quoniam Baldath de hypocritis multa vera dixerat, licet malè applicaret ad Iob, qui talis nõ erat: ideo Iob id quod erat verum respõdendo nõ negat, sed magis affirmat, dicens

2 *Verè scio quod ita sit.* De realiter hypocritis.

3 *Et q̃ nõ iustificiet homo cõ.* Nã finiti ad infinitũ nulla est cõparatio.

✠ *Non*

☞ a *Non poterit ei resp. vn. pro mil.* GREG. id est nō poterit se contra eū extollere, etiā de ipso initio bonæ vitæ, quod per vnū designatur. Mille pro vniuersitate ponitur, vt *quod mandauit in mille generationes.* Monas multiplicatur in denarium, denarius in mille, quia ergo ab vno incipimus, vt ad mille veniamus, per vnum, initium bonæ vitæ, per mille, perfectio vitæ accipitur. Qui ergo summa dona percipit, si de eis extollitur, nec initium se habere ostendit. Ne autem contendat, infirmum terreat visa eius potentia.

Lib. 9. ca. 1. Mille. Psal. 104. a.

✻ POLYCHR. Eius rei duplex potest esse interpretatio. Nā vel vt ad Deum contemnentem nec respondentem, vel vt ad Iobum hæsitantem & æstuantem, & qui contradicere non possit referamus. OLYM. Iusti autem verba, illis Dauidis sunt cognata: *Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* vultque omnibus esse perspectum, iudicia se vitare hominum, imperite & ad gratiam loquentium.

✻ ORIGE. Si Deus non annuat, & confirmet suo iudicio, quisnam alius se iustificabit? Quid enim est aliud hominis iustitia, quàm æqualitas cum proximo?

✻ PHILIP. mille pro multis dixit.

b *Sapiens cor. eo.* GREG. Occulta tua ne putes latere, quia sapiens, cognitus, nō effugies, quia fortis, cui resistens se confundit.

c *Quis restitit ei & pa. ha.* Quis creat vt sibi creata conueniant, ordinat in quo sit eis pax, & qui eius dispositioni repugnare conatur, pacem perdit, vt angelus, qui sua inquietudine elatus, homo qui carnis molestia vexatur, quia conditori subesse noluit, pacem vterque amisit. Ibid.

✻ CATH. GRÆ. sustinuit. Symmachus, perseuerauit.

✻ POLYCH. Diabolus, Pharao, Dathan &c.

d *Qui transtulit montes &c.* GREG. Dicta generaliter cōfusione superbiæ, quæ pœna maneat elatos in interitu Israël ostendit.

Transtulit montes, sanctos prædicatores à Iudæis ad gentes, quod nec id animaduertūt Iudæi, in quos literæ adhærētes peruenit ira Dei. HIER. & PHILIP. Montes Angeli & homines sunt, quorum elatio ita intumuit, vt excelsis montibus comparentur.

e *Commouet terram de lo.* Quia Iudæos de finibus suis per Romanos extraxit.

f *Columnæ* Sacerdotes, principes, legisdoctores. Cōcussi sunt, quia nec ipsi sibi viuere permissi sunt: vnde apostolos expulerunt, præterea in erroris sui tenebris deserti sunt.

✻ OLYM. huius simile in psalmis, *qui respicit terram, & facit eam tremere.*

✻ DIDYM. Columnæ, Apostoli; quibus fluctuantibus dictū, *omnes vos scandalizabimini in me in hac nocte.* Terræ motus autem sæpe fiunt, verum Christi mei tempore tota terra conquassata est è centro conuulsa.

✻ HIER. columnas pro terræ stabilitate dixit, quam Deus super semetipsam immobilissima mole fundauit.

g *Qui præcipit soli.* GREG. Sol per diem lucet, stellæ per nocte: quia prædicatores & contemplationem veræ lucis aperiunt, & de terrenis rectà instruunt sub signaculo. Ideo aliquid sub sigillo claudimus, vt cum tempus erit, proferamus: sic Iudæa modò lumine priuatur, sed in fine visitabitur. Sic Elias & Enoch modo occultantur, pòst apparebunt. Gloria prædicantium à Iudæis repulsa, in omnes gentes dilatatur. Vnde: Lib. 9. c. j

☞ a *Qui*

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Non poterit ei respondere. vnum pro mil. *id est nihil poterit rationabiliter dicere. Et ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato. Et rationem huius assignat dicens:*

2 Sapiens corde est & fortis robore. *Iustitia enim Dei exigit in eo sapientiam diligentem, & potentiam exequentem, & qualibet est infinita, cum sit idem quod diuina essentia; Finis autem ad infinitum nulla est proportio, & ideo nullus contra diuinam iustitiam potest cōtendere. Ideo subditur:*

3 Quis restitit ei. *Disputando per sapientiam: vel repugnando per fortitudinem.*

4 Et pacem ha. *quasi dicat, nullus; quia licet cum aliquo minoris potentiæ vel æqualis aliquis possit per resistentiam disputando vel repugnando pacem acquirere: tamen cum eo qui est sapientia & potentia infinitæ, non potest pacem acquirere nisi se ei subiciendo.*

Diuisio. 5 Qui transtulit. *Hic consequēter declarat assumptum, scilicet quod diuina sapientia & potentia excedunt omnem aliam in infinitum: & primo ostendit propositum, secundo concludit intentum, ibi:* Quātus. *Propositum autem declarat per effectus miraculeses: & primo in rebus naturalibus, secundo in humanis actibus, ibi:* Si venerit ad me. *Circa primū primo declarat propositum in rebus naturalibus inferioribus, secūdo in superioribus, bi:* Qui præcipit soli. *Circa primum sciendū, quod in inferioribus creaturis terra videtur firmior & stabilior, quia est cētrū mūdi: & in his quæ sūt super terra, mōtes videntur magis stabiles, & tamen Deus in terra motu ipsam terra mouet, & mōtes aliquando subuertit per suam potentiam: & hoc est quod dicitur:* Qui transt. montes & nescie. hi quos sub. *id est homines habitantes iuxta illos montes, in quo declaratur magnitudo diuinæ potentiæ, quæ ita subito facit tantum effectum, vt homines non possint prouidere nec sibi cauere.*

6 In furore suo. *Hoc addidit Iob, quod Deus aliquando talia facit in vindictam peccatorum secundum ordinem sapientiæ suæ.*

7 Qui commouet ter. de loco suo. *Non secundum se totam cum sit centrum mundi, sed secundum aliquas eius partes.*

8 Et columnæ eius concutien. *Dicuntur autem columnæ terræ, partes eius interiores, sustentantes exteriores, quæ concutiuntur in terræ motu: qui causatur ex vapore incluso in visceribus terræ, qui per motum suum cōcutit terræ interiora: & sic exteriora mouētur.*

9 Qui præcipit so. *Hic consequenter ostendit magnitudinem diuinæ sapientiæ & potentiæ in corporibus superioribus dicens:* Qui præcipit so. & non ori. *id est potest præcipere vt non oriatur, sicut enim tempore Iosue fecit cum stare in medio cœli, vt non procederet ad occasum spatio vnius diei, vt habetur Iosue x. c. ita posset præcipere quod staret ante ortum, ita quod non procederet ad ortum per aliquod temporis spatium, secundum ordinem voluntatis suæ & sapientiæ. Potest etiam hoc exponi secundum cursum naturæ, inquantum tegit solem nubibus ante ortum, ita quod non videtur oriri secundum nostrum aspectum.*

10 Et stel. clau. *quod sit dupliciter. Vno modo per præsētiam maioris lucis, sicut de die non apparent stellæ, quasi sub signaculo clausæ: & hoc propter præsentiam solis in hemispherio nostro; Alio modo de nocte, quando teguntur nubium caligine,*

✻ 1 Qui

MORALITER.

✠ 1 *Non poterit ei respondere.* id est nihil poterit respondere, quia rationes diuinorum operum nobis sunt ignotæ.

2 *Sapiens corde.* quod ostendit dicens:

5 *Qui transtulit montes & nescie.* Superbos deijciendo, quando firmiores esse credunt in hoc mundo, sicut Nabuchodonosor dictum fuit Daniel. iiij *Regnum tuum transiit a te.*

7 *Qui co mouet &c.* Homines in terrenis confidentes de præsenti vita subitò transferendo, Lucæ xij. c. *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te.*

6 *Qui præcipit soli.* Quando prædicatio propter malitiam populi, à Deo subtrahitur, Ezech. iij. g. *Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est.*

10 *Et stellas claudit.* Quando virtutes humilium ne superbiant, seruat in occulto.

✠ *Qui ex-*

a *Qui extendit cælos* GREG. i. apostolos à Iudæis fugatos vbiq́ue facit honorari.

b *Solus.* Qui mirè hoc dispensauit, & cum amaritudo mundi in nece bonorum seuiret.

c *Graditur super flu.* .i. calcat dum mitigat admiratione signorum, Iere. *Posui arenam terminum mari*, id est adfrangendam gloriam mundi, abiectos & pauperes elegit; dum autem mare sæuit, Ecclesia proficit.

a b c d e f g h i k l m

qui extendit cælos solus, & graditur super fluctus maris. Qui facit arcturum, & oriona, & hyadas, & † interiora austri. Qui facit magna, † & inscrutabilia, & mirabilia, quorum non est numerus. † Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit: non † intelligam.

✻ DIDYM. Fertur tempore passionis solem tres horas defecisse & visas tunc stellas quasi in nocte.

✻ ORIG. Triduo in Ægypto non illuxit: institit Iosuë duce: inflexit cursum Ezechia Rege.

✻ PHILI. Adueniente die stellæ quotidie clauduntur. ORIG.

B Pleiades diebus quadraginta solùm delitescunt.

✻ CATENA GR. Sic alio loco dicitur: *Qui extendit cælum sicut pellē. Verbo enim Domini cæli firmati sunt*, verbū autē est filius Dei.

✻ OLYM. Incarnationem Verbi vates videtur significare. Cuius via fuit in mari, quando ad Apostolicam nauem accedens, fluctus extimos ambulabat.

Vbi suprà. c. 6. Apoca. 1. c. d *Qui facit arcturum.* GREG. Nominibus Philosophorum vtitur, vt res illas vsitata appellatione exprimat; &, vt Deus verba hominum assumit, *Pœnitet me*, & huiusmodi. Arcturus in axe cæli septem stellis lucet, semper versatur, & nunquam mergitur. Hìc est generalis Ecclesia quæ in septem Ecclesijs & in septem candelabris in Apocalypsi signatur, habens dona septiformis gratiæ. ab axe veritatis lucet qui semper tribulatur: sed ipse vsque ad finem mundi non deficit, imò vt arcturus versatur, erigitur.

✻ OLYMP. Cùm insigniora appellauit, complexus est reliqua ac si diceret qui omnem cæli ornatum distinxit; à Noto cæteros ventos significauit. Hebræus sic. Et omnia astra circundantia Notum: differt autem astrum à stella: astrum enim constat è stellis.

C ✻ BASIL. Arcturi meminit astri subrufi, quem post Orionis partes situm video. Pleiades scriptura dixit, vtens nomine similiter, vt ij vtuntur, qui recōditiora vna cùm Hebræis curiosius perueſtigant. In ipsis autem Vergilijs septem apparent stellæ, non sex, vt nonnullis visum est: Trianguli tuentur figuram. Hesperus autem sydus est lucidissimum, qui lucifer etiam appellatur, auroram enim antecedit, vt hæc diem. Ille igitur qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat: Earum numerum & nomina tenet. Paucæ suis sunt appellatænominibus: sed tamen quibusdam vocabulis notant, cum & errantes faciunt, & inerrantes, & quasdam in 12. partes distribuunt, & ad signiferi orbis, quem sol conficit, rationem partiuntur.

✻ POLYCHR. Sapientiæ & prouidentiæ suæ Deus dedit documenta sapientiæ in tanta rerum varietate; prouidentiæ in earum vsu. Astrorum enim ortus & occasus agricolis tempora sementis ostendunt; & Phœnices ad maritimos suos cursus Vrsam minorem ducem dicuntur asciscere. D

✻ ORIG. Hyas cùm oritur, messis principum indicat: cum occidit aratrum tractandum.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 e *Oriona.* GREG. Qui hyemali tempore oriuntur, & in ortu tempestates excitant, & mare terrasque perturbant; Hi sunt martyres quos dum cælum, id est Ecclesia edidit, hyems, id est fragilitas malorum in tempestate exercuit, & non solùm turbidos, sed placidos in eorum necem erexit. Vbi suprà. c. 6. † aut plagas australes. † incōprehensibilia. † Ecce si trāsgressus fuerit. † aduertā.

f *Hyadas*; In fronte Tauri in vere nascuntur, cum sol calidior extendit dies Hi sunt Ecclesiæ doctores, qui subductis martyribus eo tempore ad mundi notitiam venerunt, quo repressa hyeme, fides clarius lucet & calet. Hyetus Græce, Latinè pluuia; vnde hyadæ à pluuijs dicuntur, quas ortæ ferunt, vnde fruges vberius crescunt: tunc nouus sol mentibus hominum clarius micat; post ista restat vt Ecclesia ad videnda supernæ patriæ interna perueniat. vnde addit: Ibidem. Hyades vnde dicū-tur. E

g *Et interiora. au.* Auster feruor Spiritus sancti; Interiora eius, occulti ordines Angelorum, & secreti sinus illius patriæ, quos implet calor spiritus: vbi animæ sanctorū & nunc corporibus exutę, & postea corporibus restituere, quasi astra in abditis occultātur, vbi sol in meridie videtur. Hæc astra sunt oculi spōsæ .i. interiora austri, *quod intrinsecus latet.* Iob per exterius dicta, intrās in interiora, conatur dicere: omne quod extrinsecus vel interius agitur. Sed quia hoc nō potest explicari, melius deficiēdo cōprehendit, dicēs: Ibidem.

h *Qui fa. mi.* Melius explet, qui se non posse explere fatetur: & facundius loquitur qui obstupescendo tacet.

i *Magna.* virtute,

k *Et inscr.* ratione,

l *Et mira. quo. nō.* multiplicitate. Sed quid miremur quæ extra nos sunt, cū & hoc quòd erga nos agitur, ignoramus? Si venerit ad me. F

✻ DIONYS. Quamuis numerus semper augeri possit, nec vllum numerandi exitum habeat, tamen eum opera Dei longè superant, quantò magis ille.

m *Si venerit ad me.* GREG. Venit, cum dona dat, abit, cum tentationibus carnis homo lacessitur: sed accessus & recessus ignoratur, dum finis rerum prouideri nequit, quia aliquando & virtutibus elatus corruit, & quòd putabatur gratia, fuit ira: & infirmatus humilis surgit: & est gratia quod videtur ira; & tamen sic cæcus homo rationem reddet de actibus Deo. Vbi suprà.

✻ OLYMP. Vt mentis aciem fugit, sic eius iudicia naturæ conditæ non possunt esse comprehensa.

☞ PHILIP.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Qui extendit cælos so. *.i. dans eis tantam quantitatem secundum ordinem suę sapientiæ mensuratam, cuius non potest homo inuestigare rationem, scilicet quare cælum sit tantæ quantitatis, & non maioris nec minoris.*

2 Et gradi. super fluc, maris. *Subijciendo eos ordini suæ sapientię, licet videantur maximè mutabiles, quia mouentur continuè.*

3 Qui facit arcturum. *Quædam constellatio est, quæ vocatur Vrsa maior, & vocatur arcturus, quia continuè voluitur circa polum arcticum siue septentrionalem.*

4 Et oriona. *Quædam constellatio est clara & nota, quæ partim dicitur esse in signo Tauri, & partim in signo Geminorum, & eius ortus significat tempestates: propter quod dicit Philosophus 3. li. Meteorum. Quia Orion est indiscretus & difficilis.*

Hyades. 5 Et hyadas. *quędam constellatio est in fronte Tauri, & in ortu suo significat pluuias.*

6 Et interio. austri. *.i. polum antarcticum seu australem, & stellas quæ mouentur circa ipsum, quia quantum polus arcticus eleuatur super terram in hemisphęrio nostro & regione nostra, propter quod est nobis semper manifestus; tantum polus antarcticus sub orizonte nostro deprimitur, & ideo est nobis semper occultus, & pars cæli prope ipsum existens.*

7 Qui fa. mag. & insc. *nobis vt patet ex prædictis.*

8 Et mit. quorum non est nu. *quia numerare non possumus omnia: tamen sunt comprehensa à Deo & mensurata; eò quòd facit omnia in pondere, numero, & mensura: vt habetur Sap. xj. d.*

9 Si vene. ad me. *Hic consequenter ostendit magnitudinem sapientię & potentię Dei in humanis: & primò in exhibitione beneficiorum suę gratiæ. d.* Si vene. ad me. *per suam gratiam,*

10 Non vi. eum. *hunc aduentum percipiendo;*

11 Si abierit. *retrahendo suam gratiam,*

12 Non intelligam. *huiusmodi subtractionem, quia* nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit, *Eccl. ix. a. Secundo in examinatione subtili factorum nostrorum, dicens:*

☞ 1 Si

MORALITER.

† 1 *Qui extendit cælos solus.* Hoc spiritualiter facit, quando contemplatiuos ad prædicandum mittit. Et quia per hoc terrena potestas Christo subijcitur per fidei receptionem, Ideo subditur:

2 *Et graditur super fluctus maris,* Quod fuit impletum in conuersione Constantini imperatoris.

3 *Qui facit arcturum.* Diuersæ sunt constellationes, varios status Ecclesiæ signantes: per arcturum qui semper super orizontem nostrum apparet, significatur status Apostolorum qui in Episcopis remanet; per oriona qui est tempestatis signum, significatur status martyrum; per hyades, quæ significant pluuias, status doctorum doctrinæ pluuiam effundentium; per interiora austri, quæ sunt nobis occulta, status anachoretarum, hominum aspectus declinantium.

7 *Qui facit ma. & inscru.* Eccl. j. b. *Cuncta res difficiles, nec est qui possit eas explicare sermone.* Sed quoniam magis occultæ sunt proprietates gratiæ quam naturæ, subditur:

9 *Si vene. ad me.* gratiam conferendo,

11 *Et si abierit.* eam retrahendo,

12 *Non intelligam.* Eccl. ix. a. *Nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit.*

e † 1 *Si*

A ✠ Philip. Moses Deum in rubo non est ausus considerare, & Daniël consternatus visione Dei in terram, cæteriqúe sancti tremore concussi sunt.

Lib.9.c.8. a *Si repente inter.* Greg. Repente interrogat, cum inopinatos ad iudicium vocat: sed nemo respondere sufficit, quia & vita iustorũ succũbit, si pietas desit. Vel, interrogat, dũ duris pulsat, vt quid sit homo cognoscat: sed

† rapuerit, quis restituere faciet eum?

B † id est nemo retractabit vel potest sistere ita eius: sub eo curuãt se freti superbia aut fortitudine vel dominatores. † iustus fuerit.

Si † repente interroget, quis respondebit ei? Vel quis dicere

a ¶ Non debemus eum superba presumptione ad iram prouocare, quia ipse Deus talis & tantus est, quod eius ire resistere nemo potest.

b potest, cur ita facis? Deus † cuius iræ resistere nemo potest, c & sub quo curuantur qui portant orbem. † Quantus ergo d sum ego, vt respondeam ei, & loquar verbis mei cum eo? Qui e etiam si † habuero quippiam iustum, non respondebo: f sed meum iudicem deprecabor. Et cùm inuocantem g exaudierit me, non credo quòd audierit vocem meam.

Ibid. c.9. b *Quis dice. potest cur ita fa.* Facta Dei debemus venerari, quia iniusta esse non possunt; Nec discutere, quia rationem consilij eius quærere est contra illud superbire. Qui autem se infirmum respicit, cum non videat consilium Dei, rationem habet; & humilis iram placat, quam superbus inextinguibiliter accendit. vnde ait:

c *Deus cuius iræ resist. ne. potest.* Moyses, & Phinees & alij sancti sæpe restiterunt iræ Dei: sed eos ipse Deus vt sibi resisterent, sic erexit, vt pro his qui iustè paterentur, pietas eorum quæ tanta est apud Deum obtineret; sed in his quæ apud Deum diffinita sunt, nemo resistit, cum ipse vt precentur non aspirat, vt etiam ipse Moyses terram promissionis non intrauit. Iræ Dei nemo resistit,

C vt patet in Iudæis quos deserit, & gentes assumit: & curuat sibi eos qui orbem portant, id est curas seculi tolerant, principes terræ Græcè basileas dictos. λαὸν populus: βάσιλευς, id est basis populi quem sustinet. Qui ergo portant orbem, potestates sunt gentium, vel Angelicæ virtutes, quarum ministerio mundus regitur. Quis ergo illi obuiat cuius potentiæ & Angeli inclinantur? Vel, curuus supra se non videt: sic & Angeli curui: quia sublimitatem Dei non comprehendunt, ab his reuersus ad se humiliter præ potestate Dei sibi vilescit.

✠ Catena græc. Ipse enim auertit iram. Olym. nulla animi commotione ab eo irrogantur supplicia. Symmachus; cuius ira auerti nequit; vt intelligamus diuinum impetum vitari non posse.

✠ Olymp. Symmachus: sub eo curuabuntur obnitentes fastus. Hebræus: ab eo omnia perduntur, nisi sponte iracundiam flexerit. Græcus, cere dixit ab eo incuruata, vt omnia indicaret, quæ sunt inuicto corpore.

D ✠ Didym. Cete ipsi nequam spiritus sunt, qui animi nostri fluctibus innatant, quibus non potest natura hominum obsistere nisi inflectantur à Deo.

✠ Philip. Sancti portant orbem, qui cum Dauide dicunt, *Si iniquitates obseruaueris Domine quis sustinebit?* & cum Mose, cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me; cum & ipse homo minor mundus appelletur.

† Quomodo ergo responderem ego ei & eligerẽ vel inueniam verba mea cum eo. Num. 11.

E d *Quãtus ergo se.* Greg. i. si Angelus hunc cõsiderare non sufficit, qua mẽte de eius iudicijs disputo qui carne premor? Verba nostra ad Deũ sunt opera, sed his quia nõ potest homo loqui cum Deo, quia in eis apud subtile iudiciũ Dei nulla fiducia est. vnde addit. Vbi supra, c. 10.

e *Qui etiam si habu. &c. depreca.* prece post iustitiam Dei indiget, vt quæ minus ex se, ex pietate iudicis valeat. Etsi plena in perfectioribus sit iustitia, haberi de illa, Ibid. c. 11.

f *Quippiam*, Dicitur, quia mens hominis quæ comprehendit vix peragit, & parum est quod comprehendit. Oratio verò quia multis cogitationibus quatitur, etsi auditur, repelli timet.

✠ Catena græc. Locus arduus, Deo duce, Iobóque illum sua illa testa cõplanante, tẽtandus ascensus. Baldadi hæc fuerãt verba: nõ iniuria afficiet Deus iudicãs: Surge diluculo ad eum deprecãs: ad quæ Iobus respõdet: cũ videri prorsus nequeat, vereor vt turbine & procella me cõterat, quod de iure cũ eo fim ausus disceptare. Olym. Turbo cũ circumagatur, vndique cũcta cõplectitur: quocirca si ex vna parte insons fuero vis⁹, ex altera me coarguet. F

g *Cùm inuocantẽ exaudierit me nõ.* Greg. Cùm enim (vt ait Dauid) *modo ascendunt vsq; ad cælos*, cum summa penetrant, modo descendunt in abyssos, per turpia tentamenta, certitudinem exauditionis non habẽt. Vide quã subtiliter se iudicat, infirmitatẽ suã aperit. Psal.106.a. Vbi supra, c. 11.

Quantus ergo. In iustitia non confidit, sed ad precem confu- Ibid, c.11.

✠ git:

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Si repente inter. *me reducendo ad considerationem conscientię propriæ, quod facit aliquando per flagella, aliquando per beneficia.*

2 Quis respondeat. ei. *s. sufficienter. q. d. nullus: in hoc enim respondet sufficienter homo Deo, quando secure potest dicere, se esse purum à peccato: quod nullus potest dicere, secundùm illud Prou. xx. b.* Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum à peccato?

3 Vel quis dicere. *ei po. s.*

4 Cur ita facis. *quasi ipsum corrigendo, vel corripiendo? certè nullus, cum in nullo deficere possit. Tertio ostenditur profunditas diuinę sapientię in peccatorum punitione: quia quocunque se vertit homo, nulla*

Psal.138.b. *potentia potest Dei vindictam declinare, secundùm illud Psal.* Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? *& hoc est quod dicitur:*

5 Deus cuius iræ ne. resi. potest. *vindictam eius euadendo.*

6 Sub quo cur. qui por. orbem. *id est Angeli qui administrant omnem creaturam corporalem: & tamen dicuntur incuruati ad Dei*

Psal.69.a. *reuerentiam secundùm illud Psa.* Adorate eum omnes Angeli eius. *Licet autem effectus predicti sint finiti, tamen declarant infinitatem sapientię & potentię diuinę, quia reducuntur in Deum tanquàm in causam effectiuam simpliciter primam, & per consequens actum purum & illuminatum: quia actus non limitatur nisi per aliquam potentiam; vnde & formę magis materiales sunt magis restrictę, cuiusmodi sunt formę elementatares.*

7 Quantus ergo sum ego. *Hic consequenter ex predictis Iob concludit suum propositum. s. quòd non intendit contra Deum contendere, quia hoc esset frustratorium & insanum: & primò hoc concludit ex sua paruitate, secundo ex Dei maiestate, ibi:* Si fortitudo: *circa primum dicit:* Quantus ergo sum ego. *q. d. nullius momenti.*

8 Vt respondeam ei. *qui est sapientię & potentię infinitę.*

9 Et loquar ver. me. *eius iudicia discutiendo; contingit autem aliquando quod aliquis paruus homo. s. dignitate & potestate, confidens de sua iustitia constanter loquitur coram iudice terreno: sed hoc non potest fieri coram iudice Deo. Et hoc est quod dicitur:*

10 Qui etiam si ha. *non respondebo petendo iustitiam.*

11 Sed meum iudi. depreca. *petendo misericordiam. Et bene dicit:* Si habuero quippiam iustum, *sub conditione, propter incertitudinem proprię iustitię: quia* nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit, *Eccl. ix. a.*

12 Et cum inuo. me exau. *s. ad profectum.*

13 Non credo quod au. vocem meam. *quia videlicet non exaudiuit me ad votum; contingit enim quod aliquis exaudiatur aliquando ad profectum suum, non tamen ad votum: sicut febricitans cum petit potum à medico qui negat; exaudit enim ille eum ad profectum suum. s. ad sanitatem procurandam, non tamen ad votum suum: & eodem modo hominem petentem liberari à flagellis presentis vitę Deus aliquando non exaudit ad votum: exaudit tamen ad profectum, ordinans huiusmodi flagella ad meritum vitę æternę, & quia homo flagellatus hoc non videt, ideo exauditus non credit se exauditum. Ideo sequitur:*

✠ 1 In

MORALITER.

† 1 *Si repen. inter.* in mortis articulo.

2 *Quis respon. ei.* quasi dicat nullus, quia non est sufficienter prouisus.

Voluntas in Deo dicitur esse duplex. 5 *Deus cuius iræ re. &c.* Ira in Deo dicitur voluntas puniendi. In Deo dicitur esse duplex voluntas, scilicet facti, & signi: voluntati verò puniendi, quæ est facti, nullus resistit: sed voluntati puniendi quæ est signi, aliquando viri sancti obsistunt, quando pœnam aliquibus debitam suis orationibus auertunt: & sic dixit Dominus Iere. vij. d. *Noli orare pro populo isto, neque assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi.*

6 *Sub quo cur.* nam principes & prælati debent sub eo humiliari.

7 *Quantus ergo. s.* q. d. nihil, ad respondendum sibi.

10 *Qui etiam si ha.* quia nescit homo si sit vera iustitia quæ est per gratiam: propter quod necesse habet deprecari iudicem pro misericordia habenda, & non iustitiam allegare.

12 *Cum inuo. me &c.* non credo propter incertitudinem gratiæ.

† 1 *In*

☞ git: qui etiam si habuero quippiam iustum: de ipsa quoque prece
A pauidus ait: *Cum inuocantem.* Ideò sic circumspicit, quia vim iudicij se non posse ferre videt, de quo ait:

a *In turbine e. conte. me.* Qui in tranquillitate expectatus contempsit, in turbine conteretur.

Turbine quia in cõmotione elementorũ, ibi districtè requiri opera timet: cum & quosdam sine operibus, originali reatu damnari videt, quorũ voce ait:

b *Multiplicabit vuln. mea.* Quia ipsi nihil
B egerũt. vnde dicitur:

c *Sine cau.* Pro æstimatione humani sensus; sed apud Deum iustum est, vt arbor in ramis amaritudinem seruet, quam traxit à radice. Hæc etiam spiritualiter de Iob, qui flagella Dei in turbine, & metuens prævidit, & prævidens pertulit. vnde ait: *Et multiplicabit vulnera mea sine causa*, quia non pro culpa percussus est vnde suprà, *vt afflígerem eum frustra.*

✠ Orig. Nullum scelus me admisisse recordor, sed licet a scelere magis abhorreo, tamen non satis est mihi iustitia, nisi Dei testimonium comprobauerit.

C ✠ Chrys. Quod Deus de Iobo diabolo dixerat, vt frustra perderem substantiam eius, miraris dici à Iobo frustra aut sine causa? quod nihil diabolus ex tot tormentis sit consecutus.

✠ Catena græc. Nihil, ait Iob, attinebat Deum periculum de me facere, quem probè antea norat.

d *Non con.* Gre. Plena probatio: extrà lacerant tormenta, intus castigant tentamẽta: vnde se impletum amaritudinibus dicit, sed mitigat vim doloris æquitas & potentia ferientis. Et hoc est,

e *Si for. quæ.* Quasi: nemo audet; quia ille merita examinat, qui per alienum testimonium ea non explorat, sed tacitus considerator diu expectat. Alius non potest mihi esse testis, quia nec ego ipse mihi.

f *Si iustifica.* Greg. Non sufficio esse testis innocentiæ, nec scio quod eam habeam. D Ibid c a-13.

g *Si simplex fuero.* Qui scit bona quæ agit, quomodo superbit? Item qui nescit in se bona, quomodo custodit? contra vtraque opus est, & rectæ æstimare vt custodiantur, & minima ne erigamus. Sed sunt quædã quæ nõ facilè possunt sciri, nã aliquãdo quod virtus incipit, culpa peragit. Vnde Moyses: *Iuste quod iustum est, exequere*: vt qui iustitiã amore eius, nõ præmij defendit. Et quia seipsum plenè, nequit, examinare, hoc exilium cæcitatis egrè fert, vnde subdit.

h *Et tædebit me vitæ meæ.* Sed est consolatio huius caliginis reducta animo iusta potentia Dei: quę & iniquos punit, & iustos transcendit.

✠ Olym. Etsi factorum fuero iustitiam consequutus, non tamen verborum: si enim me iustum dicere audeam, id demum dicere puto esse impietatis; idipsum enim erat silendum, neque enim de se Iustus prædicat: cui finitimum; *factus sum insipiens: vos me coegistis.*

✠ Polych. Licet vitam à labe vacuam vixerim, improba tamen apud Deum videbitur, cuius accusandæ atque emendandæ habet potestatem. F

✠ Origen. Si impiè feci, nescio in anima mea. Olym. Illud Apostoli dixit: *Nihil mihi conscius sum, sed in hoc non sum iustificatus.*

i *Vnum est quod lo.* Gre. Vel, *innocens* consumitur, quia ex Cap. 14.
consideratione intimæ puritatis nihil esse videtur, *Impius*, quia cognitus damnatur, & hoc verbum cogitationis apud me protuli. Vel, *innocentem & impium consumit*, quia merito primæ culpæ ad interitum carnis æquè trahuntur. Contra hęc damna humani generis gratiam redemptoris quærit qui simpla morte carnis, nostram duplam carnis & animæ destruat.

✠ Orig. cat. græ. magnum & potentem perdit ira, quia ☞ improbi

In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea, etiam sine causa: Non concedit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus. Si † fortitudo quæritur, robustissimus est. Si † æquitas iudicij, † nemo audet pro me testimonium dicere: † Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. Si innocentem † ostendero, prauum me comprobabit. † Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ. Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumet.

† ad iudiciũ sub appellauero
† De pœnis ante me.
† Etiã si innocẽs fuero, non audeo agnoscere animo meo i abominor vitã meam.
† ad potentiã, sub. respexero, vel venero.
† quis testis meus erit? aut conuenire faciet me ad iudicium cum Deo constituétque mihi tempus?
† ostẽdere.

NICOLAVS DE LIRA.

1 In turbine enim conteret me. *id est in obscuritate, quia nescio causam suæ dispositionis aduertere.*

2 Et multiplicabit vulnera mea, etiam sine causa. *scilicet, nota mihi, quamuis sit nota sibi; vnde subdit:*

3 Non concedit requiescere spiritum meum. *Si enim homo sciret afflictionem suam ordinari ad bonũ suum, simpliciter, licet affligeretur carne, quiesceret tamen mente: sicut sciens præcisionem membri sui putridi valere ad conservationem corporis, licet affligeretur carne, quiesceret tamen mente illam præcisionem acceptando; homo autem a deo flagellatus in præsenti, non potest certitudinaliter scire, quod hoc sibi cedat ad meritum vitæ beatæ, nisi sibi fuerit à Deo reuelatum. & ideo dicit:* Non concedit requiescere spiritum meum.

4 Et im. me ama. *Carnis & mentis, Potest etiam dici, quòd hoc cõcluditur quasi quoddam incõueniens contra amicos Iob, qui præsentem afflictionem negabant ordinari ad consolationem in alia vita futura.*

5 Si fortitudo. *Hìc consequenter ostendit Iob se nolle contendere cum Deo ratione suę maiestatis, quando enim iudex terrenus est paruæ fortitudinis, ita quod non potest coercere peccantẽ, securè contendit contra iudicem: sed hoc non potest dici de Deo, cuius fortitudo est infinita, ideo dicitur:* Si for. quæri. *in iudice,*

6 Robustissi. est. *Ad coercendum quẽcumque. Secundo audet aliquis contendere contra iudicẽ, quando potest manifestè ostendere suam iustitiam per testimonium aliorum, vel per seipsum, Primum est impossibile respectu Dei, qui solus cognoscit occulta cordium hominũ, & ideo nullus de bonitate proximi potest ferre testimonium contra sententiam Dei: & hoc est quod dicitur:*

7 Si æqui. iu. *supple quæritur in iudice, ad ostendendum alicuius innocentiam.*

8 Nemo au. pro. *Coram Deo, cum ignoret secreta conscientię meæ soli Deo nota, similiter secundum est impossibile, Ideo subditur,*

9 Si iusti. me vo. *Per testimonium meum contra Dei iudicium.*

10 Os me. condem. me. *s. de blasphemia contra ipsum.*

11 Si innocen. ostẽ. *Peccatũ meum non solum aliys, sed et iam mihi occultum reuelando, secundùm illud Psal. xviij. a.* Delicta quis intelligit.

12 Etiam si simplex fue. i. *sine plica dolositatis & falsitatis.*

13 Hoc ipsum igno. anima m. *Propter varietatem motionum & affectionum animæ, quia, sicut dictum est,* nescit homo vtrum odio Eccl. 9.a.
vel amore dignus sit.

14 Et tædebit m.v.m. *Ex hoc enim quòd homo non potest esse securus de statu suo in vita presenti, consurgit quodammodo tędium viuendi.*

15 Vnum est. *Postquam Iob ostendit, se nolle cùm Deo contendere, hìc consequenter ostendit de quo intendit cum suis aduersarijs disputare. & primo probat propositum per rationem, secundo per exemplum ibi:* Dies mei. *Illud autem quod intendit ostendere est, quod flagella huius vitæ non solùm infliguntur homini à Deo propter peccatum, quod fuit principale propositum: & hoc est quod dicit:* Vnum est quod locutus sum. *& volo sustinere,*

16 Innocentem & impium ipse consumet. *i. morte affliget, vt* Mortis
patet ad sensum. Cùm igitur mors sit quędam pœna, imò maxima in pœna.
presenti vita: & hęc indifferenter infertur iustis & innocentibus: videtur sequi quod innocens à Deo punitur in præsenti. Sed quia statim potest ad hoc dici, quod nullus est innocens à peccato originali, propter quod est debitor mortis, ideo per hoc innocens non punitur: propter hoc arguit vltrà:

1 Si

MORALITER.

† 1 *In turbine enim conteret me.* id est in tali perplexitate mei sta-
† tus sum tertius.

2 *Et multiplicabit vulnera mea etiam sine causa.* Scilicet mihi nota, Et sic remanet timor & conturbatio in conscientia.

5 *Si fortitudo quæritur* Hìc ostenditur, quòd cum Deo non est cõtendendum propter suæ potestatis excessum. Et quia nulla iustitia potest allegari ante ipsum ex parte hominis, quia nescit si sit iustus, iustus, vt prædictum est, & multò minus potest allegari per testimonium alterius. Ideo dicitur:

8 *Nemo audet pro me testimonium dicere.* Et ex tali perplexitate insurgit tædium præsentis vitæ. ideo subditur:

14 *Et tædebit vitę meę. Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumet.* Hìc ostenditur quod ex afflictionibus præsentis vitæ etiam vsque ad mortem non potest argui iustitia vel iniustitia: nam hæc infliguntur iustis & iniustis, sed quoniam perfecti appetunt affligi, & etiam per mortem dissolui, vt sint cũ

improbi erunt in morte ingenti: sed iusti deridentur: traditi enim sunt in manus impij. ORIGEN. Communia sunt bonorum & malorum in hac vita mala, nec quisquã est tam acri ingenio, qui horum rationem possit reddere: sed solus Deus eorum, quæ propriè priuatim eueniunt, prouidentiam tenet. OLYMP. Deridentur pij, dũ Dei bonitas deliteſcit & quę in posterũ sunt reseruata vtrisque, haud ipsa se produnt.

† Si flagellauerit, occidet statim qui ad tentationẽ vel pœnam innocentũ ridet.

† tradita † non est sic quomodo ergo? Ib. cap. 15. Ridere Dei Prouer. 1. c. Ibidẽ 13. b.

a *Si flagellat, occidat se.* GREG. Ridere Dei est afflictioni nolle misereri: vnde reprobis dicit: *Ego in interitu vestro ridebo*; Omne desiderium pœna est dum differtur: vnde Salomon ait: *Spes quæ differtur, affligit animam*. Hæc pœna fuit omnibus electis ante aduentum: quorum votũ dum Deus distulit, risit. Vel risus Dei, lætitia est, quia gaudet cùm ardẽtius quæritur à nobis: Gaudium ergo facit ei de pœna, qui per sancta desideria pro eius amore se castigat. Quòd solus carnis mortem pertulit, aperit,

Mysticè.

b *Terra data.* Vel, *tradita.* Terra caro, impius diabolus,

c *Manus.* eius, occisores Christi: in cuius mentem quia diabolus nil potuit, carnem per satellites suos occidit. Huius terræ iudices fuerunt sacerdotes & Pilatus, quorum vultũ, i. corda, impius velauit, ne Deũ cognoscerent; Quia diabolus cum suis sequacibus vna persona est, sæpe scriptura sic de eo loquitur, vt repente ad corpus, eius deriuetur. Bene nomine impij, populus persecutor accipitur, dum dicit: Quòd si non ille populus impius est, quis vnquam impius putandus est? A perfidia Iudæorum ad se oculos vertens dolet, quòd antè de mundo exit, quàm Christus venerit. ✠ CATENA GR. Facies iudicium eius cooperit. OLYMP. Peccatũ iudicantium supterfugit cognitionẽ, cùm iustitiam sæpe numero nuntiatur. POLYCHR. Qui audacius diuinæ iræ æquitatem perspicere conantur, eorũ facies cooperiuntur, quia tenebræ illis cognitionis offunduntur. Acsi horum omnium autor non est Deus, quisnam sit docete.

Ibid. c. 16.

d *Dies mei vel. fu. cur.* GREG. Cursoris est, secutura nuntiare: Sic omnes electi ante aduentum nuntiãtes Christum, cursores fuerunt: sed quia ante moriuntur, transire se velocius cursore dolẽt: vt non videant præsentem illum qui singulariter bonus dicitur, de quibus etiam addit:

Ibid.

e *Quasi na.* Qui poma portat, odore fruitur, sed alijs cibũ fert: sic antiqui odore venturi pasti sunt, sed nobis prophetando ipsum fructum detulerunt. Solent poma paleis misceri, vt illęsa vsque quæ ad terras ferantur: sic in dictis patrũ, palea historiæ spiritualia seruat, qui sæpe ab alto diuinitatis ad incarnationem vertuntur, vt aquila, quæ figit oculos in sole, quos tamen inclinat ad cadauer cum cibo indiget, & cadauer Christus in morte qua reficimur. Sed quia populus Israel olim spiritu prophetiæ plenus, in fide quã pronuntiauit non permãsit, prophetiã perdidit; per cõpassionem ad eorum duritiam quoq; sermo vertitur ita.

† manibus † desiderabiles. i. deside-rates portũ. Alij inimicorũ vel piratarũ vertũt. Alij volũt Ebel esse nomen fluuij rapidissimi, naues Ebel. † obliuiscar eloquij mei, vel querelæ meæ, relinquam iram meam, & cõfortabo cor meum. Moraliter.

✠ CATENA GRÆCA. *Vita mea*; vt nauis & aquila nullum cursus vestigium relinquunt, sic bona mea pari celeritate auolarunt.

f *Cum dixero nequaquam.* GRE. Israel vt prius noluit loqui, cùm quem prædixit negauit: in quo facies eius interior commutatur sordibus perfidię, vt non agnoscatur à Deo: vnde restat torqueri doloribus æternis.

Dies mei velocius transierunt. GREG. Primus homo sic conditus est, vt vita eius per tempora possit tendi, non euolui: sed quia peccauit decursum pertulit, quem homo semper tolerat, & tamen optat, dum viuere appetit. Huius decursus damna voce humani generis gemit,

Fugerunt. quia ad lucem stare homo noluit, fugiendo visum perdidit, ne bonum quod est, videre possit, ad quod conditus fuit.

Quasi naues poma portan. GRE. Fructus terræ per fluctus; Terra hominis paradisus est, in qua innocẽs permãsisset, sed per culpã ad vndas mutabilitatis venit; Poma terræ, sermo mãdati, possibilitas operis, intelligẽtia Dei; quæ quia in terra quietis noluit homo edere, per mare portat, & in tot tẽtationibus seruare conatur, non sine ligno, id est cruce, qua reformamur. Vel, nauis quæ poma portat, suauitatem odoris habet, sed grauitatem ponderis nõ habet: sic & homo expulsus cũ ad superna repetenda se erigit, odorem cælestiũ recordatione sentit: sed pondus vitæ non habens huc & illuc leuiter impellitur. Et sicut aquila quæ in altũ volat, sed appetitu vẽtris terram expetit: ita homo in alto conditus, pro gustu vetiti cibi ad terram cecidit, vbi carnibus voluptatis pascitur. Sed cũ hæc tractamus, quæstio nos vrget: Cur Deus fecit quem periturum præuidit? Cur bonus omnipotens non talem fecit qui perire non posset? Quæ cogitatio ne in superbiam erumpat, humiliter se comprimit dicens:

Terra hominis paradisus est. vbi supra c. 16.

Quæstio.

g *Nequaquã ita loquar.* Sed infirmus à tali inquisitione cõpescar. In quo facies mẽtis cõmutatur, quia quæ alta quęrebat. infirmã se

☞ videns

a ¶ Quotidiana vindicta. b ¶ Veniat qui semel mortatur, vt iam vota iustorum non differat: ipsum quoque ordinem passionis adiungit: Terra data est.

sumet. † Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat. Terra † data est in † manus impij: vultum iudicium eius operit. Quòd si † ille non est, quis ergo est? † Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum. Pertransierunt quasi naues poma portantes, sicut aquila volans ad escam. Cùm dixero, † nequaquam ita

---

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Si flagellat, occidat semel. *q. d. ex hoc habetur quod Deus deberet innocentem tantum semel affligere, s. in morte. & non in vita, cuius contrarium videmus in multis innocentibus à Deo afflictis in præsenti vita, quasi delectetur in eorum pœnis propter se: & hoc est quòd dicit:*

2 Et non de pœnis innocentum rideat. *Homo enim solet ridere de his quę placent propter se: sed quia hoc est impossibile, quod Deus delectetur per se in pœnis innocentum, ideo oportet dare aliam causam istarũ pœnarum. Ideo subditur:*

3 Terra data est in manus impij. *Quasi dicat Iob: Si tu dicas respõdendo, quod ipse Sathan est causa, quia habet potestatem in terra, & sic inducit potentes huius mundi ad affligendum innocentes iniquè, Vnde subditur;*

4 Vultum iu. eius op. *i. intellectum iudicum terræ operit muneribus, fauore, & alijs huiusmodi, ne videant æquitatem innocentes condemnando, & affligendo; Hãc respõsionem destruit Iob, quia Sathan nihil potest nisi permissus à Deo: & ideo istas pœnas innocentum oportet reducere in aliam causam, scilicet in Deum permittentem, & in permissionis causam. & hoc est quòd dicitur:*

5 Quod si ille non est. *s. Sathan causa prima dictarum pœnarum.*

6 Quis ergo. *q. d. ipse Deus permittens. s. talem afflictionem ad bonũ innocentum in alia vita, quod aduersarij Iob negabant.*

7 Dies mei. *Hic declarat propositum per exemplum sui, ostendens se esse punitum à Deo non pro peccato præcedente; & secundo inquirit causam punitionis suæ. x. ea. Circa primum ostendit primo innocentem punitum: secundo remouet dicti sui falsum intellectum, ibi:* Si lotus fuero. *Circa primum præmittit afflictionem suam di.* Dies mei. *s. prosperitatis meæ.*

8 Velo. fue. cur. *qui absque statione tendit ad terminum. & per hoc ostendit Iob quod prosperitas sua temporalis non habuerit aliquam fixionem, sed transijt statim ad miseriam. ideo subditur.*

9 Fugerunt & non vi. bonũ. *s. stabile: sed hoc est valde miserabile, quando homo in miseria positus recolit tempus suum prosperum sic cito transisse, & ad idem exprimendum ponit aliud exemplum de naui velociter transeunte ad portum, & de aquila famelica volante ad cibum, di.*

10 Pertransierunt quasi na. po. *quarum nautæ festinant non solũ propter desiderium portus, sed etiam ne poma propter moram in mari putrefiant.*

11 Cum dixe. ne. ita lo. *conquerendo de mea afflictione & miseria.*

✠ 1 Commuto

MORALITER.

†† Christo, ideo pro ipsis dicitur:

1 *Si flagellat, occidat semel.* Id est occidi permittat.

2 *Et non de pœnis innocentum rideat.* Id est derisionem fieri non permittat, quam abhorrebant aliquando sancti non pro se, sed in quantum hoc fiebat à tyrannis & infidelibus in contemptũ Dei. Ideo subditur:

3 *Terra data est in manus impii.* Quod fit quando potestas datur impijs impijs bonos persequendi.

4 *Vul. in. e. o.* i. operiri permittit errore.

5 *Quod si non etc.* q. d. non est dubium, quin talis potestas impijs concessa sit à Deo, quamuis abutantur: veruntamen quia parum durat sicut hominis vita, subditur:

7 *Dies m. ve. etc.* nam cursor aliquando sistit pro cibo sumendo, & somno: tempus autem continuè transit. Ad idem ponit exemplum de transitu nauis & aquilæ volantis.

10 *Pertransierunt, etc. Cum dixero nequaquàm ita lo.* de transitu vi-

† te poten-

videns, veneratur quod ignorat. In qua est dolor, quia valde affligitur qui ad intelligenda quæ de se sunt, cæcatur. His communibus malis sua propria adiungere metuit: *Verebar omnia &c.*

✻ Olym. Si me tueri voluero oratione, vereor ne alicuius rei per imprudētiā contractæ conuincar. Chrys: mihi dicere conanti doloris acerbitas obliuionem adducit.

✻ Olym. Emori me præstabat, quàm impietatis postulari mortemque magis opto, quam tantis vexari conuitijs, qua si diuinas leges perfregerim.

a *Verebar omnia opera* Greg. Bona quidē erant: sed & hæc timēda his, qui verè volunt Deo placere. Quia duo in bonis timenda sunt, desidia, & fraus: Desidiā facit minor amor Dei; Fraudē proprius amor sui, dū pro bene actis tacita humani cordis gratia, vel fauoris aura, vel quælibet res exterior desideratur: sed *beatus qui excutit manus suas ab omni munere*, cordis, manus, & oris. Cōtra hæc timor habēdus est, qui munit, quòd nō parcit delinquenti: etsi enim peccantes ad pœnitentiā vocat, tamen nunquàm pactū sine vltione præterit. Vel, homo punit, vel Deus; vnde & post baptismum pro originali morimur: sed dum plus iusto trepidat, tædet viuere; quasi nec per labores ad vitam perueniat. vnde:

b *Si autem & sic impius sum.* Non pœnitet laborasse, sed inter labores de præmijs incertum se esse dolet. Ita est incertus iustus, vt confidat: ita confidit ne securus torpeat.

c *Frustra.* dico quia

d *Si lotus fuero quasi aquis niuis.* Qui conterit se vt lamentis affligatur, aquis se lauat, sed non niuis, nisi adsit humilitas, quę coram Deo cadit, dum nec alium despicit, nec contra Deum murmurat: Vel, aqua niuis ex aēre est, cùm aliæ aquæ ex terra oriuntur: Qui ergo plorat pro æternis, aqua niuis perfusus est; Qui compungitur ie prece pro terrenis, aqua terræ.

✻ Chryso. Olymp. Mos erat antiquis, balneis eluere sordes; Illud item, vt cum probare vellent, cuiuspiam sceleris societatem ad se minimè pertinere, manus lauarent, dicerēntque: Innocens ego sum. sic Pilatus; & Dauid, *Lauabo inter innocentes manus meas.* Dicit ergo: Quantalibet mea extiterit innocentia, hæc supplicia peracerba ex præiudicata iam opinione impuritatē meam coarguunt, vt iam vel ex ipsa vestis meæ contactione inquinari se cæteri suspicentur, cum arbitrentur ob scelera me hæc pati.

✻ Chrys Qui me pari, ac vestis corpus propinquitate cōtingunt, oderūt me, ipsum mihi corpus inuisum & execrādū in uasit, vel ipsa me vestis quasi incitata odio fugit, Nec ob plagarum acerbitatē possum amiciri.

loquar, commuto faciem meam, & dolore torqueor. † Verebar omnia opera mea, sciens quòd non † parceres delinquenti. Si autem & sic impius sum, quare frustra laboraui? Si lotus fuero quasi aquis niuis, † & fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamen † sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Neque enim † viro qui similis mei est respondebo, nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri. Non est † qui vtrumque valeat arguere, & ponere manum

a ¶ Post metum peruenit ad lachrymas desperationis, vt humilitas postulationis opus bonum subuehat ad præmium: sed nec vita nec lachrymę perfectæ mundos reddunt, dum hæc corruptio tenet. vnde addit: si lotus fuero &c.

a ¶ Sicut Esaias dicit: Quiescite agere peruerse, discite bene facere: & venite & arguite me Esa. 1.

† Timui tāc omnes dolores meos.

† innocentem iudicas me.

† & mundauero pure vel in fōte manus meas.

† vel, in fouea demerges (sub à qua non eruar)

† inter nos qui increpet, (vel arbiter)

Vbi sup. cap. 17.

In bonis duo sunt timenda.

Esa. 33. c.

Ibid. cap. 18.

Ibid. cap. 19.

† est, subaud. Deus, vir sicut ego, cui respondere possem vt vna iremus ad iudiciū

Vbi supr. c. 19.

Ibid.

Esa. 9. 2.

Actu. 1 c. ibid.

Cap. 20. ibid.

Ibid.

diri. Non est † qui vtrumque valeat arguere, & ponere manum

10 e *Manus.* Greg. Sūt opera.

11 f *Velut mundissimæ.* 12 quasi non verè mundæ sub hac corruptione.

g *Intin.* i. intinctum demonstrabis, quia quantò plus ei approximamus, sordes nostras ex eius munditia agnoscimus.

h *Vestimenta.* Vestimētum animę est corpus quod præcipit Salomon omni tempore candidum esse, & si sit mistum sanguine, id est carnalibus desiderijs, dicit Esaias comburendum.

i *Abomina.* i. abominabilem reddent, vt de Iuda dicitur: *Possedit agrum de mercede iniquitatis.* i. possideri fecit. In abominatione vestis hoc grauius haber, quòd sensum sui reprehensoris ignorat.

k *Neque enim vi.* Inter homines, & audimus obiecta, & ad ea respondemus & audimur: sed in iudicio Dei, ipse nos audit, quia videt omnia quæ agimus, sed non audimus eum, quia quod ei displicet, plenè non intelligimus. Non ex æquo potest audiri.

✻ Orig. Si homo esset cū quo cōtēderē, innocēs declarat⁹ fuissē. Polyc. Nō enim homo es sicut & ego, cui in iudicio respondeā, vt simul veniamus in iudiciū. hoc mihi euenit quia apud eū mihi est dicendū, cū quo nulla mihi naturæ cōmunio; vtinā sicut apud homines sic apud te experiundi æqua daretur potestas: & dum ad maiorem assilit libertatem, interuērorem adesse optat, vtinam mediator esset inter nos, & redarguens & audiens inter vtrumq;

l *Vtrumque valeat.* Id est Deum & me possit,

m *Arguere.* Arguit, qui ex autoritate rationis cōtrauadit. Qui ergo recta agit, iā non gemitu precis, sed fiducia autoritatis iræ iudicis

☞ contradicit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Commuto fa. m. & dolo. tor. *i. augetur dolor meus interior, & per consequens in facie commutor: dolor enim celatus in corde intenditur, quasi intus violenter retentus & inclusus: sed quando aperitur exterius per fletum, s. seu querulationem, minuitur quasi per quandam euaporationem. Posita afflictione sua declarat innocentiam suam, di.*

2 Verebar o. *ne esset ibi aliquid iniustum: modus enim hominis diligenter suam innocentiam custodientis est semper timere ne aliquid iniustum faciat.*

3 Sciens quod non par. delin. *quia ad Deum non pertinet dimittere dedecus culpæ sine decore iustitiæ.*

4 Si au. & sit im. *vt meruerim tantum flagellum.*

5 Quare fru. la. *ad custodiendā innocentiam tam diligenter, q. d. hoc non est verisimile: & sic concluditur, quod sua flagellatio non fuerit pro peccato præcedente, sed pro alia causa, s. ad exercitium suæ patientiæ pro merito vitæ futuræ, quod intendit Iob contra aduersarios concludere, vt dictum fuit à principio.*

6 Si lo. fue. *Hic consequenter Iob remouet falsum intellectū sui dicti: per hoc enim quod dixit se innocentem à Deo punitum, posset ab aliquo intelligi quod diceret se iustum in comparatione ad Deū: cuius contrarium asseruit in principio huius ca. & ideo ostendit quod nullus quantumcunq; iustus comparatus Deo potest dici proprie purus à peccato, pallidum enim comparatum ad album dicitur nigrum, & imperfectum ad perfectum dicitur defectiuū, defectiuum, & hoc modo omnis creatura quantumcūque lucida dicitur tenebrosa comparata ad Deum, & eodem modo humana innocentia comparata ad puritatem diuinam dicitur immunditia, secundum illud Esa. lxiij. c.* Vniuersæ iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ, *& hoc est quod dicitur.* Si lo. fue. *à peccato commisso per pœnitentiam,*

7 Et fulserint ve. mun. ma. meæ. *seruando innocentiam.*

8 Tamen sordibus intinges me. *id est videbor sordidus iuxta te.*

9 Et abomina. me ve. mea. *id est opera, quia immunditia operū procedit ab immunditia operantis. Quod autem per vestimenta designentur opera exteriora, patet Mat. vij b.* Attendite à falsis prophetis qui veniūt ad vos in vestimentis ouium &c. *Consequenter subdit causam quare homo comparatus Deo videatur sordidus & iniustus, dicens.*

10 Neque enim vi. &c. respon. *s. in tali comparatione: vir enim iuxta virum potest apparere iustus, sed non iuxta Deum, cuius iustitia excedit in infinitum: & sic intelligitur quod subditur,*

11 Nec qui me. in iu. &c. *quia Deus à nullo potest iudicari. ideo subditur.*

12 Non est qui vtrun. va. ar. *quia Deus à nullo potest argui.*

13 Et po. ma. suam in ambo. *Id est coercere sua potestate me & Deū, quia Deus à nullo potest coerceri. Per ista omnia insinuat Iob infinitatem quoad iustitiam diuinę excellentiæ, ratione cuius homo quantumcunque iustus non potest dici purus, nec per consequens potest de diuinis iudicijs contendere? vnde subditur.*

✻ 1 Aufe-

MORALITER.

† tæ presentis.

1 *Commuto fa. meam.* i. intellectum meum conuerte ad cogitandum iudicium futurum.

2 *Et do. tor.* horrore sequentis pœnæ. Et quia talis horror incutit timorem peccandi, subditur:

3 *Verebar omnia.* Sed quomodo impij iustos esse malos reputant, ideo in persona iusti subditur:

4 *Si autem sic impius sum.* vt à malis dicitur,

5 *Quare frustra laboraui.* ad præcauendum mihi de peccatis, & ad operandum bona. q. d. non est pro remuneratione in vita præsenti sed futura, quod erat eōclusio à Iob intenta. Sed quoniam sicut lux creata comparata ad diuinam, est tenebræ, sic iustitia humana comparata ad diuinam est iustitia, Esa. lxiiij. c. *Quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.* Ideo subditur:

6 *Si lo. fue.* sequitur.

7 *Tamen sordibus intinget me.* sicut sol obscurat lumen candelæ.

8 *Et abominabun. me. ve. me.* Id est virtutes meæ erūt quasi nullæ.

9 *Neque enim vi. qui si. me.* Id est, Deus nō est similis mihi sicut alius vir, vt possim ei comparari ex æquo.

10 *Non est qui vtrun. va. ar.* i. ipse & ego non habemus iudicem communem, quia non habet superiorem,

☞ contradicit. Videt autem Iob quam peruerse fecit homo, quam
A districtè iratscitur Deus, & non esse humanam iustitiam quæ contradicat; & ideo optat, ſ. post venturum mediatorem, qui & hominem arguit, ne delinqueret, & patiendo Deo obstitit ne ferirer. Et manum posuit in ambobus, quia & homini exemplum agēdi præbuit, & Deo in se opera quib⁹ placaretur ostendit: quod null⁹ ante eū potuit. Ipse etiā hoc mirabil⁹ fecit, quod corda delinquentiū māsuetudine potius quā terrore correxit. vnde addit.

a suam in ambobus. Auferat à me virgam suam, & pauor eius
b non me terreat. Loquar, & non timebo eum. Neque enim
c ✝ possum metuens respondere.

Cap. 22. a *Auferat à me virgam.* Legis qua punit: sed eam Christus abstulit, & per mansuetudinem vias vitæ ostendit. Voluit vt Deus timeri, sed vt pater amari.

✠ POLYCHR. Ad interuentorem hęc nonnulli referunt, quasi sit certus se è malis eripiendū. Alij in Deū conuenire confirmāt.
D ORIG. à quo duo postulat, doloris, metusque liberationem.

b *Loquar, & non ti. eū.* GREG. Iam nō habet metū, sed vt ad patrē affectū. Ecce baculus, id est timor legis missus nō suscitat puerū: sed ipse Eliseus, puero contēperatus, & septies aspirās, id est per amorem spiritus. Vbi supra. 4. Reg. 4. f.

1 ✠ POLYCH. Aduersus Deū nihil loquar omnino: absit, sed cōtra seipsum se voces emissurum ait. † sic mihi cum ipso conuenit (vel sic quicquam possum agere cum ipso)

c GREG. *Respondere* Est factis digna recompensare, sed beneficijs Dei nemo seruiliter timens respondet? Tantummodo qui per fiduciam amoris non timet digna ei reddi obsequia. Non est purus, qui mala ageret, si liceret. Amanti autem est tædium huius vitæ, quæ prius dulcis erat etiam mœrens eam tolerat.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Auferat à me vir. suam & pa. eius non me terreat. Loquar &c. *quasi dicat ista duo scilicet, terror diuinæ vindictæ & pauor, ne inferatur irreuerentia diuinæ excellentiæ, debent homini silentium imponere, ne audeat de eius* Rhetoricus modus. *de eius iudicijs contendere. Totus enim liber iste rhetoricus est, cuius modus est eandem sententiam modis pluribus explicare, & maximè quando homo loquitur in persona dolentis, qui conceptus solet exprimere pluribus modis, aliquando interrogatiuè, aliquando optatiuè, & aliquando assertiuè, & alijs modis pluribus, vt pater in processu huius libri.*

MORALITER.

† 1 *Auſe. à me vir.* timoris seruilis. *Loquar* in oratione deuota. *Et non ti.* quia *perfecta charitas foras mittit timorem.* j. Ioan. iiij. d.

ADDITIO I.

B *In ea. ix.* vbi dicitur in postilla. Et columnę eius concutientur. *Per columnas terra possunt intelligi ad literam columnæ vel quacunque alia ædificia quę videntur adhærere terræ, vel etiam montes qui sunt quasi columnę super terram fundatæ quæ omnia in terræmotu concutiuntur.*

ADDITIO II.

In eadem ca. ix. vbi dicitur in postil. Qui præcipit soli & non oritur: *id est potest præcipere.* *Tempore Iosue quando Deus fecit stare solem in medio cæli, vt non procederet ad occasum spatio vnius diei. Ex eadem statione secutum est, quod staret ante ortum respectu hemisphærij antipodum: & sic eodem tempore Deus fecit, quod non procederet sol ad ortum: vnde non requiritur quod arguatur à similitudine potestatis in præcipiendo: quia in vna & eadem statione sol stetit, vt non procederet ad occasum, nec etiam ad ortum, & hoc respectu diuersorum hemisphæriorum &c.* E

CAP. X.

Lib. 9. Cap. 23. a. a TÆdet ani. meam vi. meæ. GREG. Cùm autem hæc vita vilescit amore cælestis, qui defendebat culpas, iam eas accusat. Et hoc est:

b *Dimit. elo.* quo vtebar in defensione mea.

c *Aduer. me.* quia cōfitendo me accuso, non vt qui adhuc erubescit confiteri, quia non a tanto desiderio mala deserit, sed quia aliquando apertè confitens nō d gemit, sed lugenda gaudens dicit, subdit. e f

† Exeisa est anima mea in vita mea (vel, abominatur anima mea vitā meā)

Cap. 24. d *Loquar in ama.* Vt a- g maritudo puniat, quod lingua accusat. Ex pœnitentia nascitur securitas, & cōfidētior interrogat, quomodo erga se agatur. Et hoc est:

C

e *Di. Deo: No. me con.* quia pœna mea extinguit tua supplicia.

Ibid. f *Indica mihi cur me ita iud.* Id est flagellas, vt ū ad securitatē, vel pro qua culpa specialiter: quia etsi iust⁹, habet tamē aliqua mala: & ideo petit vt Deus se sibi indicet ſ: vt quod Deus in eo punit, ipse quoque flendo puniat. Ideo causam quęro: scio enim quod non iniustè.

✠ ORIG. Si impiè faciā. CATENA GRÆC. Ne impiū me esse doceas: i. ne me permittas tētari amplius, & supra id quod possū: impiam à me remoue orationem. Plerique enim suas nō ferentes ærumnas ad impia conuitia conuersi sunt.

a ✠ In præsenti afflictione, vtrum pro securitate futura, vel pro qua culpa specialiter: quia etsi iustus. habet tamen aliqua mala.

✝ Ædet animā meā vitę meę, dimittā ad
1 uersū me eloquiū meū, loquar in amaritudine animæ meę. Dicā Deo: Noli
2 me condēnare. Indica mihi cūr me ita
3 ficit. ORIG. Deum mitigat quod opus manuum eius est homo, diabolus autem sua malitia talis effectus est.

4 ✠ OLYM. Impios demones appellat, quibus se permissum intelligit, nec prouidentiæ rationem, cur Diabolo in eū sit data potestas adhuc perdiscere potuit, ideo tam varios circuitus cōF

g *Cur me ita iu.* Duob⁹ modis hīc iudicat. Vel pœnā īmittit, quī nō mutatos ad æternā trahit; Vel per hāc pœnā extīguit futurā. Hui⁹ ☞ ergo

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. X.

1 TÆdet ani. meā vitæ meæ. *Postquam Iob declarauit se innocentem punitum fuisse, hīc consequenter inquirit causam punitionis suæ, quam maximè solent afflicti quærere. Et primò ponit suam inquisitionē, secundò infert contra aduersarios vnam* Diuisio. *conclusionē. ibi:* Quare de vulua. *Prima in duas: quia primò iniquirit causam suæ punitionis ex suppositione suæ innocentiæ, secundò absque tali suppositione. secunda ibi:* Si peccaui. *Prima in duas secundū duplicē causā quā remouet à Deo. secunda ibi:* Nunquid oculi. *Prima causa punitionis innocentis est malitia in puniente. quando calūniatur innocentē per suā malitiā: vel opprimit per violentiam: & hoc nullo modo potest esse in Deo. Sic igitur istā sententiā deduxit Iob primò lamentādo afflictionem suā dicēs:* Tædet animā meā vitæ meæ *quia licet viuere secundum se sit delectabile subiectū tamen multis angustijs efficitur tędiosum, sicut erat in Iob.*

2 Dimittā aduersum me eloquiū meū. *tunc enim videtur homo loqui contra se, quando loquitur de abbreuiatione vitæ suę.* 3 Dicā Deo, Noli me condē. *ex hoc patet, quod Iob non loquebatur ex desperatione: sed magis ex suppositione aduersariorū suorū, futuram vitam negantium: ad quod sequitur breuiatio vitæ Iob optanda: vt sic terminaretur sua pœna, vt frequenter dictum est supra.* 4 Indica mi. &c. *Ostendendo mihi causam quare sic grauiter me punis innocentem.*

MORALITER.

1 *Tædet animam meam vitæ meæ &c.* Licet viuere per se sit delectabile, tamen per accidens sit tristabile. Hoc autē contingit dupliciter, Vno modo, quia multis & grauibus malis est adiunctum: propter quod aliqui se interimunt, expediri volentes à malis quæ sentiunt. Alio modo, quia boni melioris est retardatiuū, scilicet vitæ gloriæ: & sic Apostolus dicebat: desiderium habens dissolui & esse cum Christo. Primum modum tenui literaliter exponendo, nunc autem exponendo mysticè secundum tenere proposuo, Dicit igitur vir perfectus desiderio vitæ cælestis accensus, *Tędet* Delectabile est viuere, sed per accidēs sit tristabile dupliciter.

1 Non *Tædet animam meam vitæ meæ.* scilicet præsentis, propter retardationem melioris.

2 *Dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ.* propter tędium mansionis in hac miseria.

3 *Dicam Deo: Noli me condēnare.* ad amplius hīc manendum, quasi in carcere. Sic dicebat Ioannes euangelista: *Quoties te rogaui vt venirem ad te,* sicut scribitur in eius legenda.

4 *Indi. mi. &c.* q. d. causam detentionis meæ in hac vita scire vellem, vt cum patientia sustinerem. Sicut dixit Ioanni: *Expecta populum creditурum mihi.*

† *Nun-*

☞ ergo iudicij incertitudine turbatur, & cogitatione interrogat, qui
A de sua ambigit vita. Sed cum virtus vitæ respicitur, quasi consolatio à iudice respondetur, quia non ad perdendum percutit, quem & feriendo in innocentia custodit. Dicit ergo:

Ibid. 25. a *Nunquid bo.* Interrogatio hæc negationẽ exigit, acsi diceret:

¶ Quæro quare, sed scio quod iuste & non pernitiosè.

a ¶ Vel pauperem: alia liter.

a iudices? Nũquid bonũ tibi videtur, si † calũnieris, & † op-
b primas me, opũs manuũ tuarum, & consilium impiorum
c adiuues? Nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt
d homo, & tu videbis? Nunquid sicut dies hominis, dies tui,
e & anni tui sicut † humana sunt tẽpora, vt quæras iniquita-
f tẽ meam, & peccatum meum scruteris: Et scias, quia nihil
g impiũ fecerim, cùm sit nemo qui de manu tua possit erue-

a ¶ Quasi: quia nullus est qui eruat: ergo tu me erue, quia feci sti.

h re. Mãnus tuę domine fecerunt me, & plasmauerũt me to-
i tum in circuitu, & † sic repente præcipitas me? Memẽto,
k quæso, quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces
l me. Nõne sicut lac † mulsisti me, & sicut caseum me coagu-
m lasti? Pelle & carnibus vestisti me, ossib⁹ & neruis cõpegisti
n h me, cum anima rigat carnem, cuius mortem apertè subdit.
o n *Et in pul. &c.* quasi vide materiam & pœnam, & culpæ parce; quia qualitatem hominis conditi protulit, subdit ordinem
p propagationis. vnde dicit:

† dies viri, Ibid. b *Opus ma.* Quasi, impiè nõ perdis quem gratuitò fecisti.

† dispердes me? Ibid. c *Imp.* i. malignorum spirituum, qui cũ ad vitam redire nequeũt, socios ad mortẽ quærunt, quorum consilium fuit, vt Iob rectum in prosperis, frangerent aduersis: sed Deus supra vires non sinit tentari.

† fudisti

Cap. 26. d *Nunquid oc. ca.* Oculi carnis non nisi aliqua facta in tempore agnoscunt, quia & cum tempore clauduntur, & humanus visus quodlibet opus sequitur, non præcurrit.

C e *Dies.* Dies quoque & anni hominis differunt ab æterno: cui nihil præterit, nihil est futurum, sed omnia conspicit præsentia;
f *Vt quæ. ini. m.* Et ita scias quòd nihil impiè feci, quasi humiliter quærat? cur in tempore per flagella probas, quem apud te perfectè & ante tempora scisti.

✠ Origen. Peccatũ & ἀσέβειαν 1. impietatem dixit, quia illud, est in Deũ & hominẽ, hæc circa cultum diuinum. Idem, ivl. non es hominibus similis, qui paria exigunt, cum de multis pauca requiras, nosti autem me nullius conscientia percelli.

vbi supra. g *Cum sit ne.* Greg. Quasi, quid restat tibi nisi parcere, cui nemo potest obuiare? Quo enim nullus potest tuam vindictam retinere, eò facilius pietas debet parcere: vt autẽ placetur, quia nostrũ opus non possumus, suum opus ei offeramus.

Cap. 17. h *Manus tu. do.* Quasi pẽsa misericorditer, ne pereat quod fecisti.

i *Fecerunt.* Secundum animam.

Didym

✠ Didym. Plasmatum est corpus, formatumque ex subiecta D
terra: facta autem est anima non ex aliqua materia subiecta, vt enim est expers corporis, sic & diuisionis.

k *Totum in cir.* Greg. Secundũ corpus; nõ gẽs tenebrarũ, vt Manichæi delirãt. Vt dignior cõditio hominis præ cæteris ostẽdatur, manibus dicitur factus,

1 præmisso consilio: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, cum de cæteris dixit tantùm: *fiat.* Gen. 1. 6? † vim intuleris.

l *Et sic re.* quasi quem tanta dignitate præponis, cur tanta vilitate despicis? Sed cum hac dignitate, quę est per spiritum? est infirmitas per carnem, quæ moueat pium iudicem. vnde dicit: † reprobet † illustres Cap. 27. E

m *Memento quæ &c.* Cap. 28. Vnde venialis est culpa; cum irremissibilis sit in angelo, qui robustus fuit. Lutum est, cum aqua terram infundit: Ita

n *Et in pul. &c.* quasi vide materiam & pœnam, & culpæ parce; quia qualitatem hominis conditi protulit, subdit ordinem propagationis. vnde dicit:

o *Nonne sicut lac &c.* Factus homo vt lutum, propagatus autem Cap. 29. F
sicut lac mulgetur semine, vt caseus coagulatur in carne. Carne & pelle induitur, ossibus & neruis solidatur. Post creationem corporis, quod minus est, subditur mira aspiratio viuificationis.

Nonne sicut lac. dum mens per spiritum Dei & vetustate trahitur sicut lac mulgetur, quia in quadam inchoatione formatur; Sicut caseus coagulatur, cum pinguescens cogitationibus stringitur, vt iam non defluat desiderijs, sed in vno amore solidetur. Sed contra hæc rudimenta caro ex veteri vsu murmurat. Ibid.

p *Pel. & carnib.* i. carnalium motuum obsidione mens vallatur. qui autem exterius laxat ad bella, intus roborat per ossa virtutum, vt humilis sit & fortis. Ideo autẽ Deus rectè viuendi rectitudinem tribuit, quia præteritis delictis parcit. Ibid.

☞ a *Vitam*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Nunquid bo. tibi vi. si ca. *per astutiã.* 2 Et oppri. me. *per violentiam.* 3 Opus ma. tua. *id est cum sim creatura tua.* 4 Et consi. *quorum studiũ vertitur ad depressionem innocentum: ista proposuit Iob interrogatiuè. q. d. ista nullo modo possunt in Deo esse: & sic excluditur à Deo prima causa punitionis suæ, quæ est malitia punientis.* 5 Nũnquid oc. *hic remouetur secunda causa, quæ est ignorãtia veritatis: sicut iudex punit aliquando innocentem etiam secundum ordinẽ iustitię, vtpote quando suspectus est de crimine, licet falsò: & sic per tormenta seu quæstiones punit innocentẽ, vt per hæc extorqueat veritatem: ista autem causa puniendi innocentẽ nõ potest esse in Deo, cui nihil potest esse occultum. Sic igitur procedit Iob primo quasi inquirendo, vtrum propter talem ignorantia puniatur à Deo, & secundo ostẽdit quod non, ibi:* Manus tuæ. *Circa primum dicit loquens Deo:* Nunquid ocu. car. ti. sunt. *ita quod accipias cognitionem intelligibilem à sensibus: inter quas in hoc principalior est visus, quia plures differentias rerum nobis demonstrat,* vt habetur j. Meta. 6 Nunquid si. di. &c. *Ita quod per processum temporis augeatur & in te cognitio veritatis, sicut accipitur cognitio in hominibus: & propter talem modum cognoscendi, aliqua veritas te lateat.* 7 Vt quæ. ini me. & pec. &c. *Per tormenta mihi inflicta, sicut iudices humani inquirunt de ignotis.* 8 Et scias quia nihil &c. *Per talẽ disquisitionẽ. sicut iudices terreni per hoc cognoscunt quæstionati innocentiam.* 9 Cũ sit &c. pos. serue. *Illũ quem tu volueris prædicto modo quæstionare.* 10 Manus tu. *Hic consequẽter ostẽdit Iob talia nõ habere locum in Deo cum cognoscat hominem perfectissimè intus & extrà. & hoc est quod dicit:* Manus tu. *i. potentia operatiua tua.*

Diuisio.

Philosophus.

11 Fecerunt me. *Quantum ad animã quæ sit à Deo per creationem.* 12 Et plas. me &c. *Quantum ad corpus quo anima circundatur, sicut vestimento quodammodo.* 13 Et sic &c. præci. *per flagella. q. d. mirabile est, quod cum tãta diligentia feceris me, & statim per flagella velis me destruere: hoc interponitur cõtra errorem amicorum Iob, qui post mortem negabant animã remanere, quasi sequens ad dictum eorũ. quod prima facie inconueniens videtur.* 14 Memento quæ. &c. *hoc dicitur ad alludendum ei, quod dicitur in Gen. hominem formatum de limo terræ, Gen. j. d. & redigendũ in puluerem, Gen. iij. d.* 15 Non si. &c. *Incipit describere formationem hominis à principio seminis, quod est de superfluo alimenti, dealbato ad modum lactis.* 16 Et si. ca. &c. *in formatione enim pueri semen viri, in quo est vis actiua, se habet ad materiam ministratam à matre in formatione corporis pueri sicut coagulũ ad lac in formatione casei.* 17 Pel & car. &c. *quia mẽbra vitalia, vt cor & epar & cætera, operiuntur carnibus & pelle tanquã quibusdam vestimentis.* 18 Ossi. & ner. &c. *ad robur corporis. Descripta ergo*

✠ *corpo-*

MORALITER.

† 1 *Nunquid bo. ti. vi. si ca. & op. &c.* calumniari & opprimi me permittas conflictibus dæmonum, qui durant vsque ad huius vitæ terminum? quasi diceret, non est sic; quia si tuos in hoc conflictu relinquis, hoc est propter bonum victoriæ sequentis.

5 *Nunquid ocu. car. &c.* i. accipis ne cognitionem à sensibus, & sic me dimittis hîc diu viuere, vt habeas maiorem cognitionem de me? q. d. non, nam ab æterno cognoscis omnia perfectè.

10 *Manus tu. do. fe. &c.* Hoc exponitur mystice de constitutione hominis in esse gratiæ quæ à solo Deo datur.

12 *Et plas. me to. in cir.* Quia cum gratia dat virtutes perficientes animæ animæ potentias: sed quia per hæc homo non confirmatur in bono, Ideo subditur.

13 *Et sic repen. præ. me.* i. exponis me præcipitationi, exponens me multiplici tentationi; tamen reparabilis est hominis casus, cuius assignatur vna causa: quia fomitem habet ex carne quem non habuit angelus. Ideo subditur:

14 *Memento quæso, quòd sicut lutum feceris me.* Dando mihi carnem terream, quod patet ex resolutione cum dicitur:

15 *Et in pulue. redu. me.* Consequenter ponitur ordo formationis cum dicitur:

16 *Nonne sicut lac mul. &c.* Albus enim humor est materia corporis humani, ex quo formantur carnes, ossa, pellis, & nerui.

☞ a *Vitam & mi.* GREG. Sed hæc bona frustra dedit, nisi ipse A custodiat: vnde subdit:

Lib.9 c.29. b *Et visi.tua.* Eadem de interiori homine. Interior homo lutum est, quia terrenæ menti gratia spiritus infunditur, & irrigat, vt ad Deū eleuetur. Sed ne cōtinuo vsu superbiat, spiritus ad tēpus dedacta aret, vt iam vēto tentationis agatur: vt sic se homo cognoscat; dum enim homo relictus concutitur, dona Dei cogitat subtilius.

✠ CATENA GRE.

B *Postea mutatus percussisti me.* Aquila & Theodotio: *in circuitu demersisti me.* Iulia. Tanta es benignitate, vt animali ex materia fragili, intelligentiam concesseris.

✠ ORIGEN. Physicorum more aptum ordinem ponit: ac primum animal ex animali per generationem nascitur, principium quidem appellans seminis effusionem & concretionem: deinde partium conformationem cutis, carnis, ossium; postremo animæ infusionem, quæ, contra diabolum, non Deo inuisa est, & ab eo aliena, vt criminabatur, sed sapientia refertum opus declarat. Nec minus syriacam amentiam refellit, quæ ait, cùm semine animum effundi, Cum animus à corpore differat & natura, & dignitate. Hoc lex declarat, quæ iubet, eum animam pro anima reddere, qui

C calce petierit prægnantem mulierem, & aborsum procurarit fœtus efformati: non dubium quod hominem necauerit. *si figuratus non est, mulcta erit pœna:* & in genesi, inspirauit in faciem corporis è luto formati spiraculum vitæ. CHRYS. Vitam impartiuisti, quæ opificij certa est significatio: & misericordiam, quæ pronidentiam non obscurè testatur.

Vbi suprà. c. 29. *Vitam & mi.* GREG. Vita datur cum malis mentibus benignitas aspiratur: sed hæc non datur, nisi prius misericordia anteacta mala diluat. Vel, misericordia est subsequens datam vitam, vt custodiat, quia misericorditer visitat, vel ad amorem compungendo, vel ad timorem flagellando, vt humanus custodiatur spiritus. Postquam de se dixit dona misericordiæ generaliter, subdit.

c *Tamen scio quia vni. me.* q. d. cur de me trepido, qui omnes gentes colligendas scio.

d *Licet hæc ce. in co.* GREG. quia adhuc non indicas aperto sermone. Certi de venia, solent prioris nequitiæ memoria tangi, & illicita cogitatione nolentes pulsari. vnde subdit:

e *Si peccaui.* Ad horam parcit Deus, cum mox culpam, concessis fletibus diluit. Sed nō

1 patitur esse mundos,
2 quia & nolentes me-
3 moriā mali cum de-
4 lectatione toleram⁹:
5 quod est cicatrices
6 computrescere. Hîc
7 est homo qui (vt Moy
8 ses dicit) est pollutus
9 nocturno somnio .i.
10 occulta tentatione,
11 qui iubetur exire ex-
12 tra castra .i. comparatione continentiū se
13 14 despicere: Ad vesperā lauatur aqua .i. conspiciens defectum suum fletibus se lauat: post occasum solis redit in castra, cum frigescit flamma cogitationis, fiduciam societatis bonorum sumit. Cùm autem mens memoria mali concutitur, aliquando grauius quàm prius ad perpetrationem trahitur, & fit homo impius, cui etsi sit erectus, væ erit æternæ damnationis. Quòd si conatur resistere iustus, qui tamen labore & perpetua afflictione pressus, caput leuare non finitur: sed sic liberabitur. has impugnationes Deus suis reseruat, ne securi superbiant, sed pulsati in solo auxilio Dei spem fortius figant.

Ibidem. cap. 30.

Ibidem. cap. 31.

Deu. 23. b.

† *Si peccaui, in custodiam ponas me, ab iniquitate mea non mūdes me.* (vel, Etiam si peccauerā, custodiuisti me, & tamē ab iniquitate mea nō sinis me esse mundum.)

E

† Et multiplicetur (sub. infirmitas, sicut leo veneris ad me, & conuersus mirabilem te geres erga me.

Cap. 32.

F

✠ GRÆC. CAT. Obseruas me. AVG. custodis me. OLYM. nihil te latet, & obseruas nostra opera, & licet non irascaris per singulos dies volens pœnitentiam, non mortem peccatoris, non propterea dimittis insontem. OLYMP. Iustificatus non tollam caput. sic, Aquila, licet nihil mihi conscius sum, tamen calamitatū atrocitas non me finit oculos erigere. DIDYM. Si consulto peccaueram, hei mihi si tanquam ex Adæ præuaricatione non est mihi potestas oculos erigendi: nam supplicium comitatur peccata ex electione, purgatio autem debetur ijs quæ à parentibus trahuntur.

f *Propter super.* GREG. Leæna dum catulis escā inhianter quærit, in foueam cadit. Dicitur enim in itinere eius fouea fieri angustā & alta, in qua pecus deponitur, vt illuc leæna se proijcere prouocetur, vnde saliendo nequeat exire; Cohæret quoque altera fouea in qua est cauea, vt cùm desuper leæna vrgetur, volens se occultare

Vbi suprà. cap. 33.

☞ caueam

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *corporis organizatione, procedit ad animationem, dicens:*

1 Vitam & mi.tri. &c. *Deus enim infundēdo animā dat vitā, & etiā virtutes in quodā seminario: inter quas in ipso Iob relucebat miseratio, secundum quod ipse dicit infrà xxxj. b.* Ab infantia mea creuit, &c.

2 Et vi. &c. *per vitę cōtinuationē exhibēdo tua beneficia: tunc enim dicitur Deus hominem visitare, quando dat ei beneficia spiritualia & corporalia: Omnia autē ista expressit Iob ad ostendendū, quod Deus cognoscit perfectē omnia quę sunt in homine quantūcunq; intima. ideo subdit:*

3 Licet hæc celes in corde tuo. *Dicitur autem Deus celare in corde suo ea quę pertinent ad hominem, quando non ostendit erga eum beneficia exteriora, dimittendo eum in afflictione magna.*

4 Tamen scio quia vni. memineris. *Et sic non ex ignorantia, ex parte tua procedit quod me affligis.*

5 Si pecca. &c. *Hîc consequenter inquirit Iob causam afflictionis suæ absque suppositione suæ innocentiæ, dicens:* Si peccaui. *id est, dato quod peccauerim in iuuentute mea.*

6 Et ad horam pe. mihi. *scilicet statim non puniendo: quia Iob à iuuentute non fuit afflictus à Deo.*

7 Cur ab iniqui. mea, &c. *quasi diceret, si peperciſti mihi in iuuentute & fortitudine mea, videtur quòd magis deberes hoc facere in mea senectute, in qua non possum sic sustinere, relaxando saltem mihi culpam ex tua pietate.*

8 Et si impi. fu. *tempore præterito.*

9 Væ. mi. est. *Id est sum & fui in tanta tribulatione, quod deberet tibi pro pœna sufficere.*

10 Et si iustus. *supple fui, & sum.*

11 Non leuabo caput. *ad defendendum iustitiam meam.*

12 Saturatus. *id est totaliter repletus.* Afflictione & miseria. *Et si leuauero caput, tanquam tibi renitens propter superbiam.*

13 Qua. leænam capies me. *irretiendo me maioribus supplicijs, ideo subditur:*

14 Reuersusque mirabiliter me crucias. *quia prius me cruciasti per subtractionem omnium bonorum, & nunc per persecutionem amicorum meorum, quod est grauissimum sustinere, scilicet, persecutionem ab illis, qui deberent ferre auxilium.*

✠ 1 In-

MORALITER.

† 1 *Vitam & mise. &c.* nam anima viuificans infunditur corpori organizato.

2 *Et visita. tua.* id est conseruatio tua sine qua non possem subsistere.

3 *Custodiuit spiritum meum.* hoc totum de corporis formatione dicitur, ad declarandum quod peccatum hominis est remissibile: sed quoniam remissio actualis est occulta nobis. Sequitur:

3 *Licet hoc celes in corde tuo. tamen scio, quòd vniuersorum memineris.* nam bene scitur in generali, quòd Deus misericors est, nescitur tamen cui misereatur in particulari. Post remissionem autem culpæ culpæ per gratiam, remanet sequela peccato. ideo subditur:

5 *Si peccaui, & ad horam peperciſti mihi.* peccatum remittendo,

7 *Cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris.* quia remanet sequela. Homo verò semper est in peccato, vel gratia, ideo subditur:

8 *Et si impius fuero, væ mihi est.* id est, comminatio pœnæ æternæ.

10 *Et si iustus, non leuabo caput.* hoc asserendo Eccleſiasti.ix.a. *Ne scit homo vtrum amore vel odio dignus sit:* propter quod, si me iustum assererem, superbiæ laqueum incurrerem. ideo sequitur:

11 *Et propter superbiam quasi leænam capies me.* quod est mihi materia doloris. ideo sequitur: *Reuersusque mirabiliter me crucias, Instaura testes tuos contra me.* testes isti sunt sancti, quorum vita peccata nostra arguit punienda.

† 1 *Qua-*

caueam intret,in qua clausa iam non timetur,sed circumsepta vectibus leuatur. Sic mens hominis in libertate condita,dum carnis desideria nutrire voluit, in foueā deceptionis pro vetito cibo cecidit,vbi caueam,id est carcerem corruptionis pertulit, per gratiā autem reuocata ad veniam,carcere semper stringitur,ne per desideria vagetur. Liber ergo homo sponte cecidit, sed reductus sub disciplina melius clausus viuit. Sic etiā quotidie dū aliquis de virtutibus præsumit, mira dispensatio parat ei aliquid quo delectatus corruat, vnde per se nō exit: sed cognita infirmitate, quasi vinctum Deus educit. Propter superbiā qua se de virtutibus extulit, lapsus in humilitate ligatur. A superbo auertitur Deus, & recedit cōpunctio sūmi amoris: quia nec sua dāna sentit; sed reuersus Deus per gratiā percruciat, quia visitatus homo proficiens plorat, qui lætus peribat, mirabiliter non pœnaliter; quia per fletū ad alta mens leuatur, & gaudet sic affligi, quia proficit. Si autem à sancto desiderio torpemus, exempla bene vigilantium proponit.

Cap. 34. † Renouas tu est, plagas tuas, quæ testimoniū dicunt contra me. † successiones (vel, mutationes) & exercitium. † pauci sūt dies mei? cessa à me & dimitte me, & corroborabo me paululum.

† obscuritatis sicut caligo vmbræ mortis vbi nō sunt ordines, sed tenebresc it sicut caligo (vel, sed locus splendidus & lucens efficitur vt caligo.)

Vbi supra. c. 35.

✠ Polyc. Apertius Hebræus. Si robustus fuero sicut leo opprimis me. Ego qui leonis robur præ me ferebam, cum illustri gloria & opibus abundarem. Ita me nunc quasi in retia indui, vt solutionem nullam malorum reperiam, reuersusque mirabiliter crucias. Aquila & Theodotio: & conuersus mirificam vim edidisti in me, in summam me ærumnam coniecisti.

✠ Orig. Vt leo captus ad cædem exponitur, sic ego.

a *Instauras testes tuos contra me.* Greg. Testes Dei sunt, qui per opera testantur, quæ præmia sunt secutura. Hi sunt contra nos: cum vita eorum arguit nostram prauitatem, & probat quòd ipsi fecerunt, à nobis posse fieri; visis bonis testium, nos dissimiles amplius damnari timemus. Et hoc est.

b *Multiplicas iram tuam aduersum me,* Id est multiplicē ostendis, quia & si ille bonos flagellat, quid erit impijs? Sic multiplici ira præuisa, homo ad se redit, & praua punit.

✠ Polyc. Ad quæstionem me assiduè arripis peccatorū, partim quidem plagis nunquam intermittētibus adhibitis, partim mearū calamitatū adhibitis accusatoribus, impietatē mihi exprobrātibus.

✠ Ol. Irā, suppliciū dixit, nec enim pro perturbatiōe sumitur sed.

*tētatoria. ✠ Olym. Pœnæ Græcè hīc * πειρατηρια mala sunt, quæ in eum irruptionem fecerunt.

c *Quare de vulua, &c.* ✠✠ Didym. Vide quemadmodum tentationū, quæ in ipsum incubuerunt, memoria vsurpata, ad principē malorum omnium causam se referat, id est, ad prēuaricationem, & eam, quæ ex corruptione est, natiuitatem. Neque is aliquando est de prima hominis institutione miserè conquestus. Cur autem sic vitæ huius corruptionem expertus, in vtero ac ventre causam cōsistere putat: etenim propter præuaricationē nos ipsi huic ærumnosuæ vitæ adiudicati sumus.

d *Fuissem quasi non essem de vte.* Greg. Idem quod ibi dictum est: *Sicut abortiuum absconditum, &c.* vel, qui concepti non viderunt lumen.

e *Nunquid non paucitas dierum meorum.* Greg. Non capiat me delectatio præsentis vitæ, quia citò transit.

✠✠ Olymp. Rursus vitæ breuitatē ad supplicationem affert, cupitque ex ipsorum cruciatū remissione certus esse, Deo se iam vti placato. Cum enim nondum tentationum causas teneret, meritò perturbatur: quis enim (inquit) ignorat, homines, quibus exiguum est vitæ curriculum circumscriptum, acerbum sibi putare, si miseria afflictentur?

† Sup. 3. b.

f *Dimitte ergo me, &c.* Ibidem. cap. 37.

Dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum. Greg. Id est flagella tempera, vt possim æstimare mala quæ patior, & flere, quia nimietas dolorum aliquando grauat animam ne hoc possit, & fit mœror sine mœrore. Vel, sæpe homo nescit, quantùm sit onus sui peccati, vel si nouit & damnat, desiderio carnis & consuetudine mali impeditus, nequit dignè flere, nisi Deus dimittat, & solutum excitet in lachrymas, quod maximè facit præuisio inferni. vnde ait:

g *Antequam va.* Infernus terra dicitur, quia ibi captiui tenētur. Ibidem. cap. 38.

Antequam vad. Non quod qui plangit vadat, sed quòd vadat qui non plangit: vt si dicam debitori, solue priusquam te constringam.

✠ D. Avg. Vult requiescere antequam eat in pœnas æternas, ad hoc vtique, vt non eat: quemadmodum si dicamus alicui, Corrige te, antequam damneris: non enim cum se correxerit, damnabitur.

h *Non te.* Greg. Quia damnatos, vltrà misericordia non liberat.

i *Miseria & te.* Quia foris dolor cruciat, quos cæcitas mentis intus obscurat: vel, ibi nemo vltrà ad lucem redit, sicut in ista: vbi etsi sit miseria per conuersionem licet reuerti ad lucem. Ibidem.

k *Vmbra mor.* Mors est separatio à Deo; Vmbra obscuritas eius; quia ignis pœnalis crematione habet, & non lucem, vt in vtroque puniantur, qui in vtroque peccauerunt.

✠ Olym. Præcationis hæc speciem habent: haud pusillæ sunt ipsæ molestiæ, neque is doloris sensum amiserat; neq; enim fortis fuisset, si non sensisset: docet autem se diuino nutu istaperpessum, ideoque plenam grati animi adhibet supplicationem, dicens: Molestiarum mihi præbe inducias, cui ad perpetuum migrandum interitum. Dogma enim dat præclarissimum, qui semel ex hac vita migrauit non amplius ad illa ei futurum reditum, quem factis fabellis ij prodiderunt, qui migrationem animorum in corpora finxerunt. Deinceps inferni mala commemorat, vt intelligamus è quibus nos Christus eripuerit, cum ijs, qui in vinculis erant, dixit: Egredimini.

☞ ✠ Poly.

a ¶ Quod si ad horam sum piger.

b ¶ Visis testium bonis timetur ira, vnde & comparatione eorum, disphicentis punio mala.

¶ Ergo.

¶ Eadem supra alijs verbis.

¶ Quia.

¶ Æternæ, vt nunquam Dei lucem videam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Instauras testes tuos contra me. *Id est amicos meos, qui videntur esse testes tui, inquantum per iustitiam tuam & impatientiam meam nituntur me condemnare.* 2 Et multiplicas iram tuam. *Id est, effectum iræ tuę: quia nec ira, nec alię passiones cadant in Deo.* 3 Et pœnæ militant in me. *Id est tenent me ita subiectum, quod nullo modo possum resistere. Considerandum autem, quod licet Sathan amicos Iob excitauerit contra eum, hoc tamen hic Deo attribuitur, quia hoc fecit à Deo permissus. Sciendum etiam, quod Iob ad hoc causas punitionis innocentium tam diffusè quęsuit, vt per illas, quas remouit tanquam incongruas, intelligatur vera causa, quæ est exercitium patientiæ ipsorum afflictorum, vt per hoc deueniant ad præmium vitę futurę eis à Domino præparatum.* 4 Quare de vulua. *Hic vltimò Iob ex dictis aduersariorum sequi contradictionem concludit: Vt enim patet ex precedentibus, ipsi ponebant felicitatem hominis in prosperitate temporali, ex quo sequitur quod vita miserijs subiecta, à quibus non apparet releuabilis, qualis erat vita Iob, sit sibi odibilis & horrenda. Item quia ponebant post mortem nil remanere de homine, vitam aliam omnino negantes, sequitur quod mors sit priuatio omnium bonorum simpliciter, & per consequens summè horrenda: & sic vita ei opposita appetenda etiam in statu misero, in quo non priuatur omne bonum: & sic sequuntur contradictoria ad dicta ipsorum. Huius autem contradictionis Iob primò deducit primam partem dicens:* Quare de vulua eduxisti me. *Id est, fecisti me nasci; subdit causam dicens:* 5 Qui vtinam consumptus essem. *Id est mortuus ante natiuitatem.* 6 Ne oculus me videret. *In vita tam misera existentem;* 7 Fuissem quasi non essem, *Id est ita parum participassem de esse, quòd quasi nihil esset computandum, consequenter ponit aliam partem contradictionis, dicens:* 8 Nunquid non pau die. me. fini. breui? *q. d. sic, præ nimia afflictione & senectute.* 9 Dimitte ergo me. *In vita præsenti: quia adhuc mors videtur horribilior. Ideo sequitur:* 10 Antequam vadam. *Per mortem,* 11 Et non reuer. *Per resurrectionem, secundum aduersariorum errorem, qui negabant aliam vitam.* 12 Ad ter. tenebro. *Id est sepeliar in terra, quę de natura sua est opaca.* 13 Et oper. mor. cali. *Quia viuentes quantumcunque misere, fruuntur luce quę est super terram, sed per mortem & sepulturam ea priuantur.* 14 Terram mise. & tene. *Quia per mortem & sepulturam tollitur omnis delectatio sensibilis & cognitio intellectualis secundum dicta amicorum Iob.*

15 Vbi vm. *Quia secundum eos nihil potest ibi imaginari nisi horridum.*

MORALITER.

† 4 *Quare de vulua eduxisti me.* Hoc dicitur, quia pœna abortiui minor est, quàm peccatoris adulti: sed quia peccatum adulti ante mortem deleri potest per pœnitentiam, ideo sequitur:

8 *Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui?* Quasi diceret, sic: ex quo concluditur.

9 *Dimitte ergo me, vt plangam paululum.* Id est concede mihi pœnitendi spatium.

10 *Antequam vadam ad terram tenebrosam, &c.* Id est vt per hoc euadere valeam horrendam gehennæ pœnam.

☞ ✻✻ POLYCHR. Vbi nulla est (inquit) remissio, sed malum nullum habens exitum. Ad mortis grauitatem declarandam, comparatione vsus est: Hîc enim cum quispiam fuerit in noctem coniectus, diei aduentu liberationem expectat: defuncto verò haud est integrum amplius in vitam hanc redire. Ideo in collatione perseuerans ait, *vbi non est splendor, neq; videre vitam mortalium,* quod posuit pro illo, vbi non est solis ordo, nec syderum cæterorum, vbi nullum licet rerum humanarum statum reperire, nullam præclara lege atque ordine institutam politiam. OLYM. Atque hæc loquitur, veritus ne forte, si cum cruciatibus & tormentis vitam dimiserit, à diuino aspecto sit omnino ablegandus, & cum impijs in inferno annumerandus, qui quidem (vt Saluator inquit) tenebras habitant sempiternas. Cum enim sit Deus suapte natura lux, qui longiùs ab eius facie extruduntur, non mirum si versantur in tenebris.

a *Nullus ordo.* GREG. Non quòd Deus, non ordinet tormenta secundum merita singulorum, quia etsi vna gehenna, non omnes vno modo sentient, sicut nec modo homines calorem solis: Sed in mente damnatorum per præmissam vmbram cæcitatis magna erit confusio, quæ intus eos cruciet sicut flamma foris. Vel, ordo non erit, quia in supplicijs propria qualitas rerum non seruatur. Vnde & addit.

b *Sempiternus hor.* Hîc timor est futuri mali, quòd cum iam patitur aliquis, timor abijt: Ibi & in ipsis tormentis timor cruciat, hîc flamma quæ vrit, illuminat: ibi vrit & obscurat. Ecce quàm grauis cruciatus, vbi tormenta à suis qualitatibus discordant, sicut viuentes à voluntate Dei discrepabant. Ideo autem ibi timor permanet cum pœnis, quia in futurum nullus finis pœnarum sperabitur. Ignis autem qui non lucet ad consolationem, aliquando lucet ad pœnam, quia eo illuminante videbunt in pœna (vt magis doleant) sequaces suos, quorum amore deliquerunt. Quòd autem de cruciatu amicorum dolituri sunt, probatur per diuitem, qui memor fratrum petijt, ne venirent ad tormenta quos in pœna videret qui Lazarum vidit.

Vbi suprà, sep. 39.

Ibidem. cap. 40. †inhabitat.

Luc. 16. g.

☞ CAP.

& nullus ordo, sed sempiternus horror † inhabitans.

a b 1 2

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et nul. ordo. *Quandiu enim homines sunt in vita presenti, sunt in aliquo ordine instituti, quia sunt diuersi status hominum, & in quolibet statu sunt gradus varij: sed post mortem non remanet aliqua talis distinctio, maximè secundum amicos Iob, vt patet ex prædictis.*

2 Sed sempiternus horror inhabitans. *q. d. nihil potest ibi imaginari nisi horridum, & ad semper, quia amici Iob reputabant resurrectionem impossibilem, nec aliquid ipsius hominis remanere post mortem: quare talis horror esset omnino immutabilis & perpetuus.*

2 Sed

☞ CAP.

ADDITIO I.

In cap. x. vbi dicitur in postilla: Tædet animam meam vitæ meæ. *Secundum sanctum Tho. signanter dicitur:* Dimittam aduersum me eloquium meum: *& non dicit: mittam, seu proferam: Nam multoties homo aliquos motus in corpore patitur propter aliquam passionem, sed tamen ita per rationem motus ipsos reprimit, quòd ad verbum exterius non procedunt: sed quando ratio ostendere volens quid interius patiatur, occultos motus in verba producit, tunc eloquium dimittere dicitur, quasi prius retentum fuerat; & propter hoc subdit:* Loquar in amaritudine animæ meæ. *q. d. verba quę exterius proferam, interiorem amaritudinem ostendunt; vt det intelligere se in persona hominis amaricati loqui: sed vt verius intelligatur, quòd ista eloquij dimissio fit per hoc quod à tristitia ratio superatur, subiungit:* Dicam Deo noli me condemnare, &c. *Cùm enim vincitur ratio à passione, homo contra Deum remurmurat: sed si inter tribulationes hominis recta ratio manet, se Deo subdit, & ipsius remedium postulat, & ideo dicit:* dicam Deo: noli me condemnare. *Hęc in Thom.*

ADDITIO II.

In eo. cap. x. vbi dicitur in postilla: Quare de vulua. *hic vltimò Iob ex dictis aduersariorum, &c. Ex hoc quod Iob dicit:* Quare de vulua eduxisti me, &c. *non videtur quòd inferat ex dictis aduersariorum sequi aliquam contradictionem, nec planus sensus litera hoc tolerat. Primum patet, nam ponentes felicitatem hominis in prosperitate temporali, non concedunt quod vita miseria subiecta sit simpliciter odibilis: cum adhuc remaneat in ipsa vita ipsum viuere, quod est quid appetibile, & hoc satis patet per experientiam, quamplurimi enim miseriis maximè subiecti videntur adhuc vitam appetere, etiam si aliam vitam non credunt, sicut sunt infideles. Secundum patet: nam planus sensus litera testatur quòd Iob loquitur non contradictoria concludendo, sed quasi vnam & eandem sententiam continuando; Vnde melius videtur dicendum, quòd Iob hîc loquitur tanquam ostendens interioris amaritudinis passionem, vt suprà dixerat:* Loquar in amaritudine animæ meæ. *secundum quam passionem homines in magna positi afflictione eligunt nunquam esse in hominum conspectu, ne opprobrium suæ miserię hominibus innotesceret; & de hoc dicit:* Quare de vulua eduxisti me, *Deo loquens, quem confitetur causam esse suæ productionis & natiuitatis.* Qui vtinam consumptus essem, *scilicet in vtero,* Ne oculus me videret *sic miserum,* Fuissem quasi non essem, *id est non opto in hoc totalem priuationem essendi, quia hoc non videtur eligibile, sed saltem haberem aliqualem essendi modum, & sic declarat appetitum procedentem ex amaritudine passionis suæ: sed quia hoc iam transierat in præteritum, & per consequens erat impossibile, vnde vj. Ethi. Hoc solo priuatur Deus, facta iam non fuisse: ideo reuertitur ad petendum à Deo aliqua possibilia, scilicet cessationem quantulam suarum afflictionum, de quo dicit:* Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? *quasi diceret, ex quo non placuit tibi, vt faceres mecum tantam misericordiam, vt fuissem quasi non essem modo prædicto, saltem in paucitate dierum meorum, quæ in breui finietur,* Dimitte me, vt plangam, &c. *Exponantur, prout in postilla, &c.*

REPLICA. In cap. x. circa illum passum: Quare de vulua eduxisti me, &c. *Cum postil. dixisset Iob ex dictis aduersariorum concludere contradictoria, videlicet quod vita subiecta miseriis inuasibilibus sit simpliciter odiosa, & eadem sit aliquo modo appetenda. Burg. se opponit dicens duo minus probabilia. Primum est quòd in casu vita miseriis subiecta maximis non est simpliciter odibilis propter viuere quod est bonum, & per consequens appetibile, probat hoc per experientiam: sed illa experientia non est multis nota, nam eligibilius est non esse, quam miserum esse sine spe euasionis: Ideo Christus Matt. xxvj. loquens de Iuda, dixit ipsum* non esse, & natum non fuisse bonum, *& per consequens eligibile, esse ergo miserum dixit malum, per consequens odibile: imò dixit:* Melius illi erat, *vbi Glos. Ord. vsitatè dicitur & simpliciter, vt non possit inferri: igitur malè esse, bonum est, volens ostendere quod Grammatica simul & Logica (quæ dicunt comparatiui positiuum dici de vtroque extremorum) in proposito non habeat locum: Miser enim etsi propter viuere, quod eligibile est, appetat esse prout Burg. per experientiam exemplificat, hoc est propter spem aliquando euadendi miseriam, vbi autem non est spes euadendi, casus Burg. non est ad propositum: quia contra dictum Christi supra allegatum; vnde etsi secundum impetum naturę miseri propter decorem vniuersi velint esse, mallent tamen non esse ex voluntatis deliberatione: & hoc dictum coincidit cum eo quod Scotus dicit, circa tertium de affectione iusti & commodi: & tunc non sequitur: Sor. vult A. secundum impulsionem naturæ: igitur vult A. quia arguitur à secundum quid ad simpliciter. Sicut in simili non sequitur: Christus voluit auferri calicem secundum affectum sensitiuum, igitur voluit; Et mercator vult tempore naufragij proycere merces, igitur vult: & sic de alijs multis. vnde patet prima pars conditionalis, vbi non est spes releuationis à miseria, ibi vita est simpliciter odibilis & horrenda, etiam apud eos qui felicitatem suam ponunt in prosperitate vitæ presentis. Nam si prosperitas est continua, est vera felicitas, ideo simpliciter appetenda, & per consequens eius oppositum, scilicet continua miseria est odibilis & horrenda. Et per idem medium ex litera postillatoris bene deduxit secundam partem contradictionis, contra quam Burg. nihil facit. Loquitur igitur Iob ex suppositionibus amicorum eos deducendo ad contradictionem. Secundum autem Burg. dictum, quod videlicet ipse cum sancto Tho. ipsi Iob frequenter imponit, quòd locutus sit ex multitudine passionum rationem vincentium, ad iram prouocantium, suprà improbatum est prin. iij. cap.*

CAP. XI.

A a *Respondens autem Sophar.* ✠ OLYM. Sopharus monet Iobum, vt agnoscat culpam tot plagis dignam: & ad Deũ reuocaturum superiorem fœlicitatem reuertatur. Vicissim sibi succedunt, sicut contra fortem athletam impares.

In Cat. græ.

b *Nunquid qui mul.* GREG. A contumelijs incipit. Mos prauorum est rectè dictis non consentire, sed è diuerso respondere, quibus & paucavidẽtur multa, quia contra sensus eorũ sunt, qui nihil putant rectum, nisi quod sentiunt.

Lib. 10. cap. 1. & 2.

† Nunquid verboso nõ respondebitur.

B

† vel, mendacia tua (sub, quibus te iustificas) homines tacere facient.

c *Aut vir verbosus.* Vera sententia, quia legitur, cultus iustitiæ silentium, sed nõ pro loco dicta. Qui nequit recta pati, negligens corrigi, accingit se responsioni.

C

✠ ORIG. & POLY. Qui linguam loquendi causa habet, is etiã aures audiendi causa nactus est; nec quia dicendo vales, continuo iustus fueris.

Cap. 3.

d *Tibi soli tacebunt ho. &c.* GREG. Omnia recta, suam irrisionem putat, quẽ remordet conscientia: & generaliter dicta sibi æstimat. Vnde & contrà loqui accẽditur, vt vel sic verecundiã tegat: quasi criminosus non sit, si alios criminetur. vnde mentiendo subdit.

e *Dixi. enim: Pu. est ser. meus.* Iob non dixerat; sed solatio est facinori, si vel falsò inquinetur vita corripientis.

✠ CAT. Græ. *Benedictus filius mulieris abbreuiatus.*

✠ CHRY. Atqui ille ipse dixit, in veritate scio, quia nõ est mortalis, mundus coram domino.

✠ PHILIP. Sunt verba calumniatoris: non enim dixit se mundum, sed nihil impium fecisse.

Atque vti. De. loque. tecum, &c. GREG. Peruersi verbo tenus f ona optant, vt benigni videãtur, & vt, quæ in præsenti sunt, mala esse ostendantur, vnde & iste dicit:

Ibid.

Ibid. cap. 4.

Vtinam Deus loque. Quasi diceret, tu modò tibi loqueris, dũ carnaliter sapis: es vacuus à veritatis spiritu; quasi, potius imperitiæ tuę cõpatior, quàm pœnæ.

E

✠ PHILIP. *Loquela sonum, apertione labiorum* intelligentiã demonstrauit.

g GREG. *Labia.* Id est iudicia, per quæ aperta, quasi labia, suam voluntatẽ ostendit hominibus, quæ latet in occultis dispositionibus. Apertis labijs hæc eruditio fit, vt ostenderet secreta sapientiæ. Publica opera sapientię Dei sunt, quòd quos gratis condidit, benignè disponit, bona aspirat, perficit, custodit, quod omnibus liquet; Secreta eiusdẽ opera sunt, quod econtra facit in malis quos deserit, quæ pauci possunt inquirere, sed nullus inuenire. Tamen vtcunque videt, & non inueniens inuenit, qui incomprehensibilia esse intelligit, vt humiliter timeat & dicat: *Tu quis es qui respondeas Deo?* Iste per studium scientiæ peritus, per audaciam tumoris ignarus, meliori optat quod habet. Lex Dei est charitas, per quam in mẽte sunt præcepta vitæ, quæ plenitudo legis dicitur *multiplex*: quia ad omnia virtutum facta dilatatur, & ab omni malo retrahit,

Ibid.

† duplicia (id est multò plura, sub. meruisti) secundũ legem.

E

Rom. 13. a

☞ quam

CAP. XI.

Respondens autem Sophar Naamathites, dixit: † Nunquid qui multa loquitur non
¶ Quasi nonne & nos tibi loqui debemus: pœna est insuo tacere, nec patienter audit, qui negligit corrigi.
& audiet, aut vir verbosus iustificabitur?
† Tibi soli tacebunt homines, & cùm cæ-
a ¶ Potes enim confutari.
teros irriseris, à nullo confutaberis? Dixisti
enim: Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu
a ¶ Sed Deus probaret te iniquum.
tuo. Atque vtinam Deus loquĕretur tecum, & aperiret labia sua
¶ Quasi sicut mihi.
a ¶ Offenderet sapientiam.
tibi, vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quòd † mùlti-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 g 10

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XI.

Diuisio.

1 Respondens autẽ Sophar Naamathites. *Hîc ponitur primò obiectio ipsius Sophar contra ipsum Iob, & secundo ponitur ipsius Iob responsio sequenti ca. Circa primum Sophar primò arguit Iob de stulti loquio, & secundò nititur eum ostendere iustè punitum, & citra condignum pro peccato suo, ibi:* Atque vtinam; *Tertiò admonet eum de remedio, ibi:* Si iniquitatem. *Circa primum dicitur.*

2 Nunquid qui mul lo. *Reputabat enim Iob ex impetu passionis superflua & irrationabilia loqui.*

3 Non & au. *q. d. tu es ita loquax, quod semper vis loqui, & nihil audire, Et causam huius loquacitatis subiungit:*

4 Aut vir verbo. iustificabi. *q. d. per loquacitatem vis falsò prætendere iustitiam tuam, sicut in disputationibus, litigiosi & loquaces volunt obtinere clamoribus.*

5 Tibi soli ta. ho. *q. d. non est rationabile, cùm non sis tanta auctoritatis nec sapientiæ.*

6 Et cum cæ. irri. *Quia suprà dixerat: Quare detraxistis sermonibus veritatis, &c.*

7 A nullo confutaberis. *Quasi dicat imò ego ostendã stultitiam tuam,*

8 Dixisti enim: Purus est ser. *Hoc accepit ex hoc quod suprà vj. ca. dixerat Iob:* Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, &c.

9 Atque vti. *Hic arguit Iob propter peccata sua punitum, & per consequens coram Deo immundum. Ad cuius intellectum sciendum, quod peccatũ peccatum est transgressio legis diuinæ, & cælestium inobedientia mandatorum, vt dicit Aug. Lex autem diuina differt à lege humana, quia lex humana est tantum vniuersalis, applicatio autem in factis particularibus committitur iudicibus in his, quæ sunt inter hominem & proximum; & alijs hominibus in his quæ sunt ad seipsum: & hoc est, quia legislator non potuit considerare omnes particulares casus & circunstantias: Deus autem certitudinaliter considerat omnia opera humana etiam quantum ad minima: & ideo lex eius prout est in mente ipsius, se extendit ad omnia, etiam particularia: & inde est quod in legibus humanis aliquis aliquando peccat in causa particulari, & tamen non facit contra legem humanam: vniuersalia enim non se extendunt ad illud particulare; sed peccans qualitercunque, facit contra legem diuinam, prout accipitur modo prædicto: veruntamen quia homo non habet cognitionem huius legis in omnibus particularibus, frequenter contingit, quod facit contra legẽ diuinam, & non aduertit, & ex hoc cõcludit Sophar quod nullus potest se securè iustificare, secundum quod dicit Apostolus j Corint. iij. a.* Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. *In hac autem deductione sic procedit Sophar, quia primò ostendit profunditatem diuinæ sapientiæ, & multiplicitatem suæ legis ad omnia se extendentis: propter quod est ab homine incomprehensibilis. Secundò ostendit, quòd Deus facta hominum vsque ad minima considerat, & sic iustè condemnat, quamuis homini condemnato non videatur. Secundum prosequitur, ibi:* Ipse enim. *Circa primum dicit Sophar.* Atque vti. De. loque. te. & ape. la. sua tibi, *secreta sua reuelando.*

Peccatum quid sit.

Lex diuina differt à lege humana

10 Et quod mult. *Ad omnia quantumcunque minima se extendẽdo.*

☞ 1 Et in

MORALITER.

† 1 *Respondens autem Sophar.* Iste contra Iob arguit, notans eum de superflua loquacitate, falsò tamen: Et ideo licet verba Sophar contra Iob non valeant, sunt tamen efficacia contra loquacem, & vanum doctorem, seu prædicatorem: & sic præsens capitulum exponetur.

2 *Nunquid qui mul. lo. non & au.* q. d. prædicator vanus semper vult loqui de aliorum defectibus: & si modicum tangatur. statim ad impatientiam prouocatur.

4 *Aut vir verbo. iusti.* q. d. non: *quia in multiloquio non deerit peccatum.*

5 *Tibi soli ta. ho.* Hoc enim vanus prædicator quærit: sed sic non erit, ideo subditur.

6 *Et cum cate. irri.* Eos acriter & publicè pungendo.

7 *A nullo confuta.* q. d. imò, scilicet à Deo, & prædicatoribus veris, sicut Simon magus à beato Petro fuit confutatus.

8 *Dixisti enim: Pu. est ser. me.* Vanus enim prædicator de bona doctrina se iactat atque vita, cùm tamen in vtraque multa sint arguenda, ideo sequitur:

9 *Atquevti. De lo. te.* Ostendendo tibi tuæ vitæ & doctrinæ defectum.

10 *Et quòd multip. sit lex eius.* Id est difficilis ad intelligendum, quod vani prædicatores non reputant, intantum quòd sine studio sacræ scripturę præsumptuosè se ingerunt ad prędicandum. Hieron. in epistola ad Paulinũ. *Taceo de mei similibus, qui si forte ad scripturas sanctas post seculares literas venerint, & sermone compositio aures populi mulserint, quicquid dixerint hoc legem Dei putant: nec scire dignantur quid prophetæ, quid apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit & non vitiosissimum dicendi genus depravare sententias, & ad suam voluntatem sacram scripturam trahere*

quam qui diligenter attendit quantum quotidie peccet, Deo agnoscit: & si peccata agnoscit, patiẽter flagella tolerat. Et hoc est, Ibid. cap. 5. a *Et intelli. quod mul. mi.* Iniustè iusto iniquitatem obijcit, sed hæc contumelia de zelo Dei prodit, & est venialis. Merita quoque iusti nescienſ, ex imperitia irrisionem subdit:

✠ DIDYM. Certus est modus humanæ sapiẽtiæ, nec potest ad Dei iudicia accedere: licet enim de cælo, & elementis dicere possimus, ea quæ vltra sunt ignoramus.

✠ OLYM. POLY. Si, quæ cernũtur, explicari non possunt: quantæ audaciæ in Deum linguã porrigere?

✠ PHILIP. Deus incõprehẽsibilis est, vestigia Dei sunt, quando dignatur aliquantulũ se nobis manifestare.

Ibid. cap. 6. b *Forsitan Vestigia Dei con.* GREG. Benignitas visitationis quæ viã nobis ostendit, vt nondũ visum sequamur, donec ad contẽplandũ veniamus. Hæc nequeũt cõprehendi: quia vnde, vbi, quibũsve modis dona spiritus eius veniũt, nescimus: vnde &, *nesris vnde* Ioan. 3. a. *veniat aut quò vadat.* In futuro repietur omnipotens per speciẽ, sed non ad perfectum: quia eius essentia à nullo plenè videbitur.

c *Excel.* Quia in circũscriptione sui spiritus cũcta transcendit,

d *Profundior infer.* Quia transcendendo subuehit,

e *Longior ter.* Quia modum creaturæ perennitate æternitatis excedit,

f *Latior ma.* Quia tempora sic possidet, vt sub potentiæ suæ præsentia coangustet. Vel; cæli dicuntur angeli; infernus, dæmones, terra, iusti homines, mare peccatores: Nec angeli igitur eius altitudinem attingunt; & dæmonum astutias longè subtilius iudicat; & iustorum longanimitatẽ patientia eius superat; & vbiq; facta peccantium præsentia eius occupat. Vel, homo cælum est contemplatione; Infernus tentationum caligine; Terra dum fructificat, Mare dum mutabilitate agitur: Sed contemplatio hominis in Deo deficit, Et si se tentationibus discutit, subtiliora Dei iudicia timet, & opera eius retributio in fine superat, Et quantumlibet mens fluctuet, in requirendo districtionem futurã non cognoscit. vnde: *Quis nouit potestatem iræ tuæ?* Vel secundum Apostolum: Latitudo Dei est dilectio, qua & perseqũentes colligit: Longitudo qua lõganimiter tolerando ad regnũ perducit, Sublimitas, quia & intelligentiam glorificatorũ transcendit, Profundum, propter quod subditur:

5 *Excelsior cælo est, & quid facies, &c. Si omnia subuerterit.* In nihilum redigendo.

6 *Vel in vnum coarctauerit.* Ad informem materiam reducendo,

7 *Quis contradicet ei?* Quasi diceret: hæc omnia potest, quamuis non intellexerint philosophi.

9 *Ipse enim nouit hominum vanitatem.* Qui credunt mirabilia scire & valere.

10 *Et videns iniquitatem nonne considerat?* Scilicet ad puniendum, quasi dicat, sic: quia dedecus culpę non remanet sine decore iustitiæ.

† 1 Vi

a ¶ Dei.

plex esset lex eius: & intelligeres quòd †multò minora exi-

¶ Hoc opto tibi, sed.

garis ab eo, quàm meretur iniquitas tua. †Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum omnipotentem

¶ Quasi, non reperies, sed.

reperies. Excelsior cælo est, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior

¶ Et cùm ita sit.

mari. Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei, vel quis ei dicere potest, cur ita facis? Ipse enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, †nónne

dum, quia & damnatis inferius iudiciũ incõprehẽsibiliter exerit. Eadẽ etiã modò exhibet; latitudinem amando; longitudinẽ tolerãdo, altitudinẽ intellectus, & vota superando; profunditatẽ, motus cogitationum illicitos iudicando. Altitudo verò & profunditas quam sint inuestigabiles nemo scit, nisi qui contemplando ad sũma peruehitur, vel occultis motibus resistens tentationibus turbatur; vnde Iob despecto dicitur: *Excelsior, &c.* quasi altitudinẽ eius & profunditatem, quomodo tu cognoscere sufficis, qui vel virtute ad summa prouehi, vel temeripsum in tẽtationibus reprehendere nescis?

✠ PHILIP. Deum dicit his verbis esse vbique, sed videtur mihi quod Deum corporeum credat, quãdoquidem latitudinis & longitudinis eius mensuras affirmat.

g *Si subuerterit.* GREG. Subuertit cælum, dum contemplationẽ hominis destruit; Infernum, dum pauidum in tentationibus ad deteriora cadere permittit; Et terram, dum fructum boni operis per aduersa intercidit; Mare, dum nostram titubationem terrore iudicij confundit. Cælum & infernus simul coarctatur, cùm eandem mentem & contemplatio subleuat, & tentatio obscurat, vnde: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ,* Rom 7. d. Terra & mare simul, cùm eandem mentem, & certa fides de æternis roborat, & ex aliquantula mutabilitate aura dubietatis versat, vt in eo qui dixit: *Credo domine, adiuua incredulitatem meam.* Quod occulta dispensatione fit, vt cùm mens eleuatur, reliquis Marc. 9. d. prauitatis impugnetur: vt vel resistens exerceatur, vel seducta frangatur. vnde rectè dicit:

h *Quis contradi. ei? vel quis ei dicere po. cur ita fa.* Quia iudicio Dei nullus potest obsistere, vel inquirendo illud penetrare. Cur subuertit vel coarctat?

✠ DIDYM. Huius simile est *Nunquid dicet figmentum ei, qui finxit se, quid me feciſti sic?* Vbi supra c. 9.

i *Ipse enim no.* GREG. Dum mens elatione attollitur, quia bene succedit; & in virtutibus Deus deserit, vt inueniat homo quid sit. Vanitas. Et quia Deus tolerando succrescere vitia conspicit, iudicãdo bona cunfundit. Post vanitatem ponitur iniquitas: vana sunt omnia quæ transeunt, quæ nos ligant, incipit iniquitas. Vel, vanitas leuior, iniquitas verò grauior reatus dicitur. Et ex leuioribus

† oblitus est tui Deus propter iniquitatem.

† Nunquid inuestigando Deum.

† non intelliget.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et intelli. *Per istam reuelationem.*

Vestigia Dei. 2 Quod multo mino. *Id est minus puniaris debitè.*

3 Forsitan vesti. Dei compre. *Hoc dicit negatiuè: Vestigia autem Dei sunt creaturę, ex quarum conditionibus inuestigantur conditiones creatoris: & istę creaturę non possunt ad plenum comprehendi ab homine secundum illud Eccle. j. b.* Cunctæ res difficiles, nec potest eas homo explicare sermone, *sicut patet de modico folio arboris, de quo non possunt ad plenum inuestigari omnes proprietates, vt quare sit tantæ quantitatis, vel talis figuræ, aut virtutis, & dato quòd possent totaliter comprehendi ab homine, tamen per hoc non cognosceretur creator perfectè, quia nullus effectus Dei, nec etiam omnes simul adęquant virtutem Dei infinitam, & ideo subdit:*

4 Et vsque ad perfectum omnipotentem reperies? *q. d. hoc manifestè est impossibile.*

5 Excelsior cælo est, &c. *Non est per ista intelligendum, quod aliqua dimensio quantitatiua sit in Deo: sed quia virtus eius incomparabiliter excedit ista quæ inter corporalia videntur maxima, significans per hoc quòd non possit attingere ad sapientiam & virtutem Dei cognoscendam, nisi valdè modicum & à longè, similiter nec eius potentiam. Ideo subdit:*

6 Si subuerterit omnia, *In nihilum redigendo sicut de nihilo fecit.*

7 Vel in vnum coarcta. *Redigens ad vnam confusionem, sicut ab aliquibus dicitur quòd omnia corporalia à principio fuerunt creata sub vna forma corporeitatis indeterminata ad aliquam speciem determinatam.*

8 Quis contradi. ei. *q. d. nullus.*

9 Vel quis ei dicere potest cur ita facis? *Corrigendo facta eius:*

10 Ipse enim nouit. *Hic consequenter ostendit quod Deus vsque ad minima cognoscit hominum peccata, etiam eis incognita: & sic iuste punit: & hoc est quod dicit:* Ipse enim nouit hominum vanitatem, *Per quam auertuntur à stabilitate virtutis.*

11 Et videns iniqui. *Nonne considerat puniendo, quasi diceret sic. Dicitur enim iudex non considerare malefacta quando non punit, & aduertere seu considerare quando punit.*

† 1 Vi

MORALITER.

† *here repugnantem.* Et quoniam tales præsumptuosi, à suis superioribus aliquando puniuntur grauiter, sed ipsi portant impatienter, ideo sequitur:

1 *Et intelligeres quod multo minora exigaris.* Id est minus debitè, púniaris.

3 *Forsitan vestigia Dei comprehendens.* Hoc dicitur contra illos qui secularibus literis instructi, per hoc volunt de secretis diuinis loqui, cùm tamen minimæ creaturæ non possint rationes comprehendere. Quod si facerent, per hoc tamen Deum non comprehenderent: nam omnes suos effectus excedit in infinitum,

☞ ribus vsu cuncta leuiante ad grauiora ducitur homo: vnde Salomon: *Modica qui spernit, paulatim decidit.* Vanitas nasci dicitur, & iniquitas considerari quasi studiosius, quia nec minora Deus multa deserit, & ad maiora serienda intentius se accingit. Quò vanitas cum iniquitate pertrahit ad tumorem, scilicet, subdit:

Ecclc.19.a.

a *Vir vanus in super.* GRE. Vanus ex culpa redditur audax, oblit[us] sui humilitatem perdit, & seruiēs desiderijs, à iugo diuini amoris se excutit, vt liberè iā per voluptates eat. Per pullum onagri omne genus agrestiū notat, quod dimissū motibus naturæ non tenetur loris dominantium; sic qui disciplina non tenetur, per effrenatam libertatem audenter vagus per desideria currit.

Vbi sup.c. 10.

†vir vacuus intelliget, vel efficietur cordatus, & vt pullus onagri homo nascitur (id est vt animal est homo tempore natiuitatis, at paulatim accessione ætatis, sapiēs efficitur & intelligēs)

†fortis

B

✻ CAT. Græca. Homo frustra natat verbis: mortalis autem natus de muliere est sicut asinus solitarius.

✻ ORIG. Vt asinus ad solitudinis finē non potest peruenire, sic nec homo vt sciat, quis status eorum, quæ priuatim administrantur.

Idem Phil.

✻ DIDYM. Asinum solitarium produxit, ad tarditatem miram humani ingenij declarandam.

✻ OLYM. & POLYC. Quia animal illud est intractatum, Iobum ei similem dicit in diuinis rationibus diiudicandis.

b *Tu au. firma.* GRE. Firmari cor non hoc loco per virtutem dicitur, sed per insensibilitatem; Et ad Deum manus expandere dicit, contra largitoris gratiam de virtute operum superbire. Sic reprobi cùm redarguere electos ex infirmitate actionis non valent, ex crimine tumoris accusant: Sed qui hactenus iustum corripuit, nunc velut docendo subiungit: *eteris stabilis etc.*

Vbi sup.

C

✻ OLYM. Cor tuum purga, passis in precatione manibus Deum obsecra, finem peccandi facito, nullo posthac flagitio te obstringito, si contigerit te peccati primordia attigisse, saltem vitium in tua vita non hæreat.

✻ PHILIP. Firmasti cor tuum vt non satisfaceres Deo per pœnitentiam, & expandisti manus insultantis amico, & operum merita falsa iactantis; nomine enim manuum opera designantur.

c *Si ini.* GRE. Iniquitas in manu, est culpa in opere; Iniustitia in tabernaculo, iniquitas in mēte; Mens quippe tabernaculū vocatur, in quo apud nos abscōdimur, cū foris in opere non videmur. Leuare autē faciē, est in Deo animū per studia orationis attollere, quam faciē macula inquinat, si reatus sui conscientia accusat.

Vbi sup.

Ibid.

d *Et eris sta.* Quia tantò minus ad iudicium trepidat, quantò in bonis actibus solidius stat.

✻ ORIG. & CAT. Græca. Sic enim resplendescet facies tua, sicut aqua munda.

D

✻ OLYM. Mundum dicitur duobus modis, & quod munditiam affert cæteris rebus, & quod eam sibi habet; sic aqua eluens sordes, & nihil habens concretionis & commotionis suo restituta nitori, & sedata. Ita Iob ratione morum mutata, prouidentia Dei in posterū omnibus bonis circūfluet.

✻ PHIL. Aquarū nomine tribulatio designatur, vt *transiuimus per ignem & aquam*, quæ ab eo tam cito discedent quam aqua velociter fluens.

✻ ORIG. Nec dices, *timor quem timebam aduenit mihi.*

E

✻ POLYC. Nec satis in sordibus tinxisti me.

✻ PHILIP. Non eris vt Cain qui tremens & vagus in terra

†Si direxeris cor tuū & extenderis ad Deū manus tuas Psal. 65.

†subaudiēda; & negationem recordaberis

†& plusquā meridies surget tempus vitę sub. clarius illustrabitur sicut mane eris. Vbi sup. c. 12.

Ibid.

F

Naid habitabat. id est instabilis factus est.

e *Miserię quoq;* GRE. Mala vitę præsentis tantò durius animus sentit, quantò pensare bonum, quod sequitur, negligit. At si ad ea, quæ permanent, oculum cordis figat, nihil esse conspicit quicquid ad finem tendit.

f *Et quasi aquarum.* Quia miseriæ, quæ transeunt, non vi concutiunt, sed tactum mœroris infundunt, dum extrà pro percussione dolet, intus ex tentatione frigescit, contra quod amplius lux diuina succenditur, vnde subditur;

g *Et quasi meri.* Fulgor meridianus in vespere, est virtutis renouatio in tentatione.

✻ OLYM. Aut hoc dicit, fore vt illius vita meridianam solis lucem imitetur, aut meridiei nomen transfert ad calamitatem. Est enim meridies lumen solis exurens. Vt igitur doceat illi in calamitate versanti diuinam opem affuturā, meridiei, id est vehemētioris æstus mentionē facit, dixitque eius præsenti calamitati Dei opem orituram. Vel etiam, quia meridie cum sol nostro capiti imminet, nulla nec aduersa nobis, nec auersa gignitur vmbra, dicit quandoquidem nunc res tuæ in media sunt libra, atque in nouaculæ acie constitutæ, ex hoc ipso præcipiti tuo statu vita tua splendescet, si modo te ad frugem bonam receperis.

✻ PHILIP. Lucifer, Christus, Idemque splendor meridianus ad vesperam resurrectionis apparens, vt autem diues Lazarum, sic impij Iobum deprecabuntur.

h *Et cum te consumptum.* GRE. Cū & per exteriora mala iustus occumbere cœperit, tunc claritas eius incipit: Econtrā iniqui lumē est in die huius vitæ, obscuritas in vespere. *Et cum te con.* Quia

☞ foris

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Vir vanus: *Qui declinat à subtilitate virtutis.* 2 In sup. *Quia licet primò peccet per ignorantiam seu passionē, tamen ex consuetudine peccandi peruenit ad hoc, quod peccat per certā scientiam, & malitiā quę est manifesta superbia contra Deū.* 3 Et tan. *A iugo & onere legis diuinæ. Onager enim est asinus syluestris, qui nascitur in campo, & sic non nascitur oneribus portandis. Ille autem qui nascitur in domo patrisfamilias ad hoc nascitur: vt eius operibus applicetur. Et quod dixerat, ad Iob applicat, dicens:* 4 Tu au. *In malitia perseuerando, & eam defendendo.* 5 Et expan. *q.d. hoc est frustra, quia efficaciam oratio-*

Diuisio.

nis impedit malitia tua. 6 Si ini. *Hic consequenter admonet Iob de remedio, secundo respondet cuidam eius dicto, ibi:* Et habebis. *Remedium ostendit dicens:* Si iniquita. *te perfectè & veraciter corrigendo.* 7 Et non man. *Id est in familia tua quam debes regere.* 8 Iniustitiam. *Quæ tibi esset imputanda pro defectu tui regiminis.* 9 Tunc leuare. *Ipsum deprecando.* 10 Asque macula. *Id est, amoto impedimento efficaciæ orationis tuæ.* 11 Et eris sta. *In prosperitate præsentis vitæ, Deo hoc faciente.* 12 Et non ti. *A superuenientibus malis.* 13 Miseriæ quoque. *In qua nunc es.* 14 Obliuiscēris, *Propter abundantia prosperitatis superuenientis. Per talem modū loquitur saluator, Ioan. xvj. a.* Mulier cū parit, tristitiam habet: cùm autē peperit puerū, iam non meminit pressuræ propter gaudiū. 15 Et quasi me. *Hoc dicit cōtra illud, quod Iob suprà dixerat, quasi nihil reputās prosperitatē temporalē sibi de cętero affuturam, eò quòd esset senex & prope mortē, quasi diceret: licet fueris in vespera senectutis, tamen tanta prosperitas aduenit tibi, quòd reputabis te esse in meridie, id est in potentissimo statu vitæ tuę, ideo sequitur:* 16 Et cum te consumptum pur. *Per afflictionem & senectutem.*

☞ 1 Orieris

MORALITER.

† 1 *Vir va.* Vt ramus arboris fructu vacuus sursum eleuatur,

3 *Et tanquam pul. ona.* Ad faciendum & dicendum quicquid cogitat Et tali dicitur:

4 *Tu autem firmasti.* Contra Deum,

5 *Et expandisti ad eum ma.* Deprecando, quasi diceret, hoc est pro nihilo.

6 *Si iniquitatem quæ in manu tua est, abstuleris,* Veraciter pœnitendo, tunc leuare poteris faciem tuam, ipsum fiducialiter deprecando j. Ioannis iij. d. *Si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum, vt quicquid petierimus, accipiamus ab eo.*

12 *Et non timebis.* Timore seruili,

13 *Miseriæ quoque obliuiscēris.* Id est culpæ præteritæ non recordaberis ad ipsam reiterandam.

15 *Et quasi meridianus fulgor con.* Id est purgabit te à tenebra contracta per culpam.

16 *Et cum te consum.* Propter peccatorum grauitatem.

† 1 *Orieris*

☞ foris cadens intus renouatur, & quo duriora tolerat, certius præ-
A mia sperat, & hoc est:

Ibid. a *Et habebis fiduci.* Defossi securè dormiunt, quia dum sua intima vigilanter penetrant, à laborioſis huius mundi se oneribus sed quietis otio occultant. Vel, defossus, id est mortuus securus eris de corona. Vel, defossus, qui omnes

B latebras animi perscrutatur, & non inuento quod mordeat, securus apud se dormit latens ab actibus seculi.

† & fodies id est fodies in circuitu ædificiorũ tuorũ & nõ erit opus vt murũ per circuitũ ædifices, quia confidenter dormies.

a ¶ Sed non quidem eris. b ¶ Quia vita iustorum prænuntiat qualis erit claritas solis sequentis, id est Christi qui nondum apparet.

c ¶ Salomon: Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Prou. 12. c. Item iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Prouer. 28. a.

a pũtaueris, ὁrieris vt Lucifer, & habebis fidũciam propoſita

a ¶ Etiam.

b tibi spe, † & defossus securus dormies. Requieſcẽs, & non erit

a ¶ Dum recta prædicat ad hoc quod tacitus ambit, erumpit: & dum quasi innocenter viuit intercessor pro hominibus vult videri.

c qui te exterreat. Et deprecãbuntur faciem tuam plurimi.

a ¶ Tibi ita. ¶ Quia in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

b ¶ Hic quod displicet aliquo modo vitant, quod non ibi.

d Oculi autem impiorum deficient, & effugiũm peribit ab eis,

a ¶ Id est terrena in quibus caro quieſcit, sed spiritus deficit.

e & spes illorum † abominatio animæ.

† vel tristitia: alij vertunt, exemplario.

b *Requieſces & non erit.* Qui enim in æternitatis desiderio figitur, dum nihil est in mũdo quod appetat, nihil est quod de

C mũdo pertimeſcat.

c *Et deprecabuntur.* Praui cum recta prædicant, quod ipsi appetunt: hoc alijs pro magno pollicentur; Sed ne diu pollicendo pateſcat, quod sunt, ad rectitudinis citius verba reuertuntur, vnde subditur.

D

d *Oculi autem impiorum.* Oculorum nomine intentio exprimitur: Oculi ergo impiorum deficiunt. Cum enim mors impios subtrahit, eorum pro facto desideria cum vita terminantur. A quibus & omne effugium perit, quia eorum malitia ab animaduersione iudicis districti, quò se valeat occultare, nõ inuenit.

1 ✠ Græca cat. Ex so- E
2 litudine autẽ & cum
3 iterum apparebit tibi
4 pax, quieſces & nõ e-
5 rit qui tibi bellum fa-
6 ciat: mutati autem
7 multi te obsecrabũt.
✠ Olym. Indicat F
8 quoddam genus ho-
9 minum à diabolo im-
10 missorum, qui huius calamitates riderent & exagitarent, qui postea de eiusdem meliore statu mærebunt.

e *Et spes illorum abominatio, &c.* Greg. Quia inde in perpetuum spiritus interit, vnde ad tempus caro suauiter viuit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Orieris vt Lucifer. *Per prosperitatis abundantiam. q. d. quod tibi de prosperitate subtrahetur ex breuitate temporis, supplebitur ex intentione & superabundantia prosperitatis,*

2 Et habebis fiduciam. *Hic respondet dicto Iob, quo suprà dixerat, nullum bonum sibi remanere post mortem, secundum amicorũ suorum errorem: ostendens quod imò, scilicet memoria bona remaneat inter homines & veneratio: Et hoc est quod dicit:* Et habebis fiduciam. *de futuro bono post mortem.*

3 Propoſita tibi spe. *Et certa expectatione illius boni: & quid sit illud bonum, subdit:*

4 Et defossus. *Id est sepultus & tumulatus.*

5 Securus dormies. *Quia nullus murmurabit aut detrahet de tua vita præterita.*

6 Requieſces & non erit. *Quia nullus audebit sepulturam tuam frangere seu vituperare, vel imaginem te repræsentantem, sicut fiebat antiquitus valentibus personis: vt post mortem venerarentur in imaginibus suis, et propter talem gloriam post mortem habendam, multi Gentiles exposuerunt se pro republica morti et periculis, ideo subditur:*

7 Et deprecabuntur faciem tuam plurimi, *Te in sepultura vel imagine tua venerando, consequenter ostendit contrarium euenire malis hominibus in sua malitia permanentibus dicens:*

8 Oculi autem imp. *Quia non obtinebunt bonum, quod assequi intendebant.*

9 Et effugium peribit. *Quia non poterunt liberari de malo eis superueniente.*

10 Et spes illorum obominatio animæ. *Quia post mortem non habebunt honorem quem sperabant: sed omnes abominabuntur vitam eorum præteritam, sepulturam, et memoriam. Quod autem aliquando vocant disputantes contra Iob eius amicos, aliquando aduersarios, nulla est repugnantia, quia sicut dictum fuit suprà ij. cap. Venerunt ad ipsum vt amici, ad eum consolandum: sed per procurationem Sathan conuersi sunt vt inimici, ad increpandum.*

MORALITER.

† 1 *Orieris vt Lucifer.* Per diuinæ gratiæ consolationem,

2 *Et defossus se.* Quia sepulto corpore spiritus erit in requie,

5 *Et non erit.* Quia tunc omnis tentatio cessat,

7 *Et deprecab.* Quia sanctorum suffragia postulant viui.

8 *Oculi autem imp.* A spe beatitudinis,

9 *Et effugium peribit ab eis.* Quia fugere non potuerunt de manu dæmonis.

10 *Et spes eorum abominatio animæ,* Abominantur enim iusti quæ mali sperant in vita præsenti.

ADDITIO.

In cap. xiij. vbi dicitur in postilla. & multiplex sit lex eius, &c. *Vbi translatio nostra habet:* & quod multiplex sit lex eius. *Hebraica litera habet:* Et quod duplex sit lex eius. *Quæ quidem litera non potest bene exponi, ex hoc quod lex diuina ad omnia quantumcumque minima se extendit: nam propter hoc non diceretur lex duplex, vnde ad veritatem literæ Hebraicæ propriè exponendam, aliter videtur dicendum. Pro quo sciendum quod lex diuina apud Iob & socios eius non*

Lex diuina

est accipienda pro lege Mosaica, quæ apud eos non erat diuulgata, nec etiam pro lege euangelica, quę nondum erat: sed apud eos potest lex diuina dupliciter accipi. Vno modo pro lege æterna, quæ secundum Augustinum in lib. de libero arbitrio est summa ratio, cui semper obtemperandum est: cuius quidem æternę legis notio secundum eundem Augustinum ibidem nobis impressa est. Nam licet secundum sanctum Thomam prima secundæ q. xciij. art. ij. respondendo ad quæstionem, nullus legem æternam cognoscat secundum quod in seipsa est, nisi solùm beati: qui ipsam Dei essentiam vident, omnis tamen creatura rationabilis ipsam cognoscit secundum aliquam irradiationem & participationem legis æternę, quæ est veritas incommutabilis. Imprimitur etiam rationali creaturæ lex æterna inquantum inest ei naturalis inclinatio ad id quod est consonum legi æternę. Vnde ij. Ethicorum: Sumus inclinati ad habendum virtutes; quæ quidem impressio in malis est corrupta, inquantum in ipsis naturalis cognitio boni per passiones & vitia obtenebratur, similiter & inclinatio eorum naturalis ad virtutem deprauatur per habitum vitiosum. Secundo modo accipitur lex diuina pro lege naturali quæ secundum Augustinum ij. confes. scripta est in cordibus hominum, & sic quod eam nulla delet iniquitas: Quod intelligitur quantùm ad principia prima & communia legis naturalis, vnde de istis duabus legibus propriè potest intelligi istud verbum, scilicet quod duplex sit lex eius, quarum legum prima scilicet æterna est altissima, & absconditа à nobis, ideo de ipsa dicit Sophar: Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ: *& sequitur quod* duplex sit lex eius *q. d. nõ solùm lex naturalis quæ communiter est hominibus nota quo ad prima principia eius, est lex Dei; sed etiam lex æterna, quę est secreta sapientiæ Dei, secundum quam ex conuenientissimis rationibus nobis ignotis punit & præmiat, & ideo secundum illam legem tibi ignotam si tibi reuelaretur, intelligeres quòd multò minora exigaris ab eo quàm meretur iniquitas tua. Consequenter ostendit quòd iudicia Dei secundum huiusmodi legis æternæ considerationem sunt nobis incomprehensibilia, vnde subdit: Forsitan vestigia Dei comprehendes. Consequenter dicit quod huiusmodi sapientia Dei abscondita, quę est lex Dei æterna, est altissima, & profundissima & longissima & latissima. De primo dicit:* Excelsior est cælo. *de secundo:* Profundior inferno. *de tertio:* Longior terra. *de quarto:* Latior mari: *quę omnia ponit ad designandum ipsius legis æternæ incomprehensibilitatem. Ex quibus concludit, quod quicquid Deus agat secundum huiusmodi legem æternam, sicut nec potest impediri, de quo dicit:* Si subuerteret omnia, &c. quis contradicet ei? *sic nec reprehendi de quo dicit:* Quis ei dicere potest, cur ita facis? *Quod ad gubernationem hominis applicat dicens:* Ipse enim nouit hominum vanitatem q. d. *Si secundum iudicium suę legis æternę hominem subuertit, vel vehementer punit, quis ei dicere potest cur ita facis? ipse enim nouit hominum vanitatem.*

REPLICA. In ca. vbi trãslatio nostra habet de multiplici lege. Burg. asserit quod in Heb. habetur duplex, *vbi nos* multiplex *habemus; cęterũ id quod applicat, modici ponderis est: etiã nõ oportuit eũ facere tantã vim de vno termino, cum etiam Hebraica litera, quam prętendit, cum translatione nostra coincidat. Cùm enim secundũ omnes vnum & multa opponuntur, & binarius non est vnitas, est igitur pluralitas: si igitur duali-*

dualitas est multitudo, duplex potest dici multiplex: & sic est concidentia. Sed ad rem de distinctione Burgen. quam ponit de lege aterna & naturali, illa distinctio non videtur ad propositum litere: nam litera prosequitur de eterna lege hominum incomprehensibili, vt patet per totum processum capituli huius: qualiter non est de lege nature, cuius principia sunt cordibus hominum indelebiliter inserta: & secundum iudicium recte rationis ad particularia applicata, que non possunt dici incomprehensibilia, secundum que etiam potest bene dici, cur ita facis, *&c. prout in litera. Sed non est sic de lege eterna, que duplex est, imo multiplex quo ad effectus, vna tamen in se, sicut spiritus multiformis, tamen vnus in se, diuidens singulis prout vult. Et videtur Burgen. intrare in pelagus in proposito, volens cum beato August. de doctrina Christiana lib. primo, quod illa lex eterna, quam beatus Augustinus vocat lucem, sit intellectui creato ratio cognoscendi veritates incommutabiles: in quo tamen beatus Augustinus communiter non tenetur à modernis.*

CAP. XII.

a A Respondens autem Iob. ✠ Cat. Græca. Iob Sopharum reprehendit, quod fidem iis rebus adiungere adortus sit, quæ dubitari à quopiam non possunt: deinde à Deo veniam precatur, rogatque ne summo iure secum agat. Illudque mirum quod Iobum in tantis ærumnis nihil fugerit eorum, quæ dicebantur ab amicis.

✠ Philip. Qui hæreticorum figurã gerunt sanctitatis priuilegium sibi vsurpantes & iactantiæ nomina. Heliphas enim est

B Dei mei aurum, quo quasi pretioso metallo doctrinæ verissimæ gloriẽtur; Sophar speculator & buccina, vt speculatores se Dei esse arbitrentur ad quos tuba Euangelij vere debeat pertinere; Baldad, vetustas, quod veteris & antiqui nominis vetustatem sibi vendicent.

lib. 10. c. 13. Greg. Hoc Sophar verè dixit, sed indiscretè, quia meliori liquore pleno vasculo superfundit, non vt doceat, sed vt ipse innotescat. Audet in meliorem, quia omnes putat se inferiores. Sic & omnes hæretici; Sed ecclesia elatos à sua æstimatione ad æqualitatem reuocat, vnde Iob subdit:

ibidẽ c. 14. b *Ergo vos estis soli homines.* Qui se omnes præire ratione putat: se solũm hominem esse exultat. *Ergo vos estis soli hom.* Qui enim se solũm sapere æstimat, quid aliud quàm hanc eandem secum mori sapientiam putat?

ibid. c *Et mihi est cor sic.* Vt eorũ superbiã corrigat, esse se inferiorem negat; & ne suæ humilitatis limitẽ transeat, se superiorem tacet. Ecce quã discretè, in quo indicat quod illi de se sentire deberẽt.

d *Quis enim hæc quæ nostis ignorat?* Acsi dicat? Cùm cunctis sint nota quæ dicitis: de dictorum scientia cur singulariter tumetis?

✠ Orig. Neque vos iusti estis, quod eadem vobis non acciderunt: neque ego, ex eo quòd hæc mala accepi iniustus.

✠ Olym. Neque ex iis sum, qui rectam & consentaneam animi functionẽ abiecerũt.

e *Qui deridet.* Greg. Quia illũ facit humana derisio Deo proximũ, quẽ ab humanis prauitatib⁹ vitę innocentiã seruat alienũ.

✠ Orig. Cat. græ. iustus & irreprehẽsibilis factus est in derisionẽ, ad tẽpus enim constitutũ præparatũ erat, vt caderet sub alios, & domus eius ab iniquis deuastaretur: verũtamẽ nullus, qui est improbus, cõfidat se innocentẽ futurum: quicunque ad iracundiam prouocant dominũ, quasi nõ futurũ sit eorũ suppliciũ.

✠ Poly. Grauissimũ est me, qui neminẽ læsi, esse vestrũ ludibriũ.

✠ Didym. Illud obserua, Iob cum minora dicit, ad se transfert, cùm maiora ad genus vniuersum orationem traducit: fermè enim eius hæc est oratio ne irrideantur iusti: hactenus enim patiuntur, vt illos ipsos pati Deus voluerit.

✠ Philip. In saluatore nostro potest hac intelligẽtia coaptari, qui tanquã agnus persecutionẽ ad mortẽ sustinuit, qui fuit lãpas contẽpta ob carnẽ in passione miserè tractatã, sed eũ *vnxit Deus oleo lætitię præ cõsortibus suis.* quod de Iob & quolibet sancto põt intelligi.

f *Lãpas con.* Greg. Nomine diuitũ, designat elationẽ superborũ: Iusti autẽ simplicitas & lãpas dicitur, & cõtẽpta: Lãpas, quia interius lucet, contẽpta, quia apud mẽtes carnaliũ abiecta æstimatur.

g *Parata ad tempus statutum.* Statutum contemptæ lampadis

☞ tempus

D Ibid.

Ibid. cap. 15.

† Verè sub. videlicet, quod estis populares * oritur.

E

F

† vel ad decorẽ & puritatẽ diuitis, de seipso volunt quidam Iob loqui.

† muribus pede vel ad offendiculũ pedis

Psal. 44.

Ibid. cap. 17.

Ibid.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XII.

1 Respondẽs autem Iob. *Hic consequenter post obiectionem Sophar ponitur ipsius Iob responsio. Circa quam sciendum, quod Sophar & socij eius ad duo tendebant, vt patet ex prædictis. Primum est dicere aliqua magnifica de Dei potentia & sapientia, & huiusmodi, vt per hoc viderentur ipso Iob sapientiores, & sententiæ eorum contra Iob veriores; Secundum est, ex dictis de Deo aliqua falsa concludere contra Iob, propter quod sanctus Iob in sua responsione primo remouet primum, secundo secundum ca. sequenti. Circa primum primo ostendit Iob, quod ea quæ dixerãt de Deo, non erant sibi ignota. Secundo quod etiam alijs hominibus erant vel poterant esse cõmuniter nota: & per hoc excluditur ab eis excellẽtia respectu aliorum, & co. futatur eorũ iactantia: secunda ibi:* Nimirũ interroga. *Circa primum dicit Iob ex dictis eorum iactatoriis cõcludendo.*

2 Ergo vos estis soli homines. *Quia homo differt ab animalibus brutis per intellectum: & ideo ex hoc quod prætenditis, vos tantum habere intellectum de diuinis, videtur quod alios homines quasi bruta animalia reputetis: & per consequens.* 3 Vobiscum mo. *Si tantũ est in vobis, sed hoc est falsum, vnde subdit:* 4 Et mihi est. *Id est intellectus, qui per cor in sacra scriptura designatur, secundũ illud Psal. 36. f.* Lex Dei eius in corde ipsius. 5 Nec infe. *In notitia vel scientia diuinorũ de qua vos iactatis, & ne hoc dictum imputetur iactãtia ipsius Iob, subdit:* 6 Quis enim. *Quasi diceret non est præsumptuosum quod dico, me scire illa quæ possunt ab alijs cõmuniter sciri: & ideo quod mihi imponitis horũ ignorantiã, est magna derisio, propter quod sequitur:* 7 Qui deri. *A quo deberet honorari, propter quod grauior est derisio.* 8 Inuocabit Deum. *Quia proprium eius est subuenire vbi subtrahitur humanũ subsidiũ: & quia talis derisio, vt frequenter se extendit ad alios sanctos, ideo sequitur:* 9 Deridetur enim: *Id est vita eorũ sine plica dolositatis deridetur ab hominibus mundanis, qui constituunt finẽ suum in temporalibus bonis, quæ vt frequenter acquiruntur fraudibus & mẽdacijs. Ideo reputant iustos talia fugientes fatuos & ignorantes, ideo dicitur:* 10 Lampas contempta apud cogitationes diui. *Id est, illorum qui finem constituunt in huiusmodi diuitijs, apud tales enim contemnitur vita iustorum, licet sit lampas & contentiua lucis sapientię, & ardoris charitatis, ideo subditur:*

11 Parata ad tempus stat. *Id est, ad beatitudinem futuram per vitę meritum: & quia homines mali non solùm deridẽt iustos, sed etiã prorumpunt vsque ad contemptum Dei, ideo subditur:*

☞ 1 Abun-

MORALITER.

1 *Respondens autem Iob.* Licet amici Iob multa vera dicerent: falsè tamen & præsumptuosè ipsum arguebant, cũ talis non esset, sicut ei imponebant, propter quod Iob eis respondens, typum illius gerit, qui præsumptiones talium rationabiliter reprimit: sic ex eorum dictis concludit: 2 *Ergo vos.* Præsumptuosi namque maximè de sua scientia se solos homines esse reputant: propter quod alios bestias vocant. 3 *Vobiscum mori.* Sicut videtur præsumptuosis. Vnde quidam talis nomine Lucas: cùm infirmaretur fecit hos versus: *Physica quid facies? Metaphysica viduaries. Si Lucas moritur, Logica destruitur.* 6 *Quis enim.* Quasi dicat nulli aut panci: & sic non debetis ex hoc super alios efferri.

Contra de sua scientia gloriantes.

4 *Et mihi est.* Id est intellectus, Psal. xxxvj. f. *Lex Dei eius in corde ipsius.* 5 *Nec inferior.* Vt enim reprimendo præsumptuosos teneat modestiam, superiorem se non dicit, sed æqualem. 7 *Qui deridetur.* A quo deberet honorari propter quod grauius est ab eo derideri. 8 *Inuocabit Deum.* Qui est fidelis amicus, nec deficit in necessitatibus. 9 *Deridetur enim.* Greg. Nam ab huius mundi sapientibus fatuitas creditur puritatis virtus.

10 *Lampas contempta apud cogitationes diui. &c.* Id est superborum. Dicitur autem lampas, quoniam interius lucet: contempta, quia exterius non apparet; intus ardet flamma charitatis, foris nulla resplendet gloria decoris.

11 *Parata ad tempus stat.* Scilicet extremi iudicij, tunc apparebit

† fulgor

☞ tempus est extremi iudicij prædestinatus dies, quo iustus quisque
A qui nunc despicitur, quanta potestate fulgeat demonstratur.
✠ Olym. Hinc fatum quidam tuentur, quasi Iob tempus fuerit statutum, quo hæc pateretur. Sed id scriptura minimè dicit: nostra enim fato non subsunt, nec naturalia, nec voluntaria, nec tentatia; prima, naturæ infirmitati adscribēda sunt; media libero arbitrio; postrema Dei a prouidentię, quod ad b tempus illa permittit.

a *Abundant tabernacula prędonum.* Greg. Ostēdit nihil esse præsentis vitæ diuitias, quas abundare reprobis dicit, qui Deū audacter prouocant, qui
B plerunque eò magis contra Deum superbiunt, quò ab eius largitate & contra meritum ditantur. Possunt prædones appellari, qui dum loquuntur quæ non faciunt, in locutione verba iustorum tollūt. Quomodo, vt prædones, violenter tulerunt, quod ipse dat. Sed aliud misericorditer dat Deus, aliud habere finit iratus. Et quod prædones agunt peruersè, hoc Deus finit iustè: vt & illis culpa augeatur, & qui patitur pro pristinis feriatur: & quod fieri prohibet, iustè fieri finit. Sed & donis doctrinæ aliquos replet, qui inde superbientes eum prouocant, qui & per se prædones peruersè verba iustorum vsurpant: & tamen bona quæ habent, à Deo acceperunt.
C ✠ Philip. Prædones, Sabæi, Chaldæi: Vt reges Assyriorum non intelligentes, omnia sibi data à Deo in manibus; vel dæmones, quorum impij, vt Iudæi, sunt tabernacula.

b *Nimirum interroga iumenta, &c.* Greg. Iumenta sensu pigriores. Volatilia cæli sublimia sapientes.
✠ Orig. Rationis expertia Dei prouidentiæ non obsistere docet, cum leones Danielem non attigerint, corui Eliam pauerint, Balena Ionam deuorauit; imo nec inanimata, nam ignis tres pueros in Babylone non contigit, quin Deus cum vult ea mutat: vt in asina, quæ Balaam alloquuta est: si autem illa omnia nihil faciunt præter Dei præscriptum, multo minus homo; neque id ignorabit, cum omnia suo more diuinam testentur prouidentiam.
✠ Philip. Iumenta sunt homines inconditi: volatilia, dæmones; terra luxuriosi; pisces, philosophi curiosi. Vel è contrario. Iumēta D sunt boni, in quibus dominus salutem operatur; Volucres, contemplatiui; Terra, cæto sanctorum; Pisces, baptizati, & confessores in medijs tentationum fluctibus constantes.

c *Pisces.* Greg. Curiosi intelliguntur. Et est sensus: Si hos requiras: creatorem omnium Deum fatentur. Potest & iuxta literam intelligi.

a ¶ Sed non sunt hæc curanda, quibus & reprobi abundant. ¶ Facilè despicit diuitias qui non habet, difficile viles æstimat, qui habet, quod tamen Iob facit dicens eas abundare reprobis.
b ¶ Quia non grati, sed peiores de bonis.

Abūndant tabernacula prædōnum, & audacter prouocant Deum, cùm ipse dederit omnia in † manus eorum. Ni-
¶ Vel ipse. a ¶ Quasi, etsi hi non concorditer de potestate Dei sentiunt, vel ipsæ creaturę in se creatorem ostendunt.
mirum interroga iūmenta, & docebunt te, & volatilia cæli,
a ¶ Deditis terreno actui.
& indicabunt tibi. Loquere tērræ & † respondebit tibi, & nar-
a ¶ Inquisitores mundi. b ¶ Quid hęc inquisita doceant subdit.
c rabunt pisces maris. Quis ignorat, quòd omnia hæc manus
a ¶ Qui omnia condidit. qualiter debeant administrari, disponit. ¶ Potestate. b ¶ Vita quæ animalia sensificat. ¶ Vel, anima, vita corporalis accipitur. spiritus hic ponitur non pro anima, sed pro spirituali effectu.
d domini fecērit? In cuius manu animā omnis viuentis, & spi-
a ¶ Hominis qui ad spiritualem intellectum tendit.
e ritus vniuersæ carnis hominis? † Nónne auris verba † diiu-
f dicat, & † fauces comedentis saporem? In antiquis † est sa-

1 intelligi.
2 d *In cuius manu ani.* Hoc loco anima o-
3 mnis viuētis, ipsa cor-
4 poris vita signatur. ibid. cap. 3. † manibus
5 ✠ Philip, Sic Moses, *in dextera illius ignea lex*, & omnes Deut. 33.
6 sancti in manu illius †docebit te
E sunt: potest enim fieri vt aliquis sanctus hinc subito exeat, minus purgatus à minimis
7 8 peccatis, quæ à domi-
9 no ibidem misericor-
10 dissimè conceduntur, & prævalentibus bonis operibus & sanctorum intercessionibus. †probat vel sentit †sub. secūdū opinionem vestrā, cum reuera sit apud Deū sapientia.

Spiritus vniuer. carnis. Greg. Id est hominis effectus intelligentiæ spiritualis qui in Dei potestate sunt. Potest & per animam omnis viuentis iumentorum vita signari.

e *Nonne auris verba diiudi.* Ex istis corporalibus quam diuersa cap. 4.
F idem spiritus operetur ostendit, quatenus ille sapientiæ, ille scientiæ, ille linguarum dona percipiat. Vel: *Auris verba diiudi. & fau.* Acsi apertè dicat: Doctrinæ verba, quæ vobis vsque ad aurem perueniunt, mihi etiam per saporem intimum intelligentiæ faucem tangunt. Vnus sensus est cerebri, sed in aure & in ore & in cæteris diuersis instrumentis, quasi diuersus diuerso modo discernit, ita vt in aure non videat, nec in oculo audiat: sic vna est sapientia, sed alij plus, alij minus dat, alij scientiam, alij genera linguarum, &c. Vel quæ reprobi audiunt sicut vos, ego gusto: & quod vos scitis, mihi per intimum amorem medullitus sapit. Existimat sensus differre organis tantum; reipsa, esse vnum sensum. 1. Cor. 12. b

f *In antiquis est sapientia & multo temp.* ✠ Orig. Nobis disciplina horum cognitio comparatur: Deo est scientia sine principio.
✠ Chry. Nolite existimare vobis omnia iam esse inuenta, & tempus ad scientiam mihi asciui. Illa enim dicta in sapientiæ radice solidata sunt, quæ per viuendi vsum etiam actuum experimento conualescunt. Ex cuius autem dono pendeāt, demōstrat.

☞ a *Apud*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Abundant taber. *Quia bona aliorum per fas & nefas indifferenter rapiunt sibi.* 2 Et audacter prouo. *Id est sine timore.*
3 Cum ipse dederit, &c. *Quia potestas qua male faciunt inest eis à Deo, licet ea abutantur tanquam Deo ingrati.*
Diuisio 4 Nimirum &c. *Hic consequenter ostendit Iob ea, de quorum notitia amici sui se iactabant, etiam alijs hominibus esse nota: & primò hoc proponit, secundo declarat modum per quem homines deueniunt in cognitionem diuinorum, ibi:* Nonne auris. *Circa primum dicit:*
5 Interroga iumenta, &c. *Interrogare creaturas, est earum naturas considerare: & responsio earū est in hoc, quod ex tali cōsideratione homo assurgit ad cognitionē Dei, qui est prima causa omniū, ideo subditur:*
6 Quis ignorat quòd omn. *Quasi diceret, nullus aut pauci: quia omnes confitentur Deum esse primam causam omnium: in cuius manu est anima omnis viuentis, scilicet irrationabilis, cuiusmodi sunt animalia, pisces & aues.* 7 Et spiritus vni. *Id est anima rationalis.*
8 Nonne auris, &c. *Hic consequenter ostendit modum deueniendi in cognitionem Dei. Secundo ostendit, quòd per talem modum cognoscuntur proprietates diuinæ, ibi:* Apud ipsum. *Circa primum sciendum, quòd omnis cognitio humana, quæ modo naturali acquiritur, de qua hic agitur, à sensibus oritur: sensus autem auditus maximè valet ad notitiam, quæ acquiritur per doctrinam, & quantum ad hoc dicit:* Nonne auris verba, &c. *experientia verò maximè valet ad cognitionem, quę est per inuentionem, vt habetur i Metaphysicę, talis autem experientia designatur cum dicitur:* 9 Et fauces comeden. *Licet enim sensus visus plus faciat ad accipiendum experientiam quàm gustus: tamen quia gustus est quidā tactus, & homo in certitudine tactus excedit omnia animalia, non autem in aliis sensibus: ideo per gustum certitudo experientię designatur quæ etiam in aliis sensibus inuenitur, & ex duobus modis acquirendi scientiam predictis subdit:*
10 In antiquis est sapientia. *Quia per longitudinem temporis potuerunt plura audire & experiri circa speculabilia, & etiam circa agibilia, ideo subditur:* Et in multo tempo. pru. *Hic consequenter ostendit qualiter modis predictis habetur notitia de diuinis, & primò proponit*

MORALITER.

† fulgor sui meriti. Sapien. iij. b. *Fulgebunt iusti sicut sol, &c.* Sed econtra mali tunc extinguentur, qui nunc frequenter prosperantur, propter quod subditur:
1 *Abundant taber. præ.* Greg. Quia plerunq; mali eò magis cōtra Deū eleuantur, quò ab eius largitate & contra meritum ditātur.
5 *Interroga iumenta.* Per iumenta, quæ sunt quædam hominis iuuamenta, intelliguntur actiui, per volatilia cęli, contemplatiui, per terram quæ calcatur, humiles, per pisces qui vocem non habent, in iniuriis illatis sibi tacentes. Hos autem interrogare, est virtutes eorum considerare, & eorum responsio est considerantium imitatio. Sed quoniam hoc ex dono Dei procedit, ideo subditur:

6 *Quis*

6 *Quis ignorat.* Et quoniam non solùm proficit homo considerando, sed etiam audiendo, subditur.
8 *Nonne auris ver. di.* Quod fit quando bona verba suscipit, & mala repellit.
9 *Et fauces come. sapo.* Quod fit cum ex cognitione veritatis sequitur gustus deuotionis: hoc autem contingit in illis qui sunt memores domini passionum, ideo sequitur:
10 *In antiquis est sapientia, & in multo temp.* De qua dicitur Sap. iiij. b. *Senectus enim venerabilis est, non diuturna, nec numero annorum computata. Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.* Et hæc senectus virtualiter continet multa tempora, vt subditur ibidem. Quod autem Deus ista dare possit iuuenibus ætate ostenditur, cum dicitur:

† 1 *Apud*

☞ a *Apud ipsum est sapientia, &c.* GREG. Apud Deū enim in principio Deus erat verbū, qui & Dei virtus & Dei sapientia; habet consilium, quia disponit sua; intelligētiam, quia cognoscit nostra.

lib.11.a.c.3. Idem cap.5

b *Si destruxerit, nemo est qui ædificet.* Omnipotens humanum genus destruit cum relinquit, Ædificat cùm replet: quod nisi fiat, incassum exterius à prædicatore monetur.

c *Si incluserit homin.* Omnis homo per id, quod malè agit, quid sibi aliud quàm carcerem facit, vt hunc animi reatus premat, etiamsi exterius nemo accuset. Includere autem Dei, est, clausis non aperire, & cor reprobum per gratiam non emollire.

Ibid.

B

† Ipsius est, qui errat & qui errare facit. Ibid. cap. 6.

d *Si continuerit aquas omnia sic.* Quia si scientia prædicatorum subtrahitur, eorum qui viridescere in spe æterna poterant cordat arefiunt. Vel quia aquæ nomine spiritus sancti gratia designatur, Si sanctispiritus gratia ab audientis mente subtrahitur, arescit protinus intellectus. Quod autem aquas pluraliter dicit, ad septiformem gratiam retulit.

e *Si emiſe. eas subuer.* Si enim spiritus sancti gratia infunditur, statim terra subuertitur: quia peccatricis mentis duritia ab immobilitatis suæ obstinatione permutatur.

C

f *Apud ipsum est for.* In verbis prioribus quibus ait: *Apud ipsum est sapientia & fortitudo*, apertè indicat, quia hoc quod mansuetus edocuit, qualiter credendum fuerit, in virtute iudicij terribilis ostendit. In verbis verò sequētibus, quibus ipse ait: *Apud ipsum est fortitudo & sapientia.* luce clarius demonstrat, quod prius in iudicio per virtutem reprobos destruet: & repulsis reprobis, electis in regno qualiter sit sapientia patris iudicabit.

Ibid.

✠✠ OLYM. Cum potestate consilium & prudentiam copulauit: nihil enim inconsulto & imprudenter facit, Sed omnia in sapientia. Potentia & consilium Patris, filius est, quemadmodum est psalmo: In consilio tuo deduxisti nunc. PHILIP. *Apud Deum est sapientia & fortitudo.* filius & spiritus sanctus.

D

✠ PHILIP. Destruxit Christus claustra inferni, & idola & loco illorū, erit altare Domini in terra Ægypti & titulus eius iuxta altare, id est, quod sacrificium corporis Christi signo crucis celebrandum esset in seculo, & inclusit damnatos in inferno.

† 1

✠ OLYM. Quæ propter nostra errata molitus is fuerit, ea sunt prorsus euentura. Aquas autem tempore Eliæ continuit, emisit ætate Noë.

2 3 4 5 6 7 8

✠ PHILIP. aquas continuit doctrine Iudæis, emisit gentibus

9 10 11 12

Nouit autem decipiētem Balaam, Achab, & similes per præscientiam.

13 14

† Vinculū

a pientia, & in multo tēpore prudentia. Apud ipsum est sapien-

a ¶ In priori aduentu præcedit sapientia: fortitudo in secundo aduentu.

b ¶ Potest in consilio notari mora occulti iudicij, qua sustinet peccatores ad pœnitentiam; quasi intelligit omnia, non nescit. sed consilio agit.

b tiâ, & fortitudo, ipse hâbet consilium & intelligentiam. Si

¶ Reprobando.

c destruxerit, nemo est qui ædificet: si incluserit hominem,

a ¶ Vt nec Isaac primogenito suo Esau.

d nullus est qui apēriat. Si continuerit aquas, omnia siccabun-

a ¶ Vt contraria prioribus agat.

b ¶ Sed quia in multis datur longior vita & non sapientia, in cuius iudicio dona pendeant. subdit apud ipsum.

e tur: & si emiserit eas, subuertent terram. Apud ipsum est for-

a ¶ Sed quia & ante extremum occulte iudicat, subdit, Ipse nouit: sciens iudicat quem nescit, id est, non approbat.

f titudo & sapientia. † Ipsē nouit & decipientem, & eum qui

g decipitur. † Adducit consiliarios in stultum finem, & iudi-

h ces in stuporem. † Baltheum regum dissoluit, & præcingit

i

k

g *Nouit & decipientem, & eum qui deci.* GREG. Nouit decipientem: quia plerunque anteriora eius mala conspicit, & hunc iusto iudicio cadere etiam in alia peccata dimittit. *Nouit eum qui decipitur.* Quoniam enim sæpe committunt homines mala quæ sciunt, permittuntur decipi, vt cadāt in mala quæ nesciunt: quod aliquādo ad purgationē, aliquando ad vltionis initium fieri solet.

Cap 7. F Ibid.

h *Adducit consiliarios in stultos si.* Consiliarios dicit prædicatores, qui auditoribus vitæ consilium præbent. Qui cum propter temporalia prædicant, in stultum finem deducuntur: quia illuc per laborem tendunt, vnde per mentis rectitudinem fugere deberent.

Cap. 8.

i *Et iudices.* Qui examinandis aliorum moribus præsunt, rectè iudices vocantur: sed cum eos nequaquam solicitè discutiūt, nec qualiter corrigant agnoscunt, in stuporem deducti sunt.

k *Baltheum re, dis.* In his enim qui bene regere membra sua videbantur

Ibid.

☞

NICOLAVS DE LIRA.

✠✠ *ponit propositum, & secundo declarat ibi:* Si destruxerit. *Circa primum proponit quatuor de Deo. Circa quod sciendum est, quòd in cognitione nostra primum est notitia principiorum, quę sunt naturaliter nota, tam in speculabilibus quam in agibilibus: & hoc designatur hic per intelligentiam, vnde & habitus principiorum vocatur intellectus. Secundum est notitia conclusionum quę ex principiis deducuntur: & hoc designatur per consilium largo modo acceptum, prout importat quandam inuestigationem & discursum à principijs ad conclusiones in speculabilibus & agibilibus: quamuis propriè loquendo consilium tantum sit in agibilibus. Tertium est certum iudicium de conclusionibus inuentis, & hoc vocatur hic sapientia. Quartum autem sequitur ad ista, scilicet potentia exequens, & hæc vocatur hic fortitudo. Quicquid autem perfectionis est in creaturis, excellentius est in Deo: & ideo ista quatuor dicuntur hic in Deo esse quantum ad id quod habent perfectionis, remota omni imperfectione: licet enim Deus cognoscat principia & conclusiones quod est perfectionis, non tamen acquirit notitiam conclusionum per notitiam principiorum: quia talis acquisitio per discursum, imperfectionem includit. Sciendum etiam quòd licet ista quatuor realiter distinguantur in nobis, in Deo tamen distinguntur sola ratione: quia perfectiones quæ sunt in creaturis diuisim & distincte, in Deo sunt vnita.*

Diuisio.

1 Si destruxe. *Hic consequenter ostendit, quòd quatuor predicta apparent in Deo ex effectibus suis hominibus notis, & primò hoc ostendit de tribus scilicet de fortitudine, sapientia, & consilio. secundò de intelligentia, ibi:* Qui immutat.

Diuisio.

Primum autem ostendit dupliciter. primò in quodam generali. secundò applicando ad status hominum in speciali ibi: Baltheum regum. *Circa primum dicit:* Si destruxerit. *regna vel ciuitates vel huiusmodi.*

2 Nemo est qui ædifi. *contra eius voluntatem.*

3 Sic inclu. homi. *materiali carcere vel infirmitate.*

4 Nullus est qui ape. *ipsum liberando: & sic patet: quod in eo est fortitudo maxima, quia nullus potest ei resistere: hoc etiam concludit ex effectibus magis generalibus dicens:*

5 Si continuerit aquas. *ita quòd non descendat de cœlo pluuia, sicut fecit ad preces Elię iij. Regum xvij.*

6 Omnia sicca. *in superficie terrę.*

7 Si emiserit eas. *in nimia abundantia, sicut fecit tempore Noe.*

8 Subuertent terram. *id est, habitantes in terra, quia tunc solùm remanserunt octo personæ, & quia ista ostendunt infinitatem diuinæ potentię, concludit:* Apud ipsum est for. *Consequenter idem ostendit de sapientia dicens:* Et sapien. *quod declarat dicens:*

9 Ipse nouit & decipientem, &c. *perfectè enim sapientia est deprehendere astutias decipientium & simplicitates ab eis deceptorum. Consequenter idem ostendit de consilio, dicens:*

10 Adducit consiliarios in stultum finem. *quando subtrahendo gratias suas obnubilatur eorum intellectus, qui consueuerunt dare certa consilia & congrua ad finem intentum, & tunc dant incongrua: & sic perueniunt ad finem oppositum: sicut dicitur Esaiæ xix. b. Sapientes consiliary Pharaonis dederunt consilium insipiens.*

Sapientis officium.

11 Et iudices in stu. *Hic accipiuntur iudices qui solent bene iudicare de agibilibus: & ideo quando contrarium iudicij sui accidit, stupent & admirantur.*

12 Bal. re. *Hic ostendit predicta applicando in speciali ad status hominum, qui videntur potiores, dicens:* Baltheum re. *id est, virtutem eorum militarem scilicet exercitum.*

Applicatio

13 Dis. *quando contra spem humanam debellantur.*

14 Et præcingit. *quando sic deuicti ligati in captiuitatem ducuntur.*

✠✠ 1 Ducit

MORALITER.

† *Apud ipsum, &c. Si destruxerit,* scilicet sapientiam alicuius, sicut fecit Nabucodonosor pro pter suam superbiam. Danie. iiij.

3 *Si inclu. ho.* auferendo sibi loquelam, sicut fecit Zachariæ propter suam incredulitatem Lu. j. e.

5 *Si continu aquas.* suæ gratiæ.

6 *Omnia sicca.* nam omnia opera bona mortificabuntur.

7 *Si emi. eas.* abundanter, sicut fecit apostolis in die pentecostes.

8 *Subuer. ter.* id est homines terrenos, conuertendo eos ad fidem, sicut factum est per apostolorum prædicationem.

9 *Ipse no. deci.* ad ipsum puniendum.

9 *Et eum qui decipi.* ad damnum eius releuandum.

10 *Adduc. consi.* scilicet malos.

10 *In stu.* exemplum de Achitophel, qui se suspendit ij. Re. xvij. f.

11 *Et iudi.* exemplum Dani. xiij. de iudicibus peruersis, quos Daniel conuicit. 12 *Balt.* cum eos in luxuriā cadere permittit. sicut de Salomone dicitur iij. Reg. xj. Cumque esset senex deprauatum est cor eius per mulieres. 14 *Ei præcingit.* peccatis.

Lib.11.ca.1

bantur, propter elationis culpam castitatis cingulum destruit. Et quia in renibus delectatio est carnis, func peccati ac delectationis præcingit renes eorum.

✻ Polychr. hęc fortè non de ijs dicit qui capiuntur in bello, sed de ijs qui ingenij solertiam vendicant, qui ad consilij summã inopiam rediguntur: sic enim Symmachus, *Adducens consiliarios ad consilij inopiam.*

✻ Phil. Vt Magos Ægypti, Principes Taneos, Nabuchodonosor septennio, Balthasar, Iudæos.

✻ Poly. Simmachus: *Cingens eos funiculo supra lumbos*, pro illo, in seruitutem redigens.

✻ Phil. in baltheo, gloria: in fune ignominia regnantis regno depositi. Manasse, Sedechiæ, & similium.

a *Ducit sacerdotes inglorios.* Gre. Quin ante iudicem nõ inuenient gloriam, quam modo in subditorum moribus studio prædicationis non exquirunt.

✻ Orig. nomine abusus, *sacerdotes* dixit, pro ijs, quibus honores maximi ab hominibus habentur. Fuerunt autem & pij sacerdotes, vt Melchisedech summus Dei sacerdos, & idem semper Deo sacrificium faciebat, & offerebat pro numero liberorum.

✻ Olym. & sæpenumero hos captiuos adducit, vt cõmodis multitudinis consulatur: vt qui cum Daniele & Iesu Iosedechi ad reliqui populi vtilitatem fuerunt in seruitutem abrepti.

✻ Phil. supplantat optimates: dum Dauidem substituit Sauli.

b *Et optimates supplantat.* Gre. quia cũ mentem regentiũ iusto iudicio deserit, cęlestia negligũt, & in suis hîc voluptatibus cadũt.

c *Commutans labium veracium.* quia sæpe hi, qui cœlestia prædicando veraces erant, dum temporalia diligunt, ad terrena diligẽda cõrruunt, labium veracium commutatur. Vel de Iudæis potest intelligi, qui ante veraces Christum venturum nuntiauerunt, sed præsentem hunc negauerunt.

✻ Olym. Simmachus: qui *subuertit labia inerrantium*, i. eorũ qui in deliberando ab errore abesse videntur quã lõgissimè, vt Balaã.

✻ Philip. Commutat labium veracium prophetarum quando veritas figuræ succedit: labium autem dixit propter consonantiam prophetiarum: Doctrina senum sunt traditiones Iudæorum.

d *Et doctrinã.* Gre. Doctrina senũ ablata est quia Iudæi nequaquã ea credendo secuti sunt, quæ patres suos prædixisse meminerunt.

e *Effundit despectionem super principes.* Iudæi in legis mandatis permanentes principari per fidem videbantur: Gentiles in profundo pressi per infidelitatem latuerunt; sed cùm incarnationis dominicæ mysterium negauit Iudæa, Gentilitas credidit. Sic,

f *Reuelat profunda de tenebris*, Cùm mystici allegoriarum sensus in verbis occultis prophetarum agnoscuntur.

✻ Olym. Huic simile: *Depositi potentes de sede, & exaltauit humiles:* Vt Dauidem.

g *Et producit in lucem vmbram mortis.* Gre. Vmbram mortis dicit duritiam legis, quæ mortem carnis inferebat, quę vmbra mortis animæ est. In lucem autem vmbra mortis producitur, cũ intellecta morte spiritus, quà timere Christus præcepit, remota punitione carnali, mors carnis minimè timetur.

✻ Olym. Hoc est, eos qui periclitabantur, & propius à morte aberant, seruauit. Vmbram enim mortis ipsis periculum dicit. Ad intelligentiã autẽ propheticè videtur hîc nunciare Domini aduẽtum, qui dixit *iis qui erant in vinculis, Egredimini: & qui in tenebris, Reuelamini*: & apparuit ijs *qui in tenebris et in vmbra mortis sedebãt.*

h *Qui multipli. gentes.* Gre. Quia gentes & per fœcunditatem sobolis extendit, & tamẽ in propria infidelitate derelinquit: & quas in infidelitatis casu reliquerat, quandoque ad fidem reduxit, quibus ita restitutis fit quod sequitur, *qui immutat cor &c.*

✻ Orig. subijcit generaleam prouidentiam post singularem; eos qui peccauerunt in stultitia sua perijsse, cuiusmodi fuerunt Sodomitæ, Cananæi, Ægyptij, & præter hos Israelitæ.

✻ Olym. nam incredulorum cadauera in deserto fuerunt prostrata, alijs dux itineris fuit.

✻ Poly. Mos est scripturæ eũ errorẽ, qui libera à nobis volũtate susscipitur, deo, ob summã eius patientiã, indulgẽtiãq; adscribere.

✻ Olym. Theodotio, μεθιςῶν, transferẽs; Symmachus ἀναπεμπόντων, inuertẽs. Aquila ἀφιςῶν inhibẽs. vt est in Psalmis: *Dissipat cogitationes populorũ, & reprobat consilia principũ.* Id quod Sedechiæ cõtigit: in his autẽ verbis, *errare faciet*, euẽtũ tãtũmodo declarat.

i *Qui immutat cor princi.* Gre. Cor principum terræ immutatum est in

---

a ¶ Peccato cuius delectatio membris dominatur, vt quos intus superbia inquinat, quam sint detestabiles in publico ostendat.
b ¶ Quarum gloria est rectitudo subditorum. ¶ Apud Deum, cui fructus non afferunt.

Ps. 19. † Principes vel sacerdotes, spoliatos, vel, sicut prędã; & fortes subuertit.

a b funẽ renes eorum. † Ducit sacerdotes † inglõrios, & optima-

a ¶ Cum pro æterno de principatu temporali gratulantur, & in voluptates cadunt.
b ¶ Quia non agenti sermo subtrahitur, ne loqui audeat quod non operatur: & iusto iudicio fit vt non habeat linguam, qui recusat bonam vitam.
c ¶ Quia priorum suorum præcepta non sequuntur.
¶ Elias reducet corda filiorum ad patres eorum, quando faciet intelligere de Christo quod patres prædixerunt.

c d tes supplãntat. † Commutãns labium veracium, & † doctri-

a ¶ Ne quis de bono glorietur, vel de malis desperet.

e nam senum auferens, effũdit despectionem super princi-

a ¶ Super eos qui vitijs dominantur, si inde superbiant b ¶ Vitijs. c ¶ Per pœnitentiam.
¶ Ne quis de bono glorietur, vel de malis desperet.
d ¶ Et dum illi cadunt, hi releuantur, aperta sententia, de occulto consilio Dei producitur, vt ostendat de vnoquoque quid sentiat.

f pẽs, † & eos qui ỏppressi fuerant † rẽleuat. Qui rẽuelat pro-

a ¶ Vmbra mortis est praua operatio, quæ de diabolo quasi corpore exit, quę latet operantes, sed Deus producit in lucem dum scire eam facit vt possit destrui.

g funda de tenebris, & producit in lucem † vmbrã mortis.

a ¶ Ad literam: quia quotidie nascuntur & moriuntur, sed in resurrectione restituit.

h Qui mũltiplicat gentes & perdit eas, † & subuersas in inte-

i grum restituit. Qui † immutat, cor principum populi ter-

D Ibid.

1 2 † inglorios.

3 4 †Remouẽs †consilium

5 E

6 7 8 9 10 11 12 13 † releuant. †quidã abs condita interpretati sunt. †dilatat gẽres & ducit eas.

Cap. 10.

cap. 9.

†vel remouet.

1. Reg. 19. vbi supra.

Ibid.

vbi supra.

cap. 11.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Du. sacerdotes inglorios. *quando simul ducuntur in captiuitatem cum regibus, sicut sacerdos summus fuit ductus in captiuitatem cum Sedechia rege. Et bene dicit* inglorios, *quia sacerdotes solent in populo præ cæteris honorari: & sic per oppositum ostendit calamitatem eorum; & sic patet, quod in Deo est fortitudo. Et idẽ ostendit de consilio, dicens:*

2 Et optimates sup. *dicuntur autẽ optimates optimi consiliarii, quos supplant at inuoluẽdo eos in astutiis suis: & sic dant inutile consiliũ, vel nociuum loco boni; consequenter hoc idem ostendit de sapientia, dicens:*

3 Commutans labium veraciũ, *id est, eorum, qui solent vera loqui, sicut philosophi; quibus aliquando propter eorum elationem subtrahitur lumen cognitionis veræ, & sic falsa loquuntur secundum quod dicitur ad Roma. j. capit.* Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, *&c.*

4 Et doctrinam senum auferes, *&c. eos infatuando pradicto modo; non quod aliquando falsum à Deo immittatur intellectibus eorum: sed quia ex demeritis eorum subtrahit illustrationem suam, & sic cadunt à veritate per proprium defectum.*

5 Effundit despectionem super principes, *Quando aufert eos à statu honoris, & subiicit eos illis, qui prius fuerant eis subiecti.*

6 Et eos qui oppressi fuerant, *Per violentiam principum,*

7 Releuat. *à subiectione eorum.*

8 Qui reue. *auferẽdo incarceratos de imis carceribus & tenebrosis:*

9 Et producit in lucem vmbram mortis, *id est, habitantes quasi in vmbra mortis, sicut sunt incarcerati, qui timent quotidie interfici: cum & isti producuntur in lucem, quando ex insperato liberantur; sicut fuit de Ioachin rege Iudæ, quem Euilmerodach extraxit de carcere, ponens eum inter primos regni sui.* 4. Reg. 25. g

10 Qui multiplicat gen. *sicut fuit ante diluuiũ, vt habetur Gen. vj.*

11 Et perdit, &c. *sicut fuit in diluuio.*

12 Et subuersas &c. *sicut fuit post diluuium per Noe, & posteritatem eius. Omnia ista induxit Iob, quia declarant magnitudinem diuinæ potentiæ, & profunditatem sapientiæ, & certitudinem sui consilii, quia nunquam deficit à fine intento.*

13 Qui immutat. *Hîc ostendit quod in Deo est intelligentia: quod maxime patet per hoc, quod ad voluntatem suam immutat intellectum & voluntatem hominum, etiam maximorum, secundum quod dicitur Prouer. xx. a.* Cor regis in manu domini, quocunque voluerit inclinabit illud: *& sic patet quod in cordibus hominum intimè operatur: & hoc est quod dicit:* Qui immutat cor principum populi terræ, *& per consequens subditorum qui solent sequi voluntatem principum.*

MORALITER.

† 1 *Renes eorum.* Prouer. v. d. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorũ suorum constringitur.* 2 *Ducit sacerdo.* cum propter malã vitã suã gloria priuãtur, & iusti simplices ad eã eleuãtur.

4 *Comm. labium veracium.* id est, permittens commutari, quãdo timore damni, vel amore lucri veritas omittitur prædicari.

6 *Effundit desp. su. princ.* id est, dæmones Eph. vj. b. *Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarũ, &c.* super istos principes effũdit despectionem, quando reprimit eorum potestatem.

6 *Et eos qui oppressi.* Quando peccatores à diaboli iugo liberat; Et quoniam hoc procedit ex Dei iudicijs nobis occultis: subditur

8 *Qui reuelat profunda*, Quando diaboli machinationes occultas aperit, vt remedium adhiberi possit.

10 *Qui multiplicat gentes.* Exemplum de Niniuitis, qui multi erant, & subuertendos eos dixit propter culpam, & non fecit propter pœnitentiam. Ionæ 3

13 *Qui immutat cor principum populi.* scilicet Iudaici, cuius sacer-

† dotes

☞ A est, cum summi sacerdotes & seniores populi illi conabantur obsistere, quem prius prædicabant: & decepti sua malitia incedere per inuium frustra conabantur, quia crudelitati eorum, quærentium nomen suum extinguere, patêre via non poterat contra autorem omnium.

† & errare facit eos in solitudine, & in inuio. † tenebras & nõ lucẽ. Ibidem.

a *Palpabunt quasi in tene.* GRE. Quasi enim in tenebris palpat, qui quod tangit non videt: sic & hi inter tot miracula requirebant, *quod signum facis vt credamus tibi?* Errabant autem quasi ebrij: Omnis qui errat, nunc huc nunc illuc ducitur: ita hi aliquando dicebant: *Nisi esset* 1 *hic à Deo, non posset facere quicquam*; Aliquando: *Nonne hic est* 2 *filius fabri?* 3 D Ioan. 9. f. Matt. 13 g.

a ¶ Dum talem se eis exhibet, qui possit & diuina operari, & humana patiræ, † & decipit eos, vt frustra incedant per inuium. Palpabunt † quasi in tenebris, & non in luce, & errare faciet eos quasi ebrios.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et decipit eos, &c. *Non sic intelligendo, quod deceptio directè sit à Deo: sed quia suo iusto iudicio subtrahit lumen suum directiuum, & sic homo cadit in deceptionem per proprium defectum.*

2 Vt frustra incedant per inuium. *Quia non perueniunt ad finem intentum. Errat autem homo dupliciter: Uno modo per ignorantiam, & quantum ad hoc dicit:* Palpabunt quasi in tenebris; *Alio modo per passionem, & quantum ad hoc dicit:*

3 Et errare faciet eos quasi ebrios, *Passionati enim sunt sicut ebrij, qui aliter iudicant de agendis in ebrietate: quàm quando sunt extra: passionati, aliter iudicant quando sunt extra passionem, quam passione detenti. sicut iratus inquantum talis iudicat statim vindicandum: sedata autem ira iudicat tempus & locum expectandum.*

MORALITER.

dotes inuidia & odio moti contra Christum, eum interfecerunt quem quem desiderauerant venturum.

1 *Et decipit.* id est decipi permittit, & sic erunt permulta falsa.

CAP. XIII.

Cap. 12. B a *Ecce omnia.* GREG. Hæc enim cuncta beato Iob præsentia per prophetiæ spiritum facta sunt: In eo enim secutura videbat adsistentia, cui nec futura veniunt, nec præterita discedunt. Sed quia ea ipsa, quæ ventura erant, alia vidit esse in operibus, alia in dictis, sequitur:

b *Hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea.* Sed quia dicta vtilitatem non habẽt, si intellectu carent, sequitur:

c *Et intellexi singula.* Cum enim aliquid ostenditur, vel auditur, si intellectus non tribuitur, prophetia minimè est; de quo intellectu quia non extollitur, ostẽdit cũ ait:

d *Secun. scien. ve.* His verbis innotuit quantæ humilitatis fuit, qui se eis inferiorem negat, quorum longè vitam sanctè viuendo transcenderat: & secundum eorum scientiam se nosse confirmat, qui sciendo cælestia eorum terrenas cogitationes per prophetiæ spiritum transibat.

✠ ORIG. OLYM. Licet ætate minor vobis videar, in sapientia tamen non sum inferior. Cumque sitis mali medici, nec accommodata ad consolationem verba attuleritis, volo meam causam cognosci à Deo iusto iudice, & animorum medico & coram illo vos mendacij arguam.

✠ PHILIP. Ita oportuit eis responderi, qui de sapientia sibi blandiebãtur, ita vt Iob quasi imprudentẽ & peccatorem condãnarẽt.

e *Sed tamen ad om.lo* &c. GREG. Cum omnipotente loquimur, dum eius misericordiam deprecamur. Cum eo disputamus, dum nos illius iustitiæ coniungentes facta nostra subtili indagatione discutimus. Vel cum Deo disputat qui hîc ei obediens, pòst cũ eo populos iudicabit, qui etiã interim de iniquis iudicare nõ cessat. Vbi suprà. E

f *Prius vos ostendam,* &c. GREG. Sic Ecclesia de hæreticis, *prius vos ostendam fabric.* sicut enim ædificium de lapidibus, ita etiam mendacium sermonibus fabricatur.

✠ ORIG. CAT. GRÆC. hunc locum sic transferunt. *vos estis medici iniusti, & curatores malorum omnes.* Symmachus: *Adhæretis mendacio, & mihi fraudulenti medici.* † quidã sic vertunt, de omnipotẽte loquar & voluntati mihi est inquirere de Deo. † sed verè vos estis cõpositores mendacium & medici vani estis vos omnes.

CAP. XIII.

a ¶ Iam sunt. b ¶ Quasi præsentia.

Cc̃ omnia hæc vidit oculus meus & audiuit auris mea, & intellexi singula. Secundum scientiam vestram, & ego noui, nec inferior vobis sum. Sed tamen † ad omnipotẽtẽ loquar, & disputare cum Deo cupio: † prius vos ostẽdens fabricãtores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum. Atque vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes.

¶ Vt propheta. ¶ In vita. ¶ Vel vestri. ¶ In oratione. ¶ De proprijs. a ¶ In iudicio. a ¶ Veritas non ex fabrica sed ex natura surgit.

✠ POLYC. Medicos imperitos imitamini, qui cum sanãtia negligũt medicamina, stulte vulnera ægrotorũ quasi morsu discerpũt.

✠ DIDYM. Medicus iniustus est, aut ex malitia, aut ex imperitia, vt amici Iob, qui dicuntur curatores malorum, qui profitentur se aduersos casus posse sanare.

✠ PHILIP. sic Dominus: discite benefacere, quærite iudicium & venite, disputemus. fabricatores estis mendacij quia docetis neminem hæc pati posse nisi peccatorem.

g *Atq; vtinam taceretis.* GREG. Videns eos velle apparere quod non erant, admonuit ad tacendũ, ne possint apparere quod erant. *Stultus enim si tacuerit, sapiens reputabitur,* si cum alijs signis non prodatur. Quia stultus obloquendo, verba sapientis pensare ☞ non Vbi suprà. Prou. 17. d.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XIII.

1 Ecce omnia hæc. *Postquam Iob arguit amicorum suorum iactantiam, hic excludit eorum falsam sententiam: & primò eam proponit, secundo puniendam prædicit, tibi:* Audite ergo; *tertio eam ostendit, ibi:* Tacete paulisper. *Circa primum continuat dicta sua præcedentibus, ad hoc arguens amicorum præsumptionem dicens:*

2 Ecce omnia hæc, *Quæ prædicta sunt de fortitudine diuina, sapientia eius, consilio & intelligentia,*

3 Vidit oculus meus, *per effectus prædictos:*

4 Et audi. auris mea, *à doctoribus; ideo subditur:*

5 Secundum scientiam vestram & ego noui. *Et ideo in hoc non potestis vos præferre mihi, & me despicere.*

6 Sed tamen ad omnipoten. loquar. *per deuotam orationem: quia tempore orationis homo cum Deo loquitur.*

7 Et disputare cum Deo, *Non temerariè eius facta arguendo, sed humiliter veritatem inquirendo. q. d. ipse disputando contra me non vtetur verbis pungitiuis & mendacibus, sicut & vos. vnde subditur:*

8 Prius vos. *Vt autem patebit infrà, antequam inciperet disputare cum Deo, ostendit eos fabricatores mendacij: sed disputando cum Deo, ostendit eos cultores peruersorum dogmatum simul tempore, sed prius voce & intentione; intendebat enim declarare eorum falsam sententiam per illam disputationem, & sic factũ est finaliter, vt habetur, infrà vlt. cap. quando Dominus determinando quæstionem dixit ipsi Eliphaz:* Iratus est furor meus in te & in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. *ideo subditur:*

9 Atque vti. taceretis. *ab iniurijs & falsis sententijs.*

10 Vt putare. esse sa. *secundum illud Prouerb. xvij. d.* Stultus si tacuerit, sapiens reputabitur.

☞ 1 Audite

MORALITER.

1 *Ecce omnia hęc.* Præsumptuosus in scientia reprimitur, quando spretus ab eo, æqualiter scire declaratur; propter quod Iob reprimens Sophar arrogantiam, in verbis istis ostendit, suam scientiam non esse minorem; sed quia quantumcunque sciens desiderare debet plus scire, sequitur:

5 *Sed tamen ad omnip. loq.* In oratione, vt velit meam scientiam augmentare, ideo subditur: 3 *Et disputare.* Per disputationem veritas inquiritur: & ideo cum Deo disputare est ab eo veritatem inquirere.

7 *Prius vos.* Vnum enim opus sapientis est, mentientem manifestare posse.

8 *Atq; vtinã ta.* Pro. xvij. d. *Stultus si tacuerit, prudens reputabitur.*

☞ non sufficit, adhuc post silentium subdit: *Audite.* Quia hæretici
A ea quæ prauè de Deo intelligunt, ex veritate tueri non possunt, falsitates requirunt, quibus infirmas mentes seducant.

Cap. 13. a *Audite ergo cor. me.* GREG. Bene ergo prius correctionem post iudicium intulit: quia nisi per correctionem prius stulti tumor deprimatur, nequaquam per intelligentiam iudiciū iusti cognoscitur.

† disputationes. † pro Deo loquemini iniquū, & pro eo pro-quantiabitis dolum? † Nonne bonū esset quod inquireret vel explorauit vos? † si

✠✠ IDEM, ibid. Deus mendacio non eget: quia veritas fulciri nō quærit auxilio falsitatis. Hæretici autē quia ea, quæ prauè de Deo intelligunt, ex veritate tueri non possunt:
B quasi ad probandum radium luminis, vmbram falsitatis requirunt. Et pro eo dolos loquuntur: dum infirmas mentes in intellectu illius stulta seductione decipiunt.

† Nonne excellentia eius terrebit vos,

Ibidem. b *Nunquid facie eius.*

✠✠ IDEM. Stulti cum prudētium facta consp̄iciunt, hæc eis omnia reprehensibilia esse videntur: suæqúe imperitiæ & infirmitatis obliti, tantò intentius de alienis iudicāt, quantò sua profundius ignorant.

IDEM. Iusti cum redarguunt semper infirmitatis suæ conscij interius compatiuntur. Quia illius solius est peccata hominum sine compassione discutere, qui ex naturæ suæ omnipotentia ignorat peccare. Cuius faciem accipiebant, qui ita Iob reprehendebant, acsi in se reprehensibile nil haberent. Et pro
C Deo iudicare nititur, qui cum alterum reprehendit, apud se introrsus per compassionem non infirmatur.

Ibidem. c *Decipietur vt homo ve. fraud.* Hæretici fraudem Deo exhibēt, qui ea astruunt, quæ ei pro quo loquuntur non placent, & eum dum defendere nituntur, offendunt.

Ibidem. d *Ipse vos arguet quo.* Sunt qui veritatem Dei in corde sentiunt, & exterius impugnant, ne victi videantur: hi in absconditio faciem eius accipiunt. Vel, sunt qui quando ad mentem redeunt, Dei iustitiam contemplantur & contremiscunt, sed pòst ad iniquitatem redeunt: hi in absconditio apud se quasi corporaliter videntem, accipiunt faciem Dei: & cum præsentes fiunt, blandiuntur fletibus; & cum quasi à conspectu eius recedunt, moribus detrahunt. Et tantò amplius feriendi sunt, quantò in occulto cogitationis recta Dei iudicia cognoscunt.

e *Statim.* GREG. Humano verbo, motus Dei dicitur, ipsa rectitudinis eius districtio: quæ reprobos, qui hic per pœnitentiam nolunt turbari, per vindictam turbabit. D supra

f *Et terror eius irruet.* Quia reprobis non timor requiem, sed pœna timorem parit: vnde propheta, *Sola vexatio intellectum dabit auditui:* quia cum pro præceptis Dei contemptis puniuntur, tunc intelligunt quod audierunt. Ibidem. Isa. 28. e

g *Memoria vestra.* Quantumlibet quis pro memoria sui nominis elaborat; memoriā suam quasi cinerem posuit: quia citius ventus mortalitatis rapit; *Et redigentur in lutum.* Ceruix in lutum redigitur, cum superbus quisque humiliatur in mortem, & elata caro tabescit in putredine. Cap. 14. † vel, honoratis. E † corporibus luteis corporaveſtra sub assimilātur.

✠✠ IDEM. Intueamur enim qualia in sepulchris iaceant diuitum cadauera; quæ illa in extincta carne sit imago mortis! quæ tabes corruptionis! Et certe ipsi erāt qui extollebātur honoribus, habitis rebus tumebāt, despiciebāt cæteros, & quasi solos se esse gaudebāt: & dū nō perpēderēt quò tēdebāt, nesciebāt quid erāt. Sed in lutū ceruix redacta est, quia despecti iacēt in putredine, qui tumebāt in vanitate. Ibidem. † mihi.

h *Tacete paulisper vt loq.* Sensu carnis locutos indicat: quos idcirco ad silentium restringit, vt ea quæ illi mens suggesserit, dicat. Acsi diceret: Non ego carnaliter sed spiritualiter loquor, quia per sensum spiritus audio, quod per ministerium corporis profero. Ibidem. F

i *Quæ lacero carnes meas den.* Dentes in hoc loco significant internos sensus: qui singula, quæ cogitant, quasi mandunt & cōminuunt, atq; ad ventrē memoriæ transmittunt. His dentibus sancti, si qua in se carnalia deprehendunt, vehemēter in semetipsis insequūntur, vt ipsi irreprehensibiles inueniantur, & iniqui hoc cōspiciendo emendētur. Et est sensus: Cur internis sensibus carnalia in me facta discutio, si meis spectatoribus. i. vobis prodesse nō possū? Ibid. c. 15.

k *Dentibus meis.* Dentes sunt interni sensus, qui singula inquirunt: vnde Iere. *Fregit ad numerum dentes.* quia secundum mensuram peccatorum cæcitas in sensibus generatur. vnde & dicitur: *Qui comederit vuam acerbam, dentes eius obstupescent.* Vua acerba, fructus ante tempus; quem comedit qui huius vitæ delectatione pascitur: vnde sensus interior ligatur, ne spiritualia mādere possit. Tren. 3. b. Iere. 31. e.

☞ 1 Et

NICOLAVS DE LIRA.

✠✠ 1 Audite ergo. *Proposita eorum falsitate in doctrina, hic ostendit eam à Deo puniendam, dicens:* Audite ergo correctiones meas, *cessando à prædictis, ad euitandum pœnam diuinæ vltionis; & quod in prædictis peccauerint, ostendit dicens:*

2 Nunquid Deus indiget vestro. *Illa enim quæ dixerant, ostenderant se dixisse ad defendendam diuinam iustitiam, quod non est necesse: cum aliter posset defendi.* 3 Nunquid faciem eius accipit. *quasi indicantes pro eius parte, eius iustitiam per falsa defendendo.*

4 Aut placebit ei. *q. d. istud non placet ei, sed displicet. Solet autem alicui homini placere defensio causæ suæ propter ignorantiam, quia credit eam esse iustam: sed hoc est in Deo impossibile, quia nihil potest eum latere.*

5 Aut decipietur vt homo. *Homo enim aliquando deceptus fraudulentijs aduocatorum, vult defensionem causæ suę, quod tamen à principio nolebat. Sed hoc non potest esse in Deo, quia non potest decipi ab aliquo, ideo subdit:* 6 Ipse vos argu. *tanquam malos.*

7 Quoniam in absconditio. *Ille enim in absconditio faciem alicuius accipit in iudicio, qui pro eo loquitur contra conscientiam: sic faciebant isti, quia sanctam vitam Iob nouerant & eius innocentiam; & tamen eum condemnabant, quasi ad approbandum diuinam iustitiam.*

8 Statim vt se commouerit. *Loquitur de Deo ad modum hominis, qui quando commouetur ira punit: tamē talis motio iræ non est in Deo, sed sibi attribuitur similitudinariè, propter effectum punitionis. ideo subditur:* 9 Turbabit vos. *per pœnam inflictam.*

10 Et terror eius irruet super vos, *timentes adhuc ampliorem vobis pœnam inferendam.* 11 Memoria vestra comp. cineri, *qui citò per ventum dispergitur, & non apparet. Hoc dicit Iob contra dictum Sophar: qui suprà dixerat bonum hominis remanere post mortem, inquantum manet in bona memoria hominum. q. d. istud quod reputatis bonum, non erit vobis post mortem.*

12 Et redigentur in lutum ceruic. *quas iniqui erexistis contra me.* Diuisio.

13 Tacete paulisper. *Hic consequenter ostendit Iob amicorum suorum falsitatem. Et primò ostendit eos fabricatores mendacij: Secundò cultores peruersę doctrinæ, ibi:* Audite sermonem. *Circa primum sciēdum, quòd ipsi falsò arguebant Iob de impatientia vltra modum, & de desperatione, eò quòd à principio dixerat:* Pereat dies in qua natus sum. *& vtrumque Iob ostendit falsum, Primò inducens eos ad audientiam, dicens:* Tacete paulisper, vt loquar. *licet enim aduersario sit graue diu audire, tamen modicum non debet sibi esse graue.*

15 Quodcunque mihi mens. *q. d. non detinebo tempus in componendo verba ornata falsitatem colorantia, sed statim proferam quod habeo in corde secundum veritatem. Consequenter ostendit eos falsum dixisse imponentes ei impatientiam caninam, dicens:*

16 Quare lacero. *q. d. quæ est causa, quòd ex impatientia videar lacerare carnes meas, sicut vos mihi imponitis.*

✠✠ 1 Et

MORALITER.

† 2 *Nunquid Deus.* q. d. non. hoc autem potest dici quæstuarijs prædicatoribus, qui multa falsa dicunt, vt quæstum extorqueant à simplicibus. 3 *Nunquid faciem eius.* q. d. non. quia non decipitur talibus verbis, 8 *Statim vt se comm.* ad puniendum vos.

11 *Memoria vestra.* id est, deficiet per mortem. 13 *Tacete paulisp.* & dicit paulisper, quia tacere etiam modicum præsumptuosis loquacibus est molestum. 16 *Quare la.* Viri sancti carnes lacerant, quando motus carnales in se domant. Et animam suam portant in manibus, cum rectam intentionem tenent in suis operibus.

† 2 *Etiam*

☞ a *Et animam meam porto in ma.* GREG. Animam in manibus
A portare, est intentionem cordis in operatione ostendere, quod fit
Cap. 16. pro ædificatione proximi. Et est sensus: Cur me vel districtè coram hominibus dijudico, vel quid appetam in opere ostendo, si proximis nec mala iudicando, nec bona ostendendo proficio?

Ibidem. ✠✠ IDEM. Sed tamen iusti, etiam cum hæc dicunt, nunquam à præbendo proximis bono exemplo deficiunt. Habẽt namqúe iusti hoc proprium, vt in omni, quod dicunt, atq; omni, quod agũt, non solum profectum suum, sed etiam proximorum ædificationem quærant. Et aliquando in quibusdam semetipsos dijudicant, vt pigros auditores ad considerandos semetipsos reuocent: aliquando bona opera ostendunt, vt spectatores eorum erubescant non imitari quod vident. Nam scriptum est, *Videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum qui est in cælis.*

a ¶ Etsi iustus alijs non proficit tamen præbere bona exempla nunquam cessat: vnde Iob virtutem patientiæ adhuc amicis ostendit. vnde subdit: Etiam si occi-

† pono. a meis, & ánimã meã † porto in manibus meis? † Etiam si occi-
a ¶ Alius sperat, cum ei benefacit. b ¶ Qui potentiam Dei ad mentem reducit & se dijudicat, in conspectu Dei stat. vnde Elias: Viuit Deus in cuius cõspectu sto. iij. Reg. xvij. a.

b derit me, in ipso spẽrabo. Veruntamen vias meas in conspẽctu
a ¶ Vnde hęc vtilitas sit.

† etiam. c eius árguam, † & ipse erit saluator meus. Non enim veniet in
a ¶ Quia districtionem Dei ante oculos non ponit, dum in humanis oculis placere cupit.

d conspẽctu eius omnis hypocrita. Audite sermonem meum, &
a ¶ In vltimo iudicio, ante quod modo flagellor, etsi bonus.

† narrationem vel explanationẽ. B e † ænigmata percipite auribus vestris. † Si fuero iũdicatus,
a ¶ Iustum se nouerat, nec iuste flagellatum negat: flagellatur ex abundanti gratia, vt merita augeantur, non vt peccata tergantur. b ¶ Et cum iustis.
c ¶ Et vtinam sic lim etiam intus irreprehensibilis, ad quod omni modo iustus laborat.

f scio quod iũstus inuẽniar. Quis est qui † iudicetur mecũ? Vẽ-
a ¶ Et nisi hæc duo remoueris.

† Nunc enim si tacuero, moriar. g niat. † Quare tacẽs cõsumor? Duo tãtùm ne facias mihi, & tũnc
a ¶ Percussionem legis quę punit. b ¶ Pœnam optat transire & timorem, vt ad dilectionem veniat. ¶ Qua seruitur in lege.

h à facie tua nõ abscondar. Mánũ tuã lõngè fac à me, & † formi-
i

b *Etiãsi occiderit me, in ipso sperabo,* &c. GREG. Ille verè patiẽs est, qui & aduersis atteritur, & tamẽ à spei rectitudine non curuatur.

Cap. 17. Ibidem. c *Veruntamen vias meas.* Sic enim tunc Dominus saluator inuenitur, si nunc pro timore Domini peccatum vestrum à vobisipsis redarguitur.

C d *Non enim veniet.* ✠✠ IDEM. Cum constet quod iudex veniens, agnos ad dexteram hædos, verò ad sinistram ponat: qũa nunc ratione dicitur, in conspectu eius hypocritam non esse venturum? qui scilicet, si inter hædos erit, ad sinistram iudicis apparebit. Sed sciendum est, quod duobus modis in conspectu Domini venimus; Vno quidem, quo hîc peccata nostra subtiliter perpendentes, in eius nos conspectu ponimus, & flendo dijudicamus. Nam quotiens conditoris nostri potentiam ad sensum reducimus: toties in conspectu illius stamus, vnde rectè per virum Dei etiam dicitur, *viuit Dominus Deus Israël, in cuius conspectu sto.* Alio quoque modo in conspectu Domini venimus, cum in extremo iudicio ante tribunal eius assistimus. Hypocrita igitur per examen vltimum ante conspectum iudicij venit: sed quia modo memoriam nunquam reducit ad cognitionem culpæ, nunquam considerat vbi internum iudicem offendat, in conspectu Domini, venire recusat. Qui si mentem suam discutiens, semetipsum in conspectu Dei poneret, profecto iam hypocrita non esset. Rectè ergo dicitur.

D

Cap. 18. *Non enim veniet in. conſ. e. o. hyp.* Nunc veniet quidem ante tribunal iudicis, sed quia modò culpas suas considerare dissimulat, totũ se fundens in verbis proximorum, quorũ laudibus credit & lætatur, peccata sua ad memoriam reducẽdo in cõspectu Domini venire recusat.

† Ecce occidet me; non sperabo, vel non possum expectare.

e *Audite sermo. me.* Per hoc quod ænigmata nominat, figuratas se habere locutiones demõstrat. vnde voce fidelis populi subdit:

E † Ecce nũc pronũtiaui iudicij sentẽtiã, nouì quòd ego iustus sim. † iudicio cõtendere velit. - Veniat. † fortitudo.

f *Si fuero iudicatus. ſc. quod iu.* quod nec ab eius persona discrepat, de quo Dominus & maiora dixit, quòd *non sit ei similis.* Iste humilius dicit se iustum, non præ cæteris. Quid est quód superius dixit: *Vias meas in cõspectu eius arguã?* Et inferius: *Cõsumere me vis peccatis adoleſcentiæ meę.* Nunc ait: *Si fuero iudicatus scio quòd iu.* Sed sibi iniquitatem tribuens, & Deo purgationem suam: & peccatorem se cognoscit ex se, & iustum se factum non ignorat ex munere.

g *Quis eſt qui iu. me.* Quia in exterioribus actibus vnde reprehendatur non habet, liberè accusatorem quærit. Quia verò etiam iustorum corda de stulta cogitatione se reprehendunt, subditur: Ibidem.

F

h *Quare tacens conſumor.* Acsi dicat: Sicut vixi vt accusatorem exterius nullum timerem, vtinam sic vixissem vt intra me accusatricem conscientiam non timerem. Tacens enim consumitur, qui intus in se inuenit vnde vratur. Ibidem.

i *Duo tantum ne facias.* Et Dei faciem, hîc animaduersionem dicit: in qua dum peccata aspicit, punit, à qua nemo absconditur, nisi duo quæ postulat amoueantur, de quibus sequitur: Ibidem.

k *Manum tuam longè fac à me.* Per manum, quam longè fieri postulat, legem (quæ sub percussione vltionis populum tenuit, & sub qua timore seruiebatur) designat. In quibus verbis tempus gratiæ & redemptionis inquirit. Et est sensus: Percussionis dũriam remoue à me, formidinis pondus tolle, spiritum securitatis infunde, quia in conspectu tuo iustus esse non valet, qui tibi non per dilectionem, sed per formidinem seruit. Ibidem. Cap. 20.

☞ a *Voca*

NICOLAVS DE LIRA.

✠✠ 1 Et animam me. por. ma. &c. *id est vitam meam non curo amittere per desperationem: sicut illud, quod portatur in manibus, videtur exponi raptoribus, secundum illud Greg. homil. xxxvij.* Deprædari desiderant qui thesaurum in via publicè portant. *q. d. ista quę mihi imponitis, falsa sunt, ideo subdit:* 2 Etiam si occid. *quod est vltimum terribile.* 3 In ipso spera. *De summo bono per ipsum in futura vita consequendo; sed quia spes sine meritis, non est spes, sed præsumptio, ideo subdit:* 4 Veruntamen vias meas. *id est, opera mea.* 5 In conspe. eius argu. *Veraciter corrigendo, si est ibi aliquid culpabile.* 6 Et ipse erit sal. meus, &c. *Qui est saluator fidelium, & non fictorum. ideo subdit:* 7 Non enim veniet in conspectu eius, *Recipiẽs ab eo salutem,* 8 Omnis hypocrita, *qui falso prætẽdit exterius sanctitatem.* 9 Audite. *consequenter ostendit eos cultores peruersorum dogmatum, quia negabant vitam futuram: & ex hoc consequenter dicebant, opera virtutum in præsenti vita prosperitate temporali præmiari, & peccata afflictionibus puniri, & sic vlterius dicebant, ipsum Iob à Deo pro peccatis flagellatum. Falsitatem autem eorum ostendit Iob per modum cuiusdam disputationis cum Deo, eo modo quo dixerat suprà.* Disputare cum Deo cupio, *& ideo primo modus huius disputationis tangitur: secundò disputationẽ aggreditur, ibi:* Quantas habeo, &c. *Circa primum inducit amicos suos ad attentionem, dicens:* Audite sermonem meum, *tanquam verum,* 10 Et ænigmata. *id est obscura & difficilia intellectu,* 11 Percipite auribus vestris. *Ista enim duo inducunt ad attentionem dicendorum, scilicet, veritas eorum, ad reprobandũ falsitatem, & obscuritas sive difficultas ad exercitandũ intellectũ.* 12 Si fu. iu. sc. *id est, si de doctrina quam sustineo tanquam veram, detur iudicium, scio quòd approbabitur tanquam vera, & sic dabitur pro me sententia: quod ostenditur in fine libri, vbi dicit Dominus ad disputantes contra Iob:* Non estis locuti rectum coram me, sicut seruus meus Iob. 13 Quis est. *Volens sustinere partem oppositam,* 14 Veniat. *scilicet ad diuinũ iudicium.* 15 Quare. *Quando enim homo afflictus tacendo celat afflictionem suam interius, magis affligitur, quam si exterius aperiat loquendo. Et vt habeat constantiam loquendi, subdit loquens ad Dominum,* 16 Duo tantum, &c. à facie tua non abscon. *id est, accipiam constantiam loquendi, & quę sunt illa ostendit.* 17 Manum tuam, *Cessando à presenti afflictione,*

18 Et formido non me terreat. *De futura pœna infligenda. Ista enim duo solent hominem impedire à constanti locutione, scilicet dolor de præsenti malo, & timor de futuro.*

✠✠ 1 Voca

MORALITER.

† 2 *Etiam si occide. me.* id est, ab infidelibus occidi permiserit,

3 *In ipso sperabo,* Quia mors martyrum pretiosa est ante Deum.

4 *Veruntamẽ vias meas in cõſ. e. arg.* Peccata mea veraciter cõfitẽdo.

6 *Et ipse erit sal.* Ipsa remittendo. Sed quia ficti, sunt à salute longinqui, sequitur:

12 *Si fue. iudica.* id est, in præsenti flagellis probatus,

† *Scio quod iustus inueniar.* In futuro. Tob. iij. d. *Hoc autem habet pro certo omnis qui colit te, quia vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur.*

13 *Quis est qui iud. mec.* id est, sustinere velit flagella propter Deũ.

14 *Veniat,* Securè, quia reportabit præmium.

15 *Quare tac. conſ.* Prædicator enim veritatis hæc tacens consumitur, quia conscientia mordetur.

16 *Duo tantum.* q. d. cum abstuleris pœnalitates præsentis vitæ per resurrectionem, & formidinem gehẽnæ per illam vocationẽ: *Venite benedicti patris mei, &c.* tunc videbo te facie ad faciem existens in proprio supposito, per hoc tamen non excluditur, quin ante ab animabus sanctorum videatur. Sed ad hanc visionem non peruenit, nisi totaliter à peccatis purgatus fuerit. imo subditur. Matt. 25. c.

☞ a *Voca.* GREG. Præsentiam Christi quærit, vt per hanc & audiat quod ignorat,& audiatur in his quæ nouit. Vel, vocat Deus eligendo, respondet homo obediendo; Loquitur homo desiderando, respondet Deus apparendo. Sed sic anhelans, subtilius se discutit.

Ibidem. Præsentiã Christi optat.

Ibid.c.21. *Voca me & ego respon.ti.* Vocare Dei est nos amando & eligẽdo respicere. Respondere nostrũ est amori illius bonis operibus parere.

b *Aut certe loquar.* Loquimur cùm faciẽ eius per desiderium postulamus: Respondet loquentibus cùm nobis se amantibus apparet.

c *Quantas habeo iniquitates,* &c. Iustorum labor est, vt semetipsos inueniant, inueniẽtes flendo atque corrigendo ad meliora perducant. Grauior videtur iniquitas quam peccatum, scelus quam delictum.

✠ ORIG. Si docueris quæ sint peccata mea, ea vitabo, meqúe eorum pœnitebit.

✠ POLYC. Doce me quorumnam flagitiorum de me supplicium sumas. Ijs enim qui in cruciatum dati sunt, haud leue solet esse solatium, cruciatus causam perspectam habere: quanquam hæc ad amicorum opinionem dicuntur. quasi dicat: Domine dic liberè, ab homine enim perinfirmo, & folio simili, nullus tibi metus potest impendere.

Ibidem.

d *Cur faciem tuam abscondis.* GREG. Homo contemplationem Dei habuit in paradiso, sed per culpam incurrit caliginem. Et excitatus ex pœna redit ad amorem,ac dicit:

e *Et arbitraris.* Quia si vt amicum respiceres me, tuæ visionis lumine non priuares.

Ibid.c.22. f *Contra folium,* &c. Homo folium dicitur, qui tentationis vento rapitur, & desiderium flatibus mouetur. Qui etiam stipula appellatur; quia enim per carnem terræ proximus fuit, etiam cùm stare videbatur, stipula esse memoratur: sed quia viriditatem intimi amoris perdidit, iam stipula sicca est. Et est sensus: Cur tanta rectitudine impetis eum, quem sic esse infirmum agnoscis?

Ibid. c.23. g *Scribis.* Quia quod loquimur, transit, quod scribimus manet; Deus non loqui, sed scribere amaritudines dicitur, cum diu super nos eius flagella perdurãt. Semel enim de mortalitate carnis sententiam fixit, quæ vsque ad vltimum mutari non valebit.

✠✠ CHRYS. Trãslatio est à regibus sententiã scripto mãdantibus.

h *Et confu.* Patet grauia esse peccata iuuenum & senum, si illud iusti sic metuũt, quod in infirma ætate deliquerunt.

Ibid.c.24.

i *Posuisti in neruo pedem meum.* In neruo pedem Deus posuit hominis, quia prauitatem illius forti districtionis suæ sententia ligauit.

Ibid.c.25. † Quot.

† Quid est quòd foliũ impulsum vel proiectũ à vento conteris?

k *Et obser. om. semi.* Semita angustior est quam via: quia autem vias, actiones; meritò semitas actionum cogitationes accipimus.

† depauperare c.24.

† cõpedes vel super radices, id est talos pedũ meorũ vel imprimetur statuetur. sub. compes.

l *Et vesti. pe. me. con.* Intentiones operum vestigia dixit; vel, praua opera, quæ dũ agimus, intuentibus hoc fratribus exemplum malum præbemus: & quasi inflexo extra viam pede sequentibus distorta vestigia relinquimus.

✠✠ IDEM. Deus itaqúe omnes semitas obseruat, quia in singulis quibusqúe nostris actibus, etiam cogitationes pensat: & vestigia pedum considerat, quia intentiones nostrorum operum, quàm rectè ponantur examinat, ne & hoc, quod bonum agitur, non recto desiderio agatur.

m *Qui quasi putre.* Sicut vestimentum de se exorta tinea comeditur, ita homo in seipso habet putredinem vnde consumatur. Vel ex corruptione suæ carnis tentatur, sicut vestis exorta tinea consumitur.

✠✠ IDEM. Nam cum homini immundã tentatio non aliunde, sed à semetipso nascatur: more tineæ carnem tentatio, quasi vestem, de qua exit, consumit. In semetipso quippe habet homo vnde tentetur. Sciendum quoque quod tinea sine sonitu perforat vestimentum: & plerunque cogitatio ità transfigit mentem, vt mens ipsa non sentiat, nisi postquam fuerit eius aculeo transfixa. Benè ergò dicitur, quod homo *sicut vestimentum à tinea consumitur*, quia nonnunquam tentationum nostrarum vulnera non cognoscimus, nisi postquam ab eis confessi in mente fuerimus.

Ibidem.

☞ a Quantas

a ¶ Præsens esto: corporaliter, præsens autem apernit hominibus peccata quæ agebant & ignorabant. vnde subdit: Quantas habeo iniquitates.

a ¶ Omnis homo se peccatorem confitetur, sed se iniquum dici puder.

a ¶ Quod in paradiso ab arbore cecidit. b ¶ Quam vilis homo. c ¶ Quanta districtio Dei.

a ¶ Quia singula eius subtiliter diiudicat.

a ¶ Intentiones examinat, vel praua, quę alijs sunt scandalum. b ¶ Id est, qui infirma carne constringor.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Voca me. *q.d. duobus prædictis amotis, paratus sum disputare, tenendo partem opponentis, vel respondentis; qualiter autẽ ista disputatio sit licita, dictum fuit in prin. huius cap.* 2 Quantas habeo, &c *Hic consequenter aggreditur Iob disputationem, & primo ostendit propositũ in se singulariter. secundo in alijs hominibus communiter se. ca. Prima in duas, quia primò ostendit se flagellatum à Deo, non propter culpam: secundò innuit veram causam ibi:* Posuisti. *Circa primum facit talem rationem, si flagellatio in vita presenti esset tantùm pro culpa preterita, sequeretur quod deberet correspondere peccato, & non excedere, aliter videretur iniustitia esse in Deo: Iob autem erat conscius suę innocentiæ, & per consequens sciebat afflictionem suam culpam præteritã excedere: ideo ad excludendũ falsam causam suæ punitionis dicebat Deo per modum humilis inquisitionis:* Quantas habeo iniquita. *id est, peccata cõtra proximum quæ fiunt contra æquitatem iustitię;* 3 Et pecca. *In me commissa, sicut sunt peccata gulę & luxurię, & huiusmodi;*

Diuisio.

Infrà 14 d.

4 Scelera me. *Contra Deum commissa, vt blasphemia, & huiusmodi;* 5 Et deli. *id est, peccata contra præcepta affirmatiua per omissionem: & ideo dicuntur delicta, quasi derelicta. & ad ista quatuor reducuntur omnia alia peccata.* 6 Ostende mi. *i. si ostenderes, manifestè, appareret omnibus quod non sum à te flagellatus tantum propter culpam, sed propter aliam causam, scilicet, sapientiæ tuæ dispositionem. quia non præcesserant in Iob talia & tam grauia peccata, ideo subditur:*

7 Cur faciem tuam, &c. *Me non exaudiendo.*

8 Et arbitra. *id est, ab alijs arbitrari facis, qui ignorant prouidentiæ tuę consilium, quia modus humanus est grauare aduersarium suum: & quia posset dici, flagellat te, vt in te ostendat potentiam suam, hoc remouet dicens:*

9 Contra folium. *id est, contra me, qui sum nullius momenti vir, & virtutis.* 10 Osten. poten. *q.d. hoc non decet magnificentiam tuam, sicut non decet hominẽ robustissimum experiri vires suas contra puerũ.*

11 Scri. enim. *Per tuas flagellationes: & per hoc quod dicit,* Scribis, *ostendit talia fieri non à casu, sed ex ordine diuinę sapientię.*

12 Et consu. *q. d. licet adolescentiam meam non transierim absque peccatis tamen ratione iuuentutis illa magis sunt secundum tuam misericordiam condonanda, quam tam grauiter punienda; & sic innuit Iob, quod causa suæ flagellationis à Deo non fuit tantum culpa præterita.*

13 Posuisti. *Hic innuit quæ sit vera causa: & hanc inquirit ex speciali cura Dei circa se, dicens:* Po. in ner. pe. me. *Neruus iste intelligitur lex diuinæ iustitię, qua mens Iob tenebatur ligata, ne diuerteretur à Deo per peccata.* 14 Obser. om. *id est, omnes actus meos vsque ad minimum considerando.* 15 Et vesti. pe. *id est omnes circumstantias actuum ponderasti. q. d. hoc non esset, nisi in me esset aliquid notabile et stabile: quia ad sapientem non pertinet habere tantam curam et diligentiam de re vili et instabili, cuiusmodi sunt à parte corporis. ideo subdit:*

16 Qui quasi putr. conf. *per mortem.*

✠ 1 Et

MORALITER.

† 2 *Quantas ha.* q. d. hæc ostende mihi, vt purgari valeam in præsenti. Et quoniam in præsenti Dei facies non videtur, subditur:

7 *Cur fa. tuam ab.* Grego. *Si vt amicum aspiceres, tua me visionis lumine non priuares:* tunc enim apparet perfectè Dei amicitia, cum videtur in patria. Et quoniam in præsenti mens humana mobilis est, & tentationibus exponitur, rectè subditur:

9 *Contra fo.* Nam per ea quæ patimur, Dei potentiam experimur.

10 *Et*

1 *Et stipulam siccam perse.* homo stipula sicca dicitur, quia si aliquid habeat de humore gratiæ, nescitur.

11 *Scri. e. con. me ama.* id est, inferni terrores

12 *Et con. me vis pecc. adolesc.* & multò grauius puniendus est homo pro peccatis ætatis maturæ.

13 *Posuisti in neruo.* q.d. latere te non potest aliquod peccatũ meũ.

16 *Qui quasi pu. con.* &c. sicut ab immunditia sumpsi corporis exordium.

† 1 *Et*

☞ *Quantas habeo. ini.* Greg. Quasi homo pro cæcitate exilij se non nouit, quæ contingit, quia à facie Dei se abscondit, quod iam pœna ip a monitus dolet. *Contra folium.* Homo arbor fuit in conditione, sed arefactus in tentatione folium, stipula in deiectione. *Consumere me vis.* quia in uuentute se peccasse inuenit, adolescentiæ facta timet: Sed & sunt ætates in quibus ad uitam, & dilatatur ad miseriam? *Qui quasi flos egre.* Quia nitet in carne: *Conteritur.* quia redigitur in puluerem & putredinem.

a ¶ Conterendus corruptione carnis. b ¶ Quia de carne exit tentatio quę consumit, & sine sonitu perforat id est ita vt aliquando mens non sentiat.

tredo consumendus sum, & quasi b vestimentum quod comeditur à tinea.

1 tes in mente. Prima infantia, cum innocens est, & nescit fari quod est. Inde pueritia in qua dicit quæ vult, sed adhuc innocens. Post, adolescentia quæ prima est in operatione. Inde iuuentus, apta sortitudini. Hinc senectus, congrua maturitati. Iusti igitur cum altius profecerunt in discretione maturitatis, magis timent de initijs suis, quasi tunc indiscreti fuerint.

D Sunt ætates in mente sicut & in corpore.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et qua.ve. quod co. à tinea. *quia vermes nascuntur de carne mortua eam corrodentes: sicut tinea de veste quam corrodit: & ex hoc sequitur quod in homine præter corpus est aliquid notabile & stabile, scilicet intellectualis anima, ratione cuius Deus habet specialem curam de hominibus, prouidendo eis in futuro, præmia pro meritis, & supplicia pro peccatis: & hęc est vera causa flagellationis sancti Iob, vt per patientiæ merituum acquireretur sibi gloriæ augmentum.*

MORALITER.

1 *Et quasi vestimentum quod comeditur à tinea &c.* tamen ex eo nascitur; & sic tentatio carnis oritur ex homine, & ipsum consumit in peccati perpetratione.

ADDITIO.

B An Iob posuerit spem in alia vita.

In cap. xiij. vbi dicitur in postil. Quodcunque mens suggesserit. *q. d. non detinebo tempus componendo verba. Cum Iob in multis passibus loquatur sic, vt prima facie videatur ipsum non ponere spem hominis in alia vita, vt cum dicit xiij. c.* Homo cum mortuus fuerit atque consumptus, vbi quæso est? *& ibidem post pauca.* Homo cum dormierit non resurget &c. *ex quibus & alijs similibus, quæ nō secundum propriam opinionem, sed aliorum dicebat, quidam Hebræorū asserunt ipsum hęreticum fuisse: quorum falsitas in hoc loco detegitur, cum spem suam manifestissimè ponat in Deo post hanc vitam, dicens:* Etiam si occiderit me in ipso sperabo, *quę verba continuantur cum præcedentibus sic: Postquam enim aduersarios reprehenderat de hoc, quod nitebantur excusare Deum ab iniustitia per sua mendacia, de quo dixerat suprà:* Nunquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro isto loquamini dolos &c. *dixit quòd potius Deo displicebāt, & merebātur à Deo puniri, de quo dicit:* Aut placebit ei: cui celari nihil potest &c. ipse vos arguet &c. *Consequenter etiam ostendit, quod illud, in quo aduersarij ponebant spem post hanc vitā, scilicet in memoria hominū, erat quid vanū: de quo dixit.* Et memoria vestra comparabitur cineri &c. *q. d.* C *memoria, quā dicitis esse spectandā post hanc vitā, nulla est; Consequēter vult aperire mentem suam clarè, & vt redderet eos attentos, præmittit, dicens:* Tacete paulisper vt loquar; *& ne locutionem suam in hoc loco æstimarent fore fictam seu verborum apparatu mistam, subdit:* Quodcunque mihi mens suggesserit. *q. d. In hoc loquar vobis veritatem, quam in mente habeo, sublato quocunque figmento: quę quidem veritas, quæ in mente sua versabatur circa materiam de qua agebatur, est ista, scilicet, quòd omnes afflictiones, quas patiebatur à Deo, quæ acerrimæ erant, si attingerent vsque ad mortem per sua tormenta violenter inflicta, patienter tolerabat, spectando in Deo post mortem suam remunerationem, hoc sonant verba ipsius cum dicit interrogatiue:* Quare lacero carnes meas dētibus meis? *id est, quæ est causa finalis in mente meā meę lacerationis, secundum quam,* animam meam porto in manibus meis. *i. quia ex vi afflictionum anima erat prope exitū, acsi esset in manibus iā quodammodo extra corpus? Ad quam interrogationem respondet:* Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. *q. d. spes mea est in ipso Deo me affligente, quem expecto remuneratorem, etiā si ipse me occidat per ista tormenta. Sed quia posset dici ei ab aduersarijs, si tu tantā spem in Deo habes, cur reprehendis eius iudicia contra te per querulosas locutiones? vt patet suprà & infrà multipliciter. Adhoc respondet declarādo mentem suam prout dixerat:* Quodcunque mihi mens suggesserit dicam, &c. verumtamen vias meas in conspectu eius arguam: *cuius sensus est: In omnibus proclamationibus meis non arguo vias Dei, quæ omnes sunt iustitia & veritas: sed vias meas arguo, vt sciam si forte per aliquam viam meam Deum offendi. Et notanter dicit.* In conspectu eius. *q. d. non in conspectu vestro, qui non rectè iudicatis, nec interiora conspicitis, sed in cōspectu eius, qui intuetur cor, & rectè iudicat: de quo* F *post pauca dicit:* Non enim venit in conspectu eius omnis hypocrita: *quid autem sit illud, quod speras in Deo post mortem seu occisionem, statim subiungit:* Ipse erit saluator meus, *scilicet post mortem seu occisionem in futuro per æternam salutem.*

CAP. XIIII.

a Homo *natus de mu.* ✠ Polyc. Alludit ad Euam per quam serpens propinauit peccatum.

supra c. 26.

Greg. Hîc mulieris nomine infirmitas designatur, & est sensus: Quid in se habet fortitudinis, qui nascitur ex infirmitate, qui & angustiatur ad vitam, & dilatatur ad miseriam?

a ¶ Nec mirum quia.

b *Qui quasi flos egre.* Quia nitet in carne:

† ira (vel pauore, & inquietudine.

c *Conteritur.* quia redigitur in puluerem & putredinem.

CAP. XIIII.

Homo natus de muliere, breui viuens tempore, a ¶ Quia omnia hic misera sunt. repletur † multis miserijs. † Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra. Et nunquam in eodem statu permanet, sed quasi in transitu cuncta sunt.

a ¶ Homines nati in mundo, flores in campo; vita in carne, flos in fœno. b ¶ Quotidie per momenta.

1 2 3 4 5 6

✠ Idem. Quid enim sunt nati homines in mundo nisi quidam flores in campo? Tendamus oculos cordis in hāc latitudinē mundi præsentis, & ecce quasi tot floribus, quot hominibus plenus est; vita itaque in carne, flos in fœno est. Vnde Isaias: omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos agri. Homo etenim more floris procedit ex occulto, & subitò apparet in publico: qui statim ex publico per mortem retrahitur in occultum.

d *Et fugit velut vmbra.* Non soli fugienti, sed vmbræ hominem cōparauit. Qui enim in amore Dei calorem cordis non habet, nec tamen vitam quam diligit tenet, velut vmbra fugit.

Ibid. † De cō. dis. sic ne tales.

☞ a *Et nun-*

NICOLAVS DE LIRA.

Cap. XIIII.

1 Homo natus. *Hic consequenter sanctus Iob quod in se declarauerat specialiter, declarat in alijs hominibus generaliter, & primò declarat propositum, secundo euacuat dictum oppositum, ibi:* Mōs cadens. *Circa primum ostendit, quòd in homine aliquid sit post mortem remanens, scilicet rationalis anima: secundo, quod post mortem est præmiatio reddenda, ibi.* Breues. *tertiò ostendit quod ex hoc resurrectio hominis est expectanda, ibi:* Lignum habet spem; *quartò per quem modum sit fienda, ibi:* quomodo si recedant. *Primum autem declarat in homine generaliter, eo modo quo declarauerat de Iob specialiter, scilicet per vilitatem & per instabilitatem hominis ex parte corporis, tamen sub alijs verbis. Iste enim liber rhetoricus est, vt dictum est suprà: cuius modus est ad eandem sententiam plures adducere similitudines, & idem replicare per alia verba ad maiorem exaggerationem seu declarationem, dicit igitur:* Homo natus de mu. *tanquam de re fragili.*

Diuisio.

2 Breui viuens. *quia aliqua animalia & aues naturali cursu diutius viuunt:* 3 Repletur mul. mi. *scilicet calore, frigore, fame, siti, infirmitatibus, & huiusmodi propter peccatum primi parentis.*

4 Qui quasi flos egreditur. *id est iuuentute.*

5 Et con. *in senectute vel infirmitate superueniente.*

6 Et fu. ve. *quia citò transit, & continuè eius vita.*

✠ 1 Et nun-

MORALITER.

1 *Homo natus &c.* Secundū Aug. per mulierem sensualitas designatur: ergo homo natus de muliere dici potest homo carnalis, qui sensualitati sicut matri studet obedire. 2 *Breui. vi.* Talis enim vita multas infirmitates corporis & animæ, & angustias solet generare. Boetius iij. de conso. *Quid autē de corporis voluptatibus loquar, quarum appetentia plena est anxietatis, satietas verò pœnitentia est: quātos illi morbos, quam intolerabiles dolores quasi quendam nequitiæ fructum fruentium solent afferre corporibus?* 4 *Qui qua. flos.* per delectationem sensibilem. 5 *Et conte.* per superuenientem tristitiam. Boetius ibidem: *Tristes verò esse voluptatum exitus quisquis libidinum suarum reminisci volet, intelliget.* ideo subditur. 6 *Et fugit velut vm.* Hæc delectatio modica, & tamen per eam incurritur æterna pœna propter quod subditur:

Boetius. Boetius.

A a *Et nunquam in eodem statu &c.* GREG. Nam inde semper deficit, vnde se proficere in spatium vitæ credit.

vbi supra. b *Et dignum ducis super huiuscemodi, &c.* Deum aperire oculos, est iudicia exercere, & quem feriat videre.

c *Quis potest facere &c.* Is enim, qui per se solus mundus est, mũdare prævalet immũda. Ipsa enim propter delectationes carnis

† non perdurat. nostra conceptio, immunditia est. Vel, solum Christum dicit non de immundo semine natum.

B ✻✻ OLYMP. Quid attinet (inquit) de homine plura dicere; quandoquidẽ neque hominis procreationẽ sine sorde & peccato esse contingit. Proinde baptizantur infantes, vt macula,

† dabit mũdũ ex iis qui omnes immundi sũt? ne vnus quidem dabit † 11. q. 3. c. quid ergo. quam ex Adami præuaricatione cõtraxerunt, eluatur. Imbecillam igitur & ægrã naturam nostram effectam esse confirmat

C & ad peccatum procliuem, tum ex præuaricatione Adæ, tum ex ipsa voluptaria procreatione; non autem ideo quod cum nostra substantia peccatum penitus coaluerit; absit.

*lectio. 70. SEVER. ✻✻ Cum autem dicit *super terram*, eos refellit, qui fingunt hominum animas antea fuisse, & scelere commaculatas in terram collapsas esse. Atqui Iob non ante terras, sed in terris animas commaculari testatur.

d *Breues dies hominis, &c.* GREG. quia apud Deum etiam labentia stant: Apud eum esse numerum mensium perhibet. Vel, in diebus, breuitas temporis; in mensibus, multiplicata dierum spatia designantur. homini ergo breues dies sunt: Sed quia vita nostra post tenditur, apud Deum numerus mensium nostrorum esse memoratur.

Lib. 12. c. 2 e *Constituisti terminos eus, &c.* GREG. Nulla enim quæ in hoc mundo hominibus fiunt, absque Dei occulto iudicio fiunt.

✻✻ IDEM. Nam cuncta Deus sequutura præsciens, ante sæcula decreuit, qualiter per sæcula disponantur. Statutum quippe iam homini est, vel quantum hunc mundi prosperitas sequatur, vel quantum aduersitas feriat: ne electos eius aut immoderata prosperitas eleuet, aut nimia aduersitas grauet.

D Statutum quoque est quantum in ipsa vita mortali temporaliter viuat. Nam etsi annos quindecim Ezechiæ regi ad vitã addidit omnipotẽs Deus:

† tamen super hunc aperis. E cum eum mori permisit, tunc eum præsciuit esse moriturũ. Quomodo ergo dictũ est ei, morieris & nõ viues? cũ tamẽ posteà vixerit? Sed per prophetam dominus dixit quo tempore mori ipse merebatur:

† Determinati. -paululum. per largitatem verò misericordiæ, illo eũ tempore ad mortem distulit, quod ante sæcula ipse præsciuit.

F f *Recede paul. ab eo.* Recede, id est, iam flagella præsentis vitæ subtrahe, & bona æternæ quietis ostende.

g *Donec op. ven.* quando æternam requiem pro recompensatione sui laboris accipit.

h *Lignum habet spem, &c.* Genus humanum quasi despectũ insinuat, quantumqúe ipsa insensibilia hunc præire videantur. Vel iuxta mysticũ sensum: Lignum præfertur homini, hic enim homo carnalis quisque, lignum iustus accipitur, qui cum in morte passione afficitur, æternæ vitæ viriditate recuperatur.

i *Et rami eius pullulant.* quia ex passione iusti fideles viriditatem vitæ spiritualis accipiunt.

✻ ORIG. Resurrectionem hoc loco non improbat, vt detestabiles Valentini existimauerunt, & omnes qui Deũ esse negauerunt: sed ait eos, qui hinc migrauerunt, non esse hîc amplius victuros.

☞ a *Si*

NICOLAVS DE LIRA.

Eraclitus 1 Et nunquam in. *non est per hoc intelligendum, quòd sit in continua mutatione, sicut ponebat Eraclitus, vt habetur iiij. Metaph: sed quia homo non est diu in eadem dispositione, neq; secundum corpus: quia modo est sanus, modo infirmus, & sic de alijs dispositionibus; Nec etiam secundum animam, quia modo gaudet, modo tristatur.*

2 Et di. du. *id est, reputas dignum.*

3 Super huiusce. *i. super rem tam fragilem & instabilem.*

4 Aperi. ocu. tu. *ad eius directionem per prohibitiones & præcepta, vt à malis retrahatur, & in bonis dirigatur.*

5 Et ad. eum te. in iu. *id est, punire eum pro malis, & præmiare pro bonis q.d. per tuam prouidentiam non sic facis alijs creaturis carentibus ratione. Ex quo concluditur in homine esse aliquid spirituale, & immortale, ratione cuius Deus habet tantam diligentiam de homine, & quia illud à principio conceptionis inficitur originali peccato, ideo subdit:*

6 Quis po. fa. mun. *quia homo originale peccatum trahit per hoc quod ab Adam secundum rationem seminalem descendit:*

7 Nonne tu qui so. es. *q.d. non solum habuisti diligentiam de humana natura in sua conditione, dando ei animam immortalẽ, sed etiam in emundatione eius ab originali peccato, ad cuius emundationem Deus semper dedit remedium à principio casus primi hominis.*

8 Breues di. *Hîc consequenter ostendit quod ratione animæ immortalis remanet vita post mortem & præmiatio meritorum, & primo repetit de breuitate huius vitæ, & patet litera vsque ibi:*

Cõstituere terminos homines. 9 Consti. ter. eius qui præ. *Ista constitutio dupliciter potest intelligi. Vno modo prout est in diuina ordinatione: & sic termini vitæ hominis prætiriri non possunt anticipando vel differendo, quia eius prouidentia est infallibilis. Alio modo vt est in effectu exteriori, inquantum ex naturalibus causis est aliqua periodus certa vitæ hominis, & in aliquibus maior & minor secundum varietatem complexionis, & secundum hoc termini vitæ humanæ possunt anticipari per malum regimen, gladium, vel aliam occasionem.*

10 Rece pau. ob eo. *vitalem motum vel spiritũ non influendo, alijs conferendo. sicut enim sol per suam præsentiam est causa luminis in aere radios influendo, sic Deus est causa vitæ, vitalem spiritum conferendo; & ideo sicut recessus solis est causa noctis, sic talis recessus Dei suo modo est causa mortis, & ideo dicit:* Rece paulu. ab eo. *q. d ex quo vita humana est tam breuis & instabilis & subiecta miserijs, melius est sibi vt quiescat per mortem non ad semper: quia mors per se non est appetibilis, sed ratione præmij sequentis, ideo sequitur:*

11 Donec op. ve. *id est, merces per se appetenda, ideo subditur:*

12 Et si. mer. dies eius. *Dies enim mercenarij non sunt appetibiles ratione laboris, sed ratione mercedis post laborem recipiendæ: & ideo dies optata mercenarij est dies expectata pro præmio habendo; & eodem modo tempus vitæ præsentis, non est tempus optatum à viris sanctis: sed tẽpus vitæ futuræ, quod est tempus recipiendæ mercedis. Et quia perfecta retributio non est in anima sine corpore, ad quod informandũ habet naturalem inclinationem: ideo consequenter agit de futura resurrectione.*

13 Lig. ha. spem. *Hic consequenter ostendit resurrectionem hominis futuram, & facit talẽ rationẽ: Homo cũ sit nobilissima creatura in inferioribus, non est deterioris conditionis ligno, quod habet tantum vitã vegetabilem: esset autẽ deterioris conditionis, si negaretur omnino resur-*

☞ rectio:

MORALITER.

† 2 *Et di. du.* quia tamen Deus aliquando sua gratia de voluptuosis facit continentes vt patet de sancto Bonif. martyre, & Magdalena, subditur:

6 *Quis po. fa. mun.* q. d. tu. *Breues dies ho. sunt.* scilicet ad Deum sic conuerti: vellet enim prolongari vitæ suæ terminum, vt per hoc, per opera bona recuperare posset tempus amissum, sed quia terminus eius est à Deo præfinitus: ideo subditur: 10 *Rece. i.* recedes.

11 *Paulu.*

11 *Paulu. ab eo.* non subtrahendo gratiam, sed vitam præsentem.

12 *Vt quiescat.* in domino.

13 *Donec optata ve.* scilicet beata fruitio. Sed quoniam per conuersionem peccatoris ad Deum aliqui alij concipiunt spem veniæ consequendæ, subditur:

13 *Lignum habet spem.* id est, homo, qui dicitur arbor conuersa.

13 *Si præcisum.* à Christo per peccatum mortale.

13 *Rursum virescit.* per recuperationem gratiæ.

† *Si*

a *Si se. in ter.ra.* GREG. Radix iusti, sancta prædicatio: quia ab ipsa oritur & in ipsa subsistit: quæ apud corda terrenorũ cunctis viribus effœta creditur: *Et in puluere truncus emoritur*: quia inter manus per sequentium corpus eius exanimatur.

b *Ad odo. aquę ger.* &c. Quia per afflatum spiritus, in electorum cordibus, exemplo sui operis, germen virtutis facit.

c *Et faciet comam*, &c. Succiso trunco comam facere, est extincto corporaliter iusto, suæ passionis exẽplo multorum corda, vt vireſcant suscitare;

B *quasi cùm primum plãtatum fuerit*, id est, viriditatem suam ostendit in effectu operis, quam prius habuit in præscientia conditoris. Vel, *radix* iusti, ipsa humana natura in terra senescit, cum in puluerem redit; *Truncus* emoritur, cum corpus à sua specie dissipatur. e *Ad odorem aquę* germinat, quia per aduentum sancti Spiritus resurgit. *Et facit co. qua.* quia ad illam speciem redit, ad quã percipiendam in paradiso si non peccasset, creatus fuerat.

Vel, Christus, *lignum*, qui præcisus passione, vireſcit resurrectione, per quam rami id est fideles creuerunt. *Radix*, id est prædicatio eius in perfidis viluit *in puluere*, id est, in persequentium corde despectus est, quia occidi carne potuit; *ad odorem aquę* germinat quia per virtutem Dei, caro ad vitam redijt. Fecit comam,

C quia Apostoli qui aruerant ad fidem vt prius viruerunt.

✠ CHRYS. allegoria est hominem Arborem si peccauerit, & eum pœnituerit, & in petra, id est religiosa fide constiterit, aqua regenerationis lachrymisue pæniten. reuiresset, fœtusque progignet: qui vero cum peccato vitam dimiserit, nihil ei bonæ spei remanet. sed exterminabitur.

d *Homo verò cum mor. fuerit*. GREG. Ipsa autem amissione iustitiæ homo moritur, veste innocentiæ in paradiso concessa nudatur, interitu carnis consequente consumitur: *vbi* ergo *est*, qui in eius amore non est, vbi *verum esse* est?

e *Quomodo si recedant aquę de ma.* Mare mens hominis est: quasi fluctus maris, sunt cogitationes mentis. Cùm ergo homo moritur, aquæ recedunt: *quia in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.* Aresçit autem fluuius vacuefactus, quia subducta anima, vacuum remanet corpus quasi vacuus alueus. Mari autem & fluuio vita præsens comparatur, quia modò aduersitatis amaritudine afficimur, modò dulcedine prosperitatis replemur.

f *Donec atteratur cęlum non eus.* Quia nisi huius mundi finis aduenerit, humanum genus à somno non euigilabit.

✠✠ IDEM, ibid. Non ergò quia omninò non resurgat: sed quia ante contritionẽ cæli humanum genus minimè resurgat, insinuat. Notandum quoque est, cur postquam superius hominẽ mortuũ dixit, inferiùs non mortuũ sed dormientem nominat, eumque de somno suo minimè resurgere donec cælum atteratur narrat: nisi quod patenter datur intelligi, quia in comparatione ligni reuirentis hominẽ mortuum, peccatorem nominat, à vita scilicet iustitiæ extinctum. Vbi autem de morte carnis loquitur, non hanc mortem, sed somnum maluit vocare: spem proculdubio resurrectionis insinuans; quia sicut citius homo à somno euigilat: ita concitè ad conditoris nutum à morte corporis resurget.

g *Quis mihi hoc.* Ante mediatoris aduentum ad infernum se descendere sciens, illic conditoris protectionem postulat.

✠✠ IDEM. Quia ante aduentũ mediatoris Dei & hominis, omnis homo, quamuis mundæ probatæque vitæ fuerit, ad inferni claustra descendit, dubium non est: quoniam homo, qui per se cecidit, per se ad paradisi requiem redire non potuit, nisi veniret ille, qui suæ incarnationis mysterio eiusdem nobis paradisi iter aperiret. Vnde & post culpam primi hominis ad paradisi aditum romphæa flammea posita esse memoratur; quæ & versatilis dicitur, pro eo, quod quandóque veniret tempus, vt etiam remoueri potuisset. Nec tamen ità iustorũ animas ad infernum dicimus descendisse, vt in locis pœnalibus tenerentur; sed esse superiora inferni loca, esse alia inferiora credenda sunt: vt & in superioribus iusti requiescerent, & in inferioribus iniusti cruciarentur. Vnde & Psalmista propter præuenientem se Dei gratiam dicit: eripuisti animam meam ex inferno inferiori.

☞ a *Et*

☞ *rectio: quia si lignum fuerit præcisum iterum producit ramos: Si autem per defectum naturæ fuerit putrefactum, ex ratione seminali in eadem materia existente, rursum germinat lignum. De corpore autem hominis præcisi à vita præsenti per mortem violentam, vel per mortem naturalem putrefacto, nihil tale pullulat: sed in terram, seu puluerem reuertitur; & ideo ne homo sit peioris conditionis ligno, concluditur, quod in homine sit aliquid immortale, scilicet anima, ratione cuius expectetur resurrectio, & hoc est quod dicit:* Lignum habet spem. *& patet litera ex dictis vsque ibi.* 1 Et fa. comam. *id est ramos & folia.* 2 Homo ve. cum mor. fuerit. *Morę violenta seu naturali,* 3 Et nudatus. *Bonis temporalibus, quæ non portat secum.* 4 Atque consumptus. *per corporis dissolutionem:* 5 Vbi quæso est? *q. d. nihil apparet germinans vel reuertens. q. d. ex hoc concluditur anima hominis esse immortalis, in qua resurrectio expectatur. Sciendum autem, quòd istę rationes, & consimiles quas ponit Iob de immortalitate animę & resurrectione, quamuis non sint demonstratiuæ, sunt tamen persuasiones probabiles: quod sufficit in proposito. Iste enim liber rhetoricè procedit, vt frequenter dictum est: sicut autem ad geometram pertinet demonstrare, ita ad rhetorem persuadere, vt habetur. j. Ethicorum.* 6 Quomodo. *Hic consequenter ostendit modum resurrectionis futurę. Et primò excluditur modus falsus, secundo ponitur verus, ibi:* Quis mihi. *Circa primum sciendum, quòd alsqui posuerunt reditum hominis ad vitam per naturam, videlicet, quod post magnum circumitum annorum redeuntibus omnibus corporibus cælestibus ad eundem situm, redeãt iidem effectus numero: vt quòd idem Plato legeret Athenis in eisdem scholis, & eisdem scholaribus, & eandem lectionem. Sed hoc non solum est cõtra fidem, sed etiam contra Philosophi doctrinam. ij. de Generatione vbi dicitur, quòd ea quæ corrumpuntur non redeunt eadem numero per motum & mutationem: hunc igitur modum resurgendi excludit Iob di.* Quomodo si recedant aquæ de mari. *videlicet quòd per euaporationes conuertuntur in aërem, & non redeunt eadem numero per naturam, vt dictum est;* 7 Sic homo cum dor. *Per mortem.* 8 Donec atteratur cælum, *Et est sensus, quòd sicut cælum, quod est incorruptibile per naturam, impossibile est atteri per corruptionem naturalem, sic nec homo resurgere potest à morte per naturam,* 9 Nec consurget de. *per modum naturalem.* 10 Quis mihi. *Hic consequenter ostendit verum modum resurrectionis, quæ fit virtute Dei reuenientis animam corpori: & quia ista resurrectio est appetenda. ideo per modum desiderantis dicit:* Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me. *id est in limbo sanctorum patrum sub tua protectione, eo quod ibi existentes securi erant de sua futura felicitate.*

☞ 1 Et

MORALITER.

†† *Si senuerit*, id est si diu manserit in terrenis desiderijs, tamen recuperare potest gratiam saluatoris. ideo subditur:

† *Ad odorem aquę*, id est præuenientis gratiæ,

† *Germinabit*, concipiendo bonum propositum:

1 *Et faciet comam*, id est opera bona.

† *Quasi cùm primum*. id est antequam in peccatum laberetur; quia verò multi carnales in suis fœcibus moriũtur, ideo subditur:

2 *Homo verò cum mortuus fuerit*, Et accipitur hîc homo sicut j. Cor. iij. a. *Nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?*

3 *Et nudatus*. virtutis & gratiæ vestibus,

5 *Vbi quæso est?* q. d. in inferno repositus.

7 *Sic homo cum dormierit*. per mortem dicto modo,

† *Non resurget*, à culpa sua, & pœna; licet resurgat in resurrectione generali, ad maiorem pœnam sustinendam.

8 *Donec atteratur cęlum*: id est ciues cælestes cadant à gloria: quia tantùm durabit damnatorum pœna. Matt. xxv. a. *Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.* Tempore verò Iob sancti non admittebantur ad cælum, ideo subditur:

10 *Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me*, à malis vitæ præsentis, & in limbo, in quo non erat pœna sensibilis.

a *Et abscondas me.* ✠✠ GREG. Furor Domini quantùm ad electorum animas in redemptoris nostri aduentu pertransijt: quia eas ab inferni claustris ad paradisi gaudia reduxit Mediator Dei & hominum, dum ipse illuc piè descenderet. Inter hæc verò sciendum est, quod furoris nomen diuinitati non congruit: quia naturam Dei simplicè perturbatio nulla cõfundit: vnde ei dicitur, Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Sed quia iustorum animæ per mediatoris aduentum erant quandoque ab inferni locis, quamuis nõ pœnalibus, liberãdæ, hoc quoque iustus vir præuidet, & petẽdo subiungit:

b *Constituas mihi tẽpus in quo recorderis mei.* Aduẽtum redẽptoris ad inferos petit.

c *Putásne mortuus homo rursum.* Solent iusti viri in eo quod certum & solidum sentiunt, infirmorum in se verba transferre: sed rursum per fortem sententiam dubietati contradicunt. vnde sequitur: *Cunctis diebus, &c.* Ideo verba infirmitatis suscipit, vt post fortius roboret.

d *Cunctis diebus.* Qui itaque immutationem suam tanto desiderio exspectat, quam sit de resurrectione certus insinuat.

e *Vocabis me & ego respondebo.* Tunc vocanti Deo veraciter respondemus, quando ad summæ incorruptionis iussum incorruptibiles resurgemus.

f *Operi manuũ tuarum porriges dexteram.* ac si dicat: Idcirco corruptibilis creatura persistere ad incorruptionem poterit, quia manu tuæ potestatis erigetur. vel; dextra, filius dicitur, qui incarnatus ad erigendum hominem missus est.

g *Tu quidem gressus, &c.* Gressus dinumerat, & peccatis parcit: qui subtiliter acta nostra considerat: & tamen hic pœnitentibus misericorditer relaxat.

h *Dinumerasti sed parce.* Dinumerat, dum nos ad singula quæ fecimus deflenda cõuertit: parcit, quia quæ puniuimus, nõ punit.

i *Signasti quasi in sacculo,* &c. GREG. c. 12. In occulto, vt quãdóq; in publicũ prodirent. Signat & curat, quia nec inulta deserit, nec in iudicio puniet. Vel cor hominis sacculus Dei est, in quo mala signantur, dum stultis diosè cõspiciuntur, quæ si homo cognoscit, Deus ignoscit. Vel: *Signasti quasi in sac.* &c. Signat delicta in sacculo, quia ea in secreto iudiciorũ suorũ attẽdit vt feriat. *Curasti.* Curat quia hîc per flagella fũdit, & relaxat.

k *Mons cadens defluit.* IDEM c. 13. Duo sunt genera tentationum, vnum quod per repentinum euentum agitur: aliud quod paulatim in mente venit, & leuibus suggestionibus animum inficit. Et est sensus: Sicut hîc insensibilia modò citò ruunt, modò paulisper infusa aquarum mollitie consumuntur: ita etiam eum rationabilem condidisti, & in alto constitutus est vt mons: vel subita, vt Dauid tentatione deijcis, vel longa ac lenta vt Salomonem consumi permittis.

l *Saxum.* id est mens iusti fertur,

m *De loco,* id est de iustitia ad culpam nimio impulsu.

n *Lapides.* id est fortitudinem, *aquæ,* assidua blandimenta.

o *Terra.* quæ sanctificat.

☞ a *Robo-*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et abscondas me. *à malis huius vitę,*

2 Donec pertranseat furor, *id est flagella presentis vitæ, quæ ex ira tua videntur procedere: tamen ira non est in Deo, nisi similitudinarie, vt dictum est suprà.*

3 Et constituas mihi tempus in quo recorderis. *Quod est tempus resurrectionis, in quo videbitur Deus mortuorum, recordari, quorum corpora quasi oblitus dimiserat tandiu in terra, & quòd sit hęc intentio sua ostendat, dicens:*

4 Putásne mortuus homo rursum viuet. *q. d. tenendum firmiter quòd sic, ideo subdit:*

5 Cunctis diebus quibus nunc milito, *id est in vita præsenti sto, quam dixit esse militiam suprà ca. vij.*

6 Expecto *desiderio.*

7 Donec veniat immutatio, *id est resurrectio ad conditionem bonorum. Dicit enim Apostolus. j. Cor. xv. a.* Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, *quia boni & mali resurgent, sed boni tantùm immutabuntur resurgendo ad meliorem statum.*

8 Vocabis me. *quia ad vocem Dei resurgent mortui. secundum quod dicitur Ioã. v. a.* Qui in monumẽtis sunt, audiẽt vocẽ filij Dei, &c.

9 Et ego respondebo. *q. d. per hoc fiet resurrectio, quia creatura obediet creatori.*

10 Operi manuum tuarum. *id est mihi, qui sum opus tuum.*

11 Porriges dexteram. *Quia sanctus Iob sperabat se cum electis ad dexteram partem esse collocandum.*

12 Tu quidem gressus meos dinume. *i. opera mea bona, & mala.*

13 Sed parce peccatis meis. *quia ad beatitudinem nullus transit nisi totaliter purgatus à peccatis, & eandem sententiam repetit per aliam similitudinem.*

14 Signasti quasi in sacculo delicta mea. *Illa enim sic solent esse signata ab hominibus, quæ sunt certitudinaliter enumerata.*

15 Sed curasti iniquitatem me. *i. curabis vt transeam ad felicitatẽ.*

16 Mons cadens. *Postquam sanctus Iob de vera felicitate hominis declarauit suum propositum, hîc consequenter excludit oppositum, sicut patet ex supradictis: Amici Iob dicebant felicitatem hominis aliquo modo remanere post mortem: Vno modo inquantùm remanet ipsius bona memoria: quod excludit Iob per tria quæ videntur esse nullum stabilia, quorum tamen perit memoria:* Mons cadens. *per terræmotum vel per alium modum,*

17 Defluit. *à memoria hominum.* 18 Et saxum transfertur de loco suo. *id est de lapidicina, nec remanet ibi eius memoria.*

18 Lapides excauant aquæ. *quamuis sint durissimi.*

19 Et alluuione paulatim terra, *quamuis sit stabilis ita quòd non remanet memoria de hoc, quod consumptum est.*

20 Et homi. ergo similiter perdes. *scilicet à memoria hominum post mortem ipsorum, cùm sint minus stabiles.*

☞ 1 Robo-

MORALITER.

†2 *Donec pertranseat furor tuus.* id est indignatio tua contra genus humanum, quod in morte Christi fuit Deo reconciliatum.

3 *Et con. mi. tem. in quo re.* scilicet in resurrectione generali. Sed quia amici Iob resurrectionẽ negabant, ideo cõtra eos subditur:

4 *Putásne mor. ho.* q. d. tu non credis, sed ego credo. ideo subdit:

5 *Cunctis die. qui. nun. mil.* Contra vitia pugnando.

6 *Expecto do. veni. im. mea.* id est, resurrectio mea in corpore glorioso. j. Corin. xv. g. *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.*

8 *Vocabis me.* ad gloriam, dicendo illud Mat. xxv. c. *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mũdi.*

9 *Et ego re. ti.* Reddendo gratiam ex tota virtute spiritus mei.

10 *Operi manuum tuarum.* id est mihi, qui sum opus tuum,

11 *Porriges dexteram,* ponendo me ad electorum partem.

12 *Tu quidem gressus meos dinume.* i. meos actus bonos, & malos.

13 *Sed parce.* id est parces,

14 *Peccatis meis.* quod patet ex hoc quod subditur:

15 *Sed curasti iniquitatem meam.* Sicut autem iusti tunc ibunt ad gloriam, ita reprobi ad pœnam, ideo subditur:

19 *Mons cadens defluit,* &c. sequitur:

20 *Et homines ergo similiter perdes,* scilicet homines similes monti per superbiam, & similes saxo vel lapidi per cordis duritiam, & terræ per auaritiam.

† 1 *Robo-*

B † temporis mei.

C † nõ aduertas ad peccata mea. † Verè mõs eleuatus. † diluẽtergemina terræ vsq; ad puluerem (vel demergit collectio eius puluerem terræ)

D Ibid. c. 12.

Ibidem.

E † Nũ opus manuum tuarum desideras (sub. perdere.) † Obsignata est fortè ligamine præuaricatio mea, & cõiunxisti iniquitati (vel, Signata est velut in fasciculo pœna præuaricationis meę, & addidisti pœnã pœnæ.

F † Expectationem autem (vel, spem) hominis perdidisti, id est, à morte non habet spẽ in hac vita.

Lib. 12 c. 7.

☞ a *Roboraſti eum paululum &c.* GREG. Paululum roboratus eſt homo, quia hîc viuẽdi vires ad modicum accepit; ſed in hac breuitate vbi roboratus eſt, colligit, vnde in perpetuitate inueniat; vel vt ſemper gaudeat, vel vt ſupplicia non euadat.

lib. 12. c. 13.

Cap. 14.

b *Immutabis faciem eius, & emittes.* Facies hominis *Immutatur*, cùm ejus ſpecies morte atteritur. *Emittitur* verò, quia ab his quæ volens tenuit, tranſire ad æterna nolens cogitur.

†Fortior eo fuiſti in perpetuũ (vel omnino ſic ita vt abeundũ ſit illi.

B c *Siue nobiles fuerint filij.* Sicut enim hi qui adhuc ſunt viuentes, mortuorum animæ in quo loco habeantur ignorant: ita mortui carnaliter, vitam in carne poſitorum qualiter poſt eos diſponatur, neſciunt.

cap 14.

† viuet.

C ✠ Quia & vita ſpiritus longe eſt à vita carnis: & ſicut corporea atque incorporea diuerſa ſunt genere, ita etiam diſtincta cognitione. Quod tamen de animabus ſanctis ſentiendum non eſt; quia quæ intus omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendum eſt quia foris ſit aliquid, quod ignorent. ſed carnales quique quia amorem præcipuum filijs impendunt, hoc eos beatus Iob neſcire poſtmodum aſſerit, quod hic vehementer amauerunt: & ſiue nobiles ſiue ignobiles ſint filij neſciant, quorum eos ſemper cura fatigabat.

D

†pertrãſiret

E

†glorificati fuerint filij eius aut cõtemptibiles (vel diuites fuerint.

† quamdiu carne circũdatus fuerit.

†donec anima ei⁹ apud eum fueris.

F

a ¶ Vt mons cadit & lapis conſumitur. ¶ Et tamen.

a tẽr perdes. † Roboraſti eum paululum vt in perpetuũ † tranſ-

a ¶ Et quia roboraſti vt tranſiret.

b iret. Immutãbis faciem eius, & emittes eum. Siue † nobiles

¶ Quibus hoc tanto amore ſtuduit.

a ¶ Poſt emiſſionem. Animę vero iuſtorum quæ claritatem Dei vident, nihil eſt foris quod ignorent.

c fuerint filij eius, ſiue ignobiles, nõn intelliget. Attamen † caro

d eius dũ † viuit, dolebit, & † anima illi⁹ ſuper ſemetipſo lugebit.

e

1 *Vel filios* opera dicit:
2 *Nobiles*, ſi recta ſunt:
3 *Ignobiles* ſi peruerſa.
4 Siue ergo nobiles ſint
5 filij eius, ſiue ignobi-
6 les, homo non intelli-
7 git: quia ſubtili exa-
8 mine diſcuſſa vtrum
9 approbentur eius opera an reprobentur, ignorat.

d *Attamen caro eius dum viuit dolebit.* Tribulationem enim carnis hîc patiuntur etiam qui ſpiritualiter viuunt.

e *Et anima illius ſu.* Dignũ enim eſt, vt in ſe ſemper homo mœrores inueniat, qui relicto creatore in ſe gaudium quærebat.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Roboraſti eum pau. *fortitudine & diuitijs in vita præſenti, quæ eſt valde breuis:*

2 Vt in perpetuum tranſiret, *à vita præſenti ad mortem abſque reditu, maximè ſecundum opinionem amicorum Iob, contra quos arguebat, quia negabant aliquid de homine remanere.*

3 Immutabis faciẽ eius, *in morte, per quã facies hominis marceſcit.*

4 Et emittes eum, *à vita præſenti & memoria hominem. q. d. iſta memoria eſt ita parui momenti, quòd nullo modo facit ad beatitudinem hominis. Alio modo dicebãt amici Iob ad felicitatem hominis poſt mortem eius pertinere, quòd filij eius ſint in potentia, & honore, in quibus manet pater mortuus quodammodo: & hoc excludit Iob dicens:*

5 Siue nõ. fuerint filij eius, *per poteſtatem & dignitatem ſecularem,*

6 Siue ignobiles, *per iſtorum carentiam:*

7 Non intelliget, *hoc ſequitur ex dictis amicorum Iob, qui negabant animam intellectiuã remanere poſt mortẽ: & ſic ex dictis eorum cõcludit contra eos, proſperitatem filiorum nihil pertinere ad felicitatẽ parentũ. Oſtendit etiã vlterius quod felicitas hominis non ſit ante mortẽ, dicens:*

8 Atta. caro eius dum vi. do. *quia vita humana multis miſerijs eſt ſubiecta, vt dictum eſt ſuprà in principio huius capitu: & quia vita non tantum eſt ſubiecta dolori ſenſibili, ſed etiam triſtitię animę interiori, ideo ſubdit.*

9 Et anima illius. *Iſta autem poſuit Iob, quia de ratione felicitatis eſt quietare appetitum, & in vita præſenti nõ quietatur, vt quilibet experitur, nec etiam in memoria poſt mortem remanenda, nec in proſperitate filiorum futura: reſtat igitur quod in alio ſit felicitas hominis ponẽda, ſcilicet in Dei viſione & fruitione, quæ omnino erit perfecta in reſurrectione, quando corpori communicabitur gloria animæ, ſicut fuerat ei inſtrumentum merendi in vita præſenti. Et ſic concluditur ipſius Iob intentio, quòd ſancti in præſenti flagellantur à Deo pro præmio futuro.*

MORALITER.

† 1 *Roboraſti eum paululum*, ſcilicet impium, qui frequenter proſperatur in vita præſenti.

2 *Vt in perpetuum tranſiret*, ad pœnam inferni.

3 *Immutabis faciem eius*, in morte.

4 *Et emittes eum*, ad pœnam gehennæ.

5 *Siue nobiles fuerint filij eius*, de quorum promotione fuit nimis ſolicitus in vita, ideo ſequitur:

7 *Attamen caro eius dum viuit dolebit*, anxiata pro filijs:

9 *Et anima eius ſuper ſemet.* poſt mortem in ſupplicijs æternis.

4 *Et*

CAP. XV.

lib. 12. c. 15.

a *NVnquid ſapiens reſpondebit* GREG. Cuncta quę in ſanctis ſentiuntur, malis quaſi in ventum prolata diſplicent, nec bonorũ verba dicta rationis, ſed ſtimulos furoris exiſtimant.

✠ OLYM. Occurrit Eliphazus primis verbis Iob, qui dixerat, nunquid vobiſcum finem habebit ſapientia? Et illud obſerua quanto cũ decoro ſermones habeantur ab amicis Iob, vt vno dicẽte, reliqui ſileant, & alter alteri viciſſim ſermonem tradat.

a

b

✠ CHRYS. de duobus accuſat, primum eſt, quod ſuam viſus eſt ſapientiam oſtentare. Alterũ quod nõ quemadmodum decebat, reprehenſionem attulerit.

✠ PHILIP. Nomine ardoris, felle iracundiæ exardeſcentem animam indicauit: & ventre ſiue ſtomacho ſinum animæ recipientem cogitationes quas quidam deducunt à cogendo ſiue in vnum colligendo; de hoc ventre Hierem. captis Hieroſolimis dicebat: *Vẽtrẽ doleo*, i. sẽs⁹ cordis mei me cõturbãt.

Hier. 4.

CAP. XV.

Eſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Nunquid ſapiens reſpondebit † quaſi in ventũ loquens, & implebit † ardore ſtomachum ſuum? Argũis † verbis eum, qui non eſt æqualis tui, & loqueris quod tibi, niſi cũ quẽ ad ſtultitiã ſuæ profeſſionis traxerũt. vnde addit:

1 b *Et implebit ardore,*
2 GREG. Qui etiã quæ
3 ſe ſentiunt contume-
4 liosè dicere, ſtudẽt ex
5 domini deſẽſione pal-
6 liare. vnde ſubdit:

a ¶ Vere in ventum & in ardorem, quia arguis.

c *Arguis verbis eum.* GREG. Et nullũ putãt habere timorẽ domini, niſi eũ quẽ ad ſtultitiã ſuæ profeſſionis traxerũt. vnde addit:

†ſcientiam vẽtoſam (i. nõ ſapiẽtis eſt loqui tumida.

† vẽto orientali (i. ſciẽtia mũdaci,

†verbis inutilibus & ſermonibus ſuo profuturis.

☞ a *Quan-*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XV.

Diuiſio.

1 ESpon. au. The. *Poſtquam deſcripte ſunt obiectiones amicorum Iob contra ipſum, & eius reſponſiones: hic conſequenter ponuntur replicationes contra ipſum, & eodem ordine quo fuerunt obiectiones poſitæ. Et primò ponuntur replicationes Eliphaz ſecundo ipſius Baldath xviij. ca. tertio ipſius Sophar xx. ca. Circa primum ſciendum, quod Iob in reſponſione ſua dixerat, aliqua difficilia, & profunda de immortalitate animæ, & futura reſurrectione, vt dictum eſt ca. præce. quæ Eliphaz non intellexit, vel cõtra ea obiicere neſciuit: & ideo illa omittens, cum tamen de his eſſet principale propoſitum, ad modum litigioſi cœpit verba Iob arguere. Et primò verba quę protulerat ante diſputationem cum Deo, ſecundò ea quæ protulerat diſputando cum ipſo, ibi:* Oſtendam tibi: *Prima in duas, quia primo verba Iob arguit, ſecundo ad hoc rationes inducit, ibi:* Nunquid primus. *Circa primũ, primo arguit Iob de verbis ex iactantia prolatis, quia dixerat:* Nec inferior veſtri ſum: *quaſi inſinuans quod eſſet maior, vt iſte ei imponit, dicens:* 2 Nun. ſa. *Qualem tu te facis.* 3 Reſpon. quã. in ven. lo. *id eſt vanè & iactãter. q. d. non. Secũdo arguit eum de verbis prolatis ex iracũdia, quia obiurgãs dixerat, prius vos oſtendens fabricatores mendacij, vt Eliphaz imponit ſibi: & hoc eſt quod dicit:* 4 Et imple. ardore ſtoma. ſuum. *q. d. non. Et dicit:* 5 Ardore, *Quia ira eſt accenſio ſanguinis circa cor. tertio arguit eũ de verbis blaſphematoris, eo quod dixerat.* Diſputare cũ Deo cupio &c. *Diſputare enim cũ aliquo videtur ſentẽtiæ ipſius contradicere. ideo dicit:* 6 Arguis verbis eum qui non eſt æqualis tui. *Quaſi diceret, ſa-*

Ira.

✠ *pientia*

MORALITER.

1 *Reſpon. au. Eli. The.* Secundum GREG. Eliphas tenet hîc typum hæretici, qui doctori catholico ſuperbiam imponit & blaſphemiam, eò quod contradicit ſuę hæreſi; propter quod dicit ipſum in ventum loqui, & cum ardore ſtomachi, id eſt ſuperbè, mendaciter, & iracundè.

6 *Arguis verbis eum qui non eſt æqualis tibi.* ſcilicet Deum & ſic imponit ei blaſphemiæ peccatum.

† 2 *Et tuliſti*

☞ a *Quantum in te est &c. tulisti*, dicitur, id est abstulisti. Acsi dicerat: De tua iustitia præsumens, creatoris tui gratiam despicis deprecari. Cùm hæretici vera mala contra bonos non inueniunt, fingunt quæ redarguant, vt iusti videantur.

Lib.12.c.15

Ibid. b *Docuit enim iniquitas.* GREG. Iniquitas os docet, quando ex mala vita concipitur, quod peius dicatur.

Sic & hæretici nostræ ætatis: vt cũ prætextu honoris Christi, tollunt merita bonorũ in Christo fũdata &c.

a bi non expedit. † Quantum in te est, euacuasti timorem, & tu-

a ¶ Ex peruersa vita docuisti loqui peruersa.

✠✠ IDEM. Ac si apertè ei diceretur, quòd per b

† Quia abiecisti timorem & prohibuisti orationem coram Deo (vel, detraxisti querelis ipsi Deo)

B

b listi preces coram Deo. Dôcuit enim iniquitas tua os tuum, &

¶ Vnde.

uersè loqueris ex peruersiore didicisti vita: c

c Imitaris linguam † blasphemantium. Condemnabit te os tuũ,

Sæpe verò hæretici d

d & non ego, & labia tua † respondebunt tibi. Nunquid primus

a ¶ Vt de æterno loqui possis. b ¶ Vt de eius consilio disputes.

dumquasi venerantur e

e homo tu natus es, & ânte colles formatus? Nunquid † consiliũ

¶ Quasi alieno docente.

Deum, eius mysterijs contradicunt, & humilitatem putant, si veritatem denegant. Sunt nãque nonnulli

f Dei audisti, & * inferior te erit eius sapientia? Quid nosti quod

¶ Per te.

qui Deo se iniuriam g

g ignoremus: Quid intelligis quod nescimus? Et † senes, & anti-

a ¶ Quasi & cum talis sis culpa tua sunt tibi mala.

irrogare existimant, si eum veram carnẽ as-

h qui sunt in nobis, multo vêtustiores quam patres tui. † Nũquid

a ¶ Id est si professionem fidei corrigeres, consolationem à flagellis haberes.

sumpsisse fateãtur, aut si hunc veraciter pro nobis carne mori potuisse crediderint: cũque Deo quasi plus honoris conantur tribuere, coguntur laudes veras bonitatis illius negare: Quidenim ei est in charitatis suę laude potentius, quàm vt illa sibi pro nobis ad susceptionem assumptione faceret, quæ ei videntur indigna? Sancta autem ecclesia veram carnem, veram mortem illius confitetur, sed hæc dicẽs, ab hæreticis irrogare Deo contumeliam creditur.

* diminuta est tibi sapiẽtia? (vel diminuetur aut leuior fiet sapientia præ te, vel quantũ.

† quid innuunt oculi tui?

† Quod respondit, vel se compertit.

C

grande est vt cônsoletur te Deus? Sed verba tua praua hoc prohibent. Quid te eleuat cor tuũ, & † quasi magna cogitans, atto-

¶ Ergo.

i nitos habes oculos? † Quid tumet cõtra Deũ spirit⁹ tuus, vt pro

c *Imitaris linguam blasphemantium* GREG. Hæretici quasi venerando Deum, humilia, vt carnem, & mortem negant, & ecclesiam hæc confitentem blasphemare dicunt: & si quid aduersi ei contigerit, pro hac iniuria dicunt fieri. vnde ait:

Ibid. d *Condemnabit te &c.* Aliquando verò quasi rationando comprimere volunt. vnde:

Ibid. e *Nunquid primus homo.* Hæc autem Dei defensio ab eis ideo assumitur, vt docti videantur: & dum diuinam gloriam defendere videntur, suam scientiam hominibus innotescant vnde: qui loqui de sapientia Dei cœpit, statim ad suam elationem cecidit, dicens: Quid nosti quod ignoremus? vel, *Condemnabit.* Labia sua ei asserunt respondere, vt culpa eloquij sit causa flagelli. *Nunquid primus.* Acsi dicat, qui de æterno loqueris, pensa quod temporalis es, qui de eius sapientia disputas, pensa quod consilium ignoras.

D

f *Quid nosti*, GREG. Cap. 15.

1 Hæc verba patenter
2 ostendunt, ex qua mẽ-
3 tis elatione prodeat,
quicquid quasi ad do-
4 minicam defensionem
5 sonat.
6 g *Et senes & antiqui.*
7 Hæretici quia sua non
8 possunt astruere ratio-
9 ne, autoritate antiquo-
10 rum nituntur defen-
11 dere apud stultos: &
12 doctores ecclesię dicũt
13 sibi magistros fuisse?
14 ✠✠ Quia omnes hæ-
15 reticiàsancta vniuer-
16 sali ecclesia sũt egressi
17 (vt testatur Ioannes)
18 vt ea, quæ asserant, cõ-
mendare quasi de an-
19 tiquitate possint, anti-
20 quos patres se habere testantur; Cumque *præsentes prædicatores* despiciunt, de antiquorum patrum magisterio falsa præsumptione gloriantur: quatenus quod rectitudine astruere non valent, quasi ex illorum auctoritate confirmant, & aduersa ecclesiæ dicunt pro praua confessione ei contingere. Et hoc est.

† versutorũ
† testabũtur contra te. Ibid.

E

† secretum

† cani & decrepiti Autoritas antiquorũ.

† Nõne parum à se distant (id est deberent ne tã leues, & contemptæ existimari à te cõsolationes Dei? sed quidpiam occultum est apud te?

F

h *Nun. gran. est.* Sequitur: *Quid te ele. cor tuum.* Sæpe iustorum mens ad altiora contemplanda suspenditur, vt exterius eorum facies obstupuisse videatur. Sed hanc contemplationis vim reprobi per hypocrisim fieri putant: quod enim in se est, in alijs putant.

i *Quid tu. con. Deũ spi. tu.* Plerunq; iusti aliquibus necessitatibus afflicti sua opera coguntur fateri, quod beatus Iob fecerat, quod putatur elatio: sed in Dei auribus superba non sunt, quæ humili corde proferuntur; & sicut grauis culpæ est sibi arrogare quod nõ est, sic plerunque culpa nulla est si humiliter bonũ dicat quod est.

☞ a *Huius-*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *pientia sua in tantum superemineat, quod non est licitum alicui contradicere ei, quia opera eius, quæ nobis videntur irrationabilia, sunt in se rationabilissima. ideo subdit:*

1 Quantum in te est, euacuasti timorem. *Qui temerè ausus es prouocare eum ad disputationem.*

2 Et tulisti preces coram Deo, *id est abstulisti per malitiam tuam ne præces tuæ sint acceptę coram Deo.*

Matth.12.c 3 Docuit enim iniquitas tua os tuum. Ex abundantia *enim* cordis os loquitur: *& ideo ex iniquitate cordis procedit iniquitas oris.*

4 Condemnabit te os tuum &c. *Ostendendo malitiam quam habes in corde absconditam:*

5 Et labia tua respondebunt tibi, *id est verba de labijs tuis prolata ostendunt tibi illud, quod quæris, scilicet causam tuę flagellationis, quæ est iniquitas tua.*

6 Nunquid primus homo tu. *Hìc consequenter adducit Eliphaz rationes ad prędicta, & primò quod blasphemauerat quærens disputare cum Deo dicens:* Nunquid primus homo tu natus es. *id est creatus, quia primus homo fuit per creationem: & extunc habuit à Deo omnem scientiam, quæ potest haberi per naturam, quam non habuit Iob.*

7 Et ante colles forma. *quasi diceret, esne tu sapientior primo homine vel primo angelo, qui creatus fuit cum mundo sensibili.*

8 Nunquid consilium Dei audisti. *id est intima suæ sapientię;*

9 Et inferior te erit eius sapientia. *Quia prouocasti eum ad disputandum, quasi potens redarguere eum & confutare. q. d. ex istis appareret magna præsumptio tua de sapientia tua, quę tamen modica est, aut nulla, ideo subditur,*

10 Quid nosti, *per aliorum doctrinam,*

11 Quod ignoramus, *Qui tamen homines fragiles & paruæ scientię sumus.*

12 Quid intelligis, *per te inueniendo.*

13 Quod nesciamus? *Quasi diceret, nihil, imò econuerso plura ignoras quę nos scimus, vnde subditur:*

14 Et senes & antiqui sunt in nobis. *Quasi diceret ab illis potuimus plura, & maiora audire, & ex illis alia inuenire, quàm tu potueris scire à doctoribus tuis, per eorum doctrinam, vel per tuam inuentionem.*

15 Nunquid grande est, vt consoletur te Deus &c. *Hìc adducit rationem ad increpandum verba Iob, quibus dixerat:* Si fuero iudicatus, scio quòd iustus inueniar: *per hoc innuens quòd non erat flagellatus pro culpa dicens:* Nũquid grande est vt consoletur te Deus. *releuando à miseria, & afflictione, quasi diceret, non: sed est ei valde facile.*

16 Sed verba tua praua. *Blasphematoria, & superba.*

17 Hoc prohibet. *Quę te manifestè ostendunt iniustum.*

18 Quid te eleuat cor tuum. *Superbia interiori.*

19 Et quasi magna cogitans &c. *Ostendens superbiam tuam in signo exteriori: mens enim hominis magna cogitans abstrahitur ab exterioribus, & sic oculi corporales remanent quasi attoniti. Ex hoc igitur Eliphaz notat ipsum Iob, quòd talia signa faceret exterius ex superbia, quasi insinuans, quòd cogitaret profunda & alijs incognita.*

20 Quid tumet contra Deum. *Et in hoc notat eum de superbia in verbo, & contra Deum, quæ est maxima: vlterius ostendit verba Iob falsa, qui se iustificabat dicens:*

✠ 1 Quid

MORALITER.

2 *Et tulisti preces coram Deo.* id est abstulisti: nam blasphemus
† non est dignus exaudiri.

6 *Nunquid primus homo tu natus es?* id est excellentior omnium.

8 *Nunquid consilium Dei audisti.* Ita quod eius secreta tibi soli sint nota.

9 *Et inferior te erit eius sapientia.* Hæc enim dicunt hęretici ironicè, imponentes eis quòd fingant se singulariter secreta Dei scire, & quòd velint proferre suam scientiam diuinæ, eò quod contradicunt suę sectæ, quã heretici dicũt à diuina sapientia processisse.

10 *Quid nosti quod ignoremus.* q. d. nihil, quia sacras scripturas, & philosophicas melius intelligimus.

14 *Et senes antiqui.* Sectas enim suas dicunt processisse à patribus veteris ac noui testamenti.

15 *Nunquid grande est vt consoletur te Deus.* vocando ad sectam nostram;

16 *Sed verba tua hæc &c.* quibus impugnas eam.

20 *Quid te eleuat.* Imponunt enim hæretici catholicis doctoribus, quòd superbia cordis eorum apparet in sensibus exterioribus, & quòd falsò se iactent de sanctitate, ideo subditur.

† 1 *Quid*

a *Huiusmodi sermones.* GREG. De bonis tuis, non tamen Iob in his contra Deū tumuit, sed quæ verè fecerat humiliter dixit; Sæpe iusti & iniusti eadem habent verba, & vnde illi placent, hi offendunt: vt Pharisæus, qui se iustificat in opere, & Ezechias qui se iustificat in cogitatione.

b *Quid est homo.* Eo ipso quod dicitur homo, terren⁹ exprimitur & infirmus. Ab humo enim appellatus est.

c *Et vt iustus appareat natus &c.* Quomodo enim iustus appareat, qui de illa natus est, quæ iniustitiæ propinatrix extitit? prima quippe viro in iustitiam mulier propinauit in paradiso.

✠✠ *Ecce inter Sanctos ei. nem. & c.* Quia per naturā omnes in semetipsis propriam mutabilitatem habent, sed dum immutabili veritati studiosè semper inhærere desiderant, in hærendo agunt vt immutabiles fiant. Cūque ad hanc toto affectu se tenēt quandoque accipiunt vt super semetipsos ducti vincant hoc, quod in semetipso mutabiles extiterunt. Quid enim mutabilitas nisi mors quædam est? quæ dum rem quamlibet in aliud immutat, quasi occidit quod fuerat, vt incipiat esse quod non erat. Et de auctore omnium scriptum est; *Qui solus habet immortalitatem*, quia videlicet in semetipso solus imuutabilis est.

d *Et cœli non sunt mundi.* Hoc cœlorum nomine repetijt, quod sanctorum appellatione signauit, qui ante districtum Dei iudiciū, nec ipsi esse mundi ad perfectum possunt.

✠ POLYCH. Deus enim & Abrahæ & Moysi visus est irasci. imo & quidam Angeli defecere, & cælum est splendidum, tamen oppositu nubis vis lucis illius occulitur, nec purum est coram Deo.

e *Quanto magis abominabilis.* GREG. Quilibet peruersus abominabilis est propter immunditiam maculæ:

f *Inutilis*, propter iustitiam perfectæ vitæ; qui *bibere iniquitatem* dicitur, quia quod bibitur, ad glutiendum moram non habet. Culpa ergo quia ab iniusto homine sine vlla retractatione perpetratur, quasi aqua iniquitas bibitur.

g *Ostendam tibi.* Quia cum minori autoritate docet is, qui audita, quàm is qui ea, quæ viderat, loquitur, vt fortiorem autoritatem sibi Eliphaz arrogaret, dicit.

Quod vidi narrabo tibi. Proprium arrogātis, vt cùm rectū vel parum etiam senserit, inde eleuetur, & quasi doctior reuerentiam à melioribus exigat. *Ostendit*: q.d. Cùm constet, quod non mundus Iob; sententias cōtra eū proponere promittit, dicendas quidē, sed non huic; quas autoritate patrum munit.

h *Sapientes consi.* Ecce audacia hæreticorum, qui de damnatis patribus confunduntur, & tamen sententias eorum cum autoritate proferunt: in quorum etiam laudem prosiliunt, & eos velut solos ecclesiæ profuisse gloriantur, dicentes: solis datam esse terram, id est ecclesiam ad regendum, nec per eorum corda transisse alienum, id est diabolum. Ecce sententiæ.

i *Cunctis diebus.* Solent etiam electi in quibusdam diebus superbire, sed priusquam vitam finiant, ab elatione corda commutant: Impius vero diebus omnibus superbit, & sic vitam terminat, vt ab elatione minimè recedat.

k ✠✠ *Et num. ann. tyrann.* Superbire minimè debuisset, etiamsi annorū suorū numerum certum habere potuisset: vt sciens quātum viueret, præsciret quando se ab elatione remoueret. At postquam præsens vita semper incerta est, tanto semper mors surripiens timeri debet, quanto nunquam præuideri valet. Bene autem superbiam impij, tyrannidem vocat.

Et num. ann. tyrannidis eius. Propriè tyrannus, qui in communi republica nō iure principatur: sed & omnis superbus iuxta mo-

☞ dum pro-

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Quid est homo &c. vt immaculatus sit, *quia vita humana non potest transire sine culpa, ad cuius probationem subdit:* 2 Ecce inter sanctos. *id est angelos bonos.* 3 Nemo immutabilis. *a bono in malum, & hoc per naturam; licet angeli sancti confirmati sint in bono per gratiam. Et quod dicitur:* Nemo, *non significat idem quod nullus homo, quia angeli non sunt homines: sed accipitur hic: Nemo pro nullus, generaliter: sicut Matth. xj d.* Nemo nouit filium nisi pater. 4 Et cœli non sunt mundi in conspectu eius, *quia corpora cœlestia habent aliquid potentialitatis admistum, s. ad situm & illuminationem recipiendam: quia luna & stellæ recipiunt lumen à sole, & ex hoc concludit immunditiam Iob & iniquitatem, dicens:* 5 Quāto magis abominabilis, *Per peccata cōmissionis.* 6 Et inutilis. *Per peccata omissionis.* 7 Homo, *id est ipse Iob, quē ex abominatione non nominat proprio nomine.* 8 Qui bibit quasi aquam, *id est, committit peccata absque fræno timoris & mensura. Ille enim qui bibit vinum, quia timet inebriari bibit temperatè, sed bibens aquam hoc non timet: propter hoc non curat de tali temperamento, & sic insinuat quòd Iob temperamentum timoris Dei posi posuerat: & sic omni iniquitati sine freno se exponebat. Ex supradictis satis patet, quod verba, & argumēta Eliphaz nō ibāt ad intentionē Iob, quia non quæsierat disputare cum Deo per contentionem, quasi æqualis ei, vel superior: sed per humilem veritatis inquisitionem à summo doctore tanquam inferior, sicut Iere. xij. a. dicitur:* Iustus quidem tu es domine, si disputem tecum, veruntamen iusta loquar ad te. 9 Ostendam tibi. *Hic consequenter Eliphaz arguit verba Iob, quæ dixerat disputādo, dixerat enim quasi conquerendo, se viuere in angustia pro malo præsenti, & timore pro futuro dicens:* Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat. & ideo *Eliphaz primo nititur ostendere sibi causam timendi & anxiandi, etiam antequam esset deiectus à prosperitate temporali, secundo postquam deiectionem, ibi:* Habitabit. *Circa primum excitat ipsius attentionem, dicens:* 10 Audi me, quod vidi. *per*

pro

propriam experientiam, 11 Narrabo tibi, *& non solum vidi, sed à sapientibus audiui: & hoc est quod subditur:* 12 Sapientes confitentur & non abscondunt patres, *id est doctrinam eorum, sed eam manifestant tempore & loco.* 13 Quibus solis data est terra, *id est bona terrena, quibus vtuntur ad vtilitatē suam, mali autem abutuntur ad suam damnationem.* 14 Et non transibit alienus per eos. *deiciens eos à sua prosperitate; sicut dicitur de rege terram aliquam deuastante, quod transit per eam ad libitum deuastando eam. Eliphaz enim ponebat felicitatem in prosperitate temporali, & ideo consequenter dicebat bonos & virtuosos ab ea non deiici.* 15 Cunctis diebus. *Postquam excitauit Iob ad attentionem, hic consequenter ponit suam intentionem, scilicet quod Iob adhuc in potestate temporali existens habuit causam anxietatis, & timoris propter mala quæ fecerat alijs, propter quod semper timebat sibi insidiari gladio & veneno, & alijs modis, sicut est de tyrannis. vnde iij. de consolatione prosa. v. dicitur de Dionysio tyranno:* Expertus sortis suæ periculorū tyrannus, regni metus pendentis super verticem gladij terrore simulauit. *Quod exponens commentator dicit, quòd cùm Dionysius tyrannus existens in potestate sua, quæreret à quodam amico suo quid sibi videretur de ipso, respondit ipsum esse felicem, tunc Dionysius fecit eum sedere in regali solio vestibus regijs ornatum, & apponi optima cibaria ante eum: veruntamen super caput eius fecerat appendi gladium acutissimum cum filo tenui; quem cum vidisset dictus amicus: præ anxietate non poterat comedere, sed timebat & pallebat præ timore gladij, ne quolibet momento caderet super ipsum; tunc Dionysius tyrannus dixit: licet sim in potestate regia constitutus, tamen sum continuè in tali anxietate quali tu es modo, propter mala quę alijs feci, timens quolibet momento insidias mihi parari, & veneno vel gladio interfici: & hoc est quod dicitur:* Cunctis diebus suis impius. *id est in peccato obstinatus.* 16 Superbit. *secundum quod dicitur Psal. lxxij. d.* Superbia eorū qui te oderunt, ascendit semper. 17 Et numerus annorum incertus est. *quia semper timet potestatem suam amittere. ideo subditur:*

MORALITER.

† 1 *Quid est homo, vt immaculatus sit.* quod probant cum dicitur: 2 *Ecce inter sanctos eius ne. im.* id est ab immunditia totaliter immunis: ex quo concludunt: 5 *Quan. ma. abo. &c. qui bi. æquam.* id est sine freno & mensura tales enim hæretici dicunt esse doctores ecclesiæ. 9 *Ostendam tibi.* dicunt etiam principes Christianos esse crudeles tyrannos: quod notatur cùm subditur: 15 *Cunctis diebus suis impius superbit,* innocentes opprimendo. 17 *Et numerus annorum incertus est tyrannidis eius.* Eccl. x. b. *Omnis potentatus breuis vita.*

---

a ¶ Sed tu non debes tumere. ¶ Inter iniquas reprehensiones vera admiscet, sed bona non bene dicit.

a feras de ore tuo huiuscemodi sermones? † Quid est homo vt

¶ De corruptione.

b c immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere? † Ec-

a ¶ Per naturam, sed inhærendo immutabili veritati fit immutabilis per gratiam.

c d ce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cæli non sunt mun-

¶ Per seipsos. a ¶ Quia nec cœli mundi. b ¶ In malis. c ¶ In bonis quæ per mala destruuntur, ne placeant.

e f di in conspectu eius: quantò magis abominabilis, & inutilis

a ¶ Qui sine timore illicita facit, quasi iniustitiæ potum sine obstaculo glutit.

g h homo, qui bibit quasi † aquam iniquitatem. Ostendam tibi,

¶ Et ¶ Quia. ¶ Vt ego.

h audi me, quod vidi narrabo tibi. Sapientes confitentur, &

i non abscondunt patres suos. Quibus solis data est terra, &

a ¶ Quasi non es mundus, sed superbus. ¶ Consilius præsentibus, nescientes quam incerta sit eius felicitas.

i non † transibit alienus per eos. Cunctis diebus suis impius

a ¶ Intus tyrannus est, etsi extra proximos non affligit, quia non intuetur Deus quid possit, sed quid velit.

k superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis

† 1 *Sonitus*

dum proprium, tyrannidem exercet. Nam quod alius in republica, alius in prouincia, alius in ciuitate, alius in domo propria, alius per latentem nequitiam : hoc exercet apud se in cogitatione, etsi non possit opere. Et est sensus : *Cunctis diebus suis im.* &c. cur quasi de certo extollitur, cuius vita sub incertitudine tenetur?

✠ IDEM. Omnipotens Deus prauè agentibus non solum ventura supplicia reseruat, sed eorum corda sic etiam vbi delinquunt, pœnis implicat : vt eo ipso quo peccant, semetipsos feriant, vt semper trepidi semperq; suspecti mala ab aliis pati metuãt, quæ se aliis fecisse meminerunt.

B ✠ PHILIP. prophetico spiritu quæ putat conicere in Iob, dicit de diabolo, & satellitum illius mores describit In veteri autẽ translatione legebatur pro *gladio*, & *decretus est in escá multorum*, nam dæmon quærens quem deuoret delectatur morte

C peccatorum: quem veri pij deuorant. vt populus bibens puluerẽ confracti vituli.

Num. 33. cap. 21.

a ¶ Vita incerta, etiam hic est pœna ei, quia eo ipso quod agit feritur, semper timidus & suspectus ne ab aliis patiatur quod aliis fecit, sed innocens securus est.

a eius. Sonitus terroris semper in auribus illius, & cùm pax sit, † 1

a ¶ Quia dolose agit: ergo se simpliciter agi non æstimabit b ¶ De peccatis adiuuitiam cum tot vndique vrgeant. 2

b ille semper insidiãs suspicatur. Non credit quòd reuerti pos- 3

a ¶ Sicut inuolutus tenebris de luce desperat. vnde: Impius cum in profundum venerit contemnit. Prouer. xviij. 4

sit de tẽnebris ad lucem circumspectans vndique gladium. 5

a ¶ Etiam hæc pœna ei. ¶ Hæc etiam est causa mala agendi.
b ¶ Intus sibi testis damnationis. nec tamen quiescit, extra gaudet, intus timet, intus est accusator.

c Cùm se mouerit ad quærendum panem, * nouit quòd paratus 6 7

¶ In actu.

sit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio, 8 9

d a ¶ Bene autem rex, quia & si trepidat, erigit se per audaciam, eligit pati quælibet, dum agat quod ei placet. 10

& angustia vallabit eum, sicut rẽgem qui præparatur ad præ-

a ¶ Ideo hęc omnia ¶ Hoc aperte de Antichristo & de membris eius omnibus.

e lium. Tetẽndit enim aduersus Deum manum suam, & con- 11

a ¶ Qui peruerse cõtra Deum appetit, iusto iudicio implere sinitur, nec negata facultate ad se redit vt pœniteat.

trã omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersus eum 12

f a ¶ Terrenis abundans, contra Deum erigitur. b ¶ Quia cura terrenorum occupat & excęcat.

g erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Operuit * fa- 13

h a ¶ Non est satis eis dese, nisi & sui ex eis glorientur. 14

i ciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina depen- 15

¶ Iste talis. 16

k det. Habitabit in ciuitatibus desolatis, & in domibus 17

a ¶ Ciuitates & domus ędificia: dum ruunt tumulos faciunt. b ¶ Vel, non habitabitur quod idem est, quia superba cogitatio ab autoris sui gratia non inhabitabitur, & ita virtutibus non ditatur, cuius mentem non inhabitat Deus. ¶ Etiam.

l desertis, quæ in tumulos sunt redactæ. Nõn ditabitur, † corum. Sic iniquus falsa agens, falsa eloquens formidat, ne suos D amittat milites, id est argumenta falsitatis, & iaculis pateat veritatis, si ei fortè defuerit, quod ex fallacia opponat.

e *Tetendit &c.* GREG. Contra Deũ manus tendere, est in operatione praua despectis eius iudicijs perseuerare. Et contra omnipotentẽ roboratur, quia prosperari in mala sua actione permittitur. † prædator obruit eum

Qui erecto collo aduersus eum currit, dũque creatori displicẽt, cũ audacia perpetrat.

IDEM. Hæc de ipso iniquorum capite scilicet Antichristo apertius sentiuntur, qui contra Deum manum erigens prosperari dicitur, quia paruo tempore permittitur exaltari, vt cum ad modicũ glorificari sinitur, eo in perpetuum atrocius puniatur. Sed quia eius membra sunt omnes iniqui, hoc quod in fine mundi ille tunc singulariter acturus est vnus, modo à multis agitur singulis.

f *Cucurrit.* id est in malo opere obstaculum de aduersitate nõ habuit.

g *Et pingui cer. armatus.* F

a *Sonitus terroris semper* GREG. Praua mens semper in laboribus est, sicut bona semper tranquilla : quia aut molitur mala quæ inferat, aut metuit, ne sibi hęc ab aliis inferantur.

Ibid. b *Non credit quod reuerti possit de tenebris ad.* quia dum feriri se vndiq; credit insidiis, salute desperata semper ad nequitiã crescit.

Ibid. c *Cum se mouerit &c.* Panis, hîc, stipendium præsentis vitæ. Tenebrarum verò dies tempus vltionis accipitur. In actu itaque suo iste peruersus iram iudicis perpendit præsentem, sed à malo non auertitur. Vel: *Cum se mouerit &c.* Etsi aliquando iudicia Dei videns sibi venire timet, dum tamen præsentia quęrit, amaricia victus illa contemnit.

Ibid. d *Terrebit &c.* In omni quod iniquus agit, tribulatione & angustia vallatur: quia cor eius anxietate & suspicione confunditur; si occultè vult rapere vel mentiri, timet deprehendi, & laborat quo modo tegi possit. Plana est via veritatis, graue iter mendacij, qui regi præparato ad prælium comparatur : quia rex qui præparatur ad prelium, sic de hoste suspectus est, vt quem ducit exercitũ metuat ne labefactetur, ne destitutione militum iaculis pateat inimicorum

Sonitus terroris semper in auribus illius. Pinguis ceruix est opulenta superbia affluentibus rebus quasi multis carnibus fulta.

h *Operuit fa. eius.* Faciem crassitudo operit, quia desiderata terrenarum rerum abundantia, oculos mentis premit. Ibid.

i *Et de lateribus eius.* GREG. Latera diuitũ sunt qui eis adhærẽt; aruina de lateribus eius dependet, quia quisquis potẽti, & iniquo adhæret, ipse quoq; de eius potentia velut ex pinguedine tumet. Ibid. Ibid.

k *Habi. in ci.* Quia ciuitas à conuersatione coniuientium appellatur, *Ciuitates desolatæ* sunt ipsi obsequentium cunei peruersorum à quibus laudantur: *Domus* autem *desertæ*, sunt cogitationes prauę, quas iniquus iste inhabitat : quia per omne quod agit, iniquorum hominum placere cogitationibus appetit. Quæ *desolatę*, & *desertæ* dicuntur, quia ab omnipotente sunt derelictæ; quæ in *tumulos sunt redactę*, quia dum praui quique confusis actionibus sibimetipsis ad peruersa opera iunguntur, ostẽdunt proculdubio, quia de ædificio vitę ceciderunt.

l *Non ditabitur.* Quia superbi cogitatio ab autoris sui gratia non inhabitabitur.

☞ a *Nec per-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sonitus terroris semper in au. il. *Si enim audiet aliquem fremitum, videtur sibi quòd sit impetus aduersariorum irruens super eum.*

2 Et cum pax sit, *id est cum nihil tale terribile appareat.*

3 Semper insidias suspicatur, *videlicet machinationes occultas fieri contra ipsum.*

4 Non credit quòd reuerti possit de tenebris, *id est, de tali anxietate mentis quæ obnubilat animam.*

5 Circum. vndique gl. *quia propter mala quæ fecit, suscitauit contra se odia ex omni parte: & nõ solũ ab extra, sed etia ab intra, ideo subditur.*

6 Cum se moueri, *id est, cum voluerit accipere corporis refectionem.*

7 Nouit, *id est, timet probabiliter.*

8 Quod paratus sit in m. e. teneb. dies. *id est, mortis, per intoxicationem; & sic anxia non solum ab extra, sed ab intra timens intoxicari à propria familia ex odio vel pro præmio. ideo sequitur:*

9 Terrebit eum tribulatio. *superuentura.*

10 Et angustia. *q. d. sicut rex paratus ad prælium vallatur militibus, sic iste*

sic iste angustijs, & terroribus: & quia istud procedit ex iusto Dei iudicio, subdit pro causa:

11 Te. enim ad Deum ma suã, *abutens potestate sibi à Deo concessa.*

12 Cucurrit aduersus eum erecto collo, *Per superbiam.*

13 Et pingui cer. *Quia talis superbia procedit ex pinguedine diuitiarum & temporalis potestatis: & quia superbia excęcat, ideo subditur.*

1 Operuit faciem eius, *id est, notitiam intellectus,*

15 Crassitudo, *id est superbia procedens ex temporali abundantia.*

16 Et de lateribus eius aruina, *Ex hoc signat quod ministri eius & collaterales ex eodẽ motu malitię eius obtẽperabant, eã imitantes talem autẽ fuisse Iob signabat ille Eliphaz, dũ adhuc esset in potestate constitutus.*

17 Habitabit in ciuitatibus desolatis, & in domibus, *Hic consequenter describit anxietatem iuste inflictam Iob, quando fuit à potestate deiectus dicens:* Habitabit in ciuitatibus desolatis *Prima enim est pœna deiecti, quod sit fugitiuus de loco proprio: & habitet in locis ruinosis, & occultis. Secunda est priuatio suę substantiæ, & quantùm ad hoc dicitur:* Non dabitur *&c.*

☞ 1 Nec

MORALITER.

† 1 *Sonitus terroris semper in auribus illius.* quia propter mala, quorum est conscius sibi, omnibus locis, & horis sibi timet insidiari.

6 *Cum se mouerit ad quærendum panem*, id est ad accipiendum corporis refectionem.

7 *Nouit*, id est, probabiliter æstimat, intoxicari: & sic necesse est ipsum continuè anxiari. Cuius causa subditur cùm dicitur:

11 *Tetendit enim adu. De. ma. &c.* eius membra persequendo.

12 *Cucurrit ad. eum erec. col.* id est superbè.

13 *Et pingui ceruice*, id est diuitijs & temporali potestate,

14 *Operuit faciem eius.* id est mentem eius, ignorantia crassa.

16 *Et de lateribus.* Nam eius collaterales & consiliarij semper quærunt diuitijs impinguari.

17 *Habitabit in ciuitatibus desolatis*, id est in societatibus inferni desolatione plenis.

† *Non ditabitur.* spiritualibus bonis.

† 1 *Nec*

☞ a *Nec perseuerabit.* GRE. Acsi dicat, Hoc quod habere videtur, exterius transit: & illud quod trãsire nõ poterat, interius nõ habet.

A e. 22. Ibid. b *Nec mittet in terram.* quia velut ad leuem flatum, sic ad motum occultæ sententiæ vita eius eruitur; Vel, *in terram non mit.* &c. quia nunquam ad æternæ vitæ desiderium cordis sui cogitationem plantat.

Ibid. c *Non recedet de tenebris.* quia enim lucem iustitiæ non quærit, de tenebris non recedit.

Ibid. †spiritus, d *Ramos eius, &c.* Quia ipsi quoque, qui

†Rapietur sicut vua immatura à vite. ei coniuncti sunt, terrenis desiderijs æstuãt, vt boni operis fructum non ferant, quia

†Tempore non suo succidetur. ad appetenda infima per nequitiam anhelant.

B Ibid. e *Et auferetur spiritu*, Quia eò percussionis sententiam acci-

piet, quò oris sui spitum timore Dei non restringit.

Ibid. c. 23. f *Non credet.* Quia eleemosyna eum redimere non valet, quam perpetrata rapina pauperis, ante oculos Dei ascendere non permittit. Vel, quia pro extendenda temporali vita eleemosynam tribuit, non valet obtinere, vt finem debitum euadat.

C Tunc eleemosynæ pretium nos à culpis liberat, cum perpetrata plangimus & abdicamus. Nam qui & semper peccare vult, & quasi semper eleemosynam largiri frustra pretium tribuit, quia non redimit animam, quam à vitijs non compescit.

Ibid. g *Antequam dies eius.* GREG. quia longos animo dies proponit: dum ad illud tempus peruenire non valet, quod expectat, quasi antequam dies illius expleantur, perit. Vel: *Antequam dies eius impleantur peribit*, quia si quid fortasse boni cœperit, priusquam per longitudinem in eo temporis conualescat, ad exteriora relabitur.

Ibid. *Antequam dies eius impleantur.* GREGO. Dies præsciti nec augeri nec minui possunt, nisi contingat, vt ita præsciantur, vt vel

4 Re. 20 a Eccle. 20. cum operibus optimis sint longiores, vel cum pessimis breuiores, sicut Ezechias augmentum lachrymis meruit, & de peruersis dicitur. *Indisciplinatis obuiat mors.*

Ibid. h *Manus eius*, ab omni bona operatione siccantur.

Ibid. c. 24 i *Lædetur quasi &c.* Si florentem vineam, immoderatum frigus vel æstus attigerit, discusso flore botrus tabescit: Sic nonnullos qui post peruersa itinera sanctas vias sectari appetunt, priusquam in eis desideria bona roborentur, prosperitas seculi, quæ eos exterius implicat, à calore intimi amoris retrahit: & quasi ex frigore extinguit, quicquid de virtutũ flore in eis apparere videbatur. Illos autem in flore æstus contigit, quos humanæ laudis appetitio feruentes in sancto studio à fructu alienos facit: vnde subdit,

k *Et quasi oliua proijciens.* Oliua cum in flore est, si immoderata nebula tangitur, à fructu vacuatur: Sic bona inchoantes, si laudibus cœperint delectari, fructum operibus perdunt, velut ex nebula fauoris, qua fit caligo intelligentiæ, vt nequeant discernere qua intentione quid faciant.

Vel *in primo flore.* Infirmus regere, vel inferiora agere non debet, quia in terrenis actibus frigescit. Vel, cum placere videt quæ agit, ardentius eadem bona operatur, & quasi in sancto studio feruet, vnde æstu perit.

l *Congregatio enim hypocritæ &c.* Congregant hypocritæ bona opera, sed eorum sterilis est ipsa congregatio: quia per hoc quod agunt, fructum recipere in æterna retributione non appetunt.

m *Et ignis deuorabit tabernacula eorum, &c.* Corpora, in quibus animæ eorum habitant, tabernacula dicit: quæ hîc desiderium laudis postmodum autem concremabit ignis gehennæ.

n *Tabernacula.* Cogitatio est tabernaculum, in qua mens habitat, quam æstus auaritiæ vastat. Vel, cor tabernaculum dicit, quod consumit ardor laudis. Vel, corpus est tabernaculum animæ, & qui hîc ardent mente, ardebunt carne ignibus gehennæ.

o *Concepit dolorem.* Cum peruersa cogitat, iniquitatem parturit, cum explere cœperit, concepit. Mens etiam hypocritę nunquam vacat à malo, quia quæ appetit, alijs inuidet, ex quorum despectu clarior sit: vnde & dolos parat vt solus æstimationem capiat.

p *Vterus eius præparat dolos.* id est mens, in qua cogitationes generantur, maiorem malitiam contra proximos concipit, quantò solus præ omnibus videri innocentior quærit. hoc dicit, quia percussum Iob pro hypocrisi putauit.

☞ CAP.

a ¶ Vt arbor, quæ non habet in terra radicem, etiam leui flatu cadit: sic qui contra Deum roboratur, sine radice stat, & cito sententia Dei eruitur.

a ¶ Cuius exemplo, qui sibi adhærent, desiderijs vruntur.

a ¶ Superbus quo hic plus valet, eo amplius lingua eius effrenatur contra homines & contra Deum.

a ¶ Et iuste. ¶ Eleemosyna post culpam, pretium quo redimatur: sed non valet ei, qui in malo permanet.

¶ Quia & nequitia eius vitam intercidit. a ¶ Etsi bona agit, quia tamen non recta intentione.

¶ Opus scilicet.

a ¶ Florem, quem produxit oliua, proijcit: quia rudimenta boni operis ad perfectum non producit.

b ¶ Lædetur quia. ¶ His enim hoc contingit, qui Deum puro corde non sequuntur.

c ¶ Si bona intentio non sit, & bonum opus, quod videtur, perit.

a ¶ Quia æstu auaritiæ maiora bona ostendunt. b ¶ Laudis.

¶ Terrena, quia maiora ab omnibus dona petunt, ignis deuorabit tabernacula eorum.

¶ Invidendo. ¶ Derogando.

D

E †Non credet recto (sub. verbo) ille qui errat sed mendaciũ erit loco eius, scilicet verbi recti, sicque mẽdacio credet. Alij sic: Non credet vano errore deceptus quòd inanis futura sit amaritudo eius. † manebit solitaria. †mendaciũ

F

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nec mittet in terra radicem. *id est non habebit stabilem & securam mansionem.*

2 Non re.de te. *id est non releuabitur à suis miserijs propter malum suæ obstinationis; Alia pœna est quando priuatur prole sua, quod ipsi Iob contigerat. & quantum ad hoc dicitur:*

3 Ramos eius, *id est filios, & filias.*

4 Are. fa. flam. *id est interficiat diuina iustitia: per hoc insinuans, quod pueri Iob iustè pro peccatis suis fuerant occisi.*

5 Non credet &c. Redimendus sit *id est liberandus à miseria aliquo auxilio, quia est indignus.*

6 Antequam dies eius impleantur. *quia mors eius accelerabitur ante cursum naturæ.*

7 Et manus arescet. *id est omnia eius opera deficient.*

8 Lædetur quasi vinea &c. *id est de eo non expectabitur aliquis bonus fructus, ideo subditur:*

9 Et quasi oliua &c. *& sic amittit fructum suum futurum.*

10 Congregatio enim hypocritæ, *id est, ipsius Iob, quem dicebat hypocritam, prætendendo falsò exterius sanctitatem.*

11 Sterilis, *quia omnia bona, qua cõgregauerat Iob, fuerũt ei subtracta.*

12 Et ignis deuorabit tabernacula eorum qui mu. lib. ac. *In hoc notat Iob, quòd dum esset in potestate, fuerat acceptor munerum, ad peruertendum iudicium: & ex hoc fuisse punitum pœna ignis, oues suas & pueros consumentis, vt habetur suprà j. cap.* Ignis Dei cecidit à cælo, *& tactas oues, pueroſque consumpsit. & ideo dicitur hîc:* Et ignis deuorabit taber. eorum: *quia custodes ouium solent in tabernaculis habitare.*

13 Concepit dolorem, *id est præcogitauit malum alij facere,*

14 Et peperit iniquitatem, *deducens ad effectum cogitationem suam iniquam, dum esset in potestate temporali.*

15 Et vterus eius præparat dolos, *id est post dejectionem suam non mutauit mentem, quia si posset, haberet adhuc nocendi voluntatem.*

☞ CAP.

MORALITER.

† 1 *Nec mittet in terram radicem.* terram scilicet, viuentium, in qua non habebit partem.

3 *Ramos eius arefa. flam.* scilicet gehennæ, puniens eius opera.

5 *Non credet.* quia in inferno nulla est redemptio.

6 *Antequam dies eius impleantur.* per mortis accelerationem.

13 *Et ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt, &c.* ad iustitiæ subuersionem. Ista dicuntur ab hæreticis falsò contra bonos principes Christianos; sed à catholicis veraciter dici possunt contra malos, qui tyrannizant super bonos.

† MORA-

ADDITIO.

In cap. xv. vbi dicitur in postilla: Docuit enim iniquitas tua os tuũ.

Matt. 12. c. Ex abũdãtia enim cordis os loquitur. *Litera Hebraica in hoc loco videtur sonare sic:* Condẽnet te os tuũ, & non ego, & labia tua testantur in te: *& est sensus: Ex quo iniquitas tua iam manifestata est per os tuum: quia dictum est:* Docuit iniquitas tua os tuum &c. *De cætero melius est vt condemnet te os tuum vt te scilicet confitearis esse condemnandum; quia mitius agitur contra confitentem peccatum suum, quam contra illum qui peccata sua, etiam manifesta, nititur defendere. & idem intelligitur ex hoc quod dicitur:* Et labia tua testantur in te, *sub alijs tamen verbis.*

CAP. XVI.

A a *Respondens autem &c.* ✻ NICETAS. Eliphazo existimanti solis impijs flagitia irrogari, occurrit, Deum testem suæ conscientiæ laudans, & lamentis orationem concludens.

lib. 13. c. 2. GREG. *Audiui frequenter talia.* Electi frequenter aliena mala quasi sua audiunt, & ab his eis crimen impingitur, à quibus crimina impacta perpetrantur.

Ibid. b *Consola. onerosi omnes vos.* Praui cum laborare bonos in aduersitate cõspiciunt, in eo quod consolari eos appetunt, mala eis persuadere conãtur. *Consolatores onerosi.* Cauendũ est ne tempore luctus increpatio fiat; quia etsi rectè quidã debẽt increpari, nõ tamẽ in afflictione: ne qui lenire debet dolorẽ augeat.

c *Nunquid habebunt finem verba ventosa.* Mali ventosa verba proferunt. Nam dicta eorum, etsi quandoq; sana sunt per sententiam, in flata tamen sunt per elationem.

d *Aut aliquid tibi molestum est si loquaris?* Acsi diceret, eò quod plus loqueris quò à me aliquid molestum de tua actione non audis.

Ibid. ✻✻ IDEM. Mali viri cum alijs sibi similibus conuiciosa verba proferunt, eo citius obmutescunt, quo de se talia mox audiunt, qualia suis auditoribus dicunt. Cum autem bonos viros per conuiciosa verba iaculãtur, nil eis molestiæ ex cõuicio nascitur, quia contrà tacẽtes loquũtur, nec cõpelluntur audire quod sunt, quia iusti cõuicia non reddunt, etiã dum cogũtur audire quod nõ sunt.

e *Poteram & ego similia vestri loqui.* Narrat quid facere potuit, sed ne iustitiam deserat, quod facere potuit, declinat.

Ibid. c. 3. f *Atque vtinam esset anima vestra pro anima mea.* In his verbis hoc monstratur intendere, vt amici eius, qui per charitatem compati nesciebant, ab experimento discerent, alienæ afflictioni qualiter misereri debuissent: quos doloribus edomitos *consolaretur* cum de exteriori passione interiorem in eis conualescere salutem indicaret. *Caput* etiam *moueret*, quia mentem ad compassionẽ inflecteret, eosque inter flagella *roboraret*, cùm doloris eorũ vim verbis mitibus leniret. *Et moueret labia quasi parcens* eis, quia mala eorũ sub moderata increpatione inuectione.

g *Quasi parcens.* Nota *quasi*, quia ecclesia rigorem disciplinæ cum mansuetudine miscens, bene subdito non parcens parcit: quia liberè arguit, sed à culpa eximit. Proteruo verò qui de correctione peior efficeretur, parcens non parcit: quia rẽpus quærit dũ omnibus cõmuniter loquens in eiusmodi culpã inuehitur, qua sic detecta latens ille temperantius percutitur & sanatur. Hoc autem dicitur de occultis proteruorũ potentium. Nam de apertis, si prædicator tacet, approbare videtur, & crescũt in exẽplum.

✻ CHRYS. Optarim meas à vobis susçipi calamitates, fortasse tunc caput mouerẽ vestris malis gratulans, vt nunc facitis, & tũc disceretis philosophari in alienis malis. Aut: si in meis miserijs versaremini, vtrum ipse in vos verbis insultarem? minimè verò: quin verbis accõmodatis vos erigerem. Aut alio verborum genere vobiscum esse congressus, capitisque motu vestrum ad me dolorem pertinuisse declararem, meoque vos ore confirmassem.

h *Sed quid agam locutus &c.* Hoc quanquam personæ beati Iob, tamen ecclesiæ sic superiora, congruit: quæ cum loquitur, dolor eius minimè quiescit, quãdo locutione sua peruersos corrigi minimè con-

Ibid.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XVI.

1 Espondens autem Iob. *Hic ponitur ipsius Iob responsio. Circa quod sciendum, quod sicut patet ex prædictis, Eliphaz non replicauerat aliquid contra Iob de principali proposito, scilicet de immortalitate animæ & futura resurrectione, sed ex verbis Iob, conatus fuerat condemnare ipsum. primò ostendens eum præsumptuosum & blasphemum, & secundo propter iniquitates suas esse afflictum; igitur Iob in sua responsione primò euacuat ipsius Eliphaz increpationem: & secundò declarat principale propositum, scilicet futuram remunerationem, cap. xvij. Prima in duas: quia primò excludit increpationem Eliphaz inquantum nitebatur ostendere Iob præsumptuosum & blasphemum: secundo quantum ad hoc quod dicebat eum propeccatis afflictum, ibi:* Nunc autem. *Circa primum dicit:*

2 Audiui frequenter talia, *scilicet verba pungitiua & increpatiua ab Eliphaz & socijs eius: ideo subditur:*

3 Consolatores onero. omnes vos estis, *quia licet veniissent ad consolandum Iob, tamen peruersi erant ad ipsum increpandum & molestandũ.*

4 Nunquid habebunt finem verba ventosa. *id est iactatoria & soliditate veritatis carentia.*

5 Aut aliquid tibi molestum est, si loquaris, *prouocando me ad iram quantum in te est? quasi diceret non: & tamen deberet tibi esse molestum increpationibus affligere amicum tuum.*

6 Poteram & ego similia vestri loqui. *id est vos pungere si essetis in loco mei, sed hoc non facerem. vnde subditur:*

7 Atque vtinam esset anima vestra pro anima mea. *id est, in afflictione & tristitia in qua sum, & ego essem liberatus. hoc non dixit Iob appetitu vindictæ, sed zelo iustitiæ. & vt ipsi in afflictione positi experirentur veritatem amicitiæ suæ. Ideo subdit.*

8 Consolarer & ego vos &c. *veris & dulcibus, & non pungitiuis.*

9 Et mouerem caput meum. *id est, signum intrinsecæ compassionis.*

10 Roborarem vos ore meo. *inducendo vos ad patientiam.*

11 Et mouerem la. mea &c. quasi parcens vo. *ad mitigationem doloris vestri, non ad augmentationem.*

12 Sed quid agam? *ad doloris mei reuelationem. q. d. non habeo. ideo subditur.*

13 Si locutus fuero, *Quasi ad aliqualem mei consolationem.*

14 Non quiescet dolor meus. *Quia est intrinsecus radicatus.*

15 Et si tacuero non recedet à me. *Quia quando dolor celatur quasi clausus interius magis intenditur, quam si per verba aperiat exterius.*

1 Nunc au-

MORALITER.

1 *Respondens autem Iob &c.* Qui tenet hîc typum doctoris catholici, sicut Eliphaz tenuit typum hæretici. Dicit igitur:

2 *Audiui frequenter talia.* scilicet aspera & falsa ab hæreticis dicta; Sed quoniam aliquando blandis vtuntur, vt per hoc incauti decipiantur, subdit:

3 *Consolatores onerosi omnes vos estis,* quia talia blanda duris & asperis sunt peiora.

5 *Aut aliquid tibi molestum est si loquaris &c.* scilicet veraciter & modestè: nam hoc nulli molestum debet esse.

6 *Poteram & ego similia verba loqui,* sed nolo: nam indecens esset mihi.

7 *Atque vtinam esset anima mea pro anima vestra.* scilicet in afflictione: Nec dicit hoc zelo vindictæ, sed iustitiæ, vt pœna docente scirent compati catholicis positis in tribulatione.

8 *Consolarer & ego vos,* Veraciter & ex corde.

9 *Et mouerem labia quasi parcens,* id est compatiens & magis ratione culpæ, quàm pœnæ.

12 *Sed quid agam.* q. d. sum perplexus.

13 *Si locutus fuero.* vos arguendo.

14 *Non quiescet dolor meus,* Eò quòd vestra correctio non sequitur.

15 *Et si tacuero, non recedet à me.* Quia pungat aculeo conscientiæ: quia dimittenda non est veritas doctrinæ. Sed quoniam doctor ecclesiæ non solùm dolere debet de obstinatione infidelium, sed etiam de peccatis fidelium. ideo subditur.

1 *Nunc*

B † quid roborabit te si respoderis? (vel, quid molestum est tibi quod respõdeas? † Cumulatè super vos sermones.

C

D

E

F

† motu labiorũ meorum verterem (subdolorem) à vobis.

Dolor ecclesiæ. Ibid. Cap 4.

† Verũ tamen nunc defatigas me (sub. tu Deus) & dissipasti omne fulcimẽtũ meũ (vel omnẽ congregationẽ meam)

In testimonium eius fecisti me rigorosũ, & stetit cõtra me macies faciei meæ, testificatur cõtra me, propter maciẽ enim rugat facies.)

Rugæ ecclesiæ. Ibid.

Eod. cap.

Diabolus princeps falsiloquij. Ibid. Cap. 6.

NIMIRVM conspicit: & cum tacet, dolor non recedit: quia etsi aduersata conticuerit, hoc ipsum amplius quod tacet gemit: quia se tacente peruersorum culpas excrescere conspicit.

a *Nunc autẽ op. me. do. &c.* GREG. Dolore ecclesia premitur, quãdo in malitia crescere peruersos intuetur. Et ad nihilũ membra eius redigũtur, quãdo ex imitatione prauorũ, infirmi deterius infirmãtur, & velut in nihilum rediguntur: quia dum manentem Dei essentiã deserunt, diligẽtes transitoria quasi ad non esse tendunt. *Nũc* autẽ dicitur: quia tempus doloris ecclesiæ modò est, gaudiũ post modum sequitur. Sæpe verò contingit, vt sancta ecclesia non solum infideles atque extra positos aduersarios toleret, sed eorum quoque insidias atque aduersitatem vix ferat, quos intus habet; Vnde beati viri voce mox aptè subditur.

b *Rugæ meæ, &c.* Rugę ecclesiæ, sunt omnes qui in ea dupliciter viuunt, qui fidẽ vocibus clamãt, operibus denegant. Hi pacis tẽpore, quia huius mũdi potestatibus eandẽ fidẽ honori esse cõspiciunt, fideles se esse mentiuntur: Sed cum ecclesiã subito aduersitas turbauerit, illud illico ostendunt, quod in perfida mẽte moliuntur. Et est sensus: me insequendo increpant, qui in meo corpore positi duplicitatis suæ malitiam non emendant.

✠ POLYCHR. Criminatio me incessit nulla veritate, solis ærumnis meis subnixa; nec quisquã è rebus, sed ex iis tantum, quæ acciderunt, malis, pronunciat, & me iniustum dicit.

c *Et suscitatur falsilo. aduer. sa. &c.* GREG. Dũ prædicationi eius apertè contradicere non præsumunt, ecclesia falsiloquium quasi post dorsum patitur; Sed cũ malitiæ tẽpus eruperit, is, qui nunc metuens derogat, ad contradicendum ante faciem venit: quia verbis veræ fidei apertis vocibus obsistit. Quod quoniam per malignum spiritum fit, ad eum describẽdum verba cõuertit.

d *Collegit furorẽ suũ.* Diabolus, princeps falsiloqui, habet nunc contra ecclesiam furorem, sed sparsus est: quia occultas tentationes per singulos mouet. Cum verò contra eam accepta licentia apertè sæuierit, furorẽ suum in eã colligit: quia in eius afflictionẽ tota se intentionę constringit. Qui contra eam dentibus fremit, eamque terribilibus oculis intuetur: quia per alios contra eam crudelia exercet, & per alios quæ exerceat prouidet.

✠ OLYM. Si de Deo loquitur, vehementem eius iracũdiam declarat; si de diabolo, idem de dæmonibus.

a ¶ Ostendit sub persona suã persecutionem ecclesiæ in vltimis temporibus, scilicet Antichristi.

a me. † Nũnc autem oppressit me dolor meus, & in nihilũ redacti sunt omnes artus mei. * Rũgæ meæ testimonium dicũt

¶ Dum praui crescunt, infirmi inde mouentur ad terrena. a ¶ Sicut per ossa fortes, sic per artus infirmi.

b ¶ Mala intus à domesticis.

a ¶ Iam. b ¶ Hoc in fine sub Antichristo.

c contra me, & † suscitatur falsiloquus aduersus † faciem meã,

a ¶ In potentibus.

d contradicens mihi. Collegit furorem suum in me: & † comminans mihi infremũit contra mẽ dentibus suis. Hostis

¶ Insipientibus seculi. a ¶ Qui prouident & consiliis persecutionis inflammant

e meus † terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerunt super me ora sua, & † exprobrantes percusserunt maxillam

f meam † satiati sunt pœnis meis. † Conclusit me Deus apud

1 2 † 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

† animam?

† acuit oculos suos cõtra me.

† odiẽs me. † probro. † simul aduersum mẽ congregati sunt. † Vel, Tradidit me Deus medaci (aut peruerso)

E

Eod. cap.

F

Ibid. cap. 6.

Ibid. Act. 10. Iudic. 15. cõ

Eod. cap.

maxilla percutitur quando gloriosa conscientiæ fidelis percussio opprobriis verberatur.

✠ ORIG. Per inimicum, diabolum intelligit; & nomine impiorum, non amicos, qui erant pij & boni; sed prædones.

e *Aperuerunt super me ora, &c.* GREG. quia ora sua reprobi exprobrantes aperiunt, cum & errorem prędicare non metuunt, & prædicamenta rectæ fidei irridentes.

f *Percusserunt ma. meã.* Maxilla ecclesię, sunt sancti prædicatores, qui vitam carnalium verbo correctionis conuertunt: hos reprobi præcipuè persequuntur, quos dum etiam necant, illa eos pœna satiat, quæ mentem ecclesię præcipuè cruciat, vel castigat,

g *Maxillã meam.* Petrus est maxilla, qui mactat & manducat. Samson maxillam asini tenet, & hostes occidit, id est Christus simplices præcones manu virtutis tenet, & à vitijs carnales occidit. Maxilla proiecta est in terram, aquas effundit: quia data morti corpora præconum magna ostendunt miracula.

h *Conclusit me Deus, &c.* Electorum populus apud iniquum concluditur: cùm eius caro antiqui hostis persequutionibus tẽporaliter datur. Qui non spiritui, sed manibus inimicorum traditur: quia quò hunc mente capere nequeunt, eò contra illius carnes crudelius inardescunt.

☞ a Ego

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Nunc autem oppressit me dolor, &c. *Hic consequenter excludit verba Eliphaz, prout ostendebat ipsum pro peccatis afflictum; & primò ostendit sua afflictionis granitatem, & secundò sua innocentia puritatem, ibi:* Hæc passus sum; *& tertiò consolationis sibi promissa vanitatem ibi:* Verbosi amici mei. *Prima in tres, quia primò exprimit suam afflictionẽ: secundò removet quandam dubitationem, ibi:* Conclusit me; *tertiò respondet ad quandam obiectionem, ibi:* Saccum *Circa primum sciendũ quod sanctus Iob fuerat afflictus à diabolo immediatè quantùm ad ablationem substantiæ suæ & filiorum, & corporis sui percussionem; & etiam mediatè, inquantùm amicos excitauerat ad eius increpationem: & ideo loquendo de affligente ipsum, aliquãdo loquitur in singulari notando ipsum dæmonem; aliquãdo in plurali, notando cum ipso amicos suos per eum excitatos. Dicit igitur.* Nunc autem oppressit me dolor meus, *scilicet quantùm ad corpus, quia anima non fuit oppressa, tanquam à stabilitate virtutis deiecta.*

2 Et in nihilum, &c. *Quia percussus erat vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem.*

3 Rugæ meæ. &c. *Humor enim interior desiccatus erat: & sic vltrà cutis exterior rugas contraxerat, & sic erant testimonium percussionis eius.*

4 Et suscitatur falsiloquus. *id est, diabolus, qui est* mendax & pater eius, *scilicet, mendacij: vt habetur Iohan. viij.*

5 Contradicens mihi, *per amicos meos, quos contra me excitauit.*

6 Collegit furorem suum, &c. *id est, apposuit totum conatum ad mihi nocendum.*

7 Et comminans mihi. *Loquitur de dæmone ad modum crudelis bestiæ, quę frendens dentibus comminatur ei, quem vult deuorare. Et ad idem pertinet quod subditur*

8 Hostis meus territ. oc. *Quia fera volens aliquem deuorare, terribiliter aspicit eum.*

9 Aperuerunt super me ora sua exprobrantes, *scilicet dæmon & amici mei per eum excitati; dæmon coram Deo me infamando, vt habetur supra j. ca. & amici mei falsò me condemnando,*

10 Percusserunt maxillam meam, *id est, contempserunt me manifestè, sicut contemnitur ille qui percutitur in facie.*

11 Satiati sunt, *id est, lętati,*

12 Pœnis meis. *Quia dæmon latatur de afflictione innocentũ. Amici enim Iob latabantur inquantum reputabant eum iustè percussum, secundum quod dicitur in Psalm.* Lætabitur iustus cum viderit vindictam. *Ipsi autem reputabant se iustos, & ideo ostendebant se applaudere diuinæ iustitię.* Psal. 57. b.

13 Conclusit me. *Hic consequenter remouet quandam dubitationem. Ex hoc enim, quod dixit, se afflictum à dæmone, posset aliquis credere, quod illa afflictio non processisset ex ordine diuinæ sapientię, ideo hoc remouet dicens:* Conclusit me Deus apud iniquum, *id est, diabolum, cui ex ordine suę sapientię concessit potestatem affligendi me.*

MORALITER.

✠ 1 Et stiani duplices, & ficti dicuntur, qui tempore aduersitatis viros catholicos accusant, & persequuntur, sicut legitur de Torquato.

1 *Nunc autem oppressit me dolor meus,* propter fidelium defectus.

2 *Et in nihilum redacti sunt omnes artus mei,* Nam inter catholicos, qui sunt ecclesiæ membra, multi prægrauantur culpa. Quod significatur per omnes, cum dicitur.

† *Omnes artus, &c.* Sicut dicitur, omnes de ciuitate currunt ad tale spectaculum, licet frequenter maior sit numerus remanentium.

3 *Rugę meæ testimonium dicunt contra me.* Ecclesiæ rugæ Christiani

9 *Aperuerunt in me ora sua,* Me vituperando.

10 *Percusserunt maxillam meam.* id est, personam honore dignam, sicut frequenter prælatis ecclesiæ legitur esse factum.

13 *Conclusit me Deus apud iniquum.* GREG. *Electorum populus apud iniquum concluditur, cum eius antiqui hostis persecutionibus temporaliter datur.* Sed quia Christus in membris suis patitur sequitur.

g ✠ 2 Ergo

A a *Ego ille quondã opul.* GREG. Infirmorũ mentẽ designat quia dũ aduersa præuidere nesciunt, tantò eis grauiora sunt, quantò ab eis inopinata tolerantur. Vel, in quibusdam, eisdem retro labentibus hæc ecclesia patitur, qui post doctrinæ opulentiam aliquando subitis vitiis conuertuntur.

Lib. 13. cap. 6.

Eod. cap.

b *Tenuit cerui. meã.* Ceruix, hic libertatis erectionem significat, quam hostis *tenet* persecutionis tẽpore; *Cõstringit*, dũ infirmi vera quę sẽtiũt prædicare liberè nõ præsumũt. Vel, ceruicẽ suã dicit eos, qui in ecclesia sub occasione defendendæ rectitudinis vitio elationis deseruiunt: quã hostis districtione suæ persecutionis inclinat.

†vel quietus.

†iaculatoribus.

B ✠ PHILIP. Ceruix signũ fortitudinis. Et homo in signum ponitur, qui illuditur sic. Hier. Thr. 3. *posuit me quasi signum ad sagittam, & misit in renibus meis filias pharetræ suæ.*

c *Et posuit me quasi in signum.* GREG. Signum ad hoc ponitur, vt sagittarũ emissione feriatur; Fidelis itaq; populus in signũ hosti suo ponitur, quia eũ semper suis ictibus impetit, cum suis persecutionibus affligit: vnde Apostolus, *Ipsi n. scitis, quod in hoc positi sumus.* Acsi apertè dicat: Quid in hoc tẽpore vulnera nostra miramini? qui si eterna gaudia quęrimus, ad hoc venim⁹ vt feriamur.

†operuit. †puluere cornu meũ, 1. cap. meũ. Cha. interpres vertit gloriãmeã. Alijsplẽdorem suprà 15. b.

1. Thess. 3. c

C

d *Circundedit me.* Ecclesia lanceis ab hoste suo circundatur: quando in membris suis ab impugnatore calido tentationum iaculis ab omni parte impetitur.

Eod. cap.

e *Conuulner. lumb. me.* Cum hostis fidelẽ populum ad luxuriam pertrahit, hunc in lumbis ferit. *Conuulnerare* autem dicitur: quia quod nobis male suggerit, nos sequentes ex propria voluntate implemus, & quasi cum ipso nos pariter vulneramus.

Eod. cap.

f *Non pepercit & effudit in ter. vi. mea.* Viscera ecclesiæ dicit eorum mentes, qui eius in se continent mysteria: quos dum antiquus hostis ad secularia negotia pertrahit, eius viscera in terra fundit,

Ibid.

Non pepercit. id est, non destitit.

g *Conscidit me.* In infirmis suis ecclesia *vulnere super vulnus* cõscinditur, quando peccatum peccato additur, vt culpa vehemẽtius exaggeretur. Quem enim auaritia pertrahit ad rapinam, rapina ducit ad fallaciam, vt perpetrata culpa ex falsitate etiam defendatur; Quid iste nisi super vulnus concisus est vulnere? Vnde Osee. 4. Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Solet enim sanguinis nomine signari peccatum, vnde, libera me de sanguinibus. Sanguis ergo sanguinem tangit, cum culpa culpam cumulauerit.

D

a ¶ Et cum hoc sit.

a iniquum, & manibus impiorum me † tradidit. Egõ ille quõ-

a ¶ Ecclesia pacis tempore suos opulentia prædicationis pascebat.

¶ Quia improuida mens infirmorum cadit.

b dam † opulẽtus repente contritus sum. Tenuit ceruicem

c meam, confregit me, & posuit me † sibi quasi in signũ. Cir-

d

a ¶ In vobis consentientibus.

e cundebit me † lanceis suis, conuũlnerauit lumbos meos. Nõ

f

a ¶ Hoc non literam de Iob, & per hoc nota hæc omnia mystice dici.

g pepercit, & ẽffudit in terra viscera mea. Conscidit me vulne-

a ¶ Et ita. b ¶ Cui etiam assuetus nequit reluctari. c ¶ Propter hoc d ¶ Aliàs consuit.

h re super vulnus, irrũit in mẽ quasi gigas. Saccũm cõsui super

i

b ¶ Hæc omnia dicit in persona Christi, cuius figura est.

b ¶ Fortis, quod non fecit, in debili plangit, quem iuuat ad veniam, quasi fecerit.

k

l cutem meam, & † opẽruit † cinere * carnẽ meam. Faciẽs mea

m intumuit à fletu, & palpebræ meæ † caligauerunt. Hæc pas-

h *Irruit in me qua. gigas.* Quia nimirum malignus spiritus cõtra hanc i. animam, ex praua consuetudine deuictã quasi more gigantis pugnat, quia quãtò se ei anima subijcit crebrius, tantò eum sibi intolerabiliorem se facit.

Eod. cap.

†vel, diuertere fecit me sub, à via.

†vel, scopũ

E

9 Sed quia plerunque ad pœnitentiam redit, sequitur.

i *Saccum con. super cu. In sacco & cinere* pœnitentia, in *cute & carne* peccatũ carnis intelligitur. Ergo quasi saccus super cutem consuitur, & cinere caro operitur: quia culpa carnis per pœnitentiam tegitur, ne in districti iudicis examine ad vltionem videatur.

*cornu meum.

† vmbrositate plenæ sunt.

✠✠ IDEM. Infirma autem membra sua sancta ecclesia cum à peccatis retrahit, atque pœnitentiæ remedium ducit; hæc procul dubio fletibus adiuuat, vt ad recipiendam autoris sui gratiam conualescant; & per fortes plangit quod non fecit, quod mẽbris suis debilibus quasi ipsa fecit vnde bene adhuc subditur.

F

k *Facies me. intu.* Facies ecclesiæ sunt, qui in regimine positi apparent primi, vt ex eorum specie sit honor fidelis populi. Hi plangunt culpas infirmantium: Sed dum vident quosdam ad veniam redire, quosdam verò in iniquitate persistere, occulta Dei iudicia obstupescunt, quæ non intelligunt.

Facies ecclesiæ.

✠ PHILIP. à verbis illis *Rugæ mea.* ad hæc: *Terra. &c.* dicta sunt in figura de Christo domino maxime tempore passionis.

l *Et palpebræ.* Palpebræ apellantur, quia ad prouidenda plebiũ itinera vigilant: sed cùm occulta Dei iudicia nec præpositi vigilantes intelligunt, palpebræ ecclesiæ sanctæ caligant.

Palpebræ.

m *Hac passus sum.* A verbis corporis, ad capitis verba vertitur; quia absque iniquitate manus suæ pertulit: *qui peccatum non fecit,*

1. Pet. 2. d.

Et tamen dolorem crucis pro nostra redemptione tolerauit qui solus præ omnibus *mũdas preces* habuit, quia & in ipso dolore passionis pro persequutoribus orauit. Quid enim dici, quid cogitari in prece mundius potest, quàm cum & illis misericordia intercessionis tribuitur, à quibus toleratur dolor?

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et manibus impiorum me tra. *Inquantum ab eis persequi me permisit, & qualiter hoc sit ostendit dicens.*

2 Ego ille quandam opulentus, *id est, dives & famosus.*

3 Repente contritus sum, *Quod non solet communiter accidere, sed à magno statu homo dedicit paulatim. Iob autem repentine decidit à temporali prosperitate, dæmone hoc procurante, & Deo permittente: quod fuit satis grauius quàm si paulatim cecidisset; & signum diuinæ permissionis in speciali, eo quod non sic consueuit fieri.*

4 Tenuit cer. meam. *Loquitur ad modum hominis debilis, cuius caput tenetur à fortissimo cum pro sua voluntate conterente.*

5 Et po. me sibi quasi in sig. *Ad cuius percussion m multa sagitta mittitur, & per hoc innuit Iob multiplices percussiones suas: & idem designat per multitudinem lancearum di.*

6 Circundedit me lã. suis, &c. *Per hoc designat interfectionem filiorum, quæ de lumbis eius egressi fuerant.*

7 Non percussit, &c. *Etiam percutiendo me in proprio corpore, ideo subditur.*

8 Et effudit. *per hoc designans, quod dolor eius sensibilis non tantum erat in superficie corporis, sed etiam penetrabat vsque ad intima.*

9 Conscidit me vulnere, *Quia postquam vulneratus fuerat de filiorum morte, fuit vulneratus in propriocorpore.*

10 Irruit in me quasi gigas, *id est, in tanta fortitudine, quod quasi nihil virtutis remansit in me.*

11 Sac *Hic respondet ad quandam obiectionẽ, quam Eliphaz sibi suprà fecerat cap. præce. dicens.* Nunquid grande est, vt consoletur te Deus? sed verba tua praua hoc prohibent: quid te eleuat cor tuũ? *in quo significauit Eliphaz ipsum Iob remanere in afflictione propter superbiam suam, eo quod non fuerat humiliatus diuina percussione; quod ostendit Iob falsum dicens,* Saccum consui super cutem me. *quod faciebant homines tunc temporis in signum humilationis, & similiter capita sua cinere aspergebant.*

12 Facies mea intu. à fletu. *Quia fletus est signum contritionis & humiliationis, & bene dicit.* Facies mea intu. à fletu., *quia per magnũ fletum multa humiditas resoluitur à cerebro, descendens versus oculos & faciem, & sic inflatur.*

Facies fletu inflatur.

13 Et palpebræ *id est oculi intra palpebras contenti, quia ex magno & continuo fletu visus obscuratur.*

14 Hęc passum. *Postquam Iob ostendit suam persecutionem multiplicẽ, hic consequenter ostendit suam innocentiam dicens.* Hæc passus

MORALITER.

✠ 2 *Ego ille. Nam cùm dives esset, pro nobis egenus factus est.* ij. Corinth. viij. b.

4 *Tenuit cer.* id est, summum pontificem, qui frequenter legitur ductus ad martyrij palmam.

5 *Et po. me qua. si.* Sagittariis, sicut de beato Sebastiano legitur & pluribus aliis.

† *Conuulnera. lum. meos.* id est, prædicatores ecclesiæ, in quibus est potentia generandi filios in ecclesia Dei per prędicationem j. Cor. iiij. d. *In Christo Iesu per euangelium ego vos genui.*

8 *Et effud. in ter. vis. mea.* per quæ significantur matronæ deuotæ de suis facultatibus pauperibus catholicis ministrantes, quæ propter hoc fuerunt martyrizatæ.

9 *Concidit me. vul.* hoc dicitur propter illos, qui in tormentis molles effecti thurificauerunt idolis: & sic ecclesia in eis concisa fuit vulnere culpæ super vulnus corporis. Sed quoniam de talibus aliqui vere pœnituerunt, sicut de beato Marcello Papa legitur, ideo subditur.

11 *Saccum consui, &c. Hæc passus sum absque.* Hoc dicit ecclesia pro membris suis constantibus in tormentis. Et quoniam eorũ

✠ martyria

☞ vnde factum est, vt redemptoris nostri sanguinem, quem persequutores sæuientes fuderant, postmodum credentes biberent, eumque esse Dei filium prædicarent. De quo videlicet sanguine apte subiungitur.

a *Terra ne oper. sang. me.* Peccanti homini dictum est. *Terra es & in terram ibis*: quæ se terra redemptoris nostri sanguinem non abscondit quia vnusquisq; peccator redemptionis suæ pretiũ sumens, cõfitetur ac laudat, & quibus valet proximis innotescit. Terra etiam sanguine eius non operuit: quia sancta ecclesia redemptionis suæ mysteriũ in cunctis iam mundi partibus prædicauit.

b *Neque inueniat in te locum latendi clamor meus.* GREG. Clamor redemptoris nostri est *sanguis redemptionis*, qui à fidelibus sumitur, qui, vt ait Apostolus, melius loquitur quã sãguis Abel: quia sãguis Abel mortẽ fratricidæ petiit, sanguis domini vitã persecutorib. impetrauit. Qui clamor locum latendi inuenit in nobis, si quod mens credidit, lingua tacet.

c *Ecce enim in.* Testis filij pater est, vt in euangelio: *Et qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me.*

d *Et conscius meus.* Quia vna voluntate, vno cõsilio pater eũ filio operatur. Quæ etiã ad corpus referri valẽt: ecclesia nãque patitur hęc mala pro æternis; quę ne de sua resurrectione trepidet, iã eũ in cælo, qui resurrexit ex mortuis, testẽ habet. Qui etiam conscius dicitur, quia naturam nostram non solum creando nouit, sed etiam assumẽdo. Potest etiã nobis singulis hæc vox cõgruere cũ ipso Iob. Omnis enim qui ex eo quod agit terrenas laudes appetit, testẽ in terra quærit: qui autem in suis actibus omniporẽti placere festinat, testẽ se habere in cælo considerat. Sed talis hominum reprehensiones metuere nõ debet. vnde subditur.

a ¶ Solus ad Deum munda preces habuit præ omnibus, qui & in passione pro inimicis orauit.

sus sum absque iniquitate manus meę, cùm haberẽ mũndas

a ¶ Et ideo. ¶ Peccator pretium redemptionis sumens confitetur & laudat.

b ¶ Ne sit otiosum sacramentum passionis, debemus imitari quod sumimus, & prædicare vt aliis innotescat.

a b ad Deum preces. Terra nẽ operias sanguinem meũ, nẽq;

a ¶ Non lateat, quia & siqui negauerunt, quia in passione Deus non apparebat, cælum est testis, &c.

in- c ueniat in te locum latendi clamor meus. †Eccẽ enim in cœ-

a ¶ quia nemo nouit filium nisi pater. Matth. b ¶ Qui testem in cælo habet, si ad hominibus reprehendi-tur, non curet.

d lo tẽstis meus, & †conscius meus in excelsis †Verbõsi amici

a ¶ Sed. b ¶ Vtinam scirem cur hoc mihi, vt sicut audior à Deo, sic audirem quod Deus de me dicit.

e f mei, ad Deum stillat oculus meus. Atq; vtinã sic †iudicaretur vir cum eo, quomodo †iudicatur filius hominis cum

a ¶ Ideo dico, vtinam, de re quæ non est, quia.

g † collega suo. Eccẽ enim † breues anni transeunt, & semitam per quam non reuertar, ambulo.

a ¶ Solus ad Deum munda preces habuit præ omnibus, qui & in passione pro inimicis orauit. 1

b ¶ Ne sit otiosum sacramentum passionis, debemus imitari quod sumimus, & prædicare vt aliis innotescat.

a ¶ Non lateat, quia & siqui negauerunt, quia in passione Deus non apparebat, cælum est testis, &c. 2

b ¶ Qui testem in cælo habet, si ad hominibus reprehendi-tur, non curet. 3

a ¶ quia nemo nouit filium nisi pater. Matth. 4

b ¶ Vtinam scirem cur hoc mihi, vt sicut audior à Deo, sic audirem quod Deus de me dicit. 5

a ¶ Sed. 6

a ¶ Ideo dico, vtinam, de re quæ non est, quia. 7

8

9

c *Verbosi amici mei.* Eod. cap. Cũ verbosi amici sũt. i. cum & ipsi derogant qui in fide sociantur, ad Deũ necesse est vt oculus stillet, quatenus nostra intentio tota in amoris intimi cõpunctione defluat, & tantò se ad interiora erigat, quantò per exteriora opprobria intus redire cogitur.

f *Atque vtinam, &c.* Eod. cap. Peccatores quidẽ nos esse semper agnoscimus, sed tamen in flagello positi pro quo magis peccato flagellamur, ignoramus, & nos discutimus, vt si quomodo possumus, causam percussionis inuenire valeamus. Et est sensus: Sicut qui cũ collega suo ad iudicium accedit, & quod sentit dicit, & quod contrà dicitur agnoscit: sic omne quod de me ad te dicitur, audirem. Sed quia hoc in præsenti fieri nequit, de cęcitate quidem vitæ præsentis gemit, sed tamen de eius breuitate se consolatur.

g *Ecce. n. breues anni trã.* Eod. cap. Omne quod trãsit breue est, in mortis autẽ semita per quã non reuertimur, ambulamus, nõ quod ad vitam resurgendo non reducamur; sed quia ad labores huius vitæ mortalis, vel ad acquirenda laborib. præmia iterũ nõ venimus.

NICOLAVS DE LIRA.

Philos. sus sum absq; iniquitate manus meæ. *i. operis mei, quod per manũ designatur, quæ est organum organorum, vt habetur iij. de Anima. hoc autem dixit Iob, non ad sui iactantiam, sed ad veritatis declarationem, & amicorum suorum confutationem: qui non poterant ostendere ex operibus Iob præteritis, quod demeruisset percuti tot & tantis plagis, & quia possent dicere, licet non possimus ostendere opera tua mala commissa: tamẽ illud quod omisisti, Deum colere, tanquam ingratus de eius beneficiis, hoc demeruit, ideo Iob dicit excludens hac obiectionem.*

1 Cum haberem mundas ad Deum, *Ipsum debitè venerando.*

2 Terra ne ope. *Terram autem apellat amicos suos, qui felicitatem suam ponebant in terrena prosperitate, illo modo loquendo, quo dicit Augustinus.* Si aurum diligis aurum es; *ipsi autem nitebantur operire sanguinem Iob. id est, eius afflictionem, dicentes quod erat punitus pro culpa: & sic non habebat iustum titulum conquerendi de hoc coram Deo ad declarationem suæ innocentiæ, & quia posset dici Iob*, tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum: *ideo inuocat diuinum testimonium, dicens.*

3 Ecce enim in cæ. test. me. *qui est testis cordium: ideo subditur.*

4 Et conscius meus. *quia scit secreta conscientiæ, licet autem nullus per se posset scire se carere mortali peccato, tamen hoc aliquando viris sanctis conceditur ex diuina reuelatione, & sic videtur fuisse de Iob, propter quod sic confidens inducebat eum testem, non ad suiiactantiã, sed ad gloriam Dei, & veritatis declarationem.*

5 Verbosi. *Hic consequenter Iob ostendit consolationis sibi promissæ vanitatem. Vt enim patet ex suprà dictis, amici Iob promittebant ei reditum ad felicitatem terrenæ prosperitatis, si se emendaret, quam promissionem Iob pro nihilo habebat, di.* Verbosa. m. *in hoc, supple, quod promittunt mihi.*

6 Ad Deum stil. ocu. m. *ab eo expectãdo remunerationẽ in futuro.*

7 Atq; vti. sic iu. vir cũ eo, quomodo iudi. fil. hom. cũ col. suo. *Sic autem iudicatur homo cum homine cõpari suo, quòd causa vtriusque proponitur manifestè, per hoc ergo dicit Iob, se desiderare, quod causa quare sic Deus ordinauerat eum affligi, esset manifesta sicut afflictio sua: vt per hoc ordo diuinę sapientiæ appareret, flagellando iustos in præsenti ad augmentum felicitatis eorum in futurum; ac per hoc amici Iob, qui hoc negabant, ab errore suo resilirent, qui felicitatem hominis in hac vita ponebant, quod etiam vlterius remouet.*

8 Ecce enim bre. an. trã. *vitæ humanæ, quæ est valde breuis. q. d. in re tã instabili, & parui momẽti, nõ potest esse vera felicitas hominis*

9 Et semitam per quam non re. am. *quia homo à pueritia per iuuentutem, & alias ætates, transit ad senium, sed inde non reuertitur ad ætatates præteritas.*

MORALITER.

✠ martyria sunt solenniter celebranda, subditur.

2 *Terra ne operias sanguinẽ meũ.* id est, ne taceas laudes martyrũ.

3 *Ecce enim in cæ. testis me.* Sicut enim martyres Dei testes fuerunt in terris, sic Deus testis eorum est in cælis. Et quoniam tale testimonium habens non curat de verbis humanis, subditur.

5 *Verbosi ami. & c. oculus me* id est tota intentio mea.

7 *Atque vti. sic iu. & c. cum col. suo.* id est, sic familiariter posset loqui cum eo. Et quoniam sancti hoc obtinent post hanc vitam, quæ breuis est, ideo subditur.

8 *Ecce enim breues anni transeunt.* sed vlterius ad præsentiam domini transibo.

ADDITIO I.

In cap. xvj. vbi dicitur in postil. Aut aliquid tibi molestum est.

Hoc quod dicitur. Aut aliquid tibi molestum est ti loquaris. *secundũ sanctũ Tho. aliter exponitur, sic. s. vt in hoc ostenderet Iob, quod non erat paritas in vtraq; parte in hac disputatione: nam anima Iob absque molestia loquebatur in suam calumniam, & hoc dicit:* Nũquid aliquid molestũ tibi est si loquaris? *q. d. si tibi esset molestũ, sicut mihi qui patior calumniã, non tamẽ te extenderes in locutione. Consequenter vbi dicitur:* Vtinam esset anima vestra pro anima mea. *attẽdendũ est quod in Heb. ponitur quædam dictio, quæ vno modo habet significationem optatiuam, & sic idem significat quod in translatione nostra. s.* Vtinam esset anima vestra pro anima mea. *& exponitur prout in postilla. Alio modo significat simplicem conditionem dicens:* Si esset anima vestra pro anima mea: *secundum quod intelligitur, quod Iob non appeteret afflictionem amicorum aliquo modo: sed solum dicit, quod si cõtingeret eos esse in tali afflictione, cõsolaretur eos libẽter.*

ADDITIO II.

In eod. cap. xvj. vbi dicitur in postilla: Terra ne operias sanguinem meum.

Cum sanguis innocẽtis effunditur, secundũ modum loquendi sacræ scripturæ, illi dicuntur operire sanguinem eius, qui culpam occidentium occultant: sicut dicebat Iudas fratribus suis, Gen. xxxvij. c. Quid prodest si occiderimus fratrem nostrũ, & operiamus sanguinẽ eius? *i. occultemus culpam nostrã, & ideo Iob in hoc quòd dicit:* Terra ne operias sanguinem meũ, *videtur petere quòd afflictio sua non operiatur, sed declaretur, si pro culpa sua fuerit. Consequenter in hoc quod dicit:* Nec inueniat in te locum latendi clamor meus: *intelligitur petere, quod iusta conquestio sua, qua significatur per hoc, quod dicitur:* Clamor meus non inueniret in terra locum latendi. *f. vt ex terrena fragilitatis conditione, non videatur iniustè conqueri, quasi pro culpa punitus. vnde Gen. iiij. b.* Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *Nam cùm alicuius sanguis absque culpa funditur*

eius iusta querela quasi clamat de terra, &c.

ADDITIO III.

In eodem cap. xvj. dicitur in posti. Verbosi amici mei.

Vbi translatio nostra habet, Verbosi: *Hebraica litera habet quandam dictionem, quæ propriè significat*, interpretes. *Eadē enim dictio ponitur hic, & Gen. xlij. vbi dicitur, quod interpres erat inter Ioseph & fratres. & est sensus: quia Iob vocabat aduersarios suos, quos dicebat amicos, per antiphrasin, interpretes suos, eò quod interpretabātur verba sua non verè, sed ad sinistram partem. Ex hoc enim quod Iob promissiones amicorum temporales ad nihilum reputabat, interpretabātur eum diuinas consolationes spernere. Vnde in præcedenti capitulo dicebat sibi Eliphaz secundum veram literam*: Nunquid parum tibi est si consoletur te Deus? *Sed quia talis interpretatio erat falsa, ideo subdit* Ad Deum stillat oculus meus, qui mentem meam respicit, *de quo statim suprà dixerat*; Ecce in cælo testis meus.

CAP. XVII.

a *Spiritus meus attenuabi.* GREG. Attenuatur spiritus electorum timore iudicis, & si quas in se carnales cogitationes inueniunt pœnitentiæ ardore consumunt. Spiritus autē iniquorum per tumorem elationis crassescit.

Lib. 13. cap. 10.

Ibid. ✠✠ Reproborum mētes idcirco multa nequiter agūt, quia hic se viuere diutius arbitrātur: Iusti verǽ, dū breuitatem suæ vitę considerant, elationis & inimunditiæ culpas declinant qui. n. considerat qualis erit in morte, semper sit timidus in operatione; atque vnde in oculis suis iā quasi nō viuit, inde veraciter in oculis sui Cōditoris viuit.

B †corruptus est.

b *Et solū mihi supersest se.* Penè mortuum se considerat, quia moriturum se minimè ignorat. vnde sequitur.

C †Pone quæso sub. pignus, fideiussorē da mihi tecum. quis est qui manū meā rangēs polliceatur? vel. Etiā si voles sponsorem pro me quis pro me ponderet?

a ¶ Ideo, vt electi spiritum attenuent. propinquum sibi exitum suspicantur, considerantes breuitatem vitæ.

b ¶ qui considerat qualis erit in morte, semper est timidus in operatione. Vnde: In omnibus memorare nouissima tua, & non peccabis in æternū. Eccle. 7. d. vnde etiam iste dicit, non peccaui.

a ¶ Culpam non feci, & flagella suscepi, non quod prorsus sine peccato, sed non hæc merui?

Spiritus meus †attēnuabitur, diēs mei breuiabuntur, & solùm mihi supersest sepulchrum. †Non peccāui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. †Libera me, & pone me iuxta te, & cuiusquis manus pugnet contra me. †Cor eorum lōnge feciſti à disciplinā, propterea non exaltabuntur. †Prędā pollicetur.

a ¶ Disciplina est in omnibus quæ pro peccato intulit Deus, à qua longe est cor eorum, & si corpus sub ea.

a ¶ Longe esse, vt erant, permisisti.

Ipse etenim non peccauit in cogitatione vel opere: ipse in amaritudine moratus est per passionem, ipse liberatus est per resurrectionem, ipse iuxta patrē positus est per ascensionem, quia perfectus in cælum sedet ad dexteram Dei.

D Ibid.

d *Libera.* per resurrectionem.

e *Pone me iuxta te.* per ascensionem; Pòst quia Iudæa commota est in discipulos, addit:

f *Cuiusuis ma.* Quia iam frustra agunt cōtra eum, qui sedet in cælo.

E

g *Cor eo. Ion.* Si enim disciplinæ custodiam nossent, nequaquam redemptoris prę cepta contemnerent.

Ibid. cap. 11.

F

h *Propterea nō.* Qui enim per disciplinam minimè custodire vitam student, semper per desideria in imis iacent, nec mentem ad spem cælestis patriæ erigunt.

Ibid. † Qui cordi eorū occultasti intellectum. Idcirco nō exaltabis eos. † Blanda: Ibid. cap. 12.

i *Prædam pollicetur, &c.* Ad caput malorum, diabolum. s. sententiam conuertit, cuius *socij* sunt apostatæ angeli, qui cum eo ceciderunt. *Filij*, sunt homines peruersi, qui de eius praua persuasione in malitiæ operatione generātur. *Prædā* igitur *sociis pollicetur*, quia malignis spiritibus animas prauorum promittit in finerapiendas.

☞ a *Oculi aliquibus peccatis, tamen non erat tanti ponderis, quòd propter ipsa infligeretur sibi pœna tam grauis, de qua subditur.*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XVII.

1 Spiritus meus attenua. *Postquam sanctus Iob verba Eliphaz increpatoria excluserat, hic consequenter principale propositum declarat, scilicet de futura iustorum remuneratione: & primò ostendit propositum, secundò concludit intentum, ibi*: Igitur. *Circa primum, ponitur primò expectatio futuræ remunerationis, secundò ponitur circa amicos Iob defectus huius cognitionis, ibi*: Cor eorum. *Primum autem ostenditur per breuitatem vitæ humanæ & calamitatem, cui subditur: ex quibus sequitur, felicitatem hominis in futuro expectandam, sicut & frequenter suprà dictum est. Iste enim liber Rhetoricus est, & ideo eadem sententia sub. diuersis verbis & similitudinibus frequenter replicatur. Item procedit per modum disputationis; In eadem autem disputatione frequenter multiplicantur argumenta per varia verba, licet argumentorum non sit vis diuersa, Sic in proposito Iob per breuitatem & miseriam vitę humanæ frequenter probat expectationem felicitatis futuræ, & hoc est quod dicit* Spiritus meus attenuabitur, &c. *Vita enim humana continuatur per vitales spiritus egredientes à corde, qui in senectute debilitantur, & tandem deficiunt: & sic vita terminatur ideo subditur.*

Diuisio.

2 Et solum mihi supereſt sepulchrum. *Quasi diceret: In tantum senui & debilitatus sum, quòd non habeo expectare prosperitatem præsentis vitæ, sed tantum sepulturam, ideo subditur.*

3 Non peccaui. *Licet enim præsentem vitam non transisset absque aliquibus dolus in ore eius.*

4 *Et in amaritudinibus moratur oculus meus.* In sua benedicta passione pro nostra salute,

5 *Libera me.* In mea resurrectione,

6 *Et pone me iuxta te.* In mea ascensione.

7 *Et cuiusuis manus pugnet contra me.* q. d. non poterit præualere. Psal. cix. a. *Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

8 *Cor eorum longè feciſti à disciplina.* Cor enim Iudæorum Christum persequentium à disciplina Christiana fuit elongatum.

9 *Propterea non exal.* sed deprimentur: quod fuit impletum per exercitum Romanorum.

10 *Prędam pollicetur so.* scilicet Iudæa de Christianis, vt legitur Act. viij. & ix.

MORALITER.

✠ 1 *Spiritus meus attenuabi.* Sicut suprà dictum est, Iob tenet typum catholici doctoris: Christus autem doctor est principalis. matth. xxiiij. a. *Vnus est magister vester Christus*: ideo verbum Iob allegoricè de Christo potest exponi, cum dicitur: Spiritus meus attenuabitur. Ex laboribus enim & afflictionibus, quas Christus sustinuit, maioris ætatis videbatur quàm esset, propter quod sibi dictum fuit Iohan. viij. g. *Quadraginta annos, &c.*

† *Dies mei breuia.* quia xxxiij. anno passus fuit, secundum communius dictum.

2 *Et solum mihi supereſt sepulchrum*, Christus enim, præter sepulturam, nihil habuisse legitur pretiosum, vt impleretur verbum Esa. xj. c. *Et erit sepulchrum eius gloriosum.*

3 *Non peccaui.* j. Pet. ij. d. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus*

☞ 1 Et

✠ 3 *Posuit*

A a *Oculi filiorum eius de fi.* GREG. Quia intentiones hominum ad sola terrena speranda excitat, non autē praui amoris intētio permanet, quando & hoc quod amat, cōstat sub celeritate deficere. Vel, *socios* eius dicit homines crudelissimos quosque: *Filios* quorum adhuc prauitas augetur. vt illos iam velut ex merito malitiæ, diabolus quasi *socios*, habeat, qui iam non habeant in perditione quo crescant: istos B autē quasi *filios*, quos promissionibus lactat vt ad peiora proficiant *Sed oculi filiorum eius deficient*, quia prauorum intentiones cadunt: cum omne quod hic appetūt, deserunt; & illic, quod doleant, sine fine patiuntur.

b *Posuit me.* Omnis qui flagello percutitur, quasi in prouerbium vulgi ponitur & in exēplum: quia stultus quisque, dum cuiquam maledicere appetit, ex eius similitudine maledictionem sumit, quem percussum temporaliter videt, eamque pœnam suo optat aduersario quam euenisse conspi- C cit iusto.

(Li. 13. c. 12.)

† amicis sed

† abominatio coram ipsis sum. Quidā sic vertunt; & in igne gehennæ antea sum. i. igni gehēnæ ante mortem meam adiudicatus sum. quod non contingit aliis hominib⁹, qui post mortem non antea, gehennæ, adiudicantur,

a ¶ Ita vnum corpus sunt diabolus & omnes iniqui, vt nomine capitis corpus censeatur, & econuerso: & ideo hic à multitudine ad singularitatem redit.

a † sociis, & oculi filiorum eius deficient. Posuit me quasi in 1
a ¶ Quia secretum Dei non penetrat. 2
b c prouerbium vulgi, & † exemplum sum coram eis. Caliga- 3
¶ Infirmitatis. 4
d uit ab † indignatione oculus meus, & membra mea † quasi 5
a ¶ Aperit planius quod dixit, Caligauit, ad indignationem. b ¶ Qui & si aliis non nocet, perfecta agere non valet: & gloriæ simulatoris inuidet, quia nondum omnia perfecte despicit.
e in nihilum redacta sunt. Stupebunt iusti super hoc, & inno- 6
f cens cōtra hypocritam suscitabitur. Et tenebit iustus viam. 7 8
g h suam, & mūdis manibus addet fortitudinem. Igitur oēs vos 9
a ¶ Fide, vel à malo. b ¶ Opere, vel bene agendo. c ¶ Vtinam.
i k conuertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum sa- 10
a ¶ Quia. ¶ Post quietis otia persecutio redit & cum felicitas transit, cura terrenæ dispositionis, quæ aliquo modo ab æternis retrahit, in electis cessat. ¶ Proponit se exemplum
l pientem. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ 11
a ¶ Qui cælestia petit, torqueri se dicit, dum de imis agere cogitur: vnde aduersitatem lætitiæ ducit propter quietem cordis: & hoc est: Noctem verterunt in diem. 12
m sunt, † torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem 13
14

† vel præ dolore.

† vniuersa sunt sicut vmbra.

† cogitationes cordis mei.

c *Caliga. ad indi.* Ab indignatione oculus caligat, quando ipsi qui in ecclesia lumen veritatis habent, peruersos contra innocētes præualere conspiciunt: quia de occulti iudicij admiratione turbantur. Sed cùm iusti ad indignationem caligant, infirmi plerunque vsque ad infidelitatem corruunt. vnde sequitur:

(Ibid.) d *Et membra mea qua. in nihi.* Membrorum nomine teneritudo exprimitur infirmorum, qui dum peruersos prospiciunt florere, iustos cruciari, bona se inchoasse pœnitent, atque ita ad agenda mala citius recedunt, ac si eorum vitæ nocuerit bonum, quod inchoauerunt.

(cap. 14.) e *Stupebunt iusti super hoc.* Hoc est quod dixerat *caligauit ad indignationem oculus meus.*

(ibid.) f *Et innocens contra hypocritam su.* Cōtra hypocritam suscitatur innocens perfectus, quando hunc cum suo flore contemnit, eumque prædicando quæ recta sunt, despiciendum esse cæteris denuntiat. D

g *Et tenebit iustus viā suam.* Quia considerato hypocritâ dum illum ex peruersa voluntate obtinere ea quæ mundi sunt intuetur, ipse ad amorē cælestium robustius stringitur. Sciēs, quia bonis desiderijs prœmia æterna non deerunt: dum & prauis & duplicibus cordibus bona temporalia non negantur.

h *Et mundis manibus addet fortitudinem.* Quia videns peruersorum terrenam gloriam, tantò amplius E temporalia despicit, quanto hæc habere etiam malos cernit. Quàm enim despiciēda sint cōsiderat, quæ De⁹ omnipotens etiam peruersis præstat: si enim principaliter magna essent, nequaquam hæc conditor aduersarijs suis tribueret. Vnde & indignum sibi esse perpendit, vt illa bona appetat, F quæ abundare conspicit & malis: sed ad percipienda cælestia mentem suam dirigit, quæ sibi cum reprobis communia esse non possunt.

i *Igitur omnes vos.* Postquam exteriores prouectus malorum, bonorum verò interiores intulit, exhortatur electos, vt conuertantur, deserendo mala, & veniant, bona faciendo.

k *Et non in vo.* Conuersionem eorum desiderans exoptat, ne vllū sapientem in eis inueniat, acsi dicat: Stulti esse apud vos discite, vt in Deo verè esse sapientes valeatis.

(Cap. 15.) l *Dies mei transi. Dies*, prosperitates: *Cogitationes cor torquentes*, curam terrenæ felicitatis dicit: quæ quantò grauius electos prèmunt, tantò subtilius à iudice rationes de ipsis cogitant exquiri. hæ cogitationes cum ipsa terrena felicitate dissipantur.

(ibid.) m *Noctem ver. in diem.* Dissipatæ cogitationes *noctem in diem* vertūt, quia iustis nonnunquā amplius placet ex aduersitate mala perpeti, quam ex prosperitate terrenæ dispēsationis cura fatigari.

☞ 1 *Et*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et oculi filiorum eius, *Qui sunt imbuti ab eo suo errore,*

2 Deficient, *A vera beatitudinis consecutione.*

3 Posuit me quasi in prouerbium vulgi; *Ex dictis enim Eliphaz, qui dicebat Iob punitū pro suis peccatis, sequebatur, ꝙ Iob inter vulgares in prouerbiū poneretur, vt quando aliquis malus à prosperitate deijceretur, communiter diceretur: Accidit isti sicut & Iob: & ad idem pertinet quod sequitur:* Et exemplum sum coram eis.

4 Caligauit ad indignationem oculus meus. *Postquam Iob ostēdit amicorum ignorantiam, hic consequenter circa hoc ostendit suam displicentiam, quia plus debet displicere defectus amici in sapientia, quam in pecunia: & ideo dicit:* Caligauit ad indignationem oculus meus. *Tristitia enim & ira quæ est per zelum, quamuis non excedit animum, tamen ipsum turbat secundum Greg.*

5 Et membra mea quasi in nihilū redacta sunt, *Quia ira & tristitia, quæ sunt in mente, redundant in corpore.*

6 Stupebunt iusti super hoc. *Videlicet quod homines tā literati, sicut erant amici Iob, tanto errore essent decepti.*

7 Et innocens contra hypocritam suscitabitur. *Quia ira, quæ est per zelum veritatis, excitat innocentes ad insurgendū contra fictionem falsitatis.*

8 Et tenebit iustis viam suam, *Quia propter errorē magnorum, illi, qui sunt firmi & stabiles in virtute, nō dimittunt viā iustitiæ: sed magis excitātur ad opera perfectionis maioris, Ideo sequitur:* Et mūdis manibus addet fortitudinem.

9 Igitur omnes vos conuertimini; *Hic ex prædictis Iob concludit intentum; intendebat autem Iob duo: Vnū erat: quod amici sui ab errore reuocarētur, & quantū ad hoc dicit,* Igitur omnes vos conuertimi & venite, *recedendo ab errore, & veniendo ad veritatem,*

10 Et non inueniam in vo. vllum sapientem, *quantum ad illud ꝙ de felicitate humana tenetis, s. quod sit in terrena prosperitate. quod est à vera sapiētia deuiare, cuius est omnia opera in finem optimū & vltimum ordinare; Secundū, quod intēdebat Iob declarare, erat quod felicitas hominis non erat in hac vita, sed in futura expectanda, & quantùm ad hoc dicit:*

11 Dies mei trans. *q. d. in hac vita nō est mihi felicitas expectanda.*

12 Cogitationes meæ dissipatæ sunt. *i. impeditæ à cōtemplationis diuinæ dulcedine propter acerbitatem afflictionis meæ.*

13 Torquentes cor me. *Id est retorquentes ipsum à contemplatione primæ veritatis, ad considerandum magnitudinem meæ calamitatis.*

14 Noctem ver. in di. *auferentes mihi somnum, & inducentes vigiliam, sicut solet fieri de die. ideo subditur:*

1 Et

MORALITER.

3 *Posuit me quasi in prouer.* Greg. *Omnis qui flagello percutitur, in prouerbium vulgi ponitur:* quia cum maledicitur alicui, dicitur: Sic accidat tibi sicut illi.

4 *Caligauit ad in. &c.* In persecutionibus Christianorum aliqui etiam literati aliquando turbantur, de quibus dicitur: *Caligauit ad indignationem oculus meus.* Ecclesiæ oculi sunt homines literati; & aliqui infirmi franguntur, de quibus dicitur:

5 *Et membra mea qua.* Greg. *Nomine membrorum exprimitur teneritudo infirmorum.*

6 *Stupebunt iusti super hoc.* De patientia Dei, quæ sic permittit fideles deprimi.

7 *Et innocēs cōtra hypoc. susci.* i. de eius tēporali prosperitate mirabitur: quia tamen per hoc ab innocentia non recedit, subditur,

8 *Et tenebit iustus viam suam, & mū. ma. &c.* Iusti etiam optant impiorum conuersionem: ideo subditur:

9 *Igitur omnes v. conuertimini*; à malo,

10 *Et ve.* ad bonum.

10 *Et non in. in vo. &c.* Omnis enim qui sic conuertitur, se fuisse fatuum confitetur.

11 *Dies mei transierunt*, Impetus enim tribulationis impedit claritatem contemplationis, propter quod ecclesia tribulata dicit: *Dies mei transierunt.* id est, meditationes clariores.

12 *Cogitationes meæ dissipa. sunt.* id est, versæ ad diuersa.

13 *Torquentes cor meum.* i. ipsum retrahentes à clara meditatione diuina.

14 *Noctem verterunt in diem.* inducentes me ad vigiliam, quæ magis pertinet ad diem.

a *Et rur. post ten.* GREG. Lux post tenebras speratur: quia post noctem vitæ præsentis æternum lumen prospicitur.

Sed ecce quia auctoris nostri gratia redẽpti sumus, hoc iam cęlestis muneris habemus, vt cũ à carnis nostræ inhabitatione subtrahimur, mox ad cælestia præmia ducamur: Quia dum conditor ac redemptor noster claustra inferni penetrans electorum exinde animas eduxit, nos illò ire non patitur, vnde iam alios descendẽdo liberauit. Hi verò, qui ante eius aduẽtum in hunc mundum venerunt, quantãlibet iustitię virtutem haberent, ex corporibus educti in sinu cælestis patriæ statim recipi nullo modo poterant: quia necdũ ille venerat, qui inferni claustra sua descensione solueret, & iustorum animas in perpetua iam sede collocaret.

†luce propinquam à facie tenebrarum. Quidam subaudiũt, absorpta est, & legũt lux propinqua facie tenebrarũ absorpta est.

a ¶ quia vicissim prospera & aduersa alternant. ¶ Sed &.

b † & rursum post tenebras spero lucem. † Si sustinuero, infer-

a ¶ Quia nondum venit, qui educat. b ¶ Quia nondum videt ibi speciem creatoris.
c ¶ Sed quia hoc ex pœna infirmitatis venit ipsam infirmitatem subdit.

c nus domus mea est, & in tenebris straui lectulũ meum. † Pũtredini dixi: Pater meus es, mater mea, soror mea vermi-

a ¶ In his languoribus vel doloribus. b ¶ Exprimit desiderium ardens.

d bus. Vbi est ergo nunc præstolatio mea, et † patientiam meã

a ¶ Dilationis damna subdit, quod dixerat, voce doloris ingeminat.

e quis considerat? † In profundissimum infernum descendẽt

a ¶ Omnia id est, anima, quia ibi totus est, vbi sentire potest quod recipit: vel, omnes labores, omne quod egit, vnde ibi merces. Vnde subdit. b ¶ Sed. ¶ Hoc non tam pro se quam vt nos timere faciat dicit.
¶ Sine iudicio mentis quod tu habes. c ¶ Hoc se desiderare, sed dubium esse ostendit.

f omnia mea. Pũtasne saltem ibi erit rẽquies mihi?

videlicet mater & soror vermes sunt: quia ex natura corruptibili & consuetudine peruersa cogimur, vt quasi quibusdã vermibus sic inquietis cogitationibus in mente fatigemur.

d *Vbi est ergo nunc præsto. mea.* Præstolatio iustorum, Christus; quem quandoque venturum nouerant, sed venire citius quærebant: vnde hîc additur, nunc:

e *Et patientiam meam quis considerat?* Patiẽtiam iustorum Deus considerat; sed quasi non considerare dicitur, ad votum desiderij minus citius apparere: & in prolixiora tẽpora dispẽsationis suæ gratiam differre.

f *In profundissimum inferni descendent omnia mea.* Antè mediatoris aduentum Iob in infernum descensurus erat: Sed quomodo in profundissimũ? An superiora loca inferi, profundissimum infernum vocat? Nam quantum ad celsitudinem cæli, aër iste infernus est; quantum ad eiusdem aëris altitudinem, terra quæ inferius iacet, & infernum intelligi & profundum potest; Quantum verò ad altitudinem terrę, illa loca inferni, quæ superiora sunt aliis receptaculis inferni, hoc loco profundissimum infernum dicit. Omnia autem sua illuc descendere dicit, quò sola anima eius descensura erat: quia quod ex se in terra deserit vsquequo ad incorruptionem redeat, se non esse sentit. Vel, in inferno omnia descendunt, quia laborum omnium retributio adhuc in sola inferni quiete recipi præstolabatur.

g *Putasne saltem ibi erit requies mihi?* Pensandum est quis nostrũ de requie securus sit: si de ea trepidat & ille, cuius virtutis præconia & ipse iudex qui percutit, clamat.

D

Ibid.

Ibid.

† Etiam diu expectauero. Infernus profundissimus quis qualiterve dicatur.

E

† Foueæ vel, corruptioni. † præstolationem.

Ibid. Iusti in limbo ante Christi aduentum.

F

Ibid.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA

1 Et rur. post te. spe. lu. *Id est, cum desiderio expecto. Et quia amici Iob dicebant ipsum reuerti ad terrenam prosperitatem, & specialiter si sustineret patienter, ideo hoc excludit dicens:*

2 Si sustinuero, *prædicta patienter,*

3 Infernus do. mea est. *i. sepultura intra terram, quia non expecto vltrà felicitatem terrenã. Et propter illud quod hic dicitur de inferno, sciendum quod in hoc loco & in alijs locis huius libri cõmiter pro inferno ponitur* שאול *Seol in Hebræo: quod apud Hebræos frequenter accipitur pro fossa vel sepulchro. & ideo subdit:*

4 Et in tene. straui *Ille enim qui sepelitur, quasi in stratu sub terra ponitur, quæ est tenebrosa.*

5 Putredini di. *quia post mortẽ resoluitur homo in putredinem. & inde vermes oriuntur, & sic habent quandam affinitatẽ & propinquitatem ad hominem mortuum: sicut pueri habent propinquitatem cum parentibus, & econuerso, & etiam inter se.*

6 Vbi est ergo nũc præsto. mea. *i. expectatio felicitatis, quam mihi promittunt amici in hac vita? q. d. nulla est: & per consequens est in futuro expectanda à Deo. vnde subditur:*

7 Et patientiã meam quis con. *s. ad remunerandum. q. d. nullus. secundum opinionẽ amicorum meorũ felicitatem futuram negantium. Et ex hoc sequitur, quod Deus non habet prouidentiam de humanis actibus, quod est inconueniens etiam secundũ amicos Iob: & ideo ducẽdo eos ad hoc inconueniens, cõcludit felicitatem hominis in futuro expectãdam à Deo. Et quia amici Iob dicebant felicitatem aliquo modo inesse homini post mortem, inquantum remanet in memoriam hominum vt patet ex supradictis: ideo Iob excludit hoc dicens.*

8 In profũ. infer. de. omnia mea. *i. quicquid ad me pertinet ponetur in terra per sepulturam, secundũ errorem amicorum Iob, negantiũ animæ immortalitatem.*

9 Putanes saltẽ ibi erit requies mihi. *i. aliquid pertinẽs ad felicitatem meã? q. d. hoc dicere est valde ridiculosũ: cũ corpus mortuũ nullũ habeat sensum, nec percipiat aliquid de his quæ fiunt, vel dicunt extra pertinentia ad laudem hominis mortui vel vituperium: & ideo Philosophus j. Ethicorum reprobat opinionem dicentium hominem verè dici felicem post mortem, eo modo quo dicebant amici Iob.*

☞ CAP.

MORALITER.

✠ 1 *Et rur. post tenebras,* tribulationis,

2 *Spero lucem.* diuinæ consolationis. Tobiæ iij. d. *Post tẽpestatem tranquillũ facis, & post lahrymationẽ & fletum, gaudium & exultationẽ infundis.* Et quoniam tempore Iob per tolerãtiam aduersorum, sancti non admittebantur ad regnum, subditur:

3 *Si su. in. do. m. est.* id est, limbus sanctorum patrum, vbi erat carentia diuinæ visionis, & ideo subditur:

4 *Et in tene. stra. le. meum,* quantũ ad statum animæ: & subditur de corpore:

5 *Putredini di. pa. m.* Sicut enim istæ personæ propinquæ sunt adinuicem, sic corpus mortuum, fœtor, vermis, & horror, habẽt quandam consequentiam.

6 *Vbi est ergo præsto. mea:* id est, expectatio, pro tempore nunc Christi passionem præcedente. q. d. non est in cælo.

7 *Et patientiam meam quis consi.* s. ad imitandum. q. d. pauci.

8 *In profund. infernum de. omnia.* id est, in limbum, qui dicitur profundissimus infernus respectu aëris caliginosi, qui dicitur carcer vel infernus dæmonum.

9 *Putasne saltem.* q. d. erit in parte, s. à pœna sensibili: sed non quies perfecta quæ consistit in adeptione & fruitione summi boni.

ADDITIO

In cap. xvij. vbi dicitur in postil. Non peccaui, &c.

In hoc loco, vbi dicitur in translatione nostra: Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus, *Hebraica litera multũ distat. Dicit enim sic:* Si non mẽdaces mecum, & in amaricando me moratur oculꝰ meus: *& est sensus, q. Iob in his verbis cõquerebatur de amicis suis, qui secum erãt, de quibus dicit:* Si nõ mẽdaces mecũ, *qui per mendacia ipsum improbantes in amaritudinem ducebant eũ, intantũ quod oculꝰ eius morabatur cõtinuè in afflictione; de quo dicit:* Et in amaricando moratur oculus meus; *& vt ab ista persecutione amicorũ euaderet, subdit petẽdo:* Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. *q. d. sic possum ab impugnatione seu insultu continuo istorum euadere; & vt ostendat impugnationem istorum cõtra eum esse iniustam, subiungit:* Cor eorum longè fecisti à di. &c.

REPLICA. In cap. xvj vbi dicitur. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus: *hanc nostram translationem concorditer exponunt doctores & sancti & alij: Sed Burg. secundum Hebraicam literam, quod debeat sic stare:* Si non, mendaces mecum. & in amaricando memoratur oculus meus. *Quod exponendo non bene continuat sensum litera: & non est verisimile quod postillator in lingua peritus tantam varietatem dissimulauerit & non viderit. Nec verisimile, quod beatus Hieronymus tantam orationem transferendo variauerit. Cõtingit enim aliquando propter æquiuocationem vel alias propter dictionum similitudinem variare verbum: prout sæpe postillator notauit in opere suo de differentia translationis nostræ & Hebraicæ veritatis: vbi in hoc loco nullam posuit differentiam. Iudicet igitur de illo qui vult.*

✠ *MORAL.*

CAP. XVIII.

A a *Respondens, &c.*

Lib.14. Cap.2. b *Vsque ad q. fi. ver. ia.* GREG. Beatum Iob in superbiã astruit erupisse, quem fatetur verba iactare.

c *Intellige prius.* Signat quanta elatione tumuerat, qui Iob loqui quod nõ intelligeret, putabat.

Ibid. c *Quare reputat. sum.* Humanæ mentis est propriũ, hoc sibi fieri suspicari, quod facit. Arbitratur enim se

B despici, qui bonos despicere cõsueuit: & ex suspicione contẽptus

†Rapiens animã suã in ira sua. ad indignationẽ prosilit, & contumelias ingerit.

d *Quid perdis ani. tu.* Reprobi zelũ rectitu-

†Certe. dinis, vel spiritualem gratiã sanctæ prædicationis, insaniã furoris æstimãt: quo perire fideliũ aïas arbitrãtur.

C †vel potentię aut diuitiarum. e *Nunquid prop. te dere. ter.* Ecclesia dicit, quod nõ nisi in se veraciter colatur Deus: & ibi tantum sit salus. †proiiciet vel destituet. At contrà hæretici: si hoc est verum, omnis terra à Deo est derelicta, quam nos multi vbique incolimus. Quasi; extra te est nobis Deus & salus. Vel: *Nũquid pro. te.* i. vt quisquis extra te fuerit, minimè saluetur?

f *Et transferentur ru. &c.* Rupes, hæretici vocant, quos sublimibus excedere sensibus æstimant: quos propter vocem ecclesiæ negant de loco proprio transferri, quoniam tales humilibus consentire renituntur. Reprobi aduersa ecclesiæ videntes, in arrogantiam iustitiæ eriguntur, quasi iusti pro culpa patiantur. Vnde iste flagellis Iob insultat, vnde subdit.

Ibid. Cap.3. g *Nonne lux impij extin.* Hoc dici de impio rectè potuit, contra sanctum non debuit: *Lucem* prosperitatem præsentis vitæ dicit. Sed lux impij extinguitur, quia fugitiuæ vitæ prosperitas, cum ipsa terminatur.

Ibid. h *Nec splendebit flamma ignis eius.* Ignem dicit feruorem temporalium desideriorũ, cuius flamma, est decor, vel potestans exterior quæ de interno eius ardore procedit. sed non splendebit, quia in die. exitus omnis exterior decor subtrahitur.

Ibid. i *Lux obtene. in taber.* Aliquando tristitiam tenebras, lucem gaudium accipimus. Lux ergo in tabernaculo impij tenebrescit, quia in eius conscientia gaudiũ ℘ de tẽporalib. fuerat, deficit.

†iactabitis: intellige. E

Ibidem. k *Et lucerna quæ super eum est extin.* Lucerna lumen in testa est, lumen ergo in testa gaudium in carne. Lucerna ergo, quæ super eum est, extinguitur, quia cum malorum suorum retributio impium sequitur, in eius mente gaudiũ carnale dissipatur. Bene autem, non quæ apud eum, sed quæ super eum,

†montes. †scintilla. F est dicitur: quia iniquorum mentem terrena gaudia possident.

Ibid. l *Arctabuntur gressus ver. &c.* Quia vires malitię eius, quas nunc exercet, postmodum pœna constringet.

Ibid. Cap. 4. m *Et præcipitabit eum.* Habet nunc consilium iniquus præsentia appetere, æterna deserere: sed suo consilio præcipitatur, quia per hoc in ęterni supplicij tenebras mergitur. Et fit plerumque vt ipsa huius mundi prosperitas, quę ab impijs inhianter appetitur, eorum gressus ita obliget, vt etiam cum ad bona opera voluerint redire, vix possint: Quia recta agere non valent, cum huius mundi amatoribus displicere timent; Vnde agitur vt per gloriã, quam impius ex peccato assequitur, eius adhuc peccata amplius multiplicentur. Quod exprimit cum, subiungit.

☞ a *Immisit*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XVIII.

Diuisio. 1 RESpondens autem. *Hic consequenter ponitur contra Iob ipsius Baldath replicatio, & secundo ipsius Iob responsio c. xix. Prima in duas, quia primò Baldath desultiloquio Iob reprehendit, & secundo ad principale propositum arguit, ibi:* Nunquid propter te. *Circa primum dicit.*

2 Vsque ad quem fi. ver. ia. *q. d. detines tempus in verbis superfluis & superbis.*

3 Intellige prius. *q. d. non intelligis quę dicit.*

4 Qua. re. f. vt iu. &c. *Dixerat enim Iob*: Non inueniam in vobis vllum sapientem: *homo autem carens sapientia reputatur quasi bestia.*

5 Et sorduimus coram te. *Tanquam ignorantes & viles personæ.*

6 Quid perdis animam tuam in furore tuo. *q. d. talia dixisti ex impetu furoris tui, qui animam a sapientia & virtute deijcit, & sic eam destruit & perdit.*

7 Nunquid propter, &c. *Hic consequenter arguit ad propositum videlicet, quod diuersitates præsentis vitæ non sunt nisi pœnæ peccatorum, & hanc opinionem primo astruit per sapientum sententiam, & secundo per experientiam, ibi:* Nonne lux impij. *Circa primum sciendum,*

Stabilitas terræ. *quod terra inter elementa est maximè stabilis, cum sit centrum mundi, & rupes valde solida: per hoc ergo designat firmitatem & soliditatẽ suæ opinionis, tanquam a sapientibus approbatam, & hoc est quod dicit:* Nunquid propter te derelin. terra. *id est, firmitas & soliditas nostræ sententiæ propter verba tua irrationabilia? quasi diceret, non.*

8 Nonne lux impij extinguetur. *Hic astruit propositum per experientiam, & primo propositum declarat, & secundo epilogat, ibi:* Hæc sunt ergo. *Prima in tres quia primo astruit propositum per aduersitates, quæ contingunt in vita presenti; & secundo per illas quæ contingunt in morte, ibi:* Auellatur; *tertio per eas quæ contingunt post mortem, ibi:* Memoria illius. *Prima adhuc in duas, quia primo declarat propositum per aduersitates coniungentes extrinsecus; secundo per contingentes intrinsecus, ibi:* Attenuetur: *Circa primum dicitur:* Nonne lux impij extinguetur. *id est prosperitas eius temporalis.*

9 Nec splendebit flamma ignis eius. *i. desiderium non veniet ad effectum, quod est maxima pœna hominis superbi.*

10 Lux obtenebrescet in tabernal. il. *id est temporalis prosperitas illorum qui sunt de domo & familia eius, decidet ad maiorem pœnam ipsius.*

11 Et lucerna quæ super eum est extinguetur. *i. Deus qui à superiori dederat sibi prosperitatem, retrahet manum suam, & sic extinguetur hæc lucerna, non in se, sed in effectu quantum ad ipsum impium. Ista inducit Baldath, quasi diceret, per experientiam videmus contingere talia mala impijs & etiam illa quæ sequuntur, vnde subditur.*

12 Arctabuntur gressus virtutis eius *id est, diffusio suæ potẽtiæ, quia non poterit ea quæ cogitauerat perficere.*

13 Et præcipitabit eum consi. suum, *Quia consilium, quod cogitabat sibi fore ad commodum, erit sibi nocium: Et causam prædictorum subdit dicens.*

☞ 1 Immisit

MORALITER.

✠ 1 *Respondens autem, &c.* Hîc ponitur replicatio Baldath contra Iob, in qua notat eum de superbia & fatua locutione, licet iniustè: quia Iob talis non erat, possunt tamen dici verba Baldath veraciter contra hominem superbè & impatienter loquentem, vt sibi dicatur.

2 *Vsque ad quem finem verba iactabis?* Modus enim superbi est velle semper loqui.

3 *Intellige pri.* vt loquaris rationabiliter. Sed quia superbus noluit intelligere, vt bene ageret, sequitur.

4 *Quare reputa. sumus vt iu.* Superbus enim putat alios bestias respectu sui, & indignos audiri.

6 *Quid perdis animam tu.* i. intellectum tuum quem excæcat ira per vitium. Sed quia propter superbiam hominis veritas non mutatur, ideo subditur.

7 *Nunquid prop. te dere. ter.* i. veritas firma.

8 *Nonne lux. im. ex.* i. apparentia suæ sapientiæ. q. d. sic.

12 *Arctabun. gres. virtu. eius.* Ita quòd perficere non poterit mala, quæ cogitauit.

13 *Præcipitabit eum con. suũ.* id est consiliatores sui, qui, sicut ipse, sunt peruersi. Ideo sequitur.

a *Immisit enim in re.* GREG. Qui pedes in rete mittit, nō cū voluerit, ejicit. Sic qui in peccatis se deiicit, nō mox cū voluerit, surgit.

Lib 14. Cap. 6.

✠ CHRYS. Translatione sumpta ab auibus quæ retibus captæ se expedire non possunt, innuit impium mala non posse vitare.

✠ PHILIP. *Rete* enim est malum ineuitabile, & *laqueus*, *ac sitis*. diabolus calcaneo insidians: de quo omnia quę sequūtur, interpretātur, vt pedica, decipula, fames, primogenita mors, interitus, &, qui non est, quia Deo alienus: sic Hester: *Ne tradas Domine sceptrum tuū iis qui non sunt.*

✠ Missus enim est in rete pedib. suis, & super rete ambulat.

B

Vbi supra. ✠ vel smen i. filii eius. ✠ membra. ✠ ducet eū sub. cōsiliū eius ad regem terrorū. i. consiliū & spes ipsius ducet eū ad maximos terrores. ✠ non sui. i. qui nō sunt de familia eius, sed alieni ac bestiæ. i. desolētur habitatio eius

b *Et in mac. eius am.* GREG. Qui in maculis retis ambulat, gressus suos ābulādo implicat: & cū se expedire ad ambulandum nititur, ne ambulet obligatur.

c *Tenebitur plā. il. la.* Quia videlicet stringetur finis in peccato.

d *Et exarde. con. eum.* quia quò se magis obligatum pensat, eo de suo reditu desperat; & ipsa desperatione acrius ad huius mundi concupiscentias æstuat. In eius animo contra eum sitis exardescit, quia qui peruersè egit, vt peruersius agat accenditur.

C

✠✠ BEDA. Laqueus hic ipse diabolus non absurde sentitur, qui ad supplantandum calcaneum peccatoris obseruat: & ipse nihilominus sitis nomine appellatur, eò quòd velut in aliquo bono æstuans sitiat homini mortem.

Cap. 7.

e *Abscondita est in ter.* GREG. In terra pedica absconditur, cùm culpa sub terrenis commodis occultatur, quatenus homo videat, quid concupiscere valeat, & tamen nequaquam videat, in quo culpæ laqueo pedem ponat.

Ibid.

f *Et deci. il.* Intuetur enim hostis mores cuiusque cui vitio sint propinqui, & illa opponit ante faciem, ad quæ agnoscit facilius inclinari mentem, vt blandis ac lætis moribus luxuriam, asperis mētibus iram & superbiam. Ibi ergo decipulam ponit, vbi esse semitam mentis conspicit: quia illic periculum deceptionis inserit, vbi viam esse inuenerit propinquæ cogitationis.

Ibid.

g *Vndique ter.* quia sæpe idcirco quisque bonus esse metuit, ne hoc à prauis patiatur, quod se bonis fecisse reminiscitur: dumque hoc pati quod facit metuit, vndique territus vndique suspectus in bono opere gressum perdit.

D

✠✠ BEDA. Possūt etiā formidines hoc loco, nō affectiones cordis intelligi, sed ipsi potius ministri diabuli: Qui multis modis terrere sanctum Iob, vt eis cederet, institerunt.

a

b ✠immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambu-

a ¶ Exequitur obligationem, id est vsque ad finem vitæ in culpa constringitur. vnde desperans ad peiora succenditur. b ¶ Impio. sitire. est huius mundi bona concupiscere.

c d lat. Tenebitur planta illius laqueo, & ✠ exardescet cōtra eū

a ¶ Dum diabolus peccatis obligat, mortem peccantis sitit. b ¶ Dum esca, & quod placet petitur, laqueus tenetur occultus, & quia quod aliis facit, ab aliis metuit: addit. Vndique terræ eum. Tales omnes sibi putat, qualis est omnibus.

e f sitis. Abscōdita est in terra pedica eius, & decipula illius su-

a ¶ In actione quam homo appetit. b ¶ Et q id hæ agunt? ¶ Vt non liberi gressus sint ad bene agendum.

g per semitam. Vndiq; terrebūt eū formidines, & ✠ inuoluent

a ¶ Sed vtinam. ¶ Optat, non maledicentis animo sed prædicentis.

h i pedes eius. Attenuetur fame ✠ robur eius, & ✠ inedia inuadat

¶ Et. a ¶ Gloriam, quæ extra quasi in cute.

k costas illius. Deuoret ✠ pulchritudinem cutis eius, & consu-

a ¶ Ex operibus poterat Deo commendari, nisi elatio esset. b ¶ Etiam. c ¶ De terra.

l m mat ✠ brachia illius primogenita mors. Auellatur de tāber-

a ¶ Diues gloriam & opes sine culpa posset habere, si hæc in humilitate haberet: si in his confidit Deus auellit. b ¶ Dum viriis hic premit, vel in sinc pœna. c ¶ Cui non resistitur.

n naculo suo fiducia eius, & ✠ calcet super eū (quasi rex) inter-

a ¶ Diabolus vel peccatum. ¶ Ideo interitus dominatur eis, quia & si deest occasio peccandi, tamen, in cordibus desiderium non deest.

o itus. Habitent in tabernaculo illius ✠ socij eius qui nō est.

h *Attenuetur fa.* Caro nostra infirmitas est.

Ibid.

1 Robur autem, anima rationalis, quæ in expugnandis vitiis resistere per rationē valet.

2 3 4

✠ fortificatur super eum sitis, sub. rapere.

Quæ fame attenuatur, cum nulla interni cibi refectione pascitur.

5

i *Et inedia inuadat costas illius.* Costæ sunt sensus animi, qui latentes vt viscera cogitationes muniunt.

Ibid.

6 7 8 9

E

✠ dispergēt eū pedibus suis. i. dispergent eū eloco suo, vt huc atq; illuc fugiat pedib. suis. ✠ euentus malus patetur lateri eius. ✠ angelus mortis vel, prima infirmitas est qua moriatur vel posterus est ordo, comedat mors primogenitū filiorum eius. Eccl. 10. b.

Inedia inuadit iniqui costas, quia fames interna sēsus mentis extenuat, vt cogitationes suas intus nullatenus regant, sed ad exteriora vagentur quæ petunt.

10 11 12 13 14 15

k *Deuoret pulchritudinē cutis eius & consumat brachia illius.* IDEM. Pulchritudo cutis est gloria temporalis exterior: per *brachia* opera designātur, *Mortem* peccatū dicit, quod animam occidit.

16

F

Cō. in hūc locum.

l *Primogenita mors.* superbia quæ est initiū omnis peccati. Pulchritudinē ergo cutis eius & brachia illius primogenita mors deuorat: qa iniqui gloriā vel operationē superbia supplātat. Potuit. n. & in hac vita glorioſus existere, si superb⁹ minimè fuisset.

✠✠ BEDA. Vel *Pulchritudinē cutis*, id est ornamenta virtutū & *brachia*. fortitudinem regni eius confecit diabolus, qui ideo primogenita mors appellatur, quia per ipsū primum intrauit mors in orbem terrarum, & ipse est suæ mortis inuentor.

m *Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius.* IDEM. De tabernaculo fiducia eius euellitur, quando peruersus qui multa in hac vita parauerat, repentina morte dissipatur.

n *Et calcet super eum quasi rex interitus.* Quia hic vel vitiis premitur quæ ad interitum trahunt, vel mortis tempore, potestati dæmoniacæ subiugatur.

o *Habitent in tabernaculo.* id est, in mente eius apostatæ angeli per cogitationes nequissimas conuersentur, eius videlicet socij, qui idcirco iam non est, quia à summa essentia iam recessit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Immisit in re. pedes suos. *i. voluntarie se implicauit peccato.*

2 Et in ma. eius am. *cadendo de peccato in peccatum.*

3 Tenebitur plan. *id est, cōsuetudine peccandi, quæ est laqueus detinens in peccato, secundū quod dicit Anselmus libro de similitudinibus.*

4 Et exardescet cō. eum sitis. *i. ardor & desiderium peccandi cōtra syndereſin remurmurantem ei prævalens propter consuetudinem.*

5 Abscondita est in ter. *quia peccator considerat tantum bonum extrà apparens, & non videt malum intrà latens.*

6 Vndique ter. e. f. *quia homo malus propter inimicos quos acquisiuit semper est timidus.*

7 Et inuo. pe. e. *quia capietur ab aduersariis sibi insidiantibus.*

8 Attenuetur. *Hic consequenter ostendit propositum per aduersitates intrinsecus contingentes. Et quia iustus latatur in vindicta peccatorū prpter diuina iustitia Zelū, ideo Baldath qui se iustū reputabat, mala quæ sequuntur, exprimit per modum desiderantis, & deprecātis vt superueniant impiis di. Attenuetur fame robur eius. Id est impij per defectum enim nutrimenti corpus attenuatur, & robur debilitatur.*

Psal. 57. b.

9 Et inedia inuadat costas illius. *ipsū vsque ad intima debilitado.*

10 Deuoret pulchritudinem cutis. *id est, iuuentutē eius, in qua ætate magis relucet pulchritudo.*

11 Et consumat brachia illius. *id est, fortitudinem eius, quę per brachia designatur.*

12 Primogenita mors, *id est, anticipata prauenies mortem naturalem.*

13 Auellatur de tabernaculo suo. *Hic astruit propositum per aduersitates in morte contingentes. Quarum prima est electio de loco proprio tanquam quid horribile & fœtidum, & hoc tangitur cū dicitur:* Auellatur de tabernaculo suo. *quia antiqui in tabernaculis habitabant*

14 Fiducia eius. *eò quòd amplius ibi non reuertetur.*

15 Et calcet super eum, quasi rex, interitus. *id est, per mortem deducatur in cinerem sicut terra quæ calcatur in pulueres redigitur.*

16 Habitent in tabernaculo illius socij. *id est, socij defuncti, qui iam non est cum viuentibus, cuius tabernaculum est sepulchrum, vbi non habet societatem nisi vermium.*

MORALITER.

✠ 1 *Immisit in re. &c.* exardescit contra eum sitis id est, voluntas nocendi bonis.

5 *Abscondita est, &c.* quia considerat tantum delectationem apparentem, sed non pœnam sequentem.

6 *Vndi. ter.* qa propter mala quę fecit, insidiari sibi sēper credit.

8 *Attenuetur ro.* id est, nulla refectione verbi diuini confortetur cor illius.

9 *Et inedia, &c. co. illius.* id est, collaterales eius.

10 *Deuoret pulchri. cu. e.* id est, superbia, quę principiū est omnis peccati

1 Aspergatur peccati, destruat in eo quicquid habet apparentiam boni. Vnde versus: Si tibi copia, si sapientia formaque detur: Sola superbia inquinat omnia, si comitetur.

Bernardus de cōtemptu mundi.

13 *Auellatur de ta. suo si. e.* id est animam eius de corpore, quod est tabernaculum animæ.

15 *Et calce super.* id est, diabolus, de quo dicitur Apoc. vj. b. nomen illi mors: qui animam de corpore exeuntem calcat, & ad gehennam secum portat.

16 *Habitent in taberna.* id est, vermes qui sunt socij defuncti, & iam non est, habitent in corpore eius, ipsum corrodendo.

✠ 1 *Aspergatur*

a *Aspergatur in tabernac.* GREG. In tabernaculo iniqui, sulphur aspergitur, quoties carnis delectatio in eius mẽte dominatur. Per sulphur enim fœtor carnis accipitur. Et quia talis in malo permanet vnde nec fructum boni facere potest, addit.

Lib. 14. Cap. 10.

✠✠ BEDA. Vt fumum hic sentiat gehennarum.

Ibid.

b *Deorsum radices eius sic.* Per *radices*, cogitationes accipimus, quæ in occulto sitæ sunt, & visibilia opera producunt; *Per messem* aperta operatio: prauus itaque quisque, dum cogitationes suas in infimis rebus ponit, & supernæ viriditatis gaudia non appetit, *radices* suas deorsum siccari permittit, cuius sursum *messis* atteritur: quia omnis eus operatio superno iudicio quasi nihilum deputatur.

✠✠ BEDA. *Deorsum radices eius siccentur* id est, opera quæ in hoc seculo perpetrauit, inueniantur mortua, mortuisque ariditate similia. Sursum autem atteratur messis eius; in futuro vtique mercedem laboris sui minimi consequitur.

c *Memoria.pe.* GREG. Memoriam suam iniquus in terra statuere conatur, cum gloriam laudis suæ extendere nititur. Et nomen suum in plateis celebrari gaudet, cum longè lateque operationẽ suæ iniquitatis extendit.

Ibid. Cap. 11.

Et non cel.nom. ✠✠ BEDA. In platæa sedebant reges: inter quos optat eũ famam iustitię non mereri. Platææ, virtutes intelligũtur, in quibus sapientia fiducialiter agit, & circumit ciuitatem Dei Hierusalem in qua sacramentis diuinis & mysteriis latũ est scripturarũ mandatum; vehementer igitur in his plateis ludunt senes & anus & infantes.

GREG. Caput iniquorum diabolus est: Ipse quippe in vltimis temporibus illud vas perditionis ingressus, quod Antichristus vocabitur, qui nomen suum longe lateque diffundere conabitur.

d *Expellet eum de lu.* De luce ad tenebras ducitur, cum de honore vitæ præsentis ad supplicia æterna damnatur. Sic de vnoquoque iniquo loquitur: vt ad caput, id est diabolum vertatur, qui in Antichristo nomen extendet, quod nunc mali imitantur.

Ibid.

e *Et de or.transf.&c.* Cũ superno apparente iudice de hoc mundo ad pœnas transfertur, quæ omnia & de capite malorũ Antichristo possunt accipi.

Ibid.

f *Non erit se. &c.* Quia omnes iniqui, qui de eius persuasione in prauis actionibus nati sunt, cum eodem suo capite ferientur. Quia hæc de Antichristo accipienda sunt, in hoc aperit dum dicit:

Ibid.

g *In die eius stu.* Quia tanta tunc signa demonstraturus, & crudelia ac dura facturus est: vt ad stuporem perducat quos in fine mundi inuenerit; & priores patres Eliam & Enoch (qui in eius expugnationem seruati sunt) carnalis mortis timore & dolore trãsfigat, quia etsi electi tormentis vinci nequeunt, tamen quia homines sunt, metuunt tormenta quæ vincunt.

h *Et pri.inna.hor.* id est corda electorum pauore ferientur: vnde scriptum est, *Ita vt in errorem inducantur si fieri potest etiam electi:* non quidem casuri, sed trepidaturi ex carne.

Ibid. Mat. 24. b.

✠✠ BEDA. Id est, infimi & proceres terrebũtur, quod est, reges potentes & magni; siue, homines & angeli, sancti & peccatores. Aut (vt Nicetas) præsentes & posteri.

i *Hæc sunt ergo ta.* De hoc illud retulit quod dixerat: *expellet eum de luce ad tenebras, & de orbe transferet eum.* Et est sensus: Is qui nũc Deum ignorando extollitur, tunc ad propria tabernacula peruenit, quãdo in supplicia demergitur. Vel: *Hæc ergo sunt tabernacula,* quasi *in die eius stupebunt sancti;* ergo hæc prædicta & tenebræ &c. erunt tabernacula eius & ibi habitabit. Vide quia in conclusionibus suarum orationum satis aperte ostendunt, quod sanctum Iob credebant pro iniquitate percussum.

Ibid.

a ¶ Vnde æternus ignis accenditur.

b ¶ Quicquid hominibus videatur.

c ¶ Etiam.

a ¶ In quo gloriatur.

d e ¶ Quia in fine cum omnibus sequacibus suis damnabitur. ¶ Quia eius iniquitas cum mundo terminatur. & populus eius cum eo punietur. b ¶ Persuasio. ¶ Actio.

f ¶ Electi. a ¶ Quia multa de iniquis & capite dixit, generaliter concludit. b ¶ In quibus permanet.

h i a ¶ qui prius alienum tenebat, in laude hominum.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Aspergatur in tabernaculo eius sulphur. *id est fœtor qui per sulphur & fœtorem eius designatur: in sepulchro autem non est nisi fœtor & horror. Thomas autem aliter exponit dicens: Habitent in tabernaculo illius socij eius, qui non est; id est amici defuncti, qui iam non est cum eis: & ipsi succedunt ei in domo sua & bonis. Aspergatur in tabernaculo eius sulphur, id est in domo in qua succedunt ei amici, qui antiquitus in sinum tristitiæ de amici morte aspergebant aliqua fœtida in domo defuncti, sicut & modo aliqui accipiunt vestes nigras. Sed hæc expositio non videtur conueniens, quia quod amici defuncti habitent in domo eius: & quod ex morte eius fiant signa tristitiæ, non pertinet ad aduersitates defuncti, sed magis ad prosperitates, eo modo quo possunt dici: quia cedunt ad eius honorem. hic autem ponuntur aduersitates quę contingunt in morte vt dictum est, & ideo prima expositio melior videtur.*

2 Deorsum radices eius siccentur, *id est illa qua plantauerat, annihilentur sine fructu.*

3 Sursum autem at. &c. *scilicet tempestate desuper veniente. q. d. omnia opera eius dissipentur tanquã in detestationẽ vitæ eius præteritæ.*

4 Memoria. *Hic astruit propositum per aduersitates post mortem contingentes. Amici enim Iob ad prosperitatem hominis post mortem dicebant pertinere ipsius bonam memoriam, & eius contrarium ad aduersitatem.*

5 Et de orbe tran. eum. *ita quod nullo modo remanebit in memoria hominum, nec etiam remanebit aliqualiter in sua posteritate. ideo subditur:* Non erit semen eius, &c.

6 In die eius stu.no *id est minores de populo admirabuntur de tempore suę prosperitatis ita subito detectæ ad nihilum.*

7 Et primos. *id est maiores in populo.*

8 Inuadet ho. *ne simul eis contingat.*

9 Hæc sunt er. &c. *Postquam Baldath conatus fuerat ostẽdere, quod aduersitates huius vitæ sunt pœna præcedentium peccatorum, hic epilogando concludit* Hæc er.sunt ta.ini. *id est processus quantum ad aduersitates huius vitæ, in qua homines sunt viatores qui tabernaculis viuntur.*

10 Et iste lo.eius qui ig. De *quantum ad aduersitates post istam vitã quãdo impij sunt extra viã, & quasi in termino. Et sic patet ex prædictis, quod processus Baldath nõ est efficax ad probandum propositũ, quia aduersitates prædictæ non solũ contingunt impiis, sed etiã frequẽter iustis, qui non solum in vita & in morte affliguntur, sed etiam post mortem inter homines dehonorantur, sicut patet de martyribus, quorum corpora prohibebantur sepeliri, & relinquebantur feris & auibus deuoranda, licet aliquando hoc impediretur diuina prouidentia.*

MORALITER.

✠ 1 *Aspergatur in taber.* id est fœtor ex corporis putrefactione.

2 *Deorsum radices eius sic.* id est, cogitationes in mente latentes humore gratiæ priuentur.

3 *Sursum autem atte.messis eius.* id est actus eius procedentes ex cogitationibus puniantur.

4 *Memoria.* secundũ illud Prouer.x.b. *Nomen impiorum putrescit.*

5 *Et de or.trãsferet.* s. corpus ad fossam, & spiritum ad gehennam.

† *Non erit se.eius &c.* id est nullum bonum remanebit de eo.

6 *In die eius stu.* parui & magni, sicut de Nabuchodonosor dicitur Esa. xiiij.

9 *Hæc sunt er.ta.ini.&c.* GREG. *Tunc enim ad propria tabernacula deueniet quando eum sua iniquitas in supplicia demerget.*

ADDITIO.

In ca.xviij.vbi dicitur in postilla. Circa primum sciendum, quod *terra inter elementa est maximè stabilis.*

Hoc quod dicitur: Nunquid propter te derelinquetur terra: *aliter videtur exponendum. Pro quo sciendum est, quod sicut Iob ex opinione amicorum suorum felicitatem futuram negatium intendebat eos ducere ad hoc inconueniens. scilicet quod Deus non haberet prouidentiam de humanis actibus, vt circa finem præcedentis ca. postillator allegat. sic e conuerso, socij eius ex hoc quod Iob asserebat, quod aduersitates huius vitæ non dabantur in pœnam peccatorum: volebant ducere ipsum Iob ad ipsum inconueniens scilicet quod Deus non habebat prouidentiam de actibus humanis. Cuius ratio est. Nam præsupposita eorum opinione erronea*

erronea, scilicet quod in alia vita non esset spectandum præmium nec pœna si in hac vita saltem peccatores non haberent punitionem, manifeste tolleretur diuina prouidentia ab actibus humanis. Ex quo sequeretur quod Deus relinqueret terram, eo modo quo dicitur Ezech. ix.e. Dixerunt enim: Derelinquit dominus terram, & dominus nō videt.*id est non prouidet. Et hoc est quod Baldath intēdebat di.* Nunquid propter te.*quasi dicat: Nunquid propter opinionem tuam erroneam secundum quā dicis, quod mali prosperantur in hac vita, derelinquetur terra scilicet à Dei prouidentia, vt dictum est: Et quia si Deus terram derelinqueret, sequeretur quod nulla firmitas nec stabilitas esset etiam in rebus solidissimis, sicut sunt rupes, ideo dicit:* Et tranferentur rupes de loco suo: *& vt ostendat Baldath opinionem suam esse notam per experientiam, subdit,* Nonne lux impij extinguetur, *quasi dicat per experientiam est notum quod impij in hac vita puniuntur. Hoc enim assumebant amici Iob tanquam notum, scilicet quod nullus innocens in hac vita puniebatur, nec impius in præsenti vita remanebat impunitus. Unde Eliphaz in sua prima responsione, supra c.iij. dicebat:* Recordare obsecro te, quis vnquam innocens periit.

CAP. XIX.

a *Respondens autē Iob &c.* ✠ NICETAS. Iobus amicos reprehendit, quod rationem sedulo inibant, quemadmodum ipsum sermonibus lacerarent, cum amici hominis misereri debuissent.

Vbi suprà Cap. 12.

b *Vsq; quo affli. &c.* GREG. Atterūtur boni sermonibus iniquorū, quando contra eos illi in verbis tument, qui aut in peruersa fide, aut in prauis moribus iacent.

✠ ORIGE. in CAT.

B GRÆ. Sæpenumero qui corporis cruciamenta tolerauit, non passus est verba: contumeliam enim perferre magni est viri.

Ibid. †id est ad opprobrū quod iuste probris afficiar.

c *En decies con. me.* GREG. Quia ab eis quinquies increpationes audierat, & quinquies respondit, decies se perhibet esse cōfusum. Quia in eo quod grauiter increpatus est, & in eo quod verba doctrinæ non audientibus dicit, cōfusionem pertulit, in suis increpationibus, quia

C in eis nō proficit; In eorum increpationibus, quia dolet de prauitate quam audit.

✠ PHILIP. In numeris aliquando sola ratio perfectionis tenenda est, non ratio perscrutanda, nam Sophar semel tantum, Eliphas & Baldad bis numero vsque ad istum locū respōderunt hic itaq;

Ibid. in maiori numero minor intelligitur, vt aliàs in minori maior.

En decies. GREG. Ecclesia decalogum seruat, cui iniqui toties cōfusionē faciunt, quoties in suis actib. diuinis vocibus obsistūt.

Ibid. d *Et non ern. opprimen. me.* Sunt nonnulli quos ad perpetrandā nequitiam oborta subitò malitia inuitat, sed tamen humana verecundia reuocat.

e *Nempe etsi.* PHILIP. Hæc ait per concessionem, pro, faciamus me errasse: oportebatne vos mihi ita insultare?

Nota. Ibid. *Nempe & si ig.* Sciētia hæreticorum nō est cū eis, sed cōtra eos, dū inflat. Sed ecclesiæ ignorātia, quod arcana nō potest penetrare cū ea est, quia pro ea, dū se humiliat: & quia hęretici quòd quęrūt scire, elatio est, vt contra bonos docti videantur; subdit; vos contra D ex me percusso contra vos deberetis erigi, timentes vobis deteriora. Bonus enim prius in se, postea in alios erigitur.

✠✠ IDEM. Quia ergo scientia sua hæretici cor inflat, fidelis autē cognitio ignorantiæ suæ humiliat, dicat beatus Iob voce sua, dicat etiam confessione vniuersalis ecclesiæ, *Nēpe etsi ignoraui, meum erit ignorantia mea*; ac si aperte hęreticis dicatur: Omnis vestra sciētia vobiscum non est, quia cōtra vos est, dum stultra elatione vos erigit; mea vero ignorantia mecum est, quia pro me est, quoniam dum perscrutari de Deo aliquid superbè non audeo, in veritate me humiliter seruo.

a ¶ Quia hæc & si iusta, iniuste dicuntur contra Iob affligi se dicit. 1

Respondens autēm Iob dicit: Vsquequo 2
affligitis animam meam, & atteritis me 3
sermonibus: En, decies † confudistis me, 4
a ¶ Timore hominum aliquando mali ad se redeunt, plus timentes displicere Deo: aliquando vero despecto Deo, minus hominem reuerentur.
& non erubescitis † opprimentes me. †
a ¶ Quia. b ¶ Quasi, quod non debetis.
Nempe & si ignoraui, mecum erit ignorantia 5
¶ Vel. Et. ¶ Obliti vestri. ¶ Elati opprobria putant mala temporalia.
mea. At vos contra me erigimini, & arguitis me op- 6 7
a ¶ Sed.
probriis † meis. Saltem nunc intelligite, quia Deus † 8 9
a ¶ Quantum ad vitam quam egit.
non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis suis me cin-

† confunditis. E † subsannare. † Esto quod verè errauerim, mecū morabitur errormeus. † peruertit me, & reti suo.

f *At vos con me.e.* id est vosmetipsos redarguendos relinquitis, & me districtis sētētijs increpatis. Cap 13.

g *Et arguitis me.* Quia qui eum iustum ante flagella nouerant, iniustum esse ex ipsa iam sua percussione iudicabant. Ibid.

h *Sal. nunc inte. &c.* Hoc dominus de illo dixerat *(commouisti me aduersus eum frustra)* quod ipse de se asserit: quia non æquo F iudicio à domino sit afflictus. Si enim vita eius & flagella pensantur, non æquo iudicio videtur afflictus: quia verò merita eius ex flagellis cumulauit, Deus non iniusto iudicio Iob afflixit. Ibid.

i *Quia Deus non æquo iu.* Astruendum igitur est, quod & Deus Cap. 14. cum Iob rectè egit, & tamen non mentitur, qui non æquè fieri dicit: alioquin diabolus vicit (in eo quod de beati viri culpa promiserat) quem Deus laudauit. Hoc non elatio, sed dolor extorsit. Bonus si in humilimente, exigente causa vel dolore, bona de se dicit, non peccat.

k *Et fla. suis me cin.* Cùm tanta nos afflictio deprimit, vt nullius Ibid. rei consolatione respirare animus possit, non iam flagellis solummodo ferimur, sed etiam cingimur, quia tribulationum verbere ex omni parte circundamur.

☞ a *Ecce*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XIX.

✠ 1 RESpondens autem Iob. *Hic consequenter ponitur ipsius Iob responsio: & primò excludit verba Baldath & aliorum amicorum suorum: & secundò accedit ad principale propositum, ibi:* Saltem nunc. *Circa primum dicitur.* 2 Vsquequo affligitis, animā meā. *iniuriosis verbis obiurgando.* 3 Et atteritis me sermonibus. *Id est tadiosis me affligitis verbis, & non rationibus.* 4 En decies confunditis me. *Iob enim quinquies locutus fuerat incipiendo ab illo loco:* Pereat dies in qua natus sum &c. *& amici sui quinquies contra eum locuti fuerant, obijciendo & replicando: vt patet ex supradictis; & ideo dicit.* En decies confunditis me, *id est, nitimini me confundere: quia nitebantur Iob confundere tam ex verbis suis propriis, quàm ex verbis de ore Iob prolatis, vt frequenter patuit in prædictis. Et quia Baldath notauerat Iob de ignorantia, scilicet. in principio præcedentis capituli dicens:* Intellige prius: *Ideo quasi ad hoc respondens Iob dicit.*

5 Nempe & si igno.me.erit igno.me. *id est nihil vobis nocebit. Et ideo deberetis tacere de ipsa.*

6 At vos con.me erigi. *verbis præsumptuosis,*

7 Et argui.me oppro. *Id est, verbis iniuriosis.*

8 Sal.nunc &c. *Hic consequenter Iob accedit ad principale propositum: & primò ostendit se non propter peccatum afflictum, quod Baldath conatus fuerat ostendere, secundo removet quoddam dubium, ibi:* Quis mihi tribuat. *Circa primum primò proponit intentum di.* Saltem nunc intel. *quasi dicat prius noluisti intelligere.* Diuisio.

9 Quia Deus non æquo iu. affli. me. *Hoc non dixit Iob ex propria intentione, sed tanquam concludens ex dictis aduersariorum, qui dicebant omnes aduersitates huius vitæ inferri à Deo in pœnam peccatorum præteritorum tantùm: ex quo sequitur iudicium Dei non esse æquū circa Iob, cuius afflictio excedebat culpam.*

✠ 1 Ecce

MORALITER.

✠ 1 *Respon. autem Iob &c.* Sicut dictum est suprà, beatus Iob boni prælati vel doctoris gerit typum. Christus autem princeps est pastorum & doctorum propter quod de ipso præsens capitulum exponetur; In quo aliquando pro se loquitur, aliquando de suis membris variè tamen; nam aliquando loquitur pro membris fortibus, aliquando pro infirmis, dicit ergo.

2 *Vsquequo affli. ani. me. & atte. me ser.* vt sit verbū Christi ad insidiantes sibi: de quibus dicitur Luc. xj. g. *Cœperunt Pharisæi & legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere, de multis insidiantes ei.*

4 *En de.* 4 *En de. con. me.* id est conamini me confundere perfectè. Denarius enim numerus perfectus est, ideo significat perfectionem.

5 *Nempe si igno. &c.* Hic accipitur, *si* pro, *non*: nam ignorantia non fuit in Christo, licet Pharisæi tenerent contrarium: vnde Luc. vij. f. dixit Pharisæus: *Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est.*

6 *At vos con. me eri.* per superbiam,

7 *Et ar. me.* de sabbathi transgressione & peccatorum familiaritate, & huiusmodi, sicut patet ex textu euangelij.

8 *Saltem nunc intel. quia De. afflix. me.* id est quod non affligit me pro peccatis propriis.

✠ *Ecce*

¶ Cum inimicis.

a xerit. † Ecce clamabo † vt impatiens, & nemo † exaudiet.

¶ quia.

¶ Adhuc de sua passione subdit.

¶ Quia & se percuti aspicit, nec vitam dignam percussione reperit.

b Vociferabor, et non est qui iudicet. Semitam meam circum-
c sepsit, et transire non possum, et in calle meo tenebras po-
d suit. Spoliauit me gloria mea, et abstulit coronam de capite
e meo. Destruxit me vndique et pereo, et quasi † euulsæ arbo-
f ri abstulit spē meā. Iratus est cōtra me furor eius, et sic me ha-
g buit quasi hostē suū. Simūl venerūt † latrones eius, et fecerunt
sibi viam † per me, et obsederunt in gyro tabernaculū meum.

a ¶ Sic sua narrant vt sui & ecclesiæ mysteria aperiat. b ¶ A Deo permissi

☞ a *Ecce cla. vt impa.* GREG. Deus quid nobis profuturū sit sciens, A dissimulat exaudire dolentiū vel mœrentiam vocē, vt augeat vti-
Lib. 14. ca. 14. litatem, & purgetur vita per pœnā. Sed hanc dispensationis gratiam nonulli fidelium ignorant, ex quorum persona nunc dicitur, *Ecce clamabo &c. & non est enim qui iudicat*, dicitur, quando Deus cōtra aduersariū causam iudicare dissimulat: quod iudiciū differtur, vt sancti viri merita, & aduersarij pœna crescat. *Ecce cl. Semitam meā circum.* Ex figura ecclesiæ in qua infirmi se desperatos putant, quia tardius audiūtur: in quorum aliis *via septa* ne transeant, qui vident agēda, sed implere nō possunt; Aliis *tenebræ in calle*, qui nec agenda queunt discernere.

† Etiam si clamauero propter iniquitatem, non. † vim patiēs

B

† super

b *Semi. me cir. &c.* Circumseptam verberibus semitam suam Ibid. cap. 15. vidit, cùm transire ad securitatem cupiens, euadere flagella non C potuit: & quasi in calle cordis ignorantiæ tenebras inuenit, qui cur ita flagellatur, penetrare non potuit.

✠ ✠ BEDA. Semitam (inquit) qua rectus vtique atque illibatus proficiscebar ad gloriam hoc ignominia passionis huius circumsepsit atque intercluſit vt ad illam gloriam peruenire non possim: *Et in calle meo.* i. in tramite castigatæ viæ meæ, qua velut per arctū & angustū certa spe ad iustum retributorem pergebam: tenebras in eo miseriæ huius & calamitatis iuueni.

cap. 16. c *Spo. me glo. me.* Planè hæc Iob conueniunt. Mistycè autem *gloria* cuiusque, iustitia est, quæ tegit & munit à morte; quæ per aduersa infirmis tollitur, quia vt vestis exterius hæsit. *Corona* præmium victoriæ quæ in capite est, superna remuneratio in mente: sed hanc perdunt, qui in certamine non perdurant. Vel *caput*, sunt sacerdotes & ecclesiæ duces: sed & hi superna præmia deserunt, quibus ruentibus latius cadit exercitus. D

✠ POLYCHR. Coronam dixit vel quia Rex erat, vel q̄ omni dignitate sit spoliatus.

1 † audiet Ibid.

2 d *Destru. me vn. & pe. & qua. euul. ar. &c.* Arbor vento impellitur vt cadat: sic infirmus minis ad iniustitiam trahitur, & æterna quæ sperabat relinquit; & quia aliquando qui pœnis territus iustitiam relinquit, pœnas tamen non euadit.

3 4 5 6 7 8 E 9 10 11 12 † lignum † exercitus

13 ✠ ✠ IDEM. Quasi enim ex vento spem perdidit, qui prauorum minis ac persuasionibus deuictus, æterna, quæ sperabat, præmia reliquit.

e *Iratus est contra me.* Qui enim ita percutitur, vt vires eius superentur, non hunc Deus vt filium per disciplinam, sed vt hostem ferit per iram: vnde & propheta, *Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli.* Et quia sæpe maligni spiritus cordibus afflictorum multa suadent, & si quid boni est furantur, addit. cap. 17. F Ierc. 30. c. cap. 18.

f *Simul venerunt la.* Id est maligni spiritus, qui exquirendis hominum moribus occupantur: qui viam sibi in afflictorum cordibus faciunt, quando inter aduersa quæ exterius tolerantur, cogitationes quoque prauas immittere non desistunt.

g *Et obsederunt in gyro ta. &c.* In gyro tabernaculum obsident, quando ex omni latere tentationibus mentem cingunt. Vel etiam ☞ iuxta

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Ecce clam. *Hic consequēter procedit ad declarandum processum afflictionis suæ respectu culpæ: & primo ostendit magnitudinem suæ afflictionis: & secundo minoritatem suæ transgressionis ibi:* Miseremini mei. *Primum ostendit dupliciter. Primo per afflictiones ab extrinseco, secundo ab intrinseco, ibi:* Pelli meæ. *Prima in duas, quia primo ostendit propositum per defectum remedij: secundo per excessum afflictiui ibi:* Spoliauit me. *Circa primum sciendum, quod afflictus potest habere remedium dupliciter, vno modo per alium; alio modo per seipsum. Per alium vero habet remedium, quando aliquis ei cōpatiens eripit ipsum; Alio modo per recursum ad iudicem qui liberat ipsum; Vtrumque autem erat exclusum à Iob: & ideo dicit:* Ecce cla. vim pa. & ne. exau. *per compassionem auxiliando,*

Diuisio. Remedium afflicti. Gloria.

2 Vocife. *Faciens ad iudicem querimoniam,*

3 Et non est qui iu. *Quia Deus non habet iudicem superiorem, qui de pœnis ab eo inflictis ipsi Iob possit iudicare. Per seipsum autem habet homo remedium dupliciter: Vno modo per suam potentiam se liberando; Alio modo per suam patientiam euadendo; & vtrumque excluditur cùm dicitur:*

4 Semitam meam cir. & tran. non pos. *id est processui meo tot impedimenta posuit, quod non possum amouere.*

5 Et in cal. me. te. posuit. *Ita quod non possum videre quid mihi expediat: tristitia enim obnubilat intellectum.*

6 Spolia. &c. *Hic ostendit propositum per magnitudinem afflictiui, & primo facit quod dictum est: secundo probat quoddam suppositum, ibi:* Iratus. *Circa primum sciendum, quòd inter bona intrinseca maxima sunt honor & dignitas, & ideo iactura istorū est maximè afflictiua: & quantum ad primum dicit:* Spoliauit me gloria mea. *id est honore excellenti, qui siebat mihi, secundum enim Commentatorem* j. *Ethicorum: Honor est reuerentia quæ fit alicui in testimonium suæ virtutis, si fiat in secreto, vel coram paucis: sed si fiat in palam & coram multis, tunc dicitur gloria. Est enim gloria largè patens præconium. Et sic patet quod gloria est honoris excellentia. Quantum verò ad secundum dicitur.*

Diuisio. Philosophus.

7 Et abstu. co. de ca. me. *A statu dignitatis me deiciendo. Post bonum autem honorabile est bonum vtile, quo sustentatur vita, & ideo eius subtractio est afflictiua: quod notat Iob di.*

8 Destru. me vn. *Omnia bona interiora subtrahendo, vt patuit suprà* j. *ca.*

9 Et pe. *propter defectum bonorum exteriorum. Ideo subditur:*

10 Et qua euul. ar. ab. spē me. *Quamdiu enim arbor adhæret terræ per radices, si abscindatur, remanet spes pullulationis: sed si euellatur, non remanet talis spes. sed oportet quod desiccetur; & per hoc designat Iob quod non habebat spem reuertendi ad prosperitatem temporalem. Tum quia in hoc non habebat spem suam, sed in futura remuneratione; Tum quia non apparebat possibilitas per viam humanam.*

11 Iratus est contra me furor eius &c. *Hic consequenter probat quod de recuperatione temporalis felicitatis sperare non debebat: quia si hoc esset, vel esset à Deo vel ab homine; primò excludit primum, & secundo secundum, ibi:* Fratres meos. *Ad probationem autem primi dicit:* Iratus est com. me. *mihi afflictiones infligendo; & hoc sequitur ex dictis amicorum, qui dicebant talia inferri propter peccatum. Ab irato autem contra se nullus sperat auxilium, & maximè quando ira videtur indurata: quod videbatur in proposito ex continuatione afflictionum. ideo subditur:* Et sic me habuit quasi hostem suum.

12 Simul vene. la. eius. *id est dæmones, vel prædatores, qui bona Iob abstulerant. Et dicuntur isti & illi latrones Dei, quia ex permissione eius ipsi Iob mala intulerunt.*

13 Et obsederunt in gyro taber. meum. *quia dæmones adhuc quærebant nocere ipsi Iob si possent.*

✠ 1 Fratres

MORALITER.

✠ 1 *Ecce clamabo vim patiens &c.* Nam in cruce clamauit *Eli Eli &c.*

2 *Vociferabor & non est qui iudicet*, id est vindicet. Mors enim Christi tunc non fuit vindicata.

4 *Semitam meam cir.* id est vitam meam in omnibus partibus corporis, & sensibus afflixit.

5 *Et in cal. me. te. po.* quia tunc Christi discipulos Deus in fide dubitare permisit.

6 *Spol. me gloria mea,* Quando principalis discipulus eum in sua facie ter negauit.

7 *Et abstulit coronam de capite meo,* quando sui negauerunt eum esse regem coram Pilato.

8 *Destruxit me vndique &c.* Fugientibus discipulis ad mortem eundo.

10 *Et quasi euul. &c.* In discipulis desperantibus Christi resurrectionem, Lu. xxiiij. c. *Nos autem sperabamus &c.* quasi dicat iam non speramus.

11 *Iratus est contra me furor eius.* Secundum apparentiam humanam tantùm. Ideo sequitur.

† *Sic me habuit quasi hostem.* Ly *quasi* notat apparentiam, & non existentiam.

12 *Simul venerunt latrones eius.* Qui in cruce cōuitiabantur Christo, vt dicitur Mar. xv. licet vnus post pœnituerit vt dicit Theo.

13 *Et obsederunt in gyro tabernaculum meum.* milites custodientes sepulchrum.

✠ *Fratres*

A iuxta hiſtoriam beato Iob hæc congruunt, qui non quaſi corri-
Historicè. gendum filium, ſed quaſi hoſtem percuſſum ſe iudicauit, dum ma-
la quæ pertulit, ante oculos congeſſit. Per quem *latrones fecerunt viam*: quia maligni ſpiritus contra eum licentiam percuſſionis ac-
ceperunt. Cuius in *gyro tabernaculum obſederunt*, quia ſublatis
reb⁹ & filiis, omne corpus eius vlceribus attriuerunt.

a Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quaſi alieni receſ-
ſerunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me
¶ Quorum eſt ſeruire in domo aſſidue.
b nouerunt, obliti ſunt mei. Inquilini domus meæ & ancillæ
a ¶ Incarnatum venerati non ſunt. b ¶ Dum non eſt agnitus in domo ſua, quaſi peregrinus fuit.
c meæ, ſicut alienum habuerunt me, & quaſi peregrinus fui
d in oculis eorum. Seruum meum vocaui, & non reſpon-
a ¶ Id eſt cum ab eius ore verba corporaliter audiret.
e dit †: ore proprio deprecabar illum. Halitum meum exhor-
a ¶ Populi, vt Phariſæi & doctores.
f g ruit vxor mea, & orabam filios vteri mei. † Stulti quoque de-
h i ſpiciebant me, & cùm † ab eis receſſiſſem, detrahebant mi-
k a ¶ Et quid mirum de populo. b ¶ qui ei in ſuis conſulunt, quos eo plus diligit, quò plures ei acquirunt.
l hi. Abominati ſunt me quondam conſiliarij mei, † &
m quem maximè diligebam, auerſatus eſt me. Pelli meę † con-

Li.14.c.19. a *Fratres me.lō.* GREG. Modò voce redēptoris vtitur: ab eo longè facti ſunt fratres, & noti receſſerunt; quem
B tenentes legem prophetare nouerant, & præſentem minimè recognoſcebant. Iudæi etenim propinqui per carnem, & noti per legis inſtructionem: quaſi obliti quem verbis legis per fidem prophetauerant, verbis perfidiæ incarnatum negabant.

† mihi.

† eis aſſurgebam, loquebantur cōtra me.

Ibid. b *Inqui. do. me.* id eſt ſacerdotes, quorum origo in Dei ſeruitio deputata, iam per officium in conditione tenebatur. *Ancillæ*, Leuitarum animæ ſunt ad ſecreta tabernaculi, quaſi ad interiora cubiculi familiarius ſeruientes.

Ibid. c *Et qua pere.fui &c.* quia à ſynagoga non eſt cognitus; vnde & propheta: *Quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinās*
Iere.14. b. *ad manendum.* Qui enim vt dominus auditus non eſt, non poſſeſ-
C ſor agri, ſed *colonus* eſt creditus: *Qui quaſi viator ad manendum declinauit*, quia paucos ex Iudæa abſtulit, & ad vocationem gentium pergens iter cœptum peregit.

✻ ✻ IDEM. Peregrinus ergo in eorum oculis fuit, quia dum ſola, quæ videre poterant, cogitabant: non valebant intelligere in Domino, quod videre non poterant. Dum enim deſpiciunt carnem viſibilem non perueniunt ad inuiſibilem maieſtatem.

Ibid. d *Ser.me.vo.* Seruus, Iudaicus populus fuit, timore obſequens; quem collatis muneribus, quaſi emiſſis vocibus, ad ſe ducere ſtatuit, ſed non reſpondit: quia digna opera donis eius reddere contempſit.

Ibid. c.20. e *Ore pro.de.* Qui autem ei tot præcepta, prophetarū ore mandaueram, ore proprio deprecabar: quia in carne monſtratus, dum mandata vitæ humiliter dixit, quaſi ſuperbientem ſeruum vt veniret, rogauit.

Cap. 21. f *Halitum me.exhor. vxor &c.* Vxor domini, ſynagoga in legis fœdere, carnali ei intelligentia ſubiecta: quæ halitum exhorruit, dum carnem domini carnaliter intellexit, & quem videbat hominem
nem, Deum credere expauit; Halitus enim ex carne eſt, cumque ab eius ore verba corporaliter audiret, in eo intelligere diuinitatis arcana recuſauit & creatorem non eſſe credidit, quem creatum vidit. Carnis ergo halitum carnalis vxor exhorruit, quæ carnalibus ſenſibus dedita incarnationis eius myſteriū non agnouit.

D

g *Et ora. fi.vte.* Vterum Dei, conſilium e-
Ibid c. 21. ius debemus accipere;
in quo ante ſecula per
prędeſtinationem con-
cepti ſumus, vt creati
per ſecula producamur. Orauit ergo filios
vteri ſui: quia eos quos
E condidit, incarnatus
humiliter rogauit.

h *Stul.quoque deſpicie.* Ibid.
&c. Quia dum legiſperiti Deum deſpicerent, † Iniquí.
eorum incredulitatem
turba populi ſecuta eſt. † & quos
† Relictis ſapientibus, diligebā,
† pauperes & ſtultos ve- verſi ſunt
nerat quærere: vnde cōtra me.
cum augmento doloris † & carnibus meis.
dicit: *Stulti quoque*, pro quibus ego ſtultitiam ſuſcepi, verbum caro factum, deſpiciebant me.

i *Et cum ab eis re.* Quaſi accedebat ad cor populorū dominus, Ibid.
cum eis miracula demonſtraret: & quaſi recedebat, cum nulla ſigna oſtenderet, & à miraculis quieſcenti, præbere fidem nolebāt.

k *Abomi. ſunt me &c.* Scribæ & legis doctores, qui erudire po- Ibid.
pulum ad vitam conſueuerant, venturi redemptoris conſiliarij in
F membris eius fuerant: vt in membris dicit ſe Deus paſci & veſtiri, ſic & conſilium accipere. Qui tamen dum incarnatum dominū conſpicerent conſilijs ſuis multos ab eius fide diuiſerunt. quamuis prius ad credēdum incarnationis eius myſterium per prophetarum verba multos docuiſſe videretur. Et quia illos apud Deum magis in amore eſt qui ad eius amorem plurimos trahit, de eodem legis doctorum ordine ſequitur:

l *Et quem ma,di.&c.* Ordo doctorum, qui prius in prædicatione Ibid.
ſeruiens, maximè diligebatur: quem non ſolum ad non credendum, ſed vſque ad perſequendum Deum turba ſecuta eſt. Et tunc factum eſt quod ſequitur:

m *Pelli mea conſumptis.* In oſſibus fortitudo, in carnibus infir- cap. 23.
mitas corporis deſignatur; Per os ergo Chriſtus; per carnem diſcipuli, qui tempore paſſionis infirma ſapuerunt; Per pellem, quæ eſt exterior carne, ſanctæ fœminæ figurantur, quæ exterioribus domino ſeruierunt miniſteriis. Quaſi ergo conſumpta carne os domini pelli ſuæ adhæſit, quia fortitudo eius fugientibus diſci- Iohan. 19.
pulis, paſſionis tempore iuxta ſe mulieres inuenit.

☞ BEDA

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Fratres me. &c. *Hic conſequenter oſtendit ſe deſperare de adiutorio humano: quia ſi hoc eſſet, maximè ſperare poſſet de perſonis quæ tenentur eum auxiliari: quod remouet di.* Fratres me. *id eſt cōſanguineos meos*, 2 Longe fecit à me. *non curantes de mea afflictione.* 3 Et noti mei, *ex quadam familiaritate, & ſocietate ſpeciali,* 4 Receſſerunt à me, *nolentes mihi auxiliari* 5 Dereliquerūt me propin. mei, *Id eſt vicinitate coniuncti,* 6 Et qui me no. *ex communicatione in vita,* 7 Obliti ſunt mei, *quia nullum remedium apponunt circa me.* 8 Inquili. &c. *Hic conſequenter remouet auxilium perſonarum domeſticarum dicens:* Inquilini do. &c. *id eſt perſonæ quæ tenebantur mihi ſeruire.* 9 Sicut alienum ha. me. *miſeriam meam non attendentes; & ad maiorem contemptum ſubdit:* 10 Seruum meum vocaui, *ad meum auxilium,* 11 Et non reſpondit. *ex contemptu, cùm tamen ſine vocatione & deprecatione deberet ſe ingerere.* 12 Halitum me. exhor. vxor me. *quæ mihi deberet maximè eſſe intima, eo quod vir & vxor ſunt duo in carne vna: & tamen horret appropinquare mihi propter fœtorem de meis vlceribus exhalantem.* 13 Et ora. fi. vte. *qui ex obligatione naturali deberent miniſtrare mihi. Et vocātur hic filij Iob, nepotes ipſius, qui ſal. ē quātùm ad plures eorum, non fuerunt in illo conuiuio vbi filij Iob fuerunt oppreſſi.* 14 Stul. quoque &c. *Hic ad maiorem aggrauationem* Diuiſio.
oſtendit ſe non ſolum ab amicis derelictum, ſed etiam ab omnibus deſpectum, etiam ab inſipientibus, quod notatur ibi: Stulti quoque &c. *& ſapientibus cùm dicitur,* Conſiliarij mei; *& etiam ab his qui ante eum dilexerant, ibi,* Et quem maximè diligebam. *ſequitur.*
15 Pelli meæ. *Hic conſequenter oſtendit grauitatem ſuæ afflictionis ab intrinſeco: quia caro eius, quæ eſt media inter aurem & oſſa, ex vlceribus & doloribus conſumpta erat: & ſic pellis oſſibus adhæſerat.*

✠ 1 Et de-

MORALITER.

1 *Fratres meos longe fecit à me.* Per fratres intelliguntur apoſtoli; per notos, ſeptuagintaduo diſcipuli; per propinquos, illi qui erant de cognatione Chriſti.

8 *Inquilini domus &c.* id eſt perſonæ meo ſeruitio deputatæ.

10 *Seruum meum.* Id eſt populum Iudaicum, qui in ſuſceptione legis obligauit ſe ſeruituti diuinæ,

† *Vocaui*, ad gratiam,

11 *Et non reſpondit mihi*, contemnendo eam.

12 *Halitum meum exhorruit vxor mea*, ſynagoga abhorrens Chriſti verba.

13 *Et orabam filios vteri mei.* Eſaias j.a. *Filios enutrīui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me.*

14 *Stulti quoque deſpiciebant me.* Id eſt ignari legis, de quibus dicitur, Matth. xxvij. e. *Prætereuntes autem blaſphemabant eum &c.*

† *Abominati ſunt me quondam conſiliarij mei.* id eſt legiſperiti.

† *Et quem maxime diligebam aduerſatus eſt me*: Iſte eſt populus Iudaicus, qui fuit peculiaris domino, & prædilectus.

15 *Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum &c.* Per hoc innuitur, quòd ſaluator noſter fuit multum macilentus, maximè tempore mortis ſuæ, propter ieiunia & afflictiones præteritas & præſentes.

✠ *Miſeremini*

☞ ✠ Beda. Ad tantam ariditatem caro eius deuenerat, vt nihil A in eo humoris remanserit: Et ob hoc adglutinata quodammodo fuerit pellis eius ossibus suis. Hanc infirmitatem marasmon dicunt medici.

cap. 25. a *Carnibus.* Greg. Quæ ossi hæserant, dum discipuli, licet infirmi, veritatis fidem populis prædicarent. Et cùm sanctæ mulieres, ea quæ necessaria erãt exteriora corporis subsidia præpararẽt, quasi pellis extra manebant in corpore.

Ibid. b *Et derelicta.* i. Dẽtes apostoli sunt; Labia tantummodo circa dentes relicta sunt, cum de eo duo post mortẽ eius ambulantes confabulari quidẽ nouerãt, sed prædicare iam eum, aut mordere infidelitũ vitia formidabant. Sed iam ad propria verba Iob reuertitur.

✠ Beda. Ad hoc diabolus consumptis carnibus sancti Iob labia eius integra dereliquit, vt haberet positus in tormentis, quibus posset facile blasphemare non quasi cordis blasphemia non sit, pro qua ipse Iob sicut pro cæteris peccatis, holocausta Deo pro filiis suis die septimo offerebat; Sed ideo diabolus linguam reseruauit, vt intelligere posset, si Iob ob cordis simplicitatem blasphemiam proferret in labiis.

c *Tantummo.* Nec felicibus aliud est circa dentes quam labia: & sic pater hoc mystice dici.

Ibid. d *Miseremini mei.* Piorum est cum ab aduersariis patiuntur, nõ tã ad irã quã ad preces moueri. Tactũ autẽ se manu domini appellat, sicut ipse Sathã dixerat: *Mitte manum tuam, & tãge os eius.*

cap. 24. e *Quare perse.me.* Tantò Deus iustius aliena vitia percutit, quãtò in se nihil habet vitiorũ. Et est sensus: Ita me ex infirmitatibus meis affligitis, acsi ipsi more Dei de infirmitate nihil habeatis.

Ibid. f *Sicut de.* Idem cũ Deo agunt, quia hoc faciũt quod Deus omnipotens fieri permittit; Sed nõ idẽ volunt: quia cũ omnipotens Deus amãdo purgationẽ exhibet, iniustorũ prauitas sæuiẽdo malitiã exercet. Vel, quasi non infirmi; qui non deberent increpare cũ Deus percutit, ne addant dolorem dolori; sed consolari. Cum verò manus domini cessat, tunc dignis increpatio potest fieri.

g *Et de ca.me.sa.* Quorum mens proximorum pœnas esurit, saturari alienis carnibus quærit. Vel, qui alienæ vitæ detractione pascunt alienis carnibus saturantur.

Mystice. cap. 25. h *Quis mi.tri.&c.* Dura quæ sustinet, nõ vult per silentium tegi, sed exẽplo ad notitiã perrahi, vt alij ad patiẽtiã valeãt ædificari.

✠ Beda. Quoniam à nullo homine potuit inuenire solatium, conuertit se ad Deum: & resurrectionem futuram prophetat in

a sumptis carnibus adhæsit os meũ, & derelicta † sunt tantum-
b ¶ Sermo. a ¶ Apostolos qui carnales correctione mordent, & obstinatorum duritiã frangunt. b ¶ Et cum hæc ita.
c d modo labia circa dẽtes meos. Miserẽmini mei, miseremini
a ¶ Etsi contumeliis affligunt, tamen amicos vocat, quia bonis mentibus etiam ipsa fiunt prospera, quæ videntur aduersa. b ¶ Non Sathanæ.
mei, saltem vos ãmici mei: quia manus dõmini tetigit me.
a ¶ Enim.
e Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis * satu-
f a ¶ Quasi hæc desidero scribi vt & aliis in exemplum innotescant.
g ramini? Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei?
h a ¶ Forti sententia. b ¶ Aut exarentur in.
i Quis mihi det, vt exarentur in libro stylo ferreo, & plum-
¶ Vel certe. a ¶ Ideo hæc volo scribi:
k bi lamina, vel celte sculpantur in silice? Sciò enim quòd
a ¶ Quem alij putant mortuum.
l redemptor meus viũit, & in nouissimo die de terra sur-

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Et de.sunt.tan.la. *Per hoc innuit, quod officiis aliorum membrorum cessantibus, officium locutionis tantummodo sibi remanserat.*

2 Miseremini. *Hic consequentur ostendit Iob transgressionis & culpæ suæ minoritatem; quando enim aliquis punitur vltra condignũ, tunc ille est eius miserari, & maxime ab amicis: & propter hoc dicit,* Miserẽ.mei. *quod verbum duplicat ad maiorem assertionem suæ innocẽtiæ: quia talibus afflictis magis est cõpatiendum.* 3 Sal.vos, &c. *Quia cognouistis vitam meã præteritam, & per consequens debetis aduertere me non tanta flagella demeruisse.* 4 Quia ma. de.e.me. &c. *s. totũ intrà & extra affligẽs me.* 5 Quare per.me si. De. &c. *q d. nõ est causa: quia ipse potest mihi retribuere in futuro præmium patientiæ meæ, vos autem non sic.* 6 Et car.me.sa. *Detrahendo mihi, asserẽtes me pro peccatis iustè punitum; detractores enim vitiis carnibus saturantur.* 7 Quis mi.tri &c. *Hic consequenter Iob remouet quoddam dubiũ: dixerat enim suprà de Deo,* quasi cuilibet arbori abstulit spem meam, *& propter hoc possent amici eius credere, quod de Deo totaliter desperaret, ideo hoc remouet, primo insinuãs quod velit aliquid valde notabile dicere, dicens:* Quis mi.tri. vt scri. ser. m. *Illa enim sũt scribenda, quæ tanquam notabilia sunt in futurum retinenda, & tanto diligentius debent scribi, quãto tenacius debet in memoria haberi; ideo subditur,* 8 Quis mi.det vt exa.in.li. *id est diligenter scribatur in pergameno, & si hoc nõ sufficit.* 9 Stylo fet. & plum.la. *Id est, cum stylo ferreo scribantur in plumbo & si lamina plumbi nõ sufficit propter mollitiem.* 10 Vel cel. scul. in sili. *Omnia ista dicit Iob ad designandum, quod ea, quæ dicturus erat, erant notabilia, & post longũ tempus futura: cuiusmodi est resurrectio mortuorum in fine mundi.*

11 Scio enim. *Hic ostendit quid sit illud, quod desiderabat sic scribi & retineri: videlicet, quod non desperabat de Deo, sed magis sperabat obtinere ab eo felicitatem, non transitoriam & temporalem; sed magis æternam & integram in corpore & anima per futuram resurrectionẽ; & hoc est quod di. Scio. i. certa fide teneo;* 12 Quod re.me.vi. &c. *Redemptorem suum dicit Dei filium incarnandum qui ab æterno in deitate vixit. secundum quod dicitur ad Heb. vi. b.* Iesus Christus heri & hodie ipse & in secula. 13 Et in nouissi die de &c. *Non per naturam, sed per redemptoris mei virtutem, & ideo dicit:* In nouissi. die *contra illos qui dixerunt post reuelationem multorum annorum eosdem homines numero futuros esse, & antè etiam fuisse, ponẽtes mundum æternum: & secundum hoc non fuisset primus dies, nec futurus esset vltimus.*

MORALITER.

✠ 2 *Miseremini mei, miseremini mei.* quasi dicat, omnis creatura compati debet Christo morienti.

3 *Saltem vos, &c.* id est Iudæi, ex quibus natus fuit Christus secundum carnem, & quia fecerunt contrarium, sequitur.

5 *Quare perse. me si. de. &c.* Deus enim pater persecutus fuit filium, inquantum pro nobis tradidit illum.

6 *Et car. me. satu.* id est afflictionibus corporis mei.

7 *Quis mi. tri. vt scri. serm. me. &c.* per hoc ostendit Iob, quod volebat dicere aliquid magnum & firmiter retinendum, cuiusmodi est resurrectio generalis omnium. ideo subditur.

11 *Scio enim quod redemptor meus viuit. &c.*

✠ Et

D

cap. 26. est tãtum modo pellis.

1 Hæc quoque ecclesiæ congruũt, quę duo testamẽta seruat. Cũ. n. 2 primò dicat, vt scribãtur sermones mei, 3 dicit vt exarentur ꝙ 4 idẽ est, secundò sermo- 5 nes suos scribi expe- 6 tit, dicens: *Quis mihi* *nota.* *tribuat vt scribãtur sermones mei? Quis mihi* 7 *det, vt exarentur, &c.* 8 Quę quia forti sẽten- 9 tia modò grauib. per 10 pondus auaritiæ, mo- 11 dò duris cordibus lo- 12 quitur: stylo ferreo in 13 plũbi lamina, vel celte in silice scribit. Notandum quoque quia per librum vtrorumque corda intelligit, postea verò ipsũ librum in laminam plumbi & in silicem diuidit.

B

Nota.

Ibid. cap. 25.

i *Quis mi. det. &c.* Per stylum ferreum fortis sententia patrum. Per plumbum Iudææ populus grauis peccato. Per silicem Gentilitas figuratur. Cuncta ergo quæ pertulit, forti sententia patrum edoctus: & Iudææ populus, & Gentilitas agnouit. Quod in plũbo scribitur, citius deletur. In silice difficile sculpitur sed manet: sic Iudæa verba Dei citò recepit, & citò deseruit. Gentilitas vix recepit, sed recepta fortiter seruauit.

Ibid. cap. 26.

k *Scio enim quod re. &c.* Nõ ait cõditor, sed redẽptor, eã apertè denũtiãs, qui postquã omnia creauit, de captiuitate passione sua nos redemit. Viuit autem qui inter manus impiorum occubuit.

C

✠ Chrys. Resurrectionem corporum aperte testatur, quæ impetus & cruciatus exceperant. Tertvl. cum tempora totius spei fixa sint sacro stylo, nec liceat eam ante constitui quam aduentum Christi, nostra vota suspirant in seculi huius occasum.

Ibid. cap. 27.

l *Et in nouissimo die de terra sur. sum. & rur. &c.* Greg. Quia resurrectionẽ, quã in se ostẽdit, in nobis etiã quãdoq; facturus est. Resurrectionẽ, quippe, quã in se ostẽdit, nobis promisit: quia sui capitis gloriam sequuntur membra. Exemplo quippe nõstrauit quod promisit in præmio, vt sicut ipsum resurrexisse fideles agnoscerent, ita in seipsis in fine mundi resurrectionis præmia sperarẽt. Et hoc est quod dicit: *Et in nouissimo die de ter. &c.* Quasi per eius resurrectionem spero mihi simile sed in fine: quia nostra adhuc corpora vsque in finem mũdi à resurrectionis gloria differuntur: vt aliæ virgæ manserunt aridæ, sed sola virga Aaron id est corpus sacerdotis nostri in florẽ resurrectionis erupit: quo flore sacerdos esse ostenditur, qui pro nobis interpellat.

D

E

F

A a *Quem visurus sum, &c.* Greg. Caro nostra post resurrectionē eadem erit & diuersa. Eadem per naturam, diuersa per gloriam. Eritque spiritalis, quia incorruptibilis & palpabilis: quia non amittet essentiam veracis naturæ.

cap. 30.

b *Ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non aliis.* Expresse indicat veritatem resurrectionis: non enim alius moritur & alius resurgit (vt qui dicūt inuisibile & impalpabile corpus futurum sicut Eutycius dixit) sed idem ipse.

†vel, & post pellē meā, cōtriuerūt & hāc (sub vermes id est post cō tritū & per forata pellem meam, vermes per forauerūt carnē meā) †ira iniquitatū (i. gladius est qui iniquitates vlciscitur) Ibid.

✠✠ Beda. Hoc igitur clypeo ecclesia (quę in carnationem vnigenite Dei veram confitetur, & resurrectionem mortuorum verissimā credit futurā) se munit & protegit, & inimicos suos conuincit & debellat.

c *Reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Nihil nos certius habere credimus, quàm quod in sinu tenemus. In sinu ergo spem repositam tenuit, quia vera certitudine de spe resurrectionis præsumpsit. Sed quia venturum diem resurrectionis innotuit, iam nunc seu voce sua, seu typo sanctæ vniuersalis ecclesiæ prauorum facta redarguit, & iudicium quod in resurrectionis die sequitur, prædicit. Quasi & quia futura est resurrectio, timete iudicium quod tunc fiet, & desistite à malo. Vnde protinus subdit.

B

d *Quare ergo nunc.* Peruersi quia in lingua iusti accusationem inuenire appetunt, verbi radicem quærunt, ex qua loquendi originem sumant, & ramos loquacitatis dilatēt: sed tamē sāctus. vir mala quæ fugiant, miseratus ostendit.

Ibid.

✠✠ Beda. *Quare ergo nunc.* Vt quid nunc agitis irà, vt me tāquā vanū, nihilque credē tem, velut Deum non timeam, siue qui à religione diuina sim alienus, persequi velitis, aculeatis me vestris perfodiendo sermonibus?

†mihi. Cōsumpti sunt reues.

Et radicem verbi. ✠✠ Idem. De ipsis verbis meis occasionem, velut quandā radicem reprehensionis inuenire cupitis.

e *Fugite ergo.* Greg. Faciem gladij fugere, est animaduersionis districtæ sententiam prius quàm appareat, placare.

f *Et scitote esse iudicium.* Omnis qui peruersè agit, eo ipso quo hoc despicit, esse Dei iudicium nescit.

E

† Quia dicitis. Quomodo persequemur eum, & radicē verbi (i. occasionem calūniādi) inueniemus cōtra ipsum? (Quidā sic vertunt, quia vestra intererat, vt diceretis; Cur sub. Deus, persequitur eū? nā quæ radix rei alicuius (sub. iniqua) inuēta est in me? † Timete ergo vobis

---

a ¶ Exponit effectum resurrectionis. b ¶ Scilicet ne putent aliam.

recturus sum, † & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Quem visurus sum † ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. † Reposita est hæc spes mea in sinu meo. † Quare ergo nunc dicitis, persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum? † Fugite ergo à facie gladij, quoniam † vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium.

a ¶ Non, aereo, vel alio corpore, sed in eadem carne. ¶ Ero. ¶ Cum. ¶ Spiritu. b ¶ Non tantum cordis sed & corporis.

a ¶ Hoc est mihi certissimum.

a ¶ Facta reprehendit.

a ¶ A pranis. b ¶ Pœnam indicat.

a ¶ Quod non timendo nescitis.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

NICOLAVS DE LIRA.

✠✠ 1 Et rur. cir. pel. me. *Contra illos, qui ponunt resurrectionem futurā non in corpore ex elementis compositō, sed magis in corpore de natura cælesti.* 2 Et in carne mea vi. Deum, &c. *Hoc dicit contra errorem illorum, qui dicunt resurrectionem futuram in carne corporali cibis indigente: quia talis caro aggrauat animam, & non potest videre sic diuinam essentiam: in resurrectione autem ex gloria anima ad corpus redundante fiet caro incorruptibilis, in nullo aggrauans animam, nec impediens à diuina visione.* 3 Quem visu. sum ego ipse. *Hoc dixit ad excludendum errorem Porphyrij dicentis, quod sola anima esset beatificabilis, & corpus esset omnino fugiendum, & sic non idem ipse homo, qui compositus est ex anima & corpore.* 4 Et non alius. *Hoc dicit cōtra dictum Aristo. ij. de Generatione, qui dicit, ea quę corrumpuntur redire non eadem numero, sed tantùm specie. Declarata igitur veritate resurrectionis futurę dicit.* 5 Reposita est hæc spes mea. *Quasi diceret, non de Deo despero, sed maximè spero.* 6 In sinu meo. *i. in corde meo: & loquitur de ista spe, tanquā de re charissima quę in sinu absconditur, ne perdatur.* 7 Qua. er. *Hic ex prædictis repellit verba amicorū suorum qui dicebant eum desperatum, di.* Qua er. nunc di. per se. eū. *tanquā de Deo non sperantē, nec ipsum timentē.* 8 Et ra. ver. inue. con. eum. *ad improbandum dicta eius de Dei prouidentia, prouidente in futurum iustis & peccatoribus præmia & supplicia, quod erit in futuro iudicio, ideo subditur.* 9 Fugi. er. à fa. gla. *id est, à sententia extremi iudicij.* 10 Quo. vl. in. *quę non puniuntur hic in præsenti,* 11 Gla. est. *scilicet sententia, extremi iudicij, ideo subditur.* 12 Et sci. esse iu. &c. *non solum in hac vita, sed etiam post hāc vitā in resurrectione bonorum, & malorum: quia tunc erit omniū generale iudiciū; & omnia quę nunc videntur inordinata de prosperitate tēporali malorū, & afflictione innocentium, videbūtur tūc ordinatissimè facta.*

Porphyrij error.

Philosop.

MORALITER.

✠ C 7 *Qua. er. nunc di. per. eum, &c.* tanquam malum & desperatum, cùm sperem in saluatorem meum: hoc dicitur in persona Iob; & potest exponi mysticè de membris Christi futuris tempore Antichristi. 8 *Et ra. ver. in con. eum.* id est occasionem condemnandi eum ex verbis eius.

F

9 *Fu. er. à fa. gladij.* id est sententiæ diuinæ,

12 *Et scito esse iudi.* scilicet generale futurum, in quo punietur grauissimè id quod videtur nunc oblitum.

ADDITIO. I.

In cap. xix. vbi dicitur in postil. Celte sculpantur in silice.

Licet quidam legant, vel celte sculpantur in silice, *in Bibliis tamē antiquis habetur:* vel certe sculpantur in silice: *quod magis consonat cum Hebræo.*

In eodem c. xix. vbi dicitur in postil. Reposita est ergo spes mea. *quasi dicat non de Deo despero.*

ADDITIO II.

Vbi in translatione nostra dicitur. Reposita est ergo spes mea, *in Hebræo ponuntur aliquę dictiones habentes multa significata, quę vno modo prout ad propositum spectat, significant:* Consummata sunt, *seu* completa sunt, desideria mea in sinu meo: *& erit sententia eadem cum nostra tr. &c.*

CAP. XX.

a R *Espondens.* ✠ Nicetas. Sopharus diuinam in impios, inter quorum fœlicitatem & somnia nihil interest, animaduersionem commemorat.

b *Idcir. co.* Greg. Acsi dicat: quia extremi iudicij terrorē cōsidero, idcirco cogitationum tumultibus in timore confundor.

c *Et mens in di. ra.* Quādo modo, mala q̄ agere neglexit: modò reprehēsibilia ī quib⁹ est, mō recta quę sibi adhuc deesse cōspicit, solicito pauore perpēdit. Isti ex societate Iob nouerūt quidē rectè viuere, sed iudicia Dei subtiliter pēsare nescientes, iustos hic non posse percuti credūt. Et ideo hunc suspicati sunt iniquum, & ad increpationem dilabūtur: ad q̄ tn sub quadā reuerētia descēdūt. vñ iste subdit

Lib. 15. cap. 1.

Ibid.

d *Doctrinam qua &c.* Greg. Quib⁹ moderatè ✠ præ-

† respondere cogunt me, & propterea festi natio mihi est.

Eruditionē (vel correctionē) ignominiæ meæ.

CAP. XX.

Espondés autē Sophar Naamathites, dixit: Idcirco cogitationes meæ † variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. † Doctrinā qua me arguis audiā & spiritꝰ intelligē-

a ¶ Quasi, ego, si ago, sed. ¶ Quasi tu iustus non videris, qui iam puniris.

1 2 3 4 5 6

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XX.

1 R Espondēs autem So. *Hic ponitur ipsius Sophar replicatio, & primò aperit intentum suum, secundo prosequitur propositum, ibi:* Hoc scio. *Circa primum sciendū, quod auditis verbis Iob, Sophar assensit ei in parte. s. de iudicio futuro, & immortalitate animæ: & hoc est quod dicitur.* 2 Idcirco. *i. propter ea quæ dixisti.* 3 Cogitationes meæ, &c. *credens illud esse verum, quod prius non credidit: quia tamen non assentiebat ei in toto, ideo subditur.* 4 Et mens in di. ra. *partim tibi assentiēdo, & partim dissentiēdo* 5 Doctri. qua me ar. *i. assētia his quę dixisti de immortalitate animæ, & Dei futuro iudicio.* 6 Et spi. intell. meæ re mi. *id est adhuc rationes habeo ad sustinēdū*

MORALITER.

1 *Respon. au. So. &c.* contra Iob replicando, quātum ad illud in quo adhuc dissentiebat ab eo. s. q̄ pœnæ vitę præsētis infligūtur à Deo pro præteritis peccatis: & qa videbat Iob grauiter percus-

✠ sum,

præmissis, aperte exprobrat di. *Doctri. quæ me ar.* Qui dicētis verba discernunt, doctrinam eius nō ad adiutoriū, sed ad occasionem certaminis sumunt, vt audita potius iudicent quam sequātur: & hoc est: *Doctri qua. &c.* Acsi apere dicat: Tua quidem verba audio, sed an recte prolata sint, spiritu meæ intelligentiæ discerno. Et hoc inuenio quod *laus impiorum &c.*

¶ Inflatus spiritu scientiæ suæ, in Iob retorquet quæ impiis conueniunt.

†pro me. ✠✠ BEDA. Audiam quidem te increpātē, ac redarguentem me, quia forte in doloribus positū obiurgare non debeā: Sed mihi de Deo, q̄ est iustissimum respōdere conuenit, quia non posses ab eo ità puniri, nisi esses malorum conscius, & multorum criminum reus.

a ¶ In his honoribus. b ¶ Pro pœnis quas videt, putat hypocrisim bona quæ olim viderat.

a tiæ meæ respondebit † mihi. † Hoc scio à principio ex quo positus est homo super terram, quòd laus impiorum breuis

a ¶ Quæ in fauoribus linguarum est.

b sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit vs-

c ¶ Intellectus sanctis æquetur.

d que ad cælum † superbia eius, & caput eius nubes tetigerit,

a ¶ Pro vitiis in morte conculcabitur qui hic gloriosus erat.

e quasi sterquilinium † in fine perdetur, & qui eum viderant

¶ Hoc scito.

f dicent: vbi est? Velut somniū auolans nō inuenietur, transiet

a ¶ Quia non est res, sed visio.

g sicut visiō nocturna. Oculus qui eum viderat, non videbit,

h

i neque vltrà intuebitur eum locus † suus: Filij eius † atterētur

a ¶ Quasi debitum.

k b ¶ Quia hic se talem exhibet: vsus confirmat quod male cepit, vel bona quæ habet perdet propter simulata.

l egestate, & manus illius reddēnt † ei dolorē suū. Ossa eius

†sublimitas

†In sempiternum.

†eius.

a *Hoc scio à prin.* Si enim ab ipso humani generis exortu vsque ad hoc tempus mētis oculos ducimus, omne, quod finiti potuit, quam breue fuerit, videmus.

b *Et gau. hy.* Gaudium hypocritæ in similitudinem puncti est. Nam sicut stylus in puncto dum ponitur leuatur, sic hypocrita præsentis vitæ laudem dum tangit, amittit.

c *Ad instar pun.* quia lætitia pertransit, pœna permanet: apparet ad momentum, disparet in perpetuum.

cap. 3. d *Si ascen.* id est, etsi cælestem vitam se agere simulat, etsi intellectum suum similem veris prædicatoribus ostentat: quasi sterquilinium tamen in fine perdetur, quia mens illius pro vitiorum suorum fœtore damnabitur.

✠✠ BEDA. *Quasi sterquiliniū.* Cui sterquilinio (inquiunt ad Iob) assimilatus es per omnia, & ipse te nunc conspicis putrefactum. Et qui quondam viderant te regnantem in gloria nunc inquiunt insultanti voce: Vbi est ille Sapientissimus, hominum, & potentissimus regum?

✠✠ GRÆCI hunc locum aliter legunt: *Si ascenderint in cœlum dona eius & sacrificium eius nubes tetigerit: quandò autem visum puerit firmatum esse, tunc in fine peribit.* OLYM. Deo nempe scelesti munera rapudiante neque enim simulatæ pietatis specie delectatur.

Ibid. cap. 3.

c *Et qui eum viderant, dicent.* GREG. Qui hunc elatum viderūt, extincto dicēt, vbi est? quia neque in hoc seculo vbi elatus fuerat, apparet neque in æternitatis requie, de qua esse putabatur.

†Annō hoc nouisti à seculo.

Ibid. cap. 4.

f *Velut somniū auo.* Vita hypocritæ quædam visio phātasmatis est: quæ hoc ostēdit imagine quod nō habet ex veritate.

E

†vel cogē tur placare pauperes (quorum bona rapuit impius) †vel quæ virapuerat ipse.

Quæ somno cōparatur, quia ab eo omnis laus & gloria, dū tenetur, amittitur. Trāsiet autem velut nocturna visio: qa quod se ad momentum ditionibus humanis æstimationibus videt, de ostentatione est phantasmatis, non de soliditate virtutis: & cum mens eius in morte euigilat, cognoscit, quia hominum fauores dormiens videbat.

F

Ibid. cap. 5.

g *Oculus qui eum vi.* Locus hypocritæ cor adulantium: Ibi quippe requiescit, vbi fauores inuenit. Oculus ergo qui eum viderat non videbit: quia in morte amatoribus suis absconditur. qui eū consueuerant admirando conspicere.

Ibid.

h *Neque vl. intue.* Quia linguæ adulantium hunc ad iudicium fauoribus non sequuntur.

Ibid.

i *Filij eius atte. &c.* Quia hi qui in hypocrisi ex eius imitatione nascuntur, dum veritatis soliditatem non tenent, in cordis egestate deficiunt.

k *Et ma. il.* ✠✠ Quia damnationē iustā ex iniqua rapiēt operatione. Bene autem non dabūr, sed reddēt, dicitur: quia peruersæ eius actiones, æternum ei supplicium, quasi quoddam debitum soluent. Interim autem fit quod sequitur.

l *Ossa eius imple.* Adolescentia hypocritæ inchoatio prauitatis

NICOLAVS DE LIRA.

✠✠ *illud in quo dissentio; illud autem erat de aduersitatibus & prosperitatibus huius vitæ, scilicet quod sint pœnæ & præmia bonorum & malorum præteritorum: & hoc intendit prosequi, propter quod facta sibi de hoc satisfactione per responsionem Iob sequentem, non replicauit vltrà contra ipsum.*

1 Hoc scio. &c. *Hic prosequitur intentum. Circa quod sciendum, quod Sophar de aduersitatibus & prosperitatibus huius vitæ disputando cum Iob in aliquo cōcordabat et de immortalitate, scilicet, animæ, & iudicio futuro, & per consequens ei assentiebat, quod essent punitiones & præmiationes in futuro, & per consequens sola aduersitates & prosperitates huius vitæ non sunt punitiones & præmiationes vitiorum & virtutum. sed cum istis sunt aliæ in futuro expectandæ. Dissentiebat tamen à Iob in hoc, quod omnem aduersitatem huius vitæ ponebat punitionem alicuius peccati præcedentis, licet non totalem, & similiter de prosperitate respectu virtutis. Ergo Sophar primo prosequitur quantum ad hoc illud in quo dissentiebat à Iob, secundo illud in quo consentiebat, ibi:* Fugiet arma. *Contra illud in quo dissentiebat à Iob, maximè videtur esse quòd impiis & peccatoribus frequenter contingunt prosperitates huius vitæ, quod non esset, si semper essent præmiationes actuum virtutis, qui, non sunt impijs: ideo hoc nititur Sophar excludere dicens, quod sunt ita breues, quod quasi pro nihilo debent computari, & maximè quia faciunt ad augmentum doloris subitò sequētis, & primo describit huiusmodi impij tribulationem, & secundo assignat causam, ibi:* Cum enim dulce. *Prima in duas, quia primo ostendit dictam tribulationem in personis impiorum, secundo in personis aliorum sibi adhærentiū, ibi.* Filij eius. *Circa primū dicit.* Hoc scio. *s. quod sequitur.*

2 A prin. ex quo po. &c. *hoc est, à principio mundi expertum. est & in scriptis redactum.*

3 Quia laus impio. *id est celebritas famæ ipsorum.*

4 Breuis sit. *quia statim succedit diffamatio eorum.*

5 Et gau. hypo. *qui gaudet de apparenti sanctitate,*

6 Ad instar pun. *id est nullius durationis seu momenti.*

7 Si as. vs. ad cæ. *id est ad altissimum statum,*

8 Quasi sterquilinium in fine perdetur, &c. *quia subitò tanquam quid vile & fœtidum conculcabitur.*

9 Et qui eum vi. *in alto statu,*

10 Dicen. *præ admiratione,*

11 Vbi est. *quasi dicat ad nihilum redactus est. ideo subditur.*

12 Velut somnium aduo. &c. *Quod velociter transit sine vestigio & memoria.*

13 Oculus qui eum viderat. *In vita præsenti,*

14 Non vi eum. *quia auferetur morte contemptibilis.*

15 Neque vltrà in eum lo. &c. *quia de morte non reuertitur aliquis ad statum præsentis vitæ.*

16 Filij eius. *Hic consequenter ostendit tribulationem impij in personis coniunctis, dicens.* Filij eius atte. egestate. *post mortem patris in pœnam suæ iniquitatis.*

17 Et ma. il. *id est opera eius iniqua.*

18 Reddent ei do suum. *Non solum in se, sed etiam in filiis suis.*

19 Ossa eius. *id est sui satellites ei robur præstantes, prout exponit hic Ra. Sa.*

Diuisio

MORALITER.

✠ sum reputabat eum fuisse valde malum: sed quoniam in ipso Iob multa bona apparuerunt, quæ negare nō poterat, illa fuisse facta per hypocrisim asserebat: licet autē eius verba non valeāt contra Iob, valent tamen contra eos qui tales sunt, & sic dixit.

1 *Sci. à prin. &c. quod lim. b. sit.* quia non durat vltra præsentem vitam, quæ breuis est, & frequenter eius fictio ante mortem deprehenditur, & sic eius laus in vituperium reuertatur.

5 *Et gau. hypo. ad in pun.* id est, nullius momenti.

7 *Si ascen. vsque, &c.* per sanctitatis apparentiam.

8 *Quasi ster. &c.* quia propter peccati fœtorem ad æternum supplicium protrahetur.

9 *Et qui vi. eum.* in gloria mundana.

10 *Dicent vbi est* id est non apparet vltrà.

16 *Filij eius atterentur egestæ.* id est eius imitatores punientur pœna gehennæ.

17 *Et munus eius reddent ei. dolo. suum.* id est eius opera facient eum pœna dignum.

19 *Ossa eius imple. vi.* id est eius satellites, qui eum roborant in malis, similes erunt ei in vitiis & in pœnis.

✠ Cum

est. Ossa dura in eo, prauitatis est consuetudo. Ossa itaq; eius implentur vitiis adolescentiæ: quia duræ in eo prauitatum consuetudines, à vitio sumptæ sunt pessimæ inchoationis: quæ ossa cũ eo in puluere dormient; In puluere dormire, est vsque ad puluerem, id est vsque ad mortem, ab iniquitate nõ cessare. Aliter ossa dicit aliquid forte ac validũ, quod nonnũquam hypocrita habet in operatione. Cuius ossa implebuntur vitiis eus adolescentiæ, quia cum mobilis ac leuis multa pueriliter facit, etiam in his quæ fortiter egerit, in vitio molleſcit. Cuius ossa in puluere dormire, est cũ prauis actionibus eius, etiã si qua sunt bene acta, omni soliditate vacuari ac deperire.

a ¶ Prouerbium est: Adolescens iuxta viam suam, & cum senuerit non recedet ab ea Prouer. 22.a.
b ¶ Omnis simulatio puluis est, in qua & os perit.

implebuntur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient. Cùm enim dulce fuerit in ore eius malum, absconditillud sub lingua sua. Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo. Panis eius in vtero illius, vertetur in fel aspidum intrinsecus. Diuitias quas deuorauit, euomet: & de ventre illius extrahet eas Deus. Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ. Non videat riuulos fluminis torrentis mellis & butyri. Luet quæ fecit

¶ Quæ bene sonat.

a ¶ Aspis paruus, est latens tentatio dæmonum, cuius caput id est, initium, prius in corde nascitur: qua captus etiam post violenter trahitur, sicut & in paradiso diabolus prius blande persuasit homini: post consensum. nunc etiam renitentem trahit. b ¶ quasi vipariens per quam signatur violenta tentatio.
c ¶ Hypocrita dæmonum quasi serpentum veneno penetratus, dona spiritus sancti non videt, quia se extra fauoribus intentus. vnde: Luet quæ fecit omnia.

1 è sceleſta domo, quæ
2 eccleſia est malignan-
3 tium, illos educet.
4 c *Caput aspidũ.* GREG.
5 Aspis paruus est ser-
6 pens, vipera prolixio-
7 ris est corporis, & sic
8 nascitur vt violenter
9 exeat. Caput itaque
10 aspidum suget, & occi-
11 det eum lingua vipe-
12 ræ: quia cùm initiũ
13 suggestionis occultæ
14 libenter suscipit, vio-
15 lentis se postmodum
16 tẽtationibus deuictus
17 tradet. Vel, quia vene-

Cap. 5.

Cap. 6.

Ibid.

Ibid. cap. 7.

Cap. 9.

E

F

† possunt hæc verba verti in præterito imperfecto, indicat etiã in sequenti versu, parcebat.

† in medio eius.

† surget.

† vel videbit riuulos fluuina.

† Restituet laborẽ (sub aliorum) & non deglutiet, in diuitiis permutationis suæ nõ exultabit. Vbi supra, cap. 10.

B

C

D

GREG. In ore cordis suauis est iniquitas, quam sub tegmine blandæ locutionis operit. Malum. n. in lingua, & non sub lingua esset, si loquẽs hypocrita malitiã aperiret.

b *Parcet illi & non.* Malo quod diligit parcit, qui non hoc pœnitendo persequitur; & nõ derelinquit, sed celat in gutture: quia sic seruat in cogitatione, vt nunquam proferat in voce.

BEDA. Id est, palpat, fouet, & nutrit malum suum: & delectans se in illo, nunquam pœnitet vt ab eo discedat.

c *Panis eius in vtero.* Plerunque hypocrita pane sacri eloquij eruditi studet, non vt ex eo viuat, sed vt doctus appareat; sed dũ doctrinæ verbum, quod male quærit, praue intelligit, & in hæreses labitur: contingit ei vt sicut de felle aspidum, sic moriatur de pane. Sed quia Dei eloquia etiam si recte intelligat, in opere nequaquã seruat, in præsẽti vita perdit, vt nesciat quod agere voluit.

d *Diuitias.* Sacræ legis quas legendò, deuorauit, obliuiscendo euomet: quas Deus iusto iudicio de eius memoria euellit.

OLYM. Impius (inquit) cum iniquas opes exorbuisse videbitur, hoc est, illas in tuto habere collocatas: tunc in diuinam irã, quasi in mortiferum medicamentum veneno aspidis temperatum incurrens, opes flagitioſe partas euomet, vniuersas; scilicet quemadmodum qui venenum hauserunt, incitantur ad vomitum: Sic eum, qui diuitias iniustè comparauit, cruciatu diuulsis visceribus illas ipsas cogitur effundere. Genus item aliud ego noui diuitiarum, quæ in hæreticorum sunt reconditæ sermonibus; ii enim præcepta habent veritatis decretis cõtraria, in suis ipsorum inclusa visceribus, quæ dulcia minimè sunt, sed fel aspidis, id est, nefaria. Quanquam, quæ Dei bonitas est, non id permittet, vt per iniuriam partas diuitias retineant: nimiram faciet vt eas vomant aliquãdo. Angelus enim diuinæ clemẽtiæ ope,

e *Caput aspidũ.* GREG. Aspis paruus est serpens, vipera prolixioris est corporis, & sic nascitur vt violenter exeat. Caput itaque aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ: quia cùm initiũ suggestionis occultæ libenter suscipit, violentis se postmodum tẽtationibus deuictus tradet. Vel, quia venenosa aspis cõcite, vipera tardius occidit: Per aspidem violenta & subita, per viperam lenis & diuturna tentatio signatur. Vnde illi mors in suctione capitis, viperæ in lingua esse dicitur: quia repentina tentatio sepe vt surgit, interficit; Longa, quia praua diutius persuadendo suggerit, velut ex lingua vipera occidit.

f *Non videat riuulos.* GREG. Riuuli fluminis sunt dona spiritus sancti, fides, spes, charitas, quæ hypocrita non vere considerat, quia solis visibilibus intendit. Fluuius autem torrens est exuberans inundatio spiritus, quæ in contemplantis animũ colligitur. Qui spiritus, melle nos pariter & butyro satiat, quia quem repleuerit, & diuinitatis Christi dulcedine, & incarnationis fide lætificat. Mel enim desuper, id est ex aëre cadens dulcedine diuinitatis Butyrum vero quod ex carne est, mysterium incarnationis Christi significat.

g *Luet quæ fecit omnia.* Persoluet enim in tormento ea quæ hîc illicita seruauit desideria, nec in morte consumetur, sed vt sine fine crucietur, viuere sine fine cõpellitur: vt cuius vita hîc mortua fuit in culpa illic eius mors viuat in pœna. Dicat ergo, *luet quæ fecit omnia*, nec tamen cõsumetur, quia cruciatur & non extinguitur: moritur & viuit, deficit & subsistit semper, & sine fine est.

Ibid. cap. 11.

a *Iuna*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Implebuntur vi. &c. *id est erunt vitiosi, sicut ipse: secundum illud Eccle. x. a.* secundum iudicem populi, sic & ministri eius.

2 Et cum eo in pul. dor. *id est, cum eo subito morientur. similes ei in pœna, sicut & in culpa.*

3 Cum enim. *Hic consequenter reddit causam dicta tribulationis. quæ, est delectatio in peccato: & primò ponit istam causam, secundo describit correspondentiam pœnæ ad culpam, ibi*: luxta multitudinem. *Circa primum dicit*: Cum enim dul. fue. in ore eius ma. *id est delectabile: quod contingit illis, qui peccant ex habitu, & ex certa malitia, secundum illud Pro. ij. c.* Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis &c. *talibus debetur maior pœna, quàm illis qui peccant ex passione vel ignorantia.*

4 Absconi. il. sub lin. *Loquitur de peccatore delectante se in peccato, ad modum hominis habentis aliquid dulce in ore: quod nõ statim trãsglutit, sed diu tenet sub lingua. vt diutius delectetur, ideo subditur:*

5 Parcet il. *quia non statim transglutit,*

6 Et non dere. il. *cito descendere in ventrem.*

7 Et te. in &c. *vt diutius delectetur: sicut dicit Philosophus ij. Ethicorum, quod quidam plutiuorax desiderabat habere longum collum ad modum gruis, vt diutius gustu sapidi pulmenti delectaretur; per hoc insinuat Sophar, quod peccans ex certa malitia quærit omnes vias remanendi & delectandi in peccato suo.*

8 Panis eius. *id est peccatum quo delectabatur, & reficiebatur.*

9 Verte. in fel aspi. *propter amaritudinem pœnæ sequentis, sicut cibus venenosus inducit amaritudinem mortis.*

10 Diuitias quas de. *id est ab aliis rapuit,*

11 Euomet. *id est, cum abominatione & dolore perdet.*

12 Et de ventre il. ex. eas Deus. *id est de loco vbi reposuerat eas in thesauro.*

13 Caput. as. sur *id est diabolus, vel aliquis potens surget ad inuadẽdum eum, sicut caput aspidis eleuatur ad mordendum: sic exponit Thomas & aliqui alij. Sed hæc expositio non videtur conueniens: quia in Hebræo & in libris correctis habetur,* Suget. *sed tunc non videtur bene concordare cum eo quod præmittitur*: Caput aspidum. *Propter quod sciendum quod in Hebræo vbi habemus* caput, *ponitur hæc dictio Hebraica* ראש ros: *quæ est equiuoca ad significandum caput & fel, & si accipiatur in secunda significatione, plana est litera. sic dicendo:* Fel aspidum suget, *quia sicut puer delectatur in sugendo lac è mamilla, sic peccator in operatione peccati: suget tamen cum hoc fel amaritudinis ipsius pœnæ sequentis.*

14 Et occidet eum lingua vipe. *id est detractoris seu accusatoris.*

15 Non videat riuulos *id est abundantiam.*

16 Mellis & buty. *per mel, quod sine labore hominum per apes efficitur, & per butyrũ quod labore humano de lacte extrahitur, intelligitur omne bonum delectabile quod habetur absque labore hominis, & etiam cum labore, & per hoc innuitur quod peccator sit priuandus omni bono.*

17 Luet quæ fecit omnia. *i. omnia peccata sua per pœnã sequentẽ.*

9 Verte

MORALITER.

3 *Cum enim dul. fue. in ore eius malum.* id est delectabile sibi propter habitum vitiosum,

4 *Absconditil. sub. lin. su.* id est diu retinet, sicut dulce non statim glutitur, sed in lingua retinetur.

5 *Parcet illi, &c.* Replicatio est eiusdem sententiæ sub alia similitudine.

8 *Panis eius in vtero illius &c.* id est delectatio culpæ vertetur in amaritudinem propter grauedinem pœnæ.

13 *Caput aspidum suget.* id est peccatum, quod est sibi mortiferum, delectabiliter faciet.

14 *Et occidet eum lin. vi.* id est vermis conscientiæ.

15 *Non videat riuulos, &c.* id est abundantiam electorum.

17 *Luet quæ fecit omnia,* Scilicet peccata,

1 Nec

☞ a *Iuxta mul.* GREG. Quamuis enim damnatorum omnium dolor sit infinitus, grauiora tamen tormenta recipiunt, qui multa iniquitatibus ex suis quoque desiderijs inuenerunt. ✠✠ Sed quia Sophar huius hypocritæ intulit pœnam, protinus adiungit culpam; nec vnam quamlibet narrat, sed eam de qua omnes oriuntur; scripsit quippe est, *radix omnium malorum cupiditas.* Cui ergo cupiditas dominari dicitur, subiectus proculdubio malis omnibus demonstratur; Nam subiungit.

b *Quoniam confrin.* Domũ pauperis confringit & nudat, quia eũ, quẽ per potẽtiam cõterit, expoliare per auaritiam non erubescit.

✠✠ *Rapuit & non ædificauit.* Ac si aperte diceretur, qui hanc ædificare debuit, insuper rapit. Venturus nãque in iudicio dominus, dicturus est reprobis: Esurui & non dedistis mihi mãducare &c. Ex qua culpa subiungitur: *discedite à me maledicti in ignem æternum.* Si igitur tanta pœna multatur, qui non dedisse sua conuincitur: quia pœna feriendus est, qui redarguitur aliena abstulisse: Bene autem subditur:

c *Nec est sa.ven.* Venter quippe iniqui auaritia est: & in ipsa colligitur quicquid peruerso desiderio glutitur. Liquet verò quia auaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur: Nam more ignis cum ligna quæ consumat acceperit, excrescit: & vnde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulo post cernitur dilatari.

d *Et cum ha.quod con.* Maioris iracundiæ est cum hoc tribuitur quòd malè desideratur: quia inde repentina vltio sequitur, quia hoc quoque obtinuit, quod Deo irascente concupiuit.

e *Non remansit de cuntis eius.* Percusso hypocrita de cibo eius nihil remanet: quia cum ad supplicia ducitur, à cunctis quæ possederat alienatur.

f *Propterea nihil &c.* Quia de hac vita subtractus, ad iudicem nudus vadit.

g *Cum satiatus fue.arta.* GREG. Cum multa congesserit artatur; anxiatur enim qualiter acquisita custodiat. Suprà.c.13.

h *Æstuabit, & omnis do.* Hinc inde insidiatores metuit, formidat potentiorẽ, ne hunc sustineat violentũ, pauperẽ conspicit, & suspicatur furẽ; Ipsa quoque cõgesta curat magnopere, ne ex naturę propriæ defectu per negligentiã consumantur; Pòst æternis cruciatibus mancipatur. Sed quia peruersus quãtò citius peruenit ad desiderium, tanto facilius rapitur ad tormentum. Sequitur.

i *Vtinam impleatur ven.eius &c. plu.su. il.* bel. Bellum Deo pluere, est quasi quibusdã guttis pluuiæ descendentibus, iudiciorum suorum iaculis ferire: vt cum iam malus ad iudiciũ rapiatur, non meminerit, quia malè concupiuit, & concupita peius congregauit; modo doleat quod congregata deserat, & quandoque ignem sentiat vltionis, quẽ ne bene viueret, præuidere cõtempsit.

k *Fugiet ar.* GREG. Surripit auarus aliena aliquando per elationem, quia quærit præesse; Rapit aliquando timore penuriæ, cum sua sibi sufficere non posse suspicatur, hinc est quod ait: *Fugiet ar.* Arma ferrea, necessitates sunt præsentis vitæ, quæ durè premunt & vitam inopis insequuntur. Ferro ergo necessitas transitoria comparatur: quia ferrum ærugo consumit. Ære, quod difficilius consumere solet, sententia æterna figuratur: quæ quia ab iniquo non attenditur iustè arcui, quia ex insidijs percutit, comparatur. *Fugiet* ergo *arma ferrea, & irruet in arcum æreum*: dũ enim præsentes necessitates metuẽs multa per auaritiã rapit, æterni iudicij se percussionibus ante ponit. Interim autem.

l *Gladius edu. &c.* Iniquus dum praua in cogitatione machinatur, quasi gladius in vagina est: De vagina egreditur dum per iniquitatem malæ operationis apetitur; eductus autem per seductorem, egrediens verò per propriam voluntatem. Ibid. c.15.

m *Et fulgurans &c.* Fulguris nomine splendor exprimitur cum percussione; Qui ergo positus in potestate alijs nocet, fulgurans dicitur: quia vnde contra bonos, quasi ex luce gloriæ, extollitur, inde bonorum vita cruciatur. ✠✠ Sed quia splendor gloriæ illius æternis gehennæ supplicijs mancipatur, recte nunc dicitur, *fulgurans in amaritudine*, qui enim modo quasi ex terrore & claritate feriens gaudet, inde pòst supplicia in perpetuum sustinet. Ibid.

☞ a *Vadent*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nec tamen consumetur. *quia adhuc pœna sibi in futuro reseruatur. In Hebræo habetur,* Reddens laborem & non glutiet: *quod exponit Ra.Sa.sic:* Reddens laborem, *id est, substantiam aliorum labore acquisitam, quam abstulerat: sed cogitur reddere, per pœnam in vindictam huius insultam.*

2 Iuxta multitu. *Hic consequenter ostẽdit correspondentiam pœnæ ad culpam dicens,*

3 Iuxta multitudinẽ adinuẽ.sua. *i. malitiarũ, quas excogitauit,*

4 Sic & susti.&c. *Pœnam correspondentem, vnde subdit:*

5 Quoniam confringens, *per violentiam,*

6 Nudauit pauperis do. *per rapinam,*

7 Et non ædifi.eam, *quia nõ restituit ablata, & damnum illatum.*

8 Nec est satiatus ven.eius. *quia plus vellet rapere si posset; & sequitur pœna respondens,*

9 Et cum habue.quod concu. *anxie desiderando,*

10 Possidere non po. *quia violenter auferetur ab eo.*

11 Non reman.de ci.eius. *i. de bonis suis alijs non distribuit:*

12 Et pro.ni.re.&c. *sed totum auferetur.*

13 Cum sati.fue. *i. plenus bonis ab alijs raptis,*

14 Arta-

MORALITER.

1 *Nec tamen consumetur.* quia pœna sua non terminabitur.

✠2 *Iuxta multitudinem adin.sua.* quia secundum mensurã peccati erit & plagarum modus.

5 *Quoniam confringens nudauit pauperis domum,* omni substantia sua.

8 *Nec est satia.* Prouer.xj.d. *Alij rapiũt non sua, & semper in egestate sunt.*

13 *Cum satia.fue.* i. plenus bonis temporalibus,

14 *Artabi.* i. anxiabitur de eorum custodia, sicut ille diues de quo dicitur Lu.12. c. *Quid faciam quia non habeo quo congregem bona mea &c.*

15 *Vti.imple.ven.e.* i. ex tali repletione torqueatur, & diuinitus torquetur.

17 *Fugiet arma* quia cõtingit aliquando, quòd malus euadit pœnã iudicis visibilis, sicut arma ferrea fulgida sunt, & feriũt de pro-

13 Cum

h ✠ pin-

a *Vadent & venient &c.* Maligni spiritus bonis mentibus sunt horribiles pauendi atque fugiendi; qui certis quibusque vitijs singuli obsequuntur; & super mentem peruersi vadunt & veniũt: & quem etsi aliqua mala deserunt. alia occupant. Sæpe namque furore iræ commouetur: & cum furor abscesserit, eius mentem luxuria deuastat; Cũ luxuria ad tempus intermittitur, elatio de continentia surrogatur; &c.

b *Omnes tenebræ absc̃ditæ sunt.* Nam qui cuncta simul in effectu non explet, cuncta quæ nocent in mente tacitus tenet.

c *Deuorabit eum &c.* Ignis gehennæ qui studio humano non succenditur, sed creatus est à Deo ab origine mundi.

d *Affli. reli.* Iniqui tabernaculum caro est, quia ipsam lætus inhabitat, cum qua eius spiritus cruciabitur. Boni non in carne gaudium suum ponunt, sed in celo. Relictus à carne à qua abstrahitur, quam hic amauit, nec relinquere voluit: tunc propter tormenta relinquere volet, sed non poterit.

e *Reuelabunt.* GREG. quia hic nec bonis nec malis pepercit, eũ in tremendo examine, iustorum vita & peccatorum pariter accusabit.

✠✠ BEDA. In testimonium erunt angeli & sancti homines contra impium: vt vel nouerint, vel manifestent ei, quia omnia tormenta pœnarum iustissimè patiatur; quod & in psalmo dictũ est. *Euocabit cælum sursum, & terram discernere populum suum.* & Moyses in testimonium vocat Angelos sanctos & homines, ita dicens: *Attende cælũ & loquar, & audiat terra verba ex ore meo,* vt sit ipsi contumaci populo in iudicium. f *Apertum erit.* Cum omne malum, quod in conscientia eius nascebatur, aduenientè iudice, ostenditur.

✠✠ BEDA. In iudicio Dei, quando impius cõdẽnand⁹ est nõ solũ malè cuecogitationes cordis eius, verũ etiã principia imperfectarum cogitationum Deo pandẽda sunt, atq; clari luce manifestãda.

g *Detrahetur in.* quia vindictæ tempore raptus ad supplicia, ab æterni iudicis vultu separatur.

h *Hæc est pars ho.im.* Cũ enim Dei iustitia suppliciũ à reprobis, p̃ peruersis actib⁹ exigit, eis mala vsq; ad verborũ retributionẽ reddit.

✠✠ *Et hæreditas &c.* BEDA. Id est operũ retributio. Antiqui verterunt, *ab episcopo* quòd Deus desuper intendat in omnẽ creaturã suam; vnde & apostolus Petrus. 1. c. 2. scribit: Conuersi estis ad Pastorem & Episcopum animarum vestrarum.

NICOLAVS DE LIRA

1 Vadẽt & ve. super eũ hor. *i. dæmones, quorũ potestati tradetur.*
2 Omnes tene. absconſ. sunt in oc. e. *quia tenebræ interiores & exteriores, quæ erunt in inferno, modo non considerantur ab impio.*
3 Deuorabit eũ ignis qui non suc. *i. ignis gehennæ, vt dicit hic glossa Hebraica.*
4 Qui nõ succen. &c. *humano studio, sed diuino, secundum illud Esa. xxx. g.* Flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eã.
5 Affligetur relictus in ta. suo. *Id est in loco inferni sibi deputato, à quo nulla est redemptio. Ideo dicitur hic:* Affligetur reli. *absque spe liberationis.*
6 Reuelabunt cæli ini. eius. *quia in iudicio futuro virtute Dei omnia peccata reuelabuntur.*
7 Et ter. consur. aduer. eum. *secundum quod dicitur Sap. v. d.* Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.
8 Apertum erit germen domus illius. *i. dãnatio filiorum suorum: peccatum eius imitantium ad propriæ damnationis augmentum, quod reformidans diues Epulo in inferno positus, desiderabat ne fratres sui illuc venirent post ipsum, vt habetur Luc. xvj. Vltimo concludit Sophar dicens:*
9 Hæc est pars hominis impij. *Id est eius damnatio.*
10 Et hæreditas verborum eius. *quam acquisiuit sibi prius operibus & sermonibus.*

MORALITER.

propinquo, & incurrit pœnam iudicis inuisibilis ferientis de longinquo.
1 *Va. & ve. sup. e. &c.* dæmones, quibus subijcietur in pœna, sicut subiectus fuit eis in culpa.
2 *Omnes te.* culpa & pœnæ.
† *Absconditi. sunt in occu. c.* quia non vult eas considerare.
3 *Deuorabit eum ignis qui &c.* Hîc est ignis gehẽnæ qui nõ succẽditur ab homine, sed à Deo. Esaiæ tricesimo g. *Flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eam.* s. gehennam.
5 *Affligetur relictus in taber.* Id est, in loco inferni sibi deputato.
6 *Reuelabũt cæ. ini. eius.* nam angeli cælestes & homines terrestres contra eum erunt testes.
8 *Apertũ erit ger. do. il.* Id est, manifestus erit suorũ operũ effect⁹.
9 *Hæc est pars. homi. impij.* id est, illud quod pro omnibus verbis suis & operibus reportabit.

CAP. XXI.

a *Respõdens au. Iob.* ✠ NICET. Iobus cum impij hîc affluãt opibus, Prouidentiæ diuinæ rationes obscuras esse docet. *Audite, quæso sustinete me.* GREG. Notandum quod dum subiũgeret agite pœnitẽtiam, præmisit, *audite*; Cũ verò subderet: *post mea, si videbitur, verba ridete, præmisit sustinete me.* Audire quippe volentis est, sustinere nolentis. Boniet enim cum loquũtur, duo sunt quæ in suis locutionibus attendunt, vt videlicet aut sibi, & auditoribus suis: aut sibimet solis b prosint, si auditoribus prodesse non possunt. Cùm enim bene audiuntur, bona quę dicunt, sibi simul & auditoribus prosunt. Cum verò ab auditoribus

b *Nũquid com.* Beatus Iob si Deo placẽs hominibus displiceret, causas tristitiæ nullas haberet: Sed quia se Deo displicuisse per flagella prẽsẽtia credidit, anceps fact⁹ de anteacta vita, iam animũ ad tristitiã vocauit: qui si flagellis absentibus contra hominem de vitæ suæ meritis disputaret, nequaquam contristaret debuisset.

Nunquid contra homi. Quasi nondũ hypocrita, si cũ hominibus

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXI.

Diuisio. 1 Respondens autem Iob. *Hîc consequenter ponitur ipsius Iob responsio. Circa quam petit primò aliorum attentionem, secundo prosequitur suam intensionem, ibi:* Quare ergo impij. *Circa primum dicit:*

2 Audite queso, sermones. *Videbat enim iam Sophar in parte conuersum, ideo petebat audientiam, vt perficeretur eius cõuersio ad veritatem, & etiam aliorum; ideo subditur.*
3 Et agite pœ. sustine. me. vt & ego lo. *quasi diceret: Si verba sunt rationabilia recipite, & si irrationabilia deridete, quod, non fecerant amici Iob, vnde subditur:* 4 Nunquid contra hominem.

MORALITER.

Respondens autem Iob. Hîc ponitur ipsius Iob responsio, vbi primò petit audientiam, dicens:

2 *Audite queso.* & optat amicorum correptionem, dicens.
3 *Et agite pœniten. Nũquid cõtra ho. disputa. ea. s.* quasi diceret sic:

✠ & ideo

de vita mea agerem non timerem, quibus si displicerem, nō curarem; sed quia cum Deo, meritò tristor. *Vos autem attendite me*, quasi, Deum, sed non vos timeo.

✠✠ Beda. Dicit, quod ideò tristis fuerit, quia castigatio eius non ab homine sit, cuius iudicium solet errare, vt aliquando iniustæ pœnę innocētibus infligantur: sed potius à Deo sit ei illa tam dura correptio, cuius iudicium nequaquam falli potest.

a *Attēdite.i.* cōsiderate quę egi, & admiramini in his quę patior.

b *Et superpo.di.ori.ve.i.* locutioni vestrę discretionis virtutem adiungite.

Olym. qui silentio audiunt fermè cubito in femur incumbente, & in manu ore residente ad ea quæ dicuntur aduertere animū cōsueuere, q.d. admiramini, & tacete.

c *Et ego quando re.fu.* Gre. Quia actuū suorū oblitus nō erat, cōstat quia per irrisionē hoc dicat. Et est sensus: Si me aliquid hypocritę meminero habuisse in pœnitētię fletu, mox cōtresmico. Carnem verò suā si recordatus fuerit, timore perhibet concuti, i. infirmitatem vltionis pauore fatigari. Sed quia Sophar multa de subita damnatione impij asseruit, in quibus Iob momordit, contra eius dicta subiungit:

d *Quare ergo impij vi.* subleuantur honoribus, confortantur rebus, quia eos patientia diuina tolerat:

e *Confortatique diuitijs &c.* vt diu in eis subsistere permittantur. Sed quia sunt quibus hæc habere pœna est: quia hæredes quibus hæc relinquent, non habent. Subdit:

f *Semen eorum permanet*, In augmentum felicitatis, cum patrimonio dantur hæredes;

g *Coram eis*, Ne qua necessitas saltem oculis subtrahat ea in quibus animus exultat. Sed ne in eis sterilibus, genus extinguatur, addit:

h *Propinquorum turba & nepotum in cōspe. eorum*, Ecce dicuntur eis esse vita, honores, diuitiæ, filii, nepotes: sed si int⁹ domestica cura vreret, non esset læta hæc felicitas. vnde subdit:

i *Domus eorum securæ sunt, & pacatæ & non est.* Quæ enim esset supradicta felicitas, si læta nō esset? Si int⁹ ꝓspera, in agris quoq;

k *Bos eorū conce.* Dominis gregum prima est felicitas, si grex sterilitatem non habens concipit; Secunda, si conceptus ad partum venit; Tertia, si quod partum est, per nutrimenta ad profectum ducatur. Sed hoc minus est, si greges crescunt, & custodes gregum non proficiunt: vnde fœcunditas familiæ subditur:

l *Egredi. quasi gre.* Vt sicut maiora ad habendum concessa sunt, ita multi germinent ad custodiendum.

m *Et infan. eorum ex. lusibus.* Sed ne illum lusum vilem crederemus, ait:

n *Tenent tym. & citha.* Quasi cum domini honoribus & rebus tument, subiecti in ludicris actibus gaudent.

o *Ducunt in bo. di. su.* Quia omnis longitudo vitæ præsentis punctus esse cognoscitur, cum fine terminatur. Quicquid enim transire potuit, subitum fuit;

p *Et in pun. ad infer. descen.* Sed finis est pessimus; Ecce quò tendebat, quia præsentis vitæ prosperitas non est testis innocentiæ: quia & hac vsi pereunt, & flagellati liberantur, quod est cōtra amicos Iob.

✠✠ Beda. Respondete mihi obsecro: Si ego impius & immemor operum secundum iustitiæ ordinem: *quare impij vivunt & subl.su.confortatique diuitijs?* siue, vt alij dixerunt, *senuerunt in diuitijs?* Hoc inquam obsecro respondete. Nunquid vos qui cōtra me Deum iustum defenditis, in hoc loco iniustum notabitis, vt in me iniquo vltor sit, & in mei similibus clemens?

☞ Olym.

disputatio mea est, vt meritò non debeā contristari? Attendite me, & obstupescite, & superponite digitum ori vestro. Et ego quando recordatus fuero pertimesco, & concutit carnem meam tremor. Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatiq; diuitijs? Semen eorum permanet corā eis, propinquorum turba, & nepotum in cōspectu eorum, Domus eorū securę sunt & pacatę, & nō est virgā Dei super illos. Bos eorum cōcepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non est priuata fœtu suo. Egrediūtur quasi greges paruuli eorum, & infantes eōrum exultāt lusibus. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Dūcunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendūt.

a ¶ Id est culpa verborum vos compescite: vel, digitus dicitur discretio, i. per discretionem lingua refrænetur, vt recta, quæ contra hypocritam dicitis, cui sint dicenda, videatis.

a ¶ Etsi ego pro culpa percussus. b ¶ Hac vita nisi quia patitur Deus. c ¶ Honoribus.

a ¶ Disciplina.

a ¶ Custodum.

a ¶ His & aliis modis. ¶ Consumunt.

NICOLAVS DE LIRA.

disputatio mea est; *quasi diceret, nam proprium hominis est vti ratione, & per consequens in disputando rationabiliter, loqui, & rationi assentire, quod non fecerant amici Iob: quia verba eius rationabilia non receperant, & verbis iniuriosis magis quàm rationibus eum impetierant. ideo subdit:*

1 Vt merito nō debeam cō. *quasi diceret, imò meritò cōtristor de modo vestro disputandi.*

2 Atten.me. *rationabiliter & pacificè,*

3 Et obstupe. *hoc dicit, quia in fine dicturus erat de futuro iudicio, quod debet esse omnibus causa stuporis & timoris, etiam iustis: vnde subditur,*

4 Et ego quando recor.fue.pertimesco, *ne in me lateat aliquid tunc puniendum:*

5 Et cōcutit car.me.tre. *quia passiones & motus mētis redundāt in corpus exterius.*

6 Quare er. *Posquā Iob petiuit attentionem, hic cōsequenter prosequitur suā intentionē: & secundo ex dictis infert triplicē cōclusionē, ibi:* Certè noui. *Circa. primum declarat intentum: primo per prosperitates malorū, secūdo simul per aduersa & prospera eorum, ibi:* Quoties lucerna. *Prima in duas, quia primo declarat intensionem suam; secundo remouet duplicem obiectionē, ibi:* Qui dixerunt. *Circa primum sciendum, quod Sophar contra Iob arguendo dixerat, quod prosperitates impiorum in præsenti sunt ita breues, quod sunt nullius momenti, quod excludit per experientiam, dicens:* Quare ergo imp. vi. *s.diu secundùm cursum suæ complexionis.*

Diuisio.

7 Subleua. sunt, *ad statum honoris,*

8 Confor. di. *ita quod propter diuitias suas nō timēt ab honore dei: & quia non solùm prosperantur in propria persona, sed etiā in sibi coniunctis. subditur:*

9 Semen eorum permanet. *scilicet multo tempore,*

10 Coram eis. *i. ipsis viuentibus, videntibus, & gaudentibus.*

11 Domus eorum securæ sunt, *ab extra,*

12 Et pacatæ, *ab intra, quia non est ibi discordia.*

13 Et nō est vir. Dei *i. afflictio eis immissa desuper à Deo. Cōsequēter prosequitur prosperitatem eorum magis in speciali, dicens:*

14 Bos eorū cōcepit, *Diuitiæ enim antiquorū pro maiori parte erant in animalibus, inter quæ boues multū reputabātur, propter carnes, & pelles, & agriculturā; quorū describit hic multiplicationē, dicens:* Bos eum conce. *i. vacca, quia bos est communis generis, & per hoc excludit sterilitatem,*

15 Et non abortiuit. *ante partum, sicut, aliquando contingit.*

16 Vacca peperit &c. *faciliter absque periculo fœtus & matris:*

17 Et non est priuata fœtu suo, *qui per nutritionem deducitur ad debitū robur & augmētū; & sic tollitur dicta multiplicationis quodlibet impedimētū: & quod dictū est de bobus, intelligendū est de alijs animalibus. Et quia ad prosperitatē temporalem non sufficiunt diuitiæ, nisi adsit vita iucūda in se, & in amicis. ideo subditur:*

18 Egrediūtur, *scilicet ad spatiandum* quasi greges paruuli eorū, *ideo subditur:*

19 Et infan. eorū exul. lusibus. *& sicut pueri ducunt vitam incundam. sic & patres & adulti. ideo subditur:*

20 Tenent tympanū &c. *& non solum breui tēpore, sed longo: & ideo sequitur:*

21 Ducūt in bonis dies suos; *id est totum decursum vitæ suæ. ideo sequitur:*

22 Et in pūcto ad inferna de. *i. ad sepulturā, ita q. inter prosperitatē & sepulturā eorū maturā, nō interuenit eis aliqua aduersitas. Ista aūt per experientiā videtur aliquādo cōtingere impijs & per hoc excludi-*

MORALITER.

tur

✠ & ideo debeo meritò cōtristari, si nolint intelligere, & emēdari.

4 *Et ego quando re.fue.* de eorum rebellione contra veritatem.

4 *Pertimesco*; ne, quod absit, mihi sic eueniat.

6 *Quare ergo imp. vi.* Hic prosequitur Iob intētū de felicitate tēporali, quæ frequenter contingit malis hominib⁹: propter quod nō potest esse præmiū virtutis, hāc autē felicitatē describit quantùm ad longam vitam, honores, diuitias, multitudinem prolis & propinquorū, & securitatem pacis, & fœcunditatem animalium, & iucunditatem prolis, & amicorum: & patet in textu vsque ibi:

☞ A ✻ Olym. non curat Deus humana, inquiunt impij. Aut Iobi verba sunt admirantis incredibilem Dei patientiã, qui impium, quasi non videat, patitur diutius impunitum viuere.

Cap. 25. a *Qui di.deo: Recce.a no.* Greg. dicũt Deo: Recede à nobis, qui ei ad se præbere aditum recusant, eumq; prauis actibus impugnãt.

b *Scientiam viarum tu.* Via Dei pax, humilitas, patientia est: quę qui despiciunt, dicunt, scientiam viarum tuarum nolumus.

† adoraue rimus eum. Cap. 26. c *Quis est omnis, &c.* *Dixit enim insipiens in corde suo: non est Deus.*

B Cap. 27. d *Et quid nobis prodest si ora.* Iniqui qui non Deum, sed exteriora dona querunt, cum eadem seruientibus deesse conspiciũt, ipsi seruire contemnunt.

† O quàm. † contritio. eorum. e *Veruntamen quia non sunt.* Bona in manu habet, qui despiciẽdo temporalia, sub dominio mentis premit. At quisquis ea nimiè diligit, se magis illis, quàm ipsa sibi supponit.

C Ibid. f *Consilium eorum lon.* Consilium impiorum est terrenam gloriam quærere, æternam negligere. Sed quia in hac vita non continuè prosperantur, sequitur.

Cap. 29. g *Quoties lu.im. ex.* Sæpe impius lucernam suã filiorũ vitã æstimat: sed cum filius qui nimiè amatur subtrahitur, lucerna impij, quę videbatur, extincta est; sic est & de opibus atque honoribus.

h *Et superue.eis inun.* Inundatio impijs superuenit, cùm dolorũ fluctus ex aliqua aduersitate patiuntur.

Iere. 17. c. i *Et dolores diui.&c.* Qui æternos dolores impio seruat, & hìc aliquando eius mentẽ temporali dolore transuerberat: quia enim hìc & illic percutit, furoris sui super impium dolores diuidit, vt duplici contritione conteratur.

k *Erunt sicut paleæ.* Quia iræ Dei flatu subito leuãtur, atque asportantur ad ignem: Cap 30.

l *Et sicut fauilla quam.* quia eos ad ęterna supplicia turbo rapiens asportat.

m *Deus seruabit fi.il.* Cap. 31. Quia qui parẽtis iniquitatem imitatur, etiam eius delicto constringitur.

n *Et cũ reddi.* Nescit enim impius mala qui fecit, nisi cùm puniri cœperit.

o *Videbunt oculi eius.* † in ira sua. Quia ita iniquitate durauerat, vt nec in ipsis metueret feriri quæ amabat, dũmodò quę peruersè cogitaueraẗ, expleret: de qua obduratione subiungitur.

† gluma. † calamita tem ipsius. Luc .16 g. † contritionem. F

p *Quid enim ad.* Non quòd in inferno non cogitet de cognatis, vt fecit diues; sed hìc neque pro amicis, † complacentiæ erit in domo eius post ipsum, &.

a ¶ Si non verbis, moribus. b ¶ Isti non sunt nescientes sed scire nolentes.

Qui dixẽrunt Deo: Recede â nobis, & scientiãm viarũ tuarum nolumus. † Quis est omnipotens, vt seruiamus ei? Et quid nobis prodest, si † orauerimus illum? † Veruntamẽn quia non sunt in manu eorũ bona sua, cõsilium impiorum longè sit à me. Quoties lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis † inundatio, & dolores diuidet † furoris sui. Erunt sicut pãleæ ante faciem venti: & sicut † fauilla quã turbò dispergit. Deus seruabit filiis illius † dolorem patris, & cùm reddiderit, tunc sciẽt. Videbunt oculi eius † interfectionẽ suã, & de furore omnipotentis bibẽt. Quid enim † ad eum

a ¶ Et adhuc dixerunt. ¶ Dediti enim exterioribus inuisibilem non esse suspicantur, vel si esse credunt tamen cum solum terrena ab eo petunt, si ea seruientibus deesse videnṫ, contemnũt, dicentes: Quid nobis prodest &c.

a ¶ Boni si habent terrena, sub potestate habent. ¶ Vel eorum.

a ¶ Quia hoc sæpe percutit Deus, quod sibi videt præferri.

a ¶ Leues, qui hic radicati, & graues proximis, & immobiles.
b ¶ Quia etsi viridis videtur iam, in iudicio Dei consumptus cernitur.

a ¶ Vnde: In circumitu eius ten. va. Et item: Deus manifeste ve. Deus noster & non si. Psal. 49, a.
b ¶ Vsque in tertiam & quartam generationem, quia vsque ad tertiam & quartam progeniem, eam quam imitentur filij parentum vitam possunt videre, vsque ad eos vltio extenditur, qui viderunt quod male sequerentur.
c ¶ Peccatum & pœnam.

a ¶ Ecce sera eius scientia. ¶ Culpa oculos claudit, pœna aperit. b ¶ Quia ante non vidit culpam.

a ¶ Ideo quia ita durus, vt nec futura timeat, nec feriri in his, quæ amat, formidet.
b ¶ Quasi diceret dum viueret.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *tur dictum Sophar. s. quod prosperitas malorum in præsenti est breuis, & cito tollitur per aduersitatem superuenientem, etiam in præsenti vita: per hoc declarat propositum Iob. s. quòd prosperitas huius vitæ non est præmium virtutis, nec aduersitas semper est pœna peccati præcedentis.*

Prosperitas huius vitæ breuis.

1 Qui dixe. *hic remouet duplicem obiectionem: quia posset aduersarius dicere, quòd prosperitas talium propter hoc duravit vsque ad mortem, quia in prosperitate sua cõuersi sunt ad Deum: hoc excludit;*

2 Qui dixerunt Deo: Recce à no. *reprehensiones eius per viros sanctos, vel per inspirationes interiores, à se repellendo, & etiam Deum verbis & factis contemnendo; ideo sequitur:*

3 Quis est omnipo. &c. & quid no. pro. si o. il. *Hoc videtur propriè dictum de impijs negantibus Deum habere prouidentiã de factis humanis, quia sic orationes ad Deum directæ non valerent.*

Mala 3. d. 4 Veruntamen. *Hic remouet secundam obiectionem, quia diceret aliquis: ex quo prosperitas ita contingit malis sicut & bonis, secundũ te, non videtur aliqua ratio quare homo debeat declinare à malo; hoc remouet dicẽs:* Veruntamen quia non sunt in ma. eo. bo. sua. *Bona enim temporalia, quæ habent impij, dicuntur non esse in manu sua, i. in potestate quia possũt ab eis auferri violẽter: sed bona spiritualia, quæ sunt in virtuosis. nõ possunt ab eis auferri per violẽtiã; & ideo propriè sunt in potestate sua, & ideo dicit, Iob:* Quia bona eorũ nõ sũt in manu sua: *quia bona quæ quærũt impij sunt tantũ tẽporalia, quæ sũt auferibilia.*

5 Consi. imp. *alias,* senten. lon. à me. *per quam volunt à Deo declinare; & per hoc excluditur obiectio prædicta: quia bona spiritualia nõ æqualiter habentur ab impijs, & iustis, sed solum a iustis: & quia sunt verè & perfectè bona ideo declinandum est à peccato ne perdantur.*

6 Quoties. *Hic consequenter Iob declarat propositum per aduersitates & prosperitates simul impiorum; & facit talem rationem:*

Declaratio aduersitatis & prosperitatis impiorũ

Diuisio.

MORALITER.

✠ *Qui dixe. Deo. &c.* vbi remouet quandam falsam solutionem, quę posset dari s. quod Deus talia bona dedisset eis, eò quod seruierãt ei. & patet.

4 *Verunta. quia non sunt. in ma.* sed econuerso, quia seruiunt bonis suis.

6 *Quoties lu.im. extingue.* Lucerna hominis est ratio recta, quę extinguitur in impijs. Sap. 2. d. *Excæcauit .n. eos malitia eorũ.*

7 *Et superue. eis inundatio*, id est, punitio diuina, quæ sicut inundans aqua venit ex improuiso.

9 *Erunt sicut paleæ.* Igni gehennæ paratæ. Mat. 3. *Paleas autem combu-*

Mali in hoc mundo aliquando prosperantur in tota vita sua; et aliquando tribulantur: igitur talis diuersitas circa istos impios per prosperitatem, & illos per aduersitatem, ostendit manifestè, quod prosperitates huius mundi non sint præmia virtutum, & aduersitates pœna peccatorum. Nec potest dici quod hæc diuersitas contingat ex ignorãtia ipsius Dei, cum omnia cognoscat perfectissimè. Ex quo sequitur, quod omnia talia, quæ videntur inordinata, reducentur ad ordinem debitum, secundum dispositionem suæ sapientiæ quod declarabitur in futuro iudicio, quia talis reductio non apparet in præsenti. Huius deductionis primo ostendit flagellationem aliquorum impiorum in præsenti vita: quia satis diffusè ostenderat prosperitatem aliquorum impiorum per prædicta; secundo ostendit Dei scientiam attingere ad omnia, ibi: Nunquid deus; *tertio per modum cuiusdam replicationis breuis resumit quorundam impiorum prosperitatem, & aliorum aduersitatem, ibi:* Iste moritur. *Circa primum dicit:* Quoti. lu. im. ex. *q. d. multoties contingit, quod eorum prosperitas destruitur.*

7 Et superue. e. inun. *i. fortis & impetuosa tribulatio, ad modum aquæ inundantis.*

8 Et do. di. *distribuet impijs, & eorũ filijs, de quibus habetur postea.*

9 Erunt si. pal. *i. tribulationi nullo modo poterunt resistere.*

10 Deus ser. fi. il. *Id est, puniendo eius filios, faciet dolere patrem: & sic dabit ei dolorem, non solùmodo in se, sed in personis coniunctis.*

11 Et cum reddi. *hanc pœnam pro culpa,*

12 Tunc sciet, *quòd filij sui puniuntur pro peccato suo. quia pœna temporalis bene & iustè infligitur filijs pro peccato patris.*

13 Videbunt ocu. eius inter. su. *sicut filij Sedechiæ regis fuerunt interfecti in oculis eius, vt habetur iiij. Re. xv. ad aggrauandum suum dolorem*

14 Quid enim pertinet ad eũ &c. domo sua. *i. de filijs suis post se,* ☞ *i. post*

comburet.

10 *Deus ser. fi. il. do. pa.* i. similem pœnam imitatoribus suis.

11 *Et cum red. tunc sciet.* scilicet pater per experientiam: nam filiorum damnatio augmentabit suam pœnam; propter quod dicitur Iob xxj. dues epulo formidabat aduentum fratrum suorum in gehennam, Lu. xvj.

13 *Videbunt. hoc. e. inter. su.* i. filiorum suorum dãnationem, quæ dicitur interfectio, eò quod est mors secunda: & quia post mortem non potest aliquid disponere de domo sua, subditur:

14 *Quid e. ad eum per. & si nu. men. e. di.* i. si duratio domus suæ breuietur. Et quomodo hæc præuisa sunt à Deo, sequitur:

✠ ¶ *Nun-*

☞ metu ſub iugo conditoris ceruicē cordis inclinare. Sed cur Deus in tantam cæcitatem cadere mentem humanam permittat, ne quis diſcutere præſumat, Sequitur:

Cap. 32. a *Nunquid Deum quiſpiam do.ſci.* i. nobiſcū nil iniuſtè agit, qui & ſubtiliorem nobis angelicam naturam iuſtè iudicauit: vnde nihil reſtat conqueri.

b *Iſte moritur.* Ecce ponit illa in quibus omnipotentis ſecretum quis diſcutiat, quærendo cur hæc ita eſſe permittat. Superficies literæ ſatis patet per ſe. Quod autem dicit:

c *Viſcera eius plena ſunt adi.* Adeps quippe ex abundanti cibo eſt, ita ex abundantia rerum ſuperbia, qua mēs turget. Oſſa iſtius ſunt, fortitudo dignitatum: In quibus eſt medulla, domeſticæ diuitiæ; ſine quibus poteſtas exterior quaſi ſicca eſt. Vel, oſſa ſunt duræ conſuetudines: medullæ praua deſideria, quę illas irrigant. i. in voluptate conſeruant. Alij ſunt qui nihil hîc habent, ſed habere cupiunt; quod quia non poſſunt, affliguntur: hi moriuntur in amaritudine abſque opibus. Ecce diues inaniter gaudet, pauper inanius affligitur.

✠ NICETAS. Improbus fælix hîc, pius exercetur amaritudinibus, & vterque moritur.

d *Et ta.ſi.in pul.dor.* GREG. Quæ cura de diſſimili vita, proſpera vel aduerſa, cū ſimilis finis in puluere? Illa vita cogitanda, vbi cum reſurrectione ad diſsimilem finem peruenitur, vbi felix ad pœnas, afflictus tranſit ad requiem.

e *Et tamen ſi. in pul.* Id eſt, in terrenis deſiderijs oculos mentis claudent:

f *Et vermes*, qui de carne, i. carnales curæ premunt, quòd nō in Iob, qui nec de habitis tumuit, nec de amiſsis anxius fuit. Sed illi hoc putant. quare ſubiungit:

g *Certe no. cog. ve.* Quem enim percuſſum viderunt, impiū fuiſſe crediderūt. impium crediderunt, quem lætis rebus deſertum vident: quod non cogitant, niſi qui adhuc in præſenti hærent, nec perfectè ad æterna tranſeunt. vnde addit:

h *Interrog. quem.de via.* Viator dicitur qui præſentem vitam, viam ſibi eſſe & non patriam attendit, qui in dilectione prætereuntis ſeculi cor figere deſpicit, ſed ęterna petit.

i *Quis arguet coram eo vias eius.* Cū de omniū malorū corpore loqueretur, ſubitò ad iniquorū caput Antichriſtū verba cōuertit. Quem quis hominem increpare audeat præſentem, cuius viſum ☞ ferre

---

NICOLAVS DE LIRA.

i. poſt mortem ſuam. q.d. ſi filij eius fuiſſent afflicti poſt mortem eius, ex hoc non aggrauaretur dolor eius: quia non ſentiret.

1 Et ſi numerus men. *id eſt, ſi vita eius breuietur, poſt mortem eius non ſentit, ſed tantum ſenſit cū eſſet viuens & moreretur: hoc ſequitur maximè ex dictis amicorum Iob, qui dicebant nihil de homine remanere poſt mortem.*

2 Nunquid Deum &c. *Hîc oſtēdit quod diuerſitas prædicta circa impios non prouenit ex Dei ignorantia, ita quod cognoſcat impietatē aliquorum, & ſic eam aduerſitatibus in præſenti puniat; aliorum autem ignoret, & ſic eos in proſperitatibus dimittat; quia omnia nuda & aperta ſunt in oculis eius; & hoc eſt quod dicit:* Nūquid Deum quiſpi. do. ſcien. *q.d. non, cum eius ſcientia ſit infinita, & per conſequens ſe extendit ad omnia.*

3 Quj excel. iudi. *ita quod nullus quantumcunque potens poteſt ſubterfugere iudicium eius.*

4 Iſte mori. *Hic breuiter reſumit aduerſitatem proſperitatis & aduerſitatis circa impios, di.* Iſte *quamuis ſit impius*, moritur robuſtus & ſa. di. & ſe. *i. permanens in poteſtate & ſanitate, diuitijs & iucunditate vſque ad terminum vitæ ſuæ.*

5 Viſce. eius ple. ſunt adipe. *Adeps generatur ex abundantia nutrimenti, & per hoc deſignatur metaphoricè, quod iſte non ſolum habuit diuitias ad ſufficientiam, ſed etiam ad ſuperabundantiam.*

6 Et medul. oſſa. *per oſſa intelligitur fortitudo: & per hoc deſignat, quod iſte fuit roboratus & ſuffultus auxilio multorum.*

7 Alius verò mo. *in impietate ſimilis prædicto,*

8 Mo. in ama. *quia non potuit ad hoc, quod deſiderabat, pertingere; vel in doloribus ex infirmitate peruenientibus.*

9 Abſque vl. opi. *ita quod aduerſitatem ſuſtinet ab extrinſeco, & intrinſeco.*

10 Et ta. ſi. *ita quod quantum ad corpus intere os nulla erit differentia, & tia, & ex hoc concluditur quod iſta diuerſitas per diuinam ſapientiā in futuro ad ordinem reducetur.*

11 Certe no. &c. *Hic ex prædictis Iob concludit triplicem cōcluſionem, prima eſt de ſua innocentia, quam amici impugnabant per hoc quod erat à Deo afflictus, tanquam impius; quia Iob manifeſtè declauerat, quod proſperitates huius vitæ non ſunt præmia virtutum, nec aduerſitates pœnæ peccatorum. & ideo concludit:* Certe no. cogita. ve. *quibus iudicaſtis in cordibus veſtris me propter impietatem afflictum.*

12 Et ſenten. *hoc idem exterius per modum ſententiæ proferendo, ideo ſubditur:*

13 Dici. enim vbi eſt do. *principis. i. Iob qui in principatu ſedebat:*

14 Et vbi ta. *impiorum filiorum Iob. q.d. iſta ſunt propter peccatum Iob annihilata.*

15 Interro. *Hæc eſt ſecunda concluſio, quæ eſt de futuro iudicio: quia, ſicut declaratum eſt, aliqui impij vſque ad mortem naturalem durant in proſperitate temporali, & ideo cum dedecus culpæ non remaneat ſine decore iuſtitiæ, ſequitur quod in futuro puniantur & hoc eſt quod dicit:* Interrogate quemlibet de viatoribus. *i. de illis qui non ponunt finem ſuum in bonis temporalibus ſed per viam huius vitæ tranſeunt ad terminum felicitatis futuræ:*

16 Et hæc eadem, *quæ dixi de futuro iudicio,*

17 Illum intelli. cogno. *& talibus eſt credendum, qui prauis affectionibus & actibus non habent intellectum obſcuratū. vnde ſubditur:*

18 Quia in diem perditio. *i. in tempus futuri iudicij & ſupplicij.*

19 Seruatur malus. *i. reſeruatur ſecūdum ordinem diuinæ iuſtitiæ, quia modo abutitur temporali proſperitate.*

20 Quis argu co. eo vi. *q.d. ita fuit obſtinatus in malo dum viueret, quod nullus audebat eum arguere, deſperans de eius correctione.*

21 Et quæ fe. quis red. illi. *q.d. Deus ſolus, ſ. qui poteſt punire eum poſt mortem de malis quæ fecit in vita præſenti. ideo ſubditur.*

☞ 1 Ipſe

MORALITER.

✠ 1 *Nunquid de. quiſpiam &c. Iſte moritur.* Hic ponitur quędā diſtinctio morientium in mortali peccato: ſecundum tamen expoſitionem myſticam, cum dicitur: *Iſte mo.* per peccatum mortale.

2 *Robu. & ſa.* corpore,

3 *Diues & felix.* temporali proſperitate,

4 *Viſce. eius. ple. ſunt adi.* i. mens eius ſuperbia, quę dicitur adeps, eo quod oritur ex proſperitate temporali, ſicut adeps ex abundantia cibi.

5 *Et me. oſ. il. ir.* i. eius amici, quibus fortificatur, ſimiliter in ſuperbiam eleuantur.

6 *Alius ve. mo. in ama.* peccando mortaliter ex inordinato affectu & malo conatu ad diuitias quas non poteſt habere.

10 *Et ta. ſi. in pul. dor.* nā ambo terrenorum curis conſopiuntur.

11 *Et ver. ope. eos.* quia curis mordacibus lacerantur. Et quoniā alios æſtimant ſibi ſimiles, ideo ex perſona iuſti eis reſpondetur.

11 *Certe no. cog. ve.* Et quoniā ex abundantia cordis os loquitur, ideo de iuſtis obloquuntur dicentes:

13 *Vbi eſt do. prin. &c.* id eſt ſuperbi. Mali nanque diuites iuſtos dicunt eſſe ſuperbos & impios. ideo ſubditur:

14 *Et vbi tabernacu. impiorum. &c. Interrogate*, vos maledici,

14 *Quemlibet de viato.* i. per viam vitæ præſentis ad patriam rectè pergentibus.

16 *Et hæc eadem illum intelli. cogno.* Et quę ſunt illa, ſubdit:

18 *Quia in diem perditio. ſer. ma.* In hoc enim conueniunt viatores prædicti, per quod intelliguntur religioſi cum iuſtis, quod mali ad diem iudicij reſeruentur puniendi.

20 *Quis arguet corā eo vias eius.* Chriſtus dicit illud, Matt. xxv. c.

A ☞ B C D

a ¶ Quid ad eum pertinet. b ¶ Quem per naturam haberet.

pertinet de domo ſua poſt ſe, ẽt ſi nūmerus menſium eius † di- 1

a ¶ Per culpam ſuam. b ¶ Per certa, quæ in nobis ambigimus, ſoluuntur: ſi angelos iuſte iudicabit, de hominibus nihil reſtat conqueri.

† quiſquam midiẽtur? Nunquid Deū † quiſpiā docebit ſcientiam, qui ex- a

a ¶ Angelos. b ¶ Hæc ſunt quæ quærimus.

cẽſſos iudicat? Iſte mōritur robuſtus & ſanus, diues & felix, † 4

viſcera eius plena ſunt adipe, & medullis oſſa illius irrigantur, 5 6

Adeps. Alius verò moritur in amaritudine animæ ſuæ, † abſque vllis 7

a ¶ Electis & reprobis vita diſpar, carnis corruptio in morte ſimilis: nec diuitiæ ergo extollant, nec inopia turbet.

opibus: & tāmen ſimul in puluere dormient, & vermes ope- 9

¶ q.d. Cum ita ſit, arguendi eſtis qui percuſſum deſpicitis.

rient eos. Certè noui cogitationes veſtras, & ſententias con- 11

¶ Ex ſententiis cogitationes nouit.

† excogitaſtis. tra me iniquas *. Dicitis enim, vbi eſt domus principis, & vbi 13

a ¶ Cui hæc nihil eſſe videntur.

tabernacula impiorum? † Interrogate qũemlibet de viatori- 15

¶ Quæ ego. a ¶ Et ideo hic proſperari ſinitur

† Nonne quæretis, ſub de illo impio ſicut trāſeuntes viam & ſi gna eorum non agnoſcitis. i. vos de hoc loquimini ſicut vulgus ſolet & non intelligitis ſigna quæ impijs contingunt. bus, & hęc eadẽ illum intelligere cognoſcetis: Qũia in diẽ per 17

a ¶ Sed.

ditionis ſeruatur malꝰ, & ad diẽ furoris † ducetur. Qũis † arguet 19

† producetur. † nunciabit à facie eius viam eius? i quis dicet Φ moriatur ipſe cum inſpicitur externè? aut quis audet reprehendere vitam ipſius prauam?

E F

† dimidia. tus eſt.

† mulctralia eius plena ſunt lactis.

† & nō comedit bonum.

Cap. 33. & 35. & 36.

ferre pertimescit. Vel, viam eius arguere, est prosperitatem eius æterno supplicio interueniente turbare. Quod solus faciet dominus, de quo scriptum est: Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. vel: *Quis arguet. &c.* Constat vias impij hîc frequenter argui, maximè, cùm eius prosperitas abiit, quod sæpe fit: sed ad Antichristum respicit hîc. Quis nisi Deꝰ? quia nec Elias, nec Enoch suis viribus, sed Dei.

a *Ipse ad sepulcra.* Hoc in vita, quia sepulchra mortuos tegunt. Per sepulchra reprobi designantur, in quibus extinctæ à beatitudinis vita animæ velut in sepulchris latent. Iste ergo ad sepulchra ducetur, quia in prauorum tantùm cordibus recipietur.

b *Et in congerie.* Quia in congregatione peccantium astutiæ suę insidias exerit; quoniam autem multi sunt mali, rectè congeries nominantur.

c *Dulcis fuit.* Cocytus, luctus infirmantium dicitur. Glareæ, lapilli fluminum sunt, quos aqua deiuens trahit. Glarea ergo Cocyti sunt, qui contra voluptates, fortiter resistere nolunt, & suis quotidie lapsibus ad luctum tendunt. Antichristus ergo, qui amarus est electis & contemptus, suauis per dona & miracula est reprobis. Cocytus Græcè, luctus Latinè, qui tamen fœminarum, vel quorumlibet infirmantium intelligitur, qui non fortes in domino. Vnde poetę Cocytum fluuium apud inferos currere dicũt, signantes quod ibi sit luctus iniquus.

✠ CATENA GRÆC. Dulces factæ sunt ei silices torrentis, & post eum omnis homo abibit. NICETAS. Impij hominis fossa torrentis speciem imitatura cadauer complectetur, aut sensus est: nec illum admiraturum lapides sibi mortuo super injciendos, quia omnes moriuntur. Aut terram impij natura sua torrentis instar sterilem, licet sit fructuosa, illi tamen semper moriendum. Aut vitam, quæ more torrentis est labilis, inæqualem, non esse impio admirationi.

d *Est post se omnem.* GREG. Homo humana sapiens hîc intelligitur; post se omnem hominem trahit, quia cunctos, quos carnales inuenerit, sub suæ ditionis iugũ rapit: qui & nunc priusquam appareat, innumerabiles trahit, etsi non omnes: quia multi à carnalitate retrahuntur.

e *Quomodo igitur consola. &c.* Quoniam si iniquus in hac vita permittitur prosperari, quod de Antichristo ostensum est, necesse est vt electus debeat sub flagelli freno retineri.

f *Cum responsio vestra &c.* Eum enim consolari non poterant, in quo suis sermonibus veritati contraibant. Nam cum hunc hypocritam dicerent: quoniam mentiendo culpam perpetrabant, afflicti iusti pœnam augebant; quia diligentem veritatem torquet culpa alienæ fallaciæ.

a ¶ quasi, modo multi in absentia, sed non ita in præsentia. ¶ Id est, quis pro peccatis puniet? ¶ Alias viam.

a cõram eo vias eius: & quæ fecit, quis reddet illi? Ipse ad sepul- 1
a ¶ Multitudine. b ¶ Astutias exercebit.
b chra ducetur, † & in congerie mortuorum vigilabit. † Dulcis 2
c
d fuit glareis Cocyti, & post se omnem hominem trahet, & ante 3 4
a ¶ Iniquus in mundo prosperatur: ego & si innocens percussus, vnde amicos arguit.
e se innumerabiles. Quomodo igitur consolamini me frustra, 5
f cùm † responsio vestra † repugnare ostensa † sit veritati? 6

† Placent ei valles torrentis, sub. vt ibi sepeliatur.
† sunt.
Cap. 39.

† & superaceruũ festinabit. i. festinabit aggregari ad aliorum sepulchra.
† responsa.
† affinis sit mendacio vel præuaricationi aut remaneat mendax
Cap 38.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ipse ad sepul. du. *i. quamuis corpus mortuum sepeliatur, tamen anima, quæ immortalis est, vigilabit: & illa punietur, & post resurrectionem in anima & corpore simul; & quia in inferno non solum punitur homo pro peccatis propriis, sed etiam aliorum, quibus in malis consilium vel auxilium præstitit, ideo sequitur:*

2 Dulcis fuit glareis Cocy. *Secundum dicta poetarum, Cocytus fingitur infernalis fluuius, in quo cruciantur animæ impiorum, ideo interpretatur luctus. Glareæ autem, secundum aliquos, sunt lapilli qui trahuntur à flumine, secundum alios sunt immunditiæ quæ trahuntur in fluminis superficie. Et secundum vtramque significationem, glareæ Cocyti dicuntur homines impij, qui ad pœnam inferni videntur præuisi; & tẽpore Iob currebat istud pro prouerbio; Homines impij vocabantur glareæ Cocyti, sicut modo tales homines dicuntur stipulæ inferni. Est igitur sensus:* Dulcis fuit glareis Cocyti &c. *id est, impius, dum viueret, fuit amicabilis & fauorabilis hominibus impijs.*

3 Et post se omnem hominem trahet &c. *id est post mortem eius, de omni statu hominum aliqui descendunt ad infernum.*

4 Et ante se innume. *i. ante mortem eius multi valde iam descenderant. Hoc autem dicitur ad augmentum pœnæ eius: quia sicut felicitas cuiuslibet beati augetur ex societate aliorum beatorum, sic & pœna cuiuslibet damnati ex societate aliorum & maximè quando fuit fautor ipsorum.*

5 Quomodo igitur. *Hæc est tertia conclusio, per quam euacuatur amicorum Iob promissio, qui promittebant ei temporalem felicitatem si se emendaret. dicit igitur:* Quomodo igitur cõsola.me frustra. *de felicitate temporali mihi affutura.*

5 Cum respon.ve. *quia Iob sufficienter ostenderat, quod talis felicitas non est præmium virtutis, vt isti supponebant.*

MORALITER.

1 *Ipse ad sepul. duce.* damnatorum, Lucæ xvj. *Mortuus est dives,* ✠ *& sepultus est in inferno.*

2 *Et in congerie mortuorum,* morte secunda,

3 *Vigilabit,* quia nullus quietis somnus est in gehenna.

2 *Dulcis fuit glareis Cocyti.* Cocytus à poetis dicitur fluuius infernalis: Glareę ver.ò sunt lapilli existẽtes in fũdo fluuij, per quos dæmones possunt intelligi, quibus impius dum viueret, dulcis fuit: nam eorum voluntatibus obediuit.

4 *Post se omnem hominem trahet &c.* id est infernalis fluuius ante hunc impium multos traxit, & trahet post ipsum.

ADDITIO I.

In.ca.xxj. vbi dicitur in post.il. Ideo subditur: Et agite pœnitentiam, sustinete me.

Vbi in translatione nostra habetur: Et agite penitentiam. in *Hebræo habetur sic:* Audite, quæso, sermones meos, & sit hæc consolatio vestra. *Cuius sensus est: nam cum Iob, qui spectabat ab amicis consolari, inueniebat tamen oppositum in verbis eorum, ideo petebat ab eis, audirent sermones suos, quam audienti am reputaret ad suam consolationem. & hoc est quod dicit:* Et sit hæc consolatio vera. *q.d. ex quo me non cosolamini in verbis vestris, saltem consolamini me, audiendo verba mea; de quo subdit:* Sustinete me, vt ego loquar: *& si forte diceretur sibi, quod hoc quod petebat, erat inconueniens: posset enim loqui multa irrationabilia, seu absurda, quæ merito non erant sustinenda; ideo subdit:* Et post verba mea, si videbitur, ridete &c.

ADDITIO II. In eo.ca. vbi dicitur in po. Bos eorum concepit. *Vbi in transslatione nostra dicitur:* Bos eorum concepit, & non abortiuit: *in Hebræo habetur:* Bos eorum imprægnat, & non excludit: *Et est sensus: nam fœcunditas animalium per coitum generantium potest impediri ex parte maris, quando semen non proycitur in vtero: ad quod remouendum dicit:* Bos eorum imprægnat, & non excludit. *s. semen extra vterum. Similiter impeditur fœcunditas ex parte fœminæ per aborsum: & hoc remouet, di.* Et vacca peperit. *s. sine aborsu: & sic non est priuata fœtu suo: & secundum hoc accipitur propriè bos pro mare, sicut vacca pro fœmina &c.*

ADDITIO III. In eo.c.21. vbi dicitur in post. Interrogate: hæc est secunda conclusio. *Secundum quod post.il. exponit istum versum.* Interrogate quemlibet de viatoribus, *Iob intẽdebat monere socios, vt interrogarent illos, qui per viam huius vitæ transeunt ad terminum futuræ felicitatis, vt ab eis cognoscerent veritatem de futuro iudicio: quibus viatoribus dicit esse credendum, eo quod non habent intellectum obscuratum prauis actibus, & affectionibus. Quæ quidem expositio non videtur cõsona rationi: nam aut viatores isti, quos dicit interrogandos, sunt iam in alia vita: & sic non possunt interrogari a nobis,* Magnum enim chaos firmatum est *inter hos & illos, teste veritate, Lucæ 26.g. Vnde de cursu communi nec ipsi possunt nos auisare, nec nos illos interrogare, & sic frustra diceret Iob:* Interrogate quemlibet de viatoribus. *Si autem isti viatores de quibus loquitur, sunt adhuc in statu huius vitæ, tunc tales de lege communi nesciunt vtrum transituri sint ad terminum felicitatis, vel non. Similiter nec nos scimus de ipsis, an sint transituri ad felicitatem; nec etiam tales per naturalem rationem seu experientiam sciunt, diem iudicij, de quo hîc agitur, esse futurum, cum hoc non habeatur nisi ex diuina reuelatione: vnde non conuenienter diceretur:* Interrogate quemlibet de viatoribus. *Hodie enim iam fide Christi per orbem prædicata & diuulgata, non quilibet viator scit, seu credit diem iudicij generalis fore, vt patet de multitudine paganorum & hæreticorum hoc negantium. Quidam autem dicunt, quod per hoc quod dicitur:* Viatores, *intelligendi sunt illi qui hac vita vtuntur, non vt termino sed vt via: & sic per tales viatores intelliguntur iusti viri; sed nec hoc videtur sufficere ad intellectum huius dicti: tum quia tales homines non sunt nobis communiter noti, quod tales sint, cum vsus sit propriæ actus voluntatis. vnde Aug.x.de tri. Vti est assumere aliquid in facultatẽ voluntatis. & ideo per operationes exteriores alicuius hominis, quæ cadũt sub sensu nostro, non deuenitur ad veram cognitionẽ interioris motus volũtatis ipsius hominis: in quo motu interiori vsus consistit. Tũ quia tales, etiã si cognoscerẽtur, nõ sufficissent ad certificãdum socios ipsius Iob de quæsito. Idẽ .n. iudiciũ esset de talib⁹ apud aduersarios, sicut de ipso Iob, cũ tã illi quã ille essent vni⁹ opinionis seu sectæ apud eos: & sic nullam*

A nullam certificationem adderet in hoc ſuper dictum ipſius Iob. Vnde ad verum intellectū huius dicti habendum, quod ponderare videtur in hac diſputatione, vt poſt patebit, ad Hebraica litere veritatem recurrendum eſt, vbi ſic habetur: Interrogate viatores, & ſigna eorū non ignoretis. Cuius ſententia ad propoſitum talis eſſe videtur: nam viatores hic vocat Iſraelitas, qui exeūtes ab Ægypto & ad terrā promiſſionis pergētes, legē diuinā in via ſuſceperūt, quam viā lōgo tempore cōtinuantes in deſerto, viatores poſſunt dici, tanquām non habentes quietam manſionē: Qui quidē viatores multa ſigna & portenta in eadē via à Deo habuerunt, ſimiliter diuines reuelationes ad diuinā prouidentiam de humanis actibus pertinentis, vnde talibus merito de hac materia eſt credendum, nam iſti de ſupernaturalibus fuerunt illuminati, quorum doctrina per ſigna prædicta fuit confirmata. Vnde Iob in veritatem ſuæ fidei de die iudicij ſeu de remuneratione futura aſſignabat teſtimonium viatorum prædictorum in quorum propheticis ſcripturis multa de hoc traduntur, & ideo dicebat: Interrogate viatores. q.d. quia iſta non poſſunt cognoſci per rationem naturalem, nec per experientiam in hac vita acquiſitā, idcirco interrogandi ſunt illi viatores qui reuelationes ſuper naturales de talibus, & ſigna confirmantia ſuam doctrinam à Deo habuerunt. Et ſecundū hanc ſententiā tolli poteſt quædam obiectio, quæ in hac diſputatione Iob cum amicis animū pulſat. ſ. quomdo amici Iob tanquā hæretici ſeu infideles reputantur, ex hoc quod remunerationem futuram videtur negare. Vita enim futura, ſimiliter reſurrectio mortuorum de articulis fidei eſt, quorū notitia non poteſt haberi per inquiſitionem naturalis ra-
B tionis, nec per experientiam in hac vita, niſi ſolum per diuinam reuelationem: ipſi tamen non leguntur habuiſſe propheticas reuelationes, nec inter ſe prophetas fuiſſe, vnde excuſabiles videntur ad hoc quod talia non crederent. Vnde Apoſtolus ad Ro. x. ca. Quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo audient ſine prædicante? &c. Quapropter Iob aduerſarios remittebat ad prædictos viatores, qui de talibus erant ſupernaturaliter eruditi, quorum doctrina per ſigna, quæ non niſi diuinitus fieri poſſunt, erat confirmata, & hoc eſt quod dicit: Interrogate viatores, & ſigna eorum non ignoretis, per quod patet quod aduerſarij hanc probationem non admittentes, excuſabiles non erat, ex quo poterant habere eruditionem illam à prædictis viatoribus, præſertim cū in locis non valde remotis commorarentur: quia Hus terra Iob erat de confiniis Aram quæ eſt Meſopotamia, in qua terra habitauerunt Abraham & Nachor frater eius, cuius primogenitus erat Hus, vt patet Gen. xxij. d. de qua terra erat Iob, vt patet in principio huius lib. Similiter & Bux erat ſecundus genitus Nachor, vt patet ibidem, à quo ſcilicet Huz deſcendebat Helin, & ideo dicitur Buzites. Balaam etiā, qui multa prophetauit de ſtatu populi Iſraelitici, vt patet Num. xxiiij. erat de Meſopotamia: ex quo præſumendum eſt, quod iſti multa poterant ſcire de geſtis populi Iſraelitici, & reuelationibus, & ſignis quę illis fuerūt facta geſta enim Moyſi & etiam Ioſue multum fuerunt famoſa, vt in multis locis ſacræ ſcripturę habetur. Si autem dicatur quod etiam filij Iſrael trāſcūtes per deſertū, de quibus ſecūdum hanc expoſitionem hic fit mētio, iſta nō credebāt, ſaltē explicitē: imo per tēporales promiſſiones & cōminationes ad obſeruantiā legis ducebātur vt patet Deu. xxviij. & in multis aliis locis; Dicendum eſt, quod hoc erat tantum quantū ad ſimplices & vulgares, qui comparantur puero ſub pædagogo exiſtenti, vt ad Gal. iiij. non autem quantū ad prophetas & viros perfectos, de quib. hic
C intendit. ſ. per quos ſigna fiebāt de quibus dicit. Et ſigna eorū nō ignoretis: & ideo in Hebraica non dicit: Interrogate quemlibet de viatorib. ſed interrogate viatores: vt non referatur hęc interrogatio ad omnes viatores illos, quorum maior pars erant ſimplices & vulgares, ſed tantū ad illos viatores per quos ſigna fiebant, vel per hoc quod dicitur: Et ſigna eorum, intelliguntur figuræ, ſub quibus in lege Moſaica veritates inuiſibilium tradebantur. vnde j. Cor. x. c. Omnia contingebant eis in figura vnde in hoc quod dicit: Signa eorum nō ignoretis, innuit quod intelligant figuras traditas in ſcripturis illorum viatorum, in quibus præmia & punitiones futuræ vitæ ſignificantur, &c.

REPLICA. In c. xxj. vbi dicitur: Interrogate quemlibet de viatoribus. quod exponēs poſtil. vocat viatores, qui ad terminum felicitatis referunt viam, & curſum ſuum rectā ratione: & hos dixit Iob interrogandos, &c. Hoc autem dictum Burgenſis dicit rationi non conſonare ex motiuis inualidis & fundamento ruinoſo cui innititur, aliter hunc paſſum exponendo. Primum patet: nam arguit contra poſtil. ex diſiunctiua dicens: illi viatores aut ſunt in preſenti, vita aut in alia; Si in alia. ſic, inquit, ab eis nihil poſſumus ſcire, ſicut certum eſt de communi curſu: imo apud doctos mortui nō dicuntur viatores, nā illi ſoli viatores dicuntur, qui ſunt in via & ſtatu merendi reſpectu beatitudinis eſſentialis, qualiter ſunt nō defuncti. Et quāuis illa ſecūda pars diſiunctiue cōmuniter non concedatur, tamen ipſe Burg. circa eius falſitatem laborat vſq; ad aſſertionem errorum incluſiue. Dicit enim de illis in alia vita poſitis, quod ipſi non poſſunt nos iuuare, nec nos illos. At Burgenſis non hoc aſſeruit: ſed tātum amicos Iob errantes potuiſſe de mortuis dicere, ipſos non poſſe ſuo teſtimonio iuuare in hac diſputatione. Primum eſt contra fidē & vſum eccleſiæ catholicæ, quæ ſecundū Aug. & alios ſanctos doctores, ideo celebrat ſanctorū feſtiuitates, quia credunt ſe ipſorū interceſſionibus D adiuuari. Secundum ſimiliter eſt contra praxim eccleſiæ ſacroſanctæ, quæ idcirco orat pro defunctis. quatenus indulgentiam pijs ſupplicationibus conſequantur. Et vbi hoc negauit Burgenſis? nam in hac ſua additione ne verbum quidem ea de re: in aliis autem operib. ſuis ſatis clarē ſe catholicā veritatē ſequi probat. De reſurrectione enim, cū amici Iob videantur erroneè ſentire, qui putant defunctos à nobis iuuari non poſſe: ita enim arguitur ij. Machab. xij g. Niſi enim eos qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur & vanum orare pro mortuis &c. cū poſtil. igitur concedo aliam partem diſiunctiue: videlicet quod viatores hic intelliguntur, rectā ratione procedentes per viā huius vitæ ad terminum. Omnis enim viator ſecundum rectam ratiōē ſciens viam virtutum, & terminum felicitatis futuræ actibus virtutū correſpondentē, poteſt certificare amicos Iob in hoc errore deceptos: quaſi præmium virtutum & pœnam peccatorum tantum in hac vita putent, & non in futurum ſint expectanda. Hi igitur errantes remittuntur ab ipſo Iob ad tales viatores rectā ratione vtentes: Qui interrogati omnes reſpondebunt, quod curſus huius vitæ eſt propter finē gratiæ cuius omnia ſiunt. Sed opera virtutum non ſiunt gratia tēporalis rei, niſi in relatione ad aliquod melius: quod etiam ſecundū purū Philoſophum in hac vita dari non poteſt, vt probat Burg. ſcilicet in prima additione huius libri. Quo ad ſecundū, quod videlicet fundamentū expoſitionis Burg. E ruinoſū ſit, pātet: quia fundat ſe ſuper literā Hebraica, quæ habet vt dicit: Interrogate viatores, & ſigna eorum non ignoretis, dicens filios Iſrael eſſe huiuſmodi viatores per deſertum, qui xl. annis tranſierunt per deſertum, & multa ſigna à Deo acceperunt. Sed hoc fundamētum, vt dixi ruinoſum eſt. Primò quia filij Iſrael per deſertum fuerunt potius vagabundi deuiatores quam viatores: in quo nō ſolum ſimplices, ſed & eorum principes oberrabant, vt patet ad aquas contradictionis, in cuius erroris pœnam etiam Moyſes terram promiſſionis intrare non eſt permiſſus, vt patet Deutero. vlti. Exod. xxxv. & alijs murmurationibus, & in fabricatione vituli. Vnde quamuis aliquando erant viatores verſus terram promiſſam, ad cuius figuram etiam tendentes ad terram viuentium deuius error abducit: & ſic ſecundum modum loquendi Boetij, non rectā ratione incedentes, potius dicendi ſunt deuiantes quàm viatores propriè loquendo. Nec illi Iſraelitæ tanquam viatores interrogandi ſunt propter ſigna eis facta, quia vt dicit Burgen. litera Hebraica habet. Et ſigna eorum non ignoretis: ſtante enim litera Hebraica, ſi per ſigna, accipiuntur rationes viatorum ſuprà deſcriptorum, ſecundum poſtil. quia omne ſignum eſt ad aliquid deſignandum inſtitutum, vt dicit bea. Auguſtinus j. de doct. Chriſtiana: Rationes igitur talium viatorum ſunt ſigna quæ amici Iob ignorare non debuerunt. Secundo etiam fundamentum Burgen. ruinoſum eſt, quia fundatum ſuper opinione in qua etiam ſancti doctores non concordant, ſcilicet quo tempore fuerit Iob. Quibuſdam dicentibus quod fuerit tempore Iacob & poſt flagella duxerit Dinam filiam Iacob in vxorem, de qua genuit filiam pulcherrimam quam duxit Putiphar, de qua venit Aſſenez. quam duxit Ioſeph vxorem in Ægypto; vnde Hebręi excuſant Ioſeph de matrimonio alienigena, quia ex parte matris eius fuit de ſua gente; Alijs dicentibus quod fuerit tertia generatione poſt Iacob, & ſic fuiſſet tēpore preſſuræ filiorum Iſrael in Ægypto: Et hanc opinionem recitat beatus Auguſtinus xviij. de ciuitate Dei, ca. xlvij. Et ſecundum vtramque opinionem fuiſſet ante tranſitum filiorum Iſrael per deſertū. Quomodo igitur verum erit Iob remiſiſſe amicos ſuos ad id quod nondum fuit, niſi per modum prophetæ quæ modicam tunc fidem amicis ſuis feciſſet, imo nullā: Aliis autem dicentibus; quod fuerit tempore Iudicum, & illius opinionis videtur eſſe beatus Greg. in principio moralium: ſecundum quam opinionem factum Burgen. haberet colorem: ſed ruinoſum eſt expoſitionem verā ſacræ ſcripturę fundare ſuper re ſic opinabili, & contemnere rationabilem poſtil. expoſitionem: cum etiam rationes eius contra poſtillatorem ſint inualidæ. Non enim ſequitur: Si quis neſcit, an ſit tranſiturus ad terminum, quod igitur neſciat terminum. Nec ſequitur: Nos non ſcimus Socratem trāſiturum ad terminum, igitur à Socrate non poſſumus interrogare & inſtrui de termino, quia quamuis verus viator ſuprà deſcriptus ignoret: an tranſeat ad terminum felicitatis, ſcit tamen ex rectā ratione, quod talis terminus ſit, propter quem verus viator currit: in quo ſe nondum eſſe cognoſcit. Ita enim vult glo. quę deſcribit viatorē eum, qui præſentem vitam, viam ſibi eſſe, non patriam, attendit: qui in delectationibus prætereuntis ſeculi cor figere deſpicit, ſed æterna petit. Non dicit: qui peruenit. Nunquid ſoli filij Iſrael per deſertum xl. annos propter peccata vagabundi, tales viatores ſunt cenſendi, prout Burgenſis exponit, certe puri philoſophi ducti lumine rectæ rationis tales viatores exiſtentes, interrogati, an præmium virtutum ſolum expectent in præſenti vita, & non in futura, ſicut amici Iob errantes ſenſerunt: reſponderent vtique ſicut Iob. Bene enim penſando dicta philoſophorum, & dicta eorum comparando, videre poſſumus ex eis reſurrectionem futuram, prout beatus Auguſtin. xxij. de ciuitate Dei ca. xxvij. oſtendit ex dictis Platonis & Porphyrij. ad tales igitur, & quemlibet alium viatorum Iob amicos ſuos, & eorum errores ſequentes remittit, & non ſolum ad Iudæos.

CAP. XXII.

Libr. 16. cap 1.

a *Respondens &c. Nunquid Deo.* GREG. Qui contra veritatis verba deficiunt, etiã nota replicant, ne tacendo victi videantur; vnde Eliphaz beati Iob sermonibus pressus, ea dicit quæ nullus ignorat. ait enim.

Sciẽtiæ nostra de Deo ignorantia est.

b *Nũquid Deo cõpa.* In cõparatione etenim Dei sciẽtia nostra ignorantia est. Ex Dei namq; participatione sapim⁹, nõ cõparatione. Quid ergo mirũ, quòd illud quasi per doctrinã dicitur, q̃ sciri potuit etiã si taceretur? Qui adhuc Dei potentiam quasi defendendo subiungit.

† Nunquid Deo prodest vir, sub. ob vitã suã rectã, imo sibi ipsi profuerit intelligens. Alias sic verti põt: Nunquid Deo æquiparabitur vir? aquipa rabitur cũ ipso intelligens.

c *Quid pro.* In omni quippe quod bene agimus, nosmetipsos, nõ dñm iuuamus; vñ per Psalmistã ei dicit: *Dixi domino, Deus meus es tu, quoniã bonorum meorũ non eges.* Ipse.n. bono non indiget seruientis, sed bonitatem confert, quam recipit, vt oblata bonitas, non ipsi, sed prius accipientibus, & post reddentibus prosit. Adhuc adiungit Eliphaz quod nullus ignorat.

B † Nũ omnipotẽti placere putas, quod sic te iustifices? nũ profutu rum ei putas si innocentes pronũtiaueris vias tuas?

d *Nunquid timens argu.* Quis hoc vel desipiens sentiat, quod Deus ex timore nos arguat, & ex metu contra nos iudicium suum proponat? *Nunquid ti.argu.* Qui verba sua metiri nesciunt, ad otiosa dicta dilabuntur.

C

e *Et non prop.mal.tu.plu.* A verbis otiosis ad contumelios exarsit, qui ab otiosis se non repressit: ecce à torpenti corde ad verba venit otiosa, ab otiosis etiam verbis, per crimen fallaciæ, ad contumelias exarsit. Isti quippe sunt casus culpæ crescentis: vt lingua cùm non restringitur, nequaquam vbi ceciderit iaceat, sed semper ad deteriora descendat. Nam sequitur.

Cap. 2. Deute. 24.

f *Ab.enim.pi.* Hæc ad literam aperta sunt, etsi de Iob sint ficta. Sed mysticè per illos hæretici, per Iob (vt diximus) ecclesia figuratur. Pignus ergo donũ est spiritus, quo certi sumus de promissis; Vel, confessio pectori, vnde Moyses: *Cum debet tibi quippiam frater tuus.* i. cum deliquit in te, *& abstuleris pignus ab eo.* i. cum iam peccati eius confessionem tenes, *ante solis occasum pignus restitue.* i. confessionẽ veniæ redde, priusquã tibi per dolorem cordis sol iustitiæ occidat. Quia ergo ecclesia reuertentib. ab hæreticis culpã erroris cõfiteri suadet, dicit hæreticus. *Abstulisti pig. &c.* i. inutiliter cõfessionem exigis; vel dona spiritualia perdunt, qui ad te veniunt.

Cap. 3.

g *Nu.spo.* Nudus est, qui puritate cordis fruitur sine velo duplicitatis: & talis aliqñ dogmata hæreticorũ recipit, quę ipsi vestimẽta dicunt; sed quia talis facile ad ecclesiã redit, cũ hæretici nudũ dicunt, & ab eorũ veste ab ecclesia spoliatũ. Lassus dicitur, qui sub sæculi onere fatigatur: cui ecclesiã (quã de imperitia irridẽt) dicũt aquã doctrinæ non dedisse, sicut ipsi, qui omnib. loquaces sunt, & panẽ se nõ subtraxisse putant: dum de incõprehensibilibus audacter respondent. Et tunc se doctos præ omnibus credũt, cum loqui de incognitis infæliciius præsumunt: cum ecclesia vel cognita modestè tacet ei cui prodesse nõ possent. Vel nescire incognita humiliter profitetur, curiososque ad ordinatæ humilitatis sẽsum reuocat, cum per suum illis prędicatorẽ dicit: *Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Et rursum: *Noli altũ sapere, sed time.* Atq; iterũ: *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris.* Et rursum: *Mel inueneristi, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud.* ✠ ✠ Mel quippe inuenire, est sancti intellectus dulcedinẽ degustare: Quod tum sufficienter comeditur, quando nostra intelligentia iuxta mensuram sensus sub moderamine tenetur: Nam satiatus mel euomit, qui plus appetens penetrare, quam cæ pit, & illud perdit, vnde potuit nutriri: Quia ergo sancta ecclesia ab infirmis mentibus prohibet alta perscrutari, beato Iob dicitur, *esurienti subtraxisti panem.* Et quia eius quoque magnitudini hæretici inuident, quòd in fide vera populos vniuersaliter tenet, cum terrenæ prosperitatis tempus inueniunt, contrà eam in superbis vocibus excedunt, & exprobrantes aperiunt, quantum prius eius potentiæ latenter inuidebant.

Rom. 12. a. ibid. 1. c. † expoliasti † acceptor personarũ. vel eleuat⁹ vultu habitabas in ea. Eccle. 3. c Prou. 25. c.

Vt cũ scripturarũ promiscuã lectionẽ aut cõtrouersia rum prohibet.

h *In fortitu.brachij tui, &c.* quasi dicat quod tua prædicatione terram vniuersaliter occupasti, potentia fuit, nõ ratio veritatis, id est, populus credidit propter potentes sęculi; In quo se detegunt, inuidere magnitudini ecclesiæ. ✠ ✠ Quia.n. Christianos principes prædicationem eius tenere conspiciunt: hoc quod ei à populis creditur, non virtutem rectitudinis, sed causam sæcularis potentiæ esse suspicantur.

i *Viduas*, Dicunt hæretici, plebes, quibus ecclesia prædicatores eorum tollit, conuersos vel coniunctos, vnde & lacertos discipulorum, comminutos quæruntur; Vel quia ecclesia à superstitione eorum, qui prohibent nubere, & cibos damnant, reuocat: lacertos dicitur comminuere, vnde

Ibid.

☞ si

a ¶ Quia scientia hominis nihil est ad scientiam Dei

¶ Ten non eum iuuas: vnde. Quoniam bonorum meorum non eges: Psal. 15. a.

a ¶ Nec tua iustitia prodest ei: nec te timens arguit sed propter malitiam.

a ¶ Cum dicit altiora te ne quæsieris. Eccles. 4.

CAP. XXII.

a Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit: †Nunquid Deo comparari potest homo, etiãm cùm perfectæ fuerit scientiæ? † b c Quid prodest Deo si iustus fueris, aut quid ei confers, si immaculata fuerit vita tua? d Nunquid timẽns arguet te, & veniet tecum in iudicium, & e non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas? f Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, g & nudos † spoliasti vestibus. A quam lasso non dedisti, & eh rienti subtraxisti panẽ. In fortitudine brachij tui possidebas i terrã, & † potentissimus obtinebas eam. Viduas dimisisti va-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

F

Rom. 12. a. ibid. 1. c. † expoliasti † acceptor personarũ. vel eleuat⁹ vultu habitabas in ea. Eccle. 3. c Prou. 25. c.

E

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXII.

Diuisio.

1 Respon.au.Eli. *Hic ponuntur duæ replicationes amicorum Iob, & primò ponitur replicatio Eliphaz. secundo ipsius Baldath, ca. xxv. Sophar autem contentus fuit responsione Iob vltimo posita, & ideo contra ipsum non replicauit vltra. Circa primum primo ponitur ipsius Eliphaz replicatio, secundo ipsius Iob responsio c. xxiij. Prima in duas: quia primo arguit Iob de multiloquio; secundo de multiplici vitio ibi:* Abstulit *Circa primum sciendum, quod Iob superius respondens Eliphaz xvj c. dixerat:* Vtinam sic judicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. *Item ibidem dixerat:* Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ. *& de his verbis arguit eum, dicens.*

2 Nunquid Deo potest comparari ho. *vt adducatur ad iudicium cum ipso de pari, sicut tu petisti.*

3 Etiam cum per. fue. scien. *quia quantumcunque fuerit perfecta scientia humana, distat tamen in infinitum à diuina, & ideo fatuum est, imo insanum prouocare eum ad iudicium.*

4 Quid prodest Deo si iustus fue. *quia nihil accrescit ei de bonis humanis.*

5 Nunquid ti. arguet te. *accusans apud aliquem Iudicem.*

6 Et ve. tecum in iudi *vt petisti, quasi diceret, non.*

7 Et non propter mali. tu. plurimam. *quasi dicat, quod factum est tibi, demeruisti, & ideo non es ita innocens, sicut dixisti.*

8 Abstulisti. *Hic consequẽter arguit Iob de multiplici vitio, & primo ponit suam reprehensionem, secundo consultoriam monitionem, ibi:* Acquiesce igitur. *Prima in duas, quia primo arguit Iob de multiplici vitio contra proximum, secundo contra Deum, ibi:* An cogitans, *primo igitur arguit Iob de rapacitate, dicens:* Abstu.enim pi.f.tuo. *quibus debebas magis compati.* Diuisio.

9 Et nu.spo.vest. *id est parum indutos, qui dicuntur quodammodo nudi, quia quod modicum est, quasi nihil reputatur ij. Physico. quasi dicat spoliasti illos modicis vestibus, quas habebant. Secundo arguit eum de defectu pietatis etiam in casu necessitatis, dicens.*

10 Aquam las.non dedi. *ad eius refocillationem,*

11 Et esuri. sub. panem. *quia non dare in tali casu, est subtrahere: propter quod dicit Augu.* Pasce fame morientem: si non pauisti occidisti. *Tertio arguit eum de tyrãnide ds.* In fortitudine brachij tui, &c.

12 Viduas dimi. vacuas. *repellendo causam earum.*

1 Et

MORALITER.

✠ 1 *Respon, au. Eli. &c.* Hîc ponitur tertia replicatio eius cõtra Iob, in qua arguit eum de crudelitate, & infidelitate, licet autem eius verba contra Iob non valeant quia talis non erat: valẽt tamẽ cõtra eos qui tales sunt secundum veritatẽ; & sic intendo exponere, incipiendo à loco, vbi incipit eum de dictis vitiis notare, dicens.

2 *Abstul. pi. fra. tu. si. c.* hoc enim faciunt domini crudeles, & eorum ministri.

7 *Et nu. spo.* id est, pauperes malè vestitos.

10 *Aquam las. non de.* nomine panis & aquæ intelligitur omnis cibus & potus, quem auferunt tyranni etiam ab indigentibus, & hoc notatur cum dicitur.

3 *Non de.* i. abstulisti: minus enim dicendo plus significat.

4 *In forti. brach. tui pos. terram.* id est per tyrannidem.

5 *Viduas dimi. vacuas &c.* earum auferendo substantiam.

✠ Et

☞ A si quid aduersi ei contingit, pro peccatis dicunt retribui ei? Et hoc est, *Propterea circundatus es laqueis.*

Ibid. cap. 3. 2 *Et putabas te.* Quasi diceret. Securitatem pacis in spe tibi proposueras, & ideo de præsumptione tua gaudebas, nec tribulationibus te opprimi æstimabas, sed modò in malis quæ pateris, apparet qualis fueris. Et vide quòd tribulationes aquis inundãtibus comparantur, quia aliæ super alias irruunt, sicut vnda

B super vndam.

Ibid. cap. 4. † videas sũmitatẽ stellarũ, quod excelsæ sint † Nunquid per caliginẽ iudicabit? † & non videt. † circũitum † Id est, cõmunem homines cõsuetudinẽ, communes mores vulgi.

b *An cogitas quòd Deus* Quasi, an id o putabas te non opprimendum, quia cogitabas Deum non videre hæc infe iora, & an adhuc cogitas? Hæretici se sapientes putant, & irrident catholicos, quòd Deum non timeãt, quia corporaliter eum nõ vident. Nec putãt eum videre terrena ex longinquo, ideo quòd cælo altior sit, & quasi in nube latens per caliginem iudicet, ideo quòd inter nos & cælum aereæ sint partes, & superioribus intentus minus ima perpendat: & dum ambiendo cardines cæli conttingit in inferiora non respiciat. Sed quis

C de Deo ista vel desipiens suspicetur. Qui nimirum dum sit semper omnipotens, sic intendit omnibus, vt adsit singulis, sic adest singulis, vt simul omnibus nunquam desit. Nam etsi quosdam peccantes deserit, eisdem tamen ipsis adest per iudicium, quibus deesse cernitur per adiumentum. Sic itaque exteriora circundat, vt interiora impleat. Sic interiora implet, vt exteriora circundet. Sic summa regit, vt ima non deserat. Sic imis præsens est, vt à superioribus non recedat. Sic latet in sua specie, vt tamen cognoscatur in operatione. Sic cognoscitur in suo opere, vt tamẽ comprehendi non valeat cognoscentis æstimatione. Sic adest vt videri nequeat, sic videri non valet, vt tamen eius præsentiam ipsa sua judicia testentur. Sic se nobis intelligendum præbet, vt ipsum tamen nobis radium sui intellectus obnubilet, & rursum. Sic caligine nos ignorantiæ reprimit, vt tamen menti nostræ radiis suæ claritatis intermiscet, quatenus & subleuata quippiã videat, & reuerberata contremiscat; & quia eum sicuti est videre non potest, aliquatenus vidẽdo cognoscat. Sed hæc hæretici sanctã ecclesiã scire nõ æstimant, quia stulto iudicio solos se sapientes putant.

c *Nunquid semitam.* Sicut semita redemptoris humilitas, ita semita seculorum superbia. Seculorum itaque semitam viri iniqui calcant, qui per huius vitæ desideria in elatione perambulant.

d *Qui sublati sunt ante tẽp. suum.* ✠✠ Cũ repus vitę à diuina nobis præscientia sit proculdubio præfixum, qua ratione nunc dicit, quòd iniqui ex præsenti seculo ante tempus proprium subtrahantur? Sciendum, quia benignitas Dei est, peccatoribus spatium pœnitentiæ largiri. Sed quia accepta tempora non ad fructũ pœnitẽtiæ, sed ad vsum iniquitatis vertunt, quod à diuina misericordia mereri poterant, amittunt. Quamuis omnipotens Deus illud tempus vniuscuiusque ad mortem præsciat, quo eius vita terminatur, nec alio in tempore quisquam mori potuit, nisi ipso, quo moritur. Nam si Ezechiæ additi ad vitam anni quindecim memorantur, tempus quidem vitæ creuit ab illo termino, quo mori ipse merebatur, nam diuina dispositio eius tempus tunc præsciuit, quo hunc post modum ex præsenti vita subtraxit. Quid est ergo quod dicitur,

Qui sublati sunt. a. t. suum? nisi quod omnes. Qui præsentem vitam diligunt, longiora sibi eiusdem vitæ spatia promittunt. Sed cũ eos superueniens mors subtrahit, eorum vitæ spatia, quæ in cogitatione tetenderant, intercidit; Secundùm quod ordinãs nos Deus, iuxta merita disponit & terminum, vt vel malus breuiter viuat, ne pluribus noceat, vel bonus diutius viuat, vt pluribus prosit. Vel rursus malus diutius, vt mala augeat quibus boni probentur, vel bonus citius subtrahitur, ne si diutius viuat, malitia corrumpatur. Et mutatur sententia, sed non consilium æternum.

e *Et flu. sub. fun. eo.* Iniqui dum præsentia esse fugitiua non intuentur ☞

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et lacertos pu. commi. *Auferendo eis virtutem se defendendi: & sic eorum iudicium peruertisti.*

2 Propterea circun. *Id est propter mala predicta illaqueatus es angustiis, de quibus non potes exire.* 3 Et contur te formido. *De malis futuris.* 4 Et puta. *Quando erat in potestate.*

5 Te te. non. *Id est aduersitates quæ tenebris designantur.*

6 Et impe. *Id est magnarum tribulationum.*

7 Non oppres. *Id est, non fore opprimendum.*

Diuisio. 8 An co. *Hic consequenter arguit Iob de peccato contra Deum, scilicet, de infidelitate: & primo arguit eum de infidelitate; secundo de eius effectu, ibi:* Nunquid semitam. *Circa primum sciendum, quod aliqui dixerunt Deum habere notitiam determinatam de substantiis incorruptibilibus, & superioribus: non autem de inferioribus, quæ subiacent corruptioni, de quibus secundum eos non habet cognitionem nisi in vniuersali, dicentes quod intellectus eius vilesceret si talia determinatè & in particulari cognosceret: ad hoc autem sequitur, quod eius prouidentia non se extendat determinatè ad ista particularia & corruptibilia. Hoc autem dictum non solùm est contra sacram scripturam, qua dicit Deum omnia scire in particulari & determinatè: sed etiam contra dictum Philosophi j. de Anima, qui habet pro inconuenienti, quod Deus aliquid ignoret, quod nos cognoscimus: nos autem cognoscimus particularia corruptibilia. Nec valet si dicatur: Deus cognoscit illa in vniuersali; Quia talis cognitio quæ est tantum in vniuersali, est confusa & imperfecta, vt habetur j. Physicorum: in Deo autem nihil imperfectionis ponendum est. Similiter non valet, quod dicunt intellectum diuinum vilescere ex talium cognitione; Quia non cognoscit recipiendo aliquid ab eis sed per essentiam suam, quæ perfectè omnia representat, & ideo Eliphaz hoc dictum merito reputabat erroneum: in quẽ errorem dicebat Iob incidisse, dicendo quod De. excel. cælo sit. Hoc est, quia excelsior cælo est, tu credis quod de cælestibus habeat tantum determinatam cognitionem. Ideo subdit.*

9 Et dicis. *In corde tuo.*

10 Quid enim nouit Deus? *Scilicet de istis inferioribus. q. d. nihil, vel modicum. Ideo sequitur.*

11 Et quasi. *Quia cognitio quæ est tantũ in vniuersali, est confusa.*

12 Nubes latibu. *Id est, infra nubes non se extendit eius cognitio ad inferiora, vnde subdit:* Nec nostra considerat.

13 Nunquid semi. *Hic consequenter arguit eum de effectu dicti erroris, quia remota Dei prouidentia ab operibus humanis, sequitur quod homo sine frano timoris Dei se exponat voluptatibus & peccatis, & hoc est quod dicit,* Nunquid semi. *Id est vitam hominum seculariter & dissolutè viuentium.*

14 Custodire cup. *Exponendo te vitiis, quasi dicat, videtur quod sic.*

15 Quam calcaue. *Id est, frequenter ambulauerunt.*

16 Viri inqui, *Vitiis expositi & assueti.*

17 Qui subla. *De præsenti vita iusto Dei iudicio,*

18 Ante tem. *Id est, ante tempus mortis naturalis.*

19 Et flu. *Id est, impetus tribulationum superuenientium.*

20 Subuertit fun. *Id est potestatem, & diuitias in quibus confidebãt.*

21 Qui di. Deo. *In quantum dicebant eius prouidentiam ad actus humanos determinatè se non extendere.*

22 Et quasi nihil possit face. omn. *Circa actus humanos puniendos.*

MORALITER.

1 *Et lacertos pupil.* Id est tutores eorum durè tractasti. Sed quia Deus aliquando talia punit in præsenti, subditur.

2 *Propterea circun. es laq.* Id est multiplicibus malis.

3 *Et conturbat te for.* Ne veniant adhuc tibi maiora mala.

4 *Et puta. te te. non vi.* Id est te non puniendum, præ superbia non timens Deum, ideo subditur.

8 *An cogitas quod Deus excel* q.d. videtur quod tu credas Deum de istis inferioribus notitiã non habere, per hoc quod peccas sine freno, & inuerecundè.

13 *Nunquid semi. sec. cust. eu.* Id est, vitam iniquorum imitari q.d. patet quod sic: ex modo tuo viuendi.

17 *Qui subla. sunt ante.* Id est, mortui ante terminum naturalem propter suam malitiam.

19 *Et fluuius subu. fund.* Id est, illud in quo habebant fiduciam.

21 *Qui dicebant Deo*, Eius nuntios repellendo, scilicet prophetas, & apostolos & prædicatores, alios.

22 *Et quasi nihil pos. fa. omni.* Vt videtur ex operibus eorum.

☞ 1 Æsti-

tuentur, mentem in amore vitæ præsentis figunt, & quasi longæ habitationis in ea fundamenta construunt. Sed fluuius subuertit fundamenta eorum, quia cursus mutabilitatis statum in eis subruit peruersæ constructioni.

a *Cum ille im.* Malorũ domos dominus implet, quia etiã ingratis sua dona nõ denegat.

b *Quorum sententia pro.* Hoc etiam Iob, supra, *quorum consilium longe sit à me.* Sed consiliũ in corde, sententia in ore: Iste ergo verbis, Iob & cogitationib. optat esse malorum dissimilis.

c *Videbunt iusti.* Iniquorum interitum.

d *Et lata.* Cum districto judici perfecta iam securitate inhæserint. Nunc enim reprobos prospiciunt & gemunt.

e *Nonne suc.* Hic iniqui erecti sunt, quia pravis actionibus extolluntur: Sed eorum erectio succiditur, cũ à præsenti vita ad interitum; vel à conspectu iudicis ad gehennam pertrahuntur.

f *Et reliquias eorum deuo.* Quia & si hic carnem relinquant, in resurrectione recipiẽt, vt in carne ardeant in qua peccauerunt.

g *Acquiesce igi.* Culpa superbiæ est, docere meliorem, quod sæpe hæretici faciunt catholicis.

h *Si reuersus fue.* Quia à iustitiæ ædificatione destructus es.

i *Et longe facies.* Corpus animæ accipitur tabernaculum, & mens cogitationum. Et est sensus: Si ad Deum post errata reuertaris, in cogitatione & in opere mundaberis.

k *Dabit pro terra.* Per terram infirmitas actionis, per silicem fortitudo signatur, per torrentes aureos doctrina intimæ claritatis: Ad se ergo conuersis pro terra dat *silicem* robusti operis, & *pro silice torrentes aureos.*

l *Pro.* Quia pro robusto opere doctrinam multiplicat claræ prædicationis.

BEDA. Hoc dicit, Quod si propitiato sibi domino, in præceptis eius se firmissime stabilierit: non terrenis rebus, & carnis voluptatibus operam dabit: sed magis ad fortitudinem virtutum proficiet, per quam possit ad affluentes, cœlestiũ bonorũ diuitias pernenire. Si inquit in Saxo fortitudinis bonæ conscientiæ positus fueris, sensus diuinæ sapientiæ tibi: velut torrens aureus abundabit. Sicut autem in *torrentibus aureis* abundantia significata est sensuũ diuinorum: ita in *argento* eloquia domini intelligenda sũt, quæ sicut in psalmo legimus, sunt argentum igne examinatum.

m *Eritque om. con.* GREG. Sæpe cũ sacris eloquiis intendimus, malignorũ spirituum insidias grauiter toleramus. Et est sensus: dum malignos spiritus à te repulerit, diuini in te eloquij talentum lucidum excrescet.

n *Tunc su.* Super omnipotentem deliciis affluere, est in amore illius epulis sacræ scripturæ satiari.

o *Et eleua. ad.de.* Ad Deum leuare faciem, est cor ad sublimia inuestiganda attollere.

p *Et vota tua reddes.* Qui vota vouit, sed pro infirmitate soluere non valet, ei ex peccati pœna hoc agitur, vt volenti bonum, posse subtrahatur: Cùm verò ea, quæ obsistit, culpa detergitur, fit protinus vt votum possibilitas sequatur.

q *Decer.* Res decernitur & venit, cum virtus, quæ ex desiderio appetitur, largiente domino etiam per effectum prosperatur.

r *Et ve.* Eadem promittunt hæretici afflictis, si eos sequantur.

a ¶ Vt bonitate eius erubescant, & redeant, & contemnentes grauius puniantur.

a æstimabant eum, cùm illẽ implesset domos eorum bonis:

a ¶ Et hoc. ¶ In iudicio.

b †Quorum sententia †procul sit à me. †Videbunt iusti & læ-

a ¶ Qui hic dolent de erroribus eorum. b ¶ Quia eos tunc exultando despiciet.

c tabuntur, & innocens subsannabit eos. †Nonne succisa est

a ¶ Carnem, quam hic relinquunt. b ¶ Deo, quod erit dum mihi consentis.

d erectio eorum, & rẽliquias eorum deuorauit ignis? †Acquiesce

a ¶ Vel: habebis. b ¶ Quia iam non iurgabor contra te. c ¶ Si me sequaris. d ¶ Opera.

e igitur ei, & hãbeto pacẽ, & per hæc habebis frũctus optimos,

a ¶ Quasi quod dico ex ore illius procedat.

b ¶ Ac si dicat, quod nunc vsque in ore, & non in corde habuisti.

f Sũscipe *ex ore illius legẽ, & põne sermones eius in corde tuo.

¶ Quia. ¶ In iustitia.

g Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & longè †fa-

a ¶ Et b ¶ Conuersus ex infirmo fit fortis, & in ore bene viuentis doctrina abundabit. ¶ Deus.

h cies iniquitatẽ à tabernaculo tuo. †Dãbit pro tẽrra silicem, &

a ¶ Quiescens ab exterioribus.

i pro silice torrentes aureos. Eritque omnipotens †cõtra hostes

a ¶ Cordis, qua Deo es conspicabilis. b ¶ Et tunc.

k tuos, & argentum coaceruabitur tibi. Tũc super omnipoten-

a ¶ Qui modo pro culpa tua non exaudit. b ¶ Proprium est infirmorum, quod iustum iudicent, quem vident adipisci omne quod petit, quod tamen Deus sæpe negat suis, vel de spiritualibus dicit.

l tem †deliciis affluës, & eleuabis ad Deum faciẽm tuã. Rõgabis

m eum & exãudiet te, & võta tua reddes. Decernes rem, & veniet

n lucidum excrescet.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Æstima. *Quia non plus se extendit eius potentia quam scientia.*

2 Cum ille implesset do. e. bonis, *Scilicet temporalibus, quæ à Deo conceduntur hominibus.*

3 Quo. sen. pro. sit. à me. *Qui teneo diuinam prouidentiam ad omnia se extendere.*

4 Vide. iu *Destructionem prædictorum errantium,*

5 Et læ. *Non zelo vindictæ, sed applaudentes diuinæ iustitiæ.*

6 Et inno. sub. *Errorem eorum despiciendo.*

7 Nonne succi. e. erectio. *Excrescentia in prosperitate temporali.*

8 Et reli. *Si enim de arbore succisa remaneat truncus in terra, adhuc pullulat: sed quando truncus qui remanserat euellitur & comburitur, spes & possibilitas talis pullulationis tollitur, & per hoc intelligit, quod sic totaliter prosperitas ab incredulis tollitur.*

9 Acquiesce igitur. *Postquam Eliphaz arguit Iob de vitiis: hîc admonet eum de virtutibus ad recuperandum prosperitatem temporalem, quam amiserat, di.* Acqui igi. *id est ipsi Deo, cui repugnare non potes,*

10 Et ha. pa. *Sustinendo patienter eius castigationem.*

11 Et per hæc ha. fr. opt. *i. temporalẽ prosperitatem valde magnam.*

12 Suscipe ex ore il. *Confitendo ore & tenendo corde, eius prouidentiam ad omnia se extendere.*

13 Si reuer. fu. ad. o. ædific. *Sicut destructus es per auersionem ab eo,*

14 Et lon. *Id est si elongaueris iniquitatem non solum à te, sed etiam ab illis qui sunt in cura tua.*

15 Dabit pro ter. *Id est multò meliora quàm antè habuisti, sicut silex præualet terræ simplici, & aurum adhuc amplius silici.*

16 Eritque omni cont. ho. tuos. *Ita quod non poterunt amplius tibi nocere.*

17 Et argen *Id est diuitiæ generaliter, quæ nomine argenti designantur. Et non solùm promittit ei Eliphaz prosperitatem in bonis corporalibus, sed etiam in spiritualibus, quæ se tenent ex parte animæ: & talia non promiserat ante. Dicit igitur.*

18 Tunc super. om. del. af. *Experiendo interius diuinas cõsolationes.*

19 Et ele. ad Deum. fa. *Eũ quietè & delectabiliter contemplando. Intelligit tamen de consolationibus & contemplationibus quæ possunt haberi in vita præsenti, quia futuram negabat.*

20 Rogabis eum. *Confidenter.*

21 Et ex. te. *Velociter.*

22 Et vo. tua. red. *Modus est enim hominis exauditi, Deo reddere vota, quæ ei promiserat.*

23 Decernes rem *Secundum dispositionem & voluntatem tuam.*

24 Et veniet tibi. *Absque defectu. Cuius causa subditur.*

MORALITER.

1 *Cũ ille implesset domos.* Et sic in eis patet peccatũ ingratitudinis.

4 *Videbunt iu. & læt.* De eorum eiectione. Psal. lvij. b. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam, &c.* Et quia quilibet quantumlibet malus redire potest ad bonum dum viuit, subditur:

6 *Acquiesce.* Verè pœnitendo, & ipsum humiliter deprecando.

11 *Et per hæc hab. fruct. opt.* Scilicet gratiam in præsenti & gloriam in futuro.

12 *Suscipe ex ore illius legẽ.* Euangelicã, quã ore proprio promulgauit. Hebræ. j. a. *Nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio.*

13 *Si reuer.* Replicatio est eiusdem per alia verba.

15 *Dabit pro terra.* Id est pro terrenis cælestia, & pro transitoriis æterna.

16 *Eritque omnipo.* A te repellendo spiritus malignos.

17 *Et argentum coacerua.* Id est verè diuitiæ cæli.

18 *Tunc super omnipo. deliciis affluës.* Eius bonitate fruendo.

19 *Et eleuabis ad Deum faciem tuam.* Ipsum clarè videndo.

20 *Rogabis eum & exaudiet te.* Pro tibi deuoris orando.

21 *Et vota tua reddes.* Deum iugiter laudando.

23 *Decernes rem & veniet ti. & in viis, &c.* Nam sanctis ad votum succedunt omnia. Sed quoniam gloriam cæli præcedit humilitas in præsenti, ideo subditur.

---

a Et

13 Si

15 Dabit

1 Et

1 Qui

tibi, & in viis tuis splendebit lumen. † Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur. † Saluabitur innocens, saluabitur autem munditia manuum tuarum.

a ¶ Quod non valet sine humilitate. b ¶ Id est, qui nullum respiciendo despicit, sed seminorem omnibus sentit. a ¶ quæ etsi à Deo, ita tamen remuneratur, acsi tantum ab homine.

† Cum humiliauerint se impij dices: Excellens sum, (alij sic, quoniam qui humiliati fuerint, magnificabuntur)

† Eruet insulam innocẽs (alij sic, Et liberabit vir innocens. Alij sic, liberabitur væ innocentis.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in viis tuis. *Id est Deus illustrabit te ad disponendum de futuro, quod est tibi vtile, & quod vult tibi dare.*
2 Qui enim hum. *Deo se fideliter subiiciendo,*
3 Erit in gloria, *Id est in prosperitate temporali, quantum ad cor pus & animam modo prædicto.*
4 Et qui incli. *Ad considerandum humiliter proprios defectus,*
5 Ipse saluabitur, *A tribulationibus super impios obstinatos venientibus. Ideo subditur:*
6 Saluabitur innocens. *Scilicet corpore,*
7 Saluabitur autem. *q.d. ad perfectam salutem requiritur munditia cordis & operis: per manus enim opera designantur.*

MORALITER.

1 *Qui enim humi. fue.* Et similiter vitæ puritas, Apo. xxj. g. *Nihil inquinatum intrat in illam.* Ideo sequitur.
7 *Saluabitur autem munditia.*

CAP. XXIII.

a *Respondens autem Iob dixit. Nunc quo. in ama.* Greg. Mens iusti in amaritudine est semper, etiam in prosperis, quam amaritudinem aduersitas ingeminat. vnde: *Nunc quo.* Sicut fuit in prosperis; Vel: *Nunc quo.* Id est dũ meliora promittis. *Nunc quo. in ama. est.* Quia inordinatæ consolationis intẽtio percussionem quã minuere debuit, multiplicauit. Iusti enim b eò amplius gemunt, quò malos blandire C perspiciunt, qui per dulces sermones seducere querunt.

b *Et ma. pla. me.* Manus autẽ plagæ est fortitudo percussionis. Sed quia ex aduersitatib⁹, iusti plus sitiũt faciẽ autoris, sequitur.

c *Quis mihi tribuat.* Electi cùm contra votum quælibet agi conspiciunt, ad occulta Dei iudicia recurrunt, vt in eis videant. quia inordinatè intus non disponitur, quod inordinate foris currere videtur. Et hoc est, quod subdit:

d *Vt cognoscam*, Per speciem, quem noui per fidem: quod se sẽtire indicat ibi: *veniã vsque ad soliũ eius &c.* ✠ ✠ Amãti enim adhuc dilatio, vt ex dilati amoris desiderio meritum retributionis augeatur. Fit ergo nobis omnipotens Deus dulcis in miraculis, & tamen

Cap. 11. Cap. 12.

CAP. XXIII.

¶ Dum conuerso meliora promittis.

a ¶ Fortitudo percussionis quia non solùm à Deo diuisi, vnde cæci: sed in hoc exilio ligati.

Respondens autem Iob dixit † Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, & † manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum. Quis mihi tribuat, vt cognoscam & inueniam illum, & veniam vsque ad solium eius? Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus, vt sciam verba quæ mihi respondeat, & intelligam, quid loquatur mihi.

a ¶ qui erat etiam sine aduersis. a ¶ Et cum ita grauer. b ¶ Per speciem. c ¶ In re, vt est: quod modo differt Deus vt plus desideretur. a ¶ Et si videro, tunc po. b ¶ quid scilicet nos egimus, & quam terribilis sit iudex.

1 Vel, hæc verba positis in hac vita conueniũt: quia cũ præsidentẽ angelis fide vident, sciunt quod qui mirè eos regit, iniuste de hominibus non disponit; & sua vota damnant: dum meliora disponere Deũ vident. vnde.
† *Et ve. vsque ad solium eius*, Quod est in gloria cælesti. Sed quoniam oportet præcedere iudicium particulare mortis, sequitur,
7 *Ponam co. eo. iudi.* Considerando quid in iudicio respondeam coram ipso:
8 *Os meum re. increpa.* Meditando peccata mea, quibus sum increpandus;
9 *Vt sciam verba quæ mi.* Pensando namque peccatorum grauitatem, aduertit quis increpationis qualitatem.

† Etiam hodie. † manus mea vel plaga, mea.

f *Ponam co. eo iudic.* Corã Deo iudiciũ ponere, est intra secretum mentis per fidei contẽplationem ad tremendũ examen illius oculos nostræ cõsiderationis aperire; quid peccator homo mereatur attendere; &, occultus nunc & tacitus iudex quàm terribilis post appareat, considerare.

Ponere coram Deo iudicium.

g *Os meum re.* Quia dum examen iudicis contra se contemplatur amare se pœnitentiæ inuectione persequitur.

h *Vt sciam verba quæ, &c.* Cùm enim culpas pœnitendo persequimur: quid nobis de eis iudex in suo examine dicere possit inuenimus, quod nescit: quia mala sua negligit.

☞ a *Nolo*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXIII.

1 Respondens autem Iob. *Hic ponitur ipsius Iob responsio: notauerat autem eum Eliphaz de duobus, scilicet quòd erat flagellatus propter peccata sua, & quod male sentiebat de diuina prouidentia: ideo primo excludit primum, & secundo secundum ca. seq. Circa primum, Iob primo se iniuriatum conqueritur: secundo propositum exequitur, ibi,* Quis mihi tribuat. *Circa primum dicit.*
2 Nunc quo. in amarit. *Cuius rationem subdit:*
3 Et manus plagæ, *Id est, potestas seu grauitas flagellationis quam sustinui,*
4 Aggra. est. *Per iniuriam mihi irrogatam, eò quòd imponitur mihi, propter culpam meam fuisse illatam:*
5 Super ge. *Quasi dicat, prius habui causam gemendi silenter, sed modo habeo causam conquerendi patenter.*
6 Quis mihi. *Hic prosequitur intentũ suum declarans se propter peccata non fuisse flagellatum, & hoc dupliciter: primo per diuinum iudicium, cui nihil est occultum: secundo per euidentiam operum suorum, ibi,* Vestigia eius. *Prima in duas, quia primò ostendit propositũ; secundo declarat quoddam dictum suum, ibi:* Si ad orientem. *Circa primum innocando diuinum iudiciũ dicit:* Quis mihi tribuat. vt cognoſ. *Deũ iudicem meũ ad sciendũ causã afflictionis meæ* Et veniã vsque ad solium eius, *scilicet vt possim audire ab eo quod quæro.*
7 Ponam co. *Non dicit contra eũ, sicut cõtra partem aduersam: sed* coram eo *sicut corã iudice, cui obtẽperare volo, & sic excludit verbũ Eliphaz imponentis sibi, quod vellet cum Deo contendere de pari.*
8 Os meum re. increpationib. *In Hebræo habetur:* in argumẽtationibus, *sicut discipulus corã magistro aliquando multiplicat argumẽta. nõ ad contentionẽ, sed ad veritatis inquisitionem, quam desiderat audire à magistro; & hoc ostendit litera sequens, cum dicitur:*
9 Vt sciam. *Hoc etiam ostendit per hoc quod subditur:*

Diuisio.

✠ 1 *Nolo*

MORALITER.

1 *Respondens autem.* Superius pluries fuit dictum, quod Iob viri perfecti gerit typum: vir autem perfectus ad præmium suspirat, & eius dilationem cum gemitu portat, dicens:
2 *Nunc quo. in amarit.* Sed quando considerat quod ex tali dilatione potest in peccatum cadere, cum non sit in bono confirmatus: tunc eius gemitus aggrauatur, Ideo sequitur,
3 *Et manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum.*
6 *Quis mihi trib. vt cognoſ.* Sicut & cognitus sum.

† *Et ve.*

☞ a *Nolo mul. fortitu. con.* Quis enim in examine inueniri iustus
A valeat, si secundum suæ fortitudinis maiestatem vitam hominum
Cap. 14. discutiat Deus: Quamlibet enim iustus si districtè iudicatur, mole magnitudinis premitur, vnde subdit:

b *Nec magnitudi.* Quasi diceret: si secundum fortitudinem suam mecum cõtenderet, mole sua me premeret. Et nota, quia dũ fortitudinem vitat, infirmitatem incarnationis optat: vnde subdit:

B † Ibi rectũ disputet secum, vel ponat æquum rectitudinẽ secum, tũc liberabor in perpetuum à iudicate me. 1. Cor. 1. d. † si probauerit me, sicut aurũ egrediar.

c *Proponat æquita.* Mediator Dei & hominũ æquitatis nomine designatur: de quo scriptũ est: *Qui facius est nobis à Deo sapientia, & iustitia.* Et est sensus: Ad redarguẽdas vias meas incarnatum filium mittat, & tunc insidiãtem aduersarium p absolutionis meæ iudicium victor excludam.

✻ Chry. Apud Hebræos victoria & finis vno verbo declaratur. Ita cum quorundam psalmorum hæc debet esse inscriptio in finem, nihilominus victori inscribuntur.

Cap. 15. d *Si ad orientem.* Greg. Acsi dicat: filium incarnatum mittat:
C In altitudine sua diuinitas apprehendi non poterat: sed monstrauit se hominibus per humilitatem. Deus in parte non est, quia vbique est: & minus inuenitur, si in parte quæritur. Vel, ad orientem it, qui mentem in consideratione attollit maiestatis: sed Deus in natura non apparet ei, Inde autem mens reuerberata ad se redit quasi ad occidentem, & videt quam suprà sit, & se indignam videre. Ad sinistram vertitur, qui peccatis consentit, qui nullatenus Deum apprehendit; Ad dexteram vertitur, qui de virtutibus eleuatur, qui Deum non videt. Sed nec in his omnibus plenè se anima cognoscit, vnde:

e *Ipse vero scit viam.* Id est videre non valeo videntem me. D
f *Et proba.* Non elatus comparat se auro, sed sua humiliter cõsiderat: quod licet omni iusto. Et hoc est: *Et proba me quasi au.* Ex vstione enim tribulationis, & subtrahuntur vitia, & augentur merita.

g *Vestigia eius secu.* Beatus Iob in futura operatione incarnãdæ sapientiæ intendebat: Cuius vitam superno spiritu repletus solicita intẽtione conspiceret futuram mansuetudinis illius humilitatem præuidens, quasi ad exemplum sibi propositũ recurrit. h *Viam eius custod.* *Custodire*, per intentionem est, *non declinare* per operationẽ. ✻ ✻ Hæc namque est solicitudo iustorum; actus suos quotidie iuxta vias veritatis examinent, & eas sibi in regulam proponentes, à rectitudinis earum tramite non declinent. Super semetipsos quippe quotidie ire contendunt, & quod in virtutum verticem prouehuntur, cauta reprehensione dijudicant quicquid de eis ex semetipsis remanet infrà semetipsos: & totos se illò festinant trahere, vbi se inueniunt ex parte peruenisse.

Cap. 16. † sed ponat in me sub. vires, vt stare possim coram eo.

E † Si se verterit ad sinistram, nõ apprehendetur: si absconderit se ad dexteram, non videbo illum. † in ore meo vel plusquam præceptũ est mihi.

F i *A mandatis la.* Iustorum mentes per intentionem suam omnipotenti Deo assistunt, atque in scriptura quasi os eius intuentur. ✻ Nicet. Præcepta dicit nõ auditione accepta aut scriptis cõsignata (hic enim sanctus legem præcucurrit) sed animis insita.

k *Et in sinu meo ab.* In sinu cordis verba oris eius abscondimus, quoniam mandata eius non transitoriè, sed implenda opere audimus, & si verba in opere prodeunt, latent tamen in corde. Si intus non eleuatur animus, sed si laus extrà quæritur, tunc sermo Dei in sinu non occultatur.

☞ a *Ipse*

a ¶ Sed quis ibi iustus si secundum fortitudinem discutiat.
b ¶ Dum fortitudinem vitat, infirmitatem optat incarnationis.
• ¶ Quamlibet iustus, si districtè ab omnipotente iudicatur, mole magnitudinis premitur.

a Nõlo multa fortitũdine contendat mecum † nec mãgnitu- ¶ Sed.
b c d dinis suæ mole me premat. † Proponat æquitatem contra
e me, et perueniat ad victoriam iudicium meum. Si ad orientem iero, non apparet: Si ad occidentem, non intelligam eum.
† Si ad sinistram, quid agam? Non apprehendam eum. Si me
a ¶ Quasi: ego non possum videre eum, sed ipse me videt: vnde magis est timendus
f vertam ad dexteram, non videbo illum. Ipse verò scit viam
a ¶ Iustus ante flagella à Deo dicitur, sed minus de se sentit, dicens se ibi purgari. b ¶ Probauit me.
meam: † et probabit me quasi aurum quod per ignẽ transit.
a ¶ Et ergo.
¶ Operationes, quòd bonos iuuat: malos tolerat, vel exempla verbi incarnati, qui non potuit videre sublimia occultæ dispositionis.
g h i b ¶ Custodit & non declinat: qui hoc vbi intendit, operatur.
k Vestigiã eius secutus est pes meus, viam eius cũstodiui, et non declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius non recessi, et † in

---

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Nolo mul. *Id est in tanta sublimitate mecum loquatur, quòd non possim capere: sed magis cõtemperet se capacitati intellectus mei.*

2 Proponat æquita. *Id est declaret per effectũ reuelationis, vel manifestationis suæ, grauitatem pœnæ meæ & culpæ.*

3 Et perueniat ad vict. *Id est iudicet pro me, ita quòd appareat victoria mea sustinendo veritatem contra amicos meos impugnantes ipsam: & sic postea factũ fuit, vt habetur infine huius libri, vbi dominus dicit:* Nõ estis locuti coram me rectũ sicut seruus meus Iob.

4 Si ad orientem. *Hic declarat quoddam dictum suum. Dixerat enim de Deo:* Quis mihi tribuat, vt cognoscam, & inueniã illum? *per hoc insinuans manifestè: quod homo virtute naturali nõ potest ad perfectam Dei cognitionem pertingere; ideo hoc declarat dicens:* Si ad orientẽ. *Ad cuius intellectum sciendum, quod homo ad cognitionem Dei ascendit ex creaturis visibilibus, secundũ quod dicitur Sap. xiij. a.* A magnitudine speciei creaturæ poterit cognoscibiliter creator horũ videri: *inter creaturas autẽ visibiles firmamentũ tenet primũ locũ, cuius motus incipit ab oriente tendens versus occidentẽ; & quãtũ ad hoc dicit:* Si ad orientem iero. *motũ firmamenti considerando,*

Ascensio hominis in Deum.

5 Nõ apparet, *Scilicet, ipse Deus per hoc perfectè cognitus, quia licet firmamentum sit creatura valde nobilis, tamen in infinitum deficit à perfectione creatoris. Secũdum verò locũ tenet proprius motus planetarum, qui incipit ab occidente tendens versus orientem, & quãtum ad hoc dicit:*

6 Si ad occi. *Me cõuertero, planetas & eorum motus considerãdo,*

7 Non intelligam eum, *Scilicet perfectè, eadem ratione qua de firmamento dictum est.*

8 Si ad sinistram *Id est aquilonem considerando stabilitatem poli arctici & stellarum, quæ mouentur prope ipsum.*

9 Quid agam. *q.d. non habeo sufficiens medium ad cognoscendum perfectè Deum.*

10 Si me vertam ad dexteram, *Id est ad meridiem, vnde est fortitudo luminis,*

11 Non videbo illum, *Quia illud lumen est tantum corporale, & in infinitum deficiens à diuino lumine; & quia eadẽ est distantia Dei ad creaturas, & creaturarum ad ipsum, sicut est eadem via à Thebis ad Athenas, & ecõuerso, posset aliquis credere quod sicut nõ cognoscimus Deum nisi valdè imperfectè propter distantiam ipsius à nobis, sic econuerso non cognoseeret nos perfectè ratione huius distantiæ, ideo hoc excludit dicens.*

12 Ipse vero scit: *Id est omnia opera mea, vsque ad minima.*

13 Et proba me quasi aurum. *Ignis autem probans aurũ non dat ei veritatem auri, Sed eam præexistentem declarat: ita dicit Iob, quòd ignis tribulationis non dedit sibi innocentiam, sed illam declarauit per eius patientiam & sic Deus eum probauit, non ad cognoscendum eius innocentiam sibi incognitam, sed vt aliis manifestaretur: sicut & tẽtauit Abraham, Gen. xxij. vt eius obedientia aliis notificaretur.*

14 Vestigia eius. *Hic consequenter ostendit propositum testimonio suorum operum, quæ fuerant hominibus nota dicens:* Vestigia eius. *id est dictamen rectæ rationis secutus sum in omnibus operibus meis: quod est quasi quoddã vestigiũ impressum à Deo mentibus humanis.*

15 A mandatis labi. eius non recess. *Id est ab illis, quæ per diuinam*

☞ reue-

MORALITER.

✠ 1 *Nolo mul. forti. conten.* Id est rigore iustitiæ, sed cum temperamento misericodiæ.

2 *Proponat æqui.* Æquum est enim, quòd cum in iudicio proponitur obligatio, sic & satisfactio proponatur. Si autem considderetur satisfactio facta pro nobis per Christum, excedit omne peccatum humanum: & sic ad victoriam peruenit iudicium hominis contra inimicum. Quod autem excedat, ostendit dicens:

4 *Si ad orientem.* Oriens est Christi ortus, occidens autẽ mors eius, sinistra verò descendens ad inferna, dextera sessio eius in patris dextera. Hæc autem sunt incomprehensibilia à nobis, & excedunt

cedunt obligationem pro peccatis. Sed quia vir perfectus timere sibi debet propter incertitudinem sui status, ideo subditur:

5 *Ipse vero scit vi.me.* q.d. nescio eam: De re enim ignota communiter dicitur: *Deus scit.* Sed quamuis iustus statũ suum nesciat per certitudinem, scit tamen per coniecturam, quando de mortali peccato non est sibi conscius, & est ad obediendum Deo promptus, ideo sequitur.

13 *Probauit me quasi aurum,* Id est approbauit. Et subditur huius signum,

14 *Vestigia eius secu. est pes me.* In bonis ambulando, & à malis declinando.

✠ 1 Ipse

a *Ipse enim solus est.* Principaliter & immutabiliter Solus enim per se est, qui omnia agit, in quibus est ipse timendus, non quæ patimur. De cuius immutabilitate subdit:

b *Et nemo auer.* Quia semel fixa iudicia mutari nequaquam possunt.

c *Et anima eius*, Ea ipsa vis qua cuncta disponit, anima illius appellatur.

d *Cum exple.* Explet in me voluntatem suã, quia multis me percussionibus affligit. Sed *multa similia præsto sunt ei*, quia si ferire cogitat, adhuc inuenitur, vbi plaga crescat.

e *Et idcirco à fa.* Rectitudinis pauore concutitur, cum se reddendis rationibus cõspicit non esse idoneum, si districtè iudicetur.

f *Deus molli.* Virtutem ergo suæ fortitudinis non sibi, sed autori tribuit.

g *Conturbauit me.* Nunquam secura sunt corda iustorum, sed turbata timore iudicis, quæ tamen consolantur donis quæ acceperunt: vnde. *Non enim peryi.* Flagella iustorum vel præterita purgant, vel futura peccata auertunt: quod non in Iob, sed virtus augetur.

h *Non enim* Ille in flagello positus à salute corporis propter imminentes tenebras perit, qui pro transactis percutitur, vt à futuris suppliciis absondatur.

i *Nec fa.* Qui enim semper diuinæ fortitudinis pondus aspexit, eius cordis faciem caligo peccati non operuit. ✠✠ Non dixit, non tetigit, sed *non operuit.* Sæpe enim etiã corda iustorũ subortæ cogitationes terrenarum rerum delectationibus tangunt: sed dum citius manu sanctæ discretionis abiguntur, festine agitur ne cordis faciem caligo operiat quæ hanc iam ex illicita delectatione tangebat.

Cap. 16. Cap. 17.

†Cum reddiderit q̃ statutũ est mihi, vel q̃ congruit mihi, ecce tamen adhuc multa coram ipso sunt sub. propter quæ possit me affligere, aut quid simile.

Cap. 19. † quis reddere faciet eũ retrorsum vel quis respondebit ei?

† Nõ enim si excisus à facie tenebrarũ, nec à facie mea occultatur caligo, id est tenebrę infelicitatis à me nõ recedunt caligo mortis semper ob oculos versans, nõ abit.

a ¶ Ideo sic ago. b ¶ In hoc ostendit, quod in tot bonis quæ egerat, nihil se esse credidit. c ¶ Sicut immutabilis substantia est, sic & voluntas.

1 sinu meo abscondi verba oris eius. Ipse enim solus est, &† nê- 2

a ¶ Ideo timendum est infirmo. b ¶ Vel quæcunque 3

4 mo auertere potest cogitationẽ eius, & ânima eius, quodcũq; 5

a ¶ Id est quod voluntati eius repugnare videtur, ceruit illi. b ¶ Et ideo 6

¶ Quasi: etsi malum timeri debet, quod nondum est, ego in malis iam positus timeo alia. 7

8 voluit, hoc fecit.† Cũmque expleuerit in me volũtatẽ suã, & 9

a ¶ Quibus me feriat. b ¶ Quia timorem maiestatis, cordi proponit. 10

11 alia multa similia præsto sunt ei. Et idcircò à facie eius turba- 12

a ¶ Qui enim vim animadueršionis eius non considerat, non timet. b ¶ Nec à me est istud: quia. 13

c ¶ Vt timore iudicij penetretur. 14

15 tus sum, & considerans eum, timore solicitor. Deus mollíuit

¶ Verè Deus molliuit cor meum, & semper timeo.

cor meum, & omnipotens conturbauit me.† Non enim perij

¶ Etsi aliquando tetigi.

propter imminẽtes tenebras, nec faciem meã operuit caligo.

E

F

NICOLAVS DE LIRA.

reuelationem habui, vltra naturalem cognitionem; quamuis enim Gentiles non habuerunt legem à Deo reuelatam, quæ data fuit Iudæis in monte Sinai: tamẽ illis Gentilibus, qui viuendo secundũ dictamẽ rectæ rationis, conuertebant se ad Deum deprecandum, reuelabantur ea, quæ erant ad salutem necessaria, à Deo immediatè, vel mediantibus aliquibus in sãctitate excellẽtibus: cuiusmodi fuit Iob, qui habuit reuelationem valde claram de resurrectione futura, vt patuit supra xix. & quantum ad dicta reuelata dicit: A mandatis labiorum eius. *Verumtamen quia ipse Deus in se, nec per cogitationem naturalẽ, nec per reuelationem comprehenditur, ideo sequitur:*

1 Ipse en. sol. est. *Silicet infinitæ sciẽtiæ.* 2 Et nemo auer. *Id est eius consilia cõprehendere. Est etiam infinitæ potestatis, ideo subditur.* 3 Et anima. *Id est volũtas,* 4 Quodcũq; vo. hoc fecit *Nullo potẽte sibi resistere.* 5 Cum expleue. *Me flagellando tanquã creaturam suam,* 6 Et alia multa. *Silicet flagella,* 7 Præsto sunt. *Quia mihi & aliis potest infligere de facili.* 8 Et idcir. a fa. e. turb. *Turbatione tristitiæ de præsenti malo.* 9 Et cõsi. *q. potest multa similia iterum facere.* 10 Timore soli. *De futuro malo. Sciendum quod ista iustitia, & iste timor in ipso Iob non erant absorbẽtes rationem, neque deiicientes à virtute: sed sequẽtes naturã sensitiuã naturali necessitate.* 11 Deus mol. *Liquefaciens à firmitate temporali.* 12 Et omnip. *Modo iã prædicto; & quod non sustinuerit pro peccato suo, ostendit di.* 13 Nõ enim perij. *Id est afflictiones passus sũ,* 14 Propter im. *Id est propter peccata patẽtia:* 15 Nec fa. *Id est propter peccata latẽtia, quæ faciem animæ obnubilant interius, licet non appareant exterius.*

MORALITER.

✠ C 1 *Ipse enim so.* Qui per certitudinem scit statum meum, tam præsens quàm futurum.

2 *Et nemo auer.* Nam eius consilia sunt incomprehensibilia.

3 *Cum expleue.* Nam de me potest facere quicquid sibi placuerit nunc & in futurum.

4 *Et idcirco à fa. e. turb.* Propter mortis periculum.

5 *Et considerans eum,* Iudicem venturum,

6 *Timore soli.* Nesciens in qua parte sim ponendus.

7 *Deus molli. cor meum.* Faciens ipsum perplexum. Illud enim quod est molle, ad partes oppositas est flexibile.

8 *Non enim pery propter immi. tene.* Id est non sum mihi conscius de peccatis grauibus, propter quæ debeam perire: sed quia per hoc non sum iustificatus, maneo in perplexitate.

Cap. 20. † Quare ab omnipotente non abscondita essent tempora, & cognoscentes eum, non viderent dies eius.

CAP. XXIIII.

a B *omnipo.* ✠ GREG. Quia ipse quidẽ nostra tẽpora comprehensibiliter conspicit: Nos autem ea quę eius sunt comprehendere nullatenus valemus.

b *Qui autem* Quia etsi iam per fidem Deum nouimus, qualiter tamen sit eius æternitas sine præterito vel futuro, non videmus. Beatus Iob ne plus sapiat quàm oportet sapere, dies domini non posse comprehendi testificans, ad hæreticorum mox superbiam respectum mẽtis conuertit: qui alta sapere appetunt, de quibus sequitur:

CAP. XXIIII.

¶ Moderatur se freno scientiæ non plus sapere quàm oportet.

a ¶ Sed non possum de eo comprehendere.

1 †Bomnipotẽte non sunt abscondita tem- a

a ¶ Inter quæ volumur.

b ¶ Deus natura simplex, neque aliud ipse atque dies eius sunt; æternitatem quippe habet. sed ipse sibi est æternitas. Et: qui eum cognoscunt adhuc nesciunt: quia quem veraciter credimus: qualiter tamen sit ipsa eius æternitas ignoramus.

2 porà: qui autem nouerunt eum, ignorant b 3 dies illius. Alij terminos transtulerunt, c 4

c *Aly termi.* Quos, aliorum nomine, nisi hæreticos designat, qui à sanctæ ecclesiæ gremio extranei existunt? Ipsi terminos

Cap. 21.

☞ transfe-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXIIII.

1 B omnipoten. *Postquã ostendit Iob se non fuisse punitum propter peccata sua, hic consequenter ostendit se non malè sensisse de diuina prouidentia; & primò declarat propositum; secundo concludit intentum, ibi:* Quod si non ita est. *Prima in duas, primò ostendit propositum in generali, di.* Ab omnipotente non sunt. *q. d. intuitas suæ scientiæ fertur super omnia tempora: ita quòd perfectè cognoscit præterita, præsentia, & futura.*

2 Qui autem no. *Per inuestigationem rationis, vel etiam vlterius per reuelationem.*

3 Ignorant di *id est modum suæ æternitatis non comprehendunt: & sic ostendit se Iob bene sentire de diuina prouidentia in generali.*

4 Alij termi. *Hic consequenter ostendit idem in speciali, & hoc per diuersos peccatores sine freno timoris Dei peccantes, acsi eorũ facta non prospiceret: cuius tamẽ cõtrarium ostendit per hoc quod eos manifestè puniuit, & punit. Primò igitur describit eorũ multiplicem culpam: secundo pœnam à Deo inflictam, ibi:* Maledicta sit pars eius. *Prima in duas: quia primò exprimit peccata ex cõcupiscentia oculorum orientia, & secundo ex carnis cõcupiscentia, ibi:* Oculus adulteri. *Circa primum dicit:* Alij terminos transtulerunt. *defalcantes de aliorum hæreditate.*

MORALITER.

1 *Ab omnipotente.* Secundum Greg. Iob loquitur hîc contra infideles, quorum aliqui negauerunt diuinam prouidentiam extendi ad hæc inferiora contra quos dicit: *Ab omnipotente non sunt ab. tem.* nam sua æternitate totum tempus includit, & sic omnia

✠ 1 *Diri-*

entia

✠ 1 Diri-

entia secundum quodcunque tempus vno intuitu comprehendit.

2 *Qui au. non. eum.* Per rationis inuestigationem, & etiã per fidẽ

3 *Ignorant dies.* Quia non cõprehendunt modũ æternitatis eius.

4 *Aly termi. transtulerunt.* A patribus positos & diuersas hæreses condiderunt.

☞ transferunt: quia constitutiones patrum præuaricando transcendunt. Qui greges diripiunt, & pascunt: quia imperitos ad se peruersis persuasionibus trahunt, & doctrinis pestiferis ad interficiendum nutriunt.

a *Asinum pupil.* Pupillos dicit, electos, qui magna fidei gratia nutriuntur: & patris sui iam pro se mortui faciem necdum vident. Et sunt plerique qui dum tales conspiciunt cælestia appetere, terrena despectui habere, de rebus quas possident subsidia subministrant: quasi ergo asinus electorũ est, qui deportat onera vsibus eorum. Sed cum hæretici talem ab ecclesia auertunt, quasi pupillorum asinũ abigunt: quia cum ad perfidiã pertrahunt, à ministerio bonorũ repellunt.

b *Et abstulerunt.* Vidua dicitur, ecclesia, quæ occisi viri sui interim visione priuata est; Bos huius viduæ est vnusquisque prædicator. Et contingit vt hæretici peruersis dogmatibus ipsos etiam prædicatores trahant; pignus namque cùm tollitur, aliud quidem est quod tenetur, sed tamen adhuc aliud quæritur: & ideo hæretici eos conantur auferre qui prædicant, vt eorum etiam sequaces trahant, vnde subdit:

c *Subuerterunt pau.* Nonnunquam hi qui mansueti atque humiles videntur, si seruare discretionem nesciunt, exemplis aliorum cadunt.

d *Aly quasi onagri.* Sunt enim hæretici qui populis admisceri refugiunt, sed secessum vitæ secretioris petũt: & eò amplius peste suæ persuasionis inficiunt, quò quasi ex vitæ meritis reuerentiores videntur. Onagris autem comparantur, qui in suis voluptatibus dimissi, à vinculo fidei rationis sunt alieni.

e *Egrediuntur.* Non enim Dei sed opus suum peragunt, dum non recta dogmata, sed propria desideria sequuntur.

f *Vigilantesque ad prædam.* Ad prædam vigilant, qui verba iustorum ad proprium sensum semper rapere conantur, vt per hoc peruersis filiis panem erroris parent.

g *Agrum non suum.* Agri vel vineæ nomine ecclesia signatur, quam peruersi prædicatores demetunt, & autorem eius in membris suis opprimendo vindemiant: qui creatoris gratiam persequentes, dum quosdam de illa, qui recti videbantur rapiunt, quid aliud aliud quàm spicas vel botros animarum tollunt?

h *Nudos di.bo.* Sicut vestimenta corpus, sic bona opera protegunt animam. Hæretici itaque cum quorundam bona opera destruunt, vestimenta tollunt.

i *Quibus non.* Operimentũ ad iustitiã pertinet: frigus ad culpã. Alget ergo & tegitur, qui ex alio opere feruescit ad iustitiam, ex alio frigescit ad culpam. Sed cum hæretici talibus bona opera subtrahunt, agunt ne in frigore habeant vnde vestiãtur.

Vel frigus est malum desideriũ, contra quod boni veste boni operis se tegunt: sed praui hoc agunt, vt qui frigent desiderio, sine veste boni operis moriantur.

k *Quos im mo.rigãt.* Id est fluenta prædicatorum satiant.

l *Et non haben.* Lapides dicit fortes viros in ecclesia, vt martyres: qui itaq; de nullo opere suo confidunt, sed ad sanctorũ martyrum protectionem orando currunt, quid isti faciunt, nisi quia bonæ actionis velamen non habent, lapides amplexantur?

m *Vim fece.* Hæretici deprædantes vim faciunt, quia contra infirmas fideliũ mentes verborũ & operum violentia grassantur; ✻ ✻ Cũ prosperitatẽ vitæ præsentis hæretici nõ habent, infirmis mẽtibus verbis blandioribus peruersa persuadent: si qua verò illis prosperitas temporis arriserit, etiam violenter trahere, quos præualent, non desistunt.

n *Vulgum pau. expoliaue.* Quia dum doctis non præualent, indoctos à velamine fidei denudãt. ✻ ✻ Vulgus pauper est populus indoctus: qui si verę sapientiæ diuitias haberet, vestimentum suæ fidei nequaquam amitteret. Quasi autem senatores quidam intra ecclesiam sunt viri doctiores: qui cum scientiam in corde multiplicant, veris apud se diuitiis abundant.

o *Nudis ince. absque vesti.* Qui nec bona nec mala operatur, nudus est & otiosus: Qui autem mala agit, nudus incedit, quia sine velamine boni operis per iter prauitatis pergit. Esurientibus & per pœnitentiam pabulum verbi concupiscentibus hæretici spicas tollunt: quia in eorum mente patrum sententias destruunt, Quę per spicas significantur, quia dum per figuram eloquia proferuntur, ab eis tegumen literæ, quasi aristarum paleas subtrahimus, vt medulla spiritus reficiamus.

☞ *Qui cal.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Diripuerunt greges. *Quantum ad bona mobilia.*
2 Et pauerunt eos, *Acsi essent sui propry.*
3 Asinum pupil. abege *Minando ad domum suam.*
4 Et abstule. *Id est titulo pignoris sub colore iustitiæ, licet falso.*
5 Subuerte. pau. *Id est subuerterunt iustitiam eorum pro munere.*
6 Et oppres. *De quibus credebant quòd non defenderent se & tamẽ personis prædictis esset compatiendum propter conditionem eorũ. Consequenter addit de manifestis latronibus & raptoribus, dicens:*
7 Alij quasi. *Supple morantur ad latrocinia & prædas exercendum: & patet per literam sequentem quæ plana est vsque ibi.*
8 Quos imb.monti. *Homines enim spoliati fugiunt ad loca cauernosa montium: & antequam illuc possint ingredi rigantur imbribus qui generantur in montibus.*
9 Et non habentes velamen, *Vestis, nec domos contra imbrem.*
10 Amplexantur lapi. *Ponendo se intra cauernas, acceptando loca illa pro aliquali remedio.*
11 Vim fe. *quibus deberent parcere, eò quod carent nutritoribus.*
12 Et esurientibus tulerunt. *Id est pauperibus non habentibus messem, sed tãtùm aliquas spicas post messores collectas, illas etiam abstulerunt, quod est vile & crudele.*
13 Inter acer. eorum me. sunt *Id est in meridie occultati.*

8 Quos

1 Qui

MORALITER.

✠ 1 *Diripuerunt greges*, Domini à suo ouili;
2 *Et pauerunt eos*, Pabulo erroris sui.
3 *Asinum pupillorum abege.* Id est sustentatores Christianorum deceperunt, vt Iulianum apostatam & aliquos alios principes qui erant Christianorum sustentatores.
4 *Et abstulerunt pro pignore bouem*, Per quem significatur prædicator in agro laborans ecclesiæ, quem aliquando hæretici persecuti sunt calumniosè.
5 *Subuerterunt paupe.* A veritatis via simplices deuiando.
7 *Aly quasi onagri.* Sub simulatione singularis pœnitentiæ decipiẽtes à tramite directo; sicut Albigẽses, & pauperes de Lugduno.
† *Præparant panem libe.* Id est doctrinam pestiferam suis discipulis. De qua dicitur Prouerb. ix. *Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior.*
† *Agrum non suum demetunt*, Id est detruncant, quia doctrinam ecclesiæ defalcant.
† *Nudos dimit.* Virtutibus spoliantes,
† *Quibus non est operimentum*, Virtutis,
† *In frigore.* Id est contra frigus infidelitatis.
8 *Quos imbres montium*, Id est doctrinæ superborum hæreticorum informant.
9 *Et non ha. velamen*, Virtutum,
10 *Amplexãtur lapides* Hæreticis induratis se firmiter cõiũgẽtes.
11 *Vim fece.* Persequentes quos verbis trahere non potuerunt ad sua documenta.
12 *Et esurienti tul. spicas.* Id est illud modicum quod habebant.
13 *Inter acer.* Id est in meridie occultati ad rapiendum.

✠ 1 Qui

a *Qui calcatis torcularibus* GREG. Qui ecclesiam persequuntur, torcular calcant: nam dum iniusti iustos deprimunt, botros sub pedibus mittunt, vt animarum botri spirituale vinum defluant, quæ carne corruptibili exutæ, ad cælestia velut in apothecam currant. Calcant autem & sitiunt, qui agendo crudelia eo ipso feruciores fiunt, & grauiora facere ambiunt: Quos dum contra catholicos hæretici agere crudelia conspiciunt, inter aceruos eorum meridiãtur. *Qui & calcatis torcularibus sitiunt:* quia eorum semultitudini adiungũt, quos vident grauia agere, & adhuc grauiora sitire. Et cum per se nõ possunt persecutionem suscitare, potentes seculi ad hoc excitant, quorum feruor dum eorum desideria satiat, in eorum actibus quasi in meridie quiescunt.

a *De ciuitatibus fece. vi. geme.* Quia ciuitates à conuiuentibus populis appellantur, ciuitatum nomine ecclesiæ designantur: Hæretici autem, quia potentibus adhærentes bonorum sodalem vitam persequuntur, de ciuitatibus fecerunt gemere viros, id est, eos qui per viam Dei non fluxe sed viriliter currunt;

b *Et anima vul. cla.* Vulneratur anima iustorum, cum fides infirmorum turbatur: Clamat autem, dum alieno lapsu tabescit.

c *Ipsi fue. re. lu.* Lumini rebelles sunt, qui sua desideria sequendo bonum despiciunt quod nouerunt;

d *N. scierunt vi. eius.* Qui enim prius sciendo rebelles sunt, postmodum cæcantur, vt nesciant.

e *Nec re. sunt.* Angustior est semita, quàm via. Qui autem manifestiora agere contemnunt, ad subtiliora intelligenda non perueniunt; Expectauit autem Deus, vt per eius semitas pergerent: sed vtinam per eas vel reuerti voluissent, vt vitæ itinera quæ nouerunt per innocentiam, saltem tenerent per pœnitentiam.

f *Mane primo con. ho.* Quia peruersus quisque in prosperitate præsentis vitæ (quæ per mane designatur) humilium vitam deprimendo interimit: & in aduersitate & deiectione positus (quæ per noctem designatur) per iniqua consilia latenter lædit vt fur.

g *Oculus adulte.* Hoc de hæreticis dicitur: Sicut enim is qui adulterium facit carnem alienæ coniugis sibi illicitè coniungit: ita hæretici, cum fidelem animam in suo errore rapiunt, quasi alienam coniugem tollunt.

h *Et operiet vult. su.* Vultus humani cordis est similitudo Dei, quem peruersus operit, vt cognosci à districto iudice nequeat cũ vitam suam malis actibus cõfundit, vnde dicet: *Nunquam noui vos.*

i *Perfo.* Domorũ nomine, conscientiæ designantur, in quibus habitamus, cum aliquid tractamus bonũ.

k *Sicut in.* Quia cum iustos conspicerent in prosperitate, quoniam loqui non poterant, ad maligna contra eos cõsilia vacabant.

l *Et ignorauer. lucem* ✠ ✠ BEDA. Ipsũ vtique dominũ saluatorem. Omnes enim hæretici verè ignorant eum, quia integram perfectamque dispensationem eius, vt vere est non intelligunt: & ideo in erroribus constituti, verum lumen mundi ignorant.

m *Si subito* Cũ enim iustos ad regẽdæ potestatis viderint culmẽ erũpere, perturbantur. Hi gaudent de deiectione bonorũ. Sed *si subito apparuerit au.* id est, si ad regimen veniunt boni. *arbitrãtur vmbrã mortis:* quia quæ peruersè egerunt puniri timent, corrigi nolunt, sed laxe ire eligunt, & in culpa gaudere, vnde dicit:

n *Et sic in.* Quia ita gaudent in nocte peccati, acsi eos lux iustitiæ circunfundat; vel, in præsenti cæcitate ita læti sunt, ac si iam æternæ patriæ luce perfruantur.

o *Leuis est super faciem aquæ.* Aquæ superficies huc atque illuc aura impellitur Iniqui autem mens plus quàm aquæ superficies leuis est, quia quælibet hanc aura tentationis attigerit, sine tarditate retractionis trahit. Leuis est, à plurali ad singularem redit: ☞ quia

---

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Qui cal. *Id est, qui vindemiâ perfectâ, ita modicum habent de vino, quod non sufficit ad eorum necessitatem. Per omnia ista intendit exprimere, quod tales raptores præ nimia cupiditate non parcunt pauperibus.*

2 De ciuit. fecer. vi. gẽ. *Quia propter illos quos spoliauerunt vel occiderunt in agro, illi de ciuitate gemunt eis compatientes.*

3 Et Deus inultum abire non pat. *Secundum dispositionem suæ sapientiæ reducens ad ordinem iustitiæ.*

4 Ipsi fu. rebel. lumi. *Scienter agentes contra dictamen rectæ rationis, quod procedit ex lumine naturali intellectus.*

5 Nescierunt vias eius. *Per ignorantiam affectatam,*

6 Nec re. *Quia non pœnituerunt de malis suis; quod explicat dicens,*

7 Mane pri. cõsur. hom. *Ad insidiãdũ his, qui surgũt ante clarã lucẽ.*

8 Interficit ege. *Qui necessitate compulsus, ponit se in via antequam alij surgant.*

9 Per no. v. er. q. fur. *Intrans domum occultè ad interficiendum & rapiendum.*

10 Oculus adulteri. *Hic consequenter exprimit peccata ex concupiscentia carnis procedentia, di.* Oculus adulte. obser *id est expectat noctem ad committendum adulterium.*

11 Dicens, *Id est cogitans,*

12 Non me vi. ocu. *Et sic perficiam & adulterium securus.*

13 Et operiet. *Ad maiorem sui securitatem, ne cognoscatur ab aliquo obuiante, seu per feneſtram spectante.*

14 Perfodiunt in tene. *Scilicet adulter & adultera, occultum introitum adinueniendo.*

15 Sicut in die condi. *Per nuntium significando seu per literas adinuicem missas.*

16 Si subito appa. aurora *Antequã compleuerint libidinem suam,*

17 Arbitrantur vmbram *Quia frustrantur in toto vel in parte desiderata delectatione sua.*

18 Et sic in tene. *Id est, sicut bene agentes ambulant in luce, sic isti in tenebris, propter quod dicit saluator Ioan. 12. c.* Qui malè agit odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius: qui autem facit veritatem: venit ad lucem &c.

19 Leuis est super faciem aquæ. *Superficies enim aquæ impulsum cuiuslibet venti sequitur, & similiter adulter impetum suæ passionis.*

✠ 1 Male-

MORALITER.

1 *Qui calcatis torcularibus.* Id est, semper desiderant facere peius quod possunt.

2 *De ciuitatibus fe. viros geme.* Id est, de societatibus catholicorum virtuosos gemere fecerunt, eò quod hæreticorum mala repellere non potuerunt.

4 *Ipsi fuerunt rebel. lu.* Id est, Christo qui lux est mundi.

6 *Nec reuersi sunt.* Quia non pœnituerunt.

7 *Mane pri. con. ho.* Per mane tempus prosperitatis intelligtiur, in quo hæreticus apertè fideles persequitur.

9 *Per noctem vero erit quasi fur.* Quia tempore aduersitatis occultè fideles decipere conatur.

10 *Oculus adulteri ob. ca.* Nam hæreticus, qui adulter est verbi diuini quærit latebras ad docendum ibi.

16 *Si subito appa.* Horrent enim hæretici catholici doctoris præsentiam, ne manifestet eorum errorem.

19 *Leuis est su. fa. aquæ* Nam hæreticus statim flectitur ad impulsum suggestionis malæ.

✠ 1 Male

---

a ¶ quos magis instant extinguere.

qui calcatis torcularibus sitiunt.† De ciuitatibus fecerũt virõs

¶ Quia etsi iusto ordine iniustum aliquid fieri permittit, inultum tamen abire non sinit iniustum, quod fieri iuste permisit.

gemere, et anima vulneratorum † clamabit, Deus † inultum

a ¶ Non ignorantia sed superbia delinquunt, qui non faciunt quod sciunt; vnde & cæcantur, vt nesciant quod non agunt.

abire no patitur. Ipsi fuerunt rebẽlles lumini, nescierunt vias

a ¶ Saltem.

eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Mane primo consur-

¶ In istis alius est homicida, alius adulter. a ¶ Mutata prosperitate eadem mens manet.

get homicida, interficiet egenum et pauperem: per nõctem

a ¶ Quia adulterium in mente difficile est, vt ab humano visu penetretur, & eo securius facit, quo se non metuit videri.

verò erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat † caligine, dicẽs:

a ¶ Adulter ne cognoscatur. b ¶ Tales adulteri. ¶ Ex bonorum aduersitate eos lædere moliuntur.

Non me videbit oculus, et operiet vultum suum. † Perfodiunt

in tenebris domos † sicut in die condixerant sibi, et ignoraue-

¶ Alias lumen. ¶ Mens iusti.

runt lucem. † Si subitò apparuerit aurora arbitrantur vmbram

¶ Hoc dolent. ¶ Hoc amant.

mortis, et sic in tenebris quasi in luce ambulant. Leuis est sup

† vel de ciuitate viri, id est, de ciuitate habitura clamabunt. † clamauit

† quas in die signauerũt sibi vel in die includunt se ne subuideantur. † Quoniã simul nane erit eis vt vmbra mortis. agnoscet enim terrores tenebrarũ vel vmbræ mortis. Cap. 24.

Cap. 25.

† non prohibuit eorum opera, vel nõ reddit quod meriti sunt Matt. 7. d. E

† interficiet.

† crepuscul lum † Perfodit

spere viuentibus, peruersa loqui minimè audebant.

☞ quia vno mala inchoante plures imitantur: sed principaliter eius culpa est, qui præcedit, vnde crebrò sententia ad eum redit qui est auctor mali.

✠ NICETAS. Vt leuia aquæ innatantia hac & illac iactantur, sic impius tentationibus rapitur.

Cap. 26. a *Maledicta sit pars.* GREG. Quisquis in vita præsenti recta agit, aduersa sustinet; laborare quidem in aduersitate cernitur, sed ad benedictionem hæreditatis perpetuæ consummatur. Quisquis verò peruersa agit, & tamen prospera recipit, seque à malis actibus nec donorum largitate cõpescit: prosperari se quidem cõspicit, sed reatu perpetuæ maledictionis ligatur. Vnde rectè nunc dicitur: *Maledicta sit pars illi.* Quia etsi ad tempus benedicitur, in reatu tamen maledictionis æternæ tenetur.

b *Nec ambulet per viam vi.* Ille per viam vinearum ambulat, qui vniuersalis ecclesiæ prædicationem pensans, neque à fidei, neque à bonorum actuum rectitudine declinat.

Cap. 27. c *Ad nimium calorem transiet.* Iniquitas frigori comparatur, quia peccantis mentem torpore constringit: Charitas calor est, quia mentem accendit quam replet. Et sunt nonnulli, qui dum iniquitatum suarum frigora declinant, ad veram fidem, & ad sanctitatis habitum veniunt: qui cùm sæpe per inquisitionem nimiam secretorum Dei in errorem dilabuntur, ad nimium calorem transeunt ab aquis niuium. Infidelis vel iniqua agens, aqua niuis est; sed cùm hæc deserens in fide ad quam ducitur, plus appetit perscrutari quàm capit, id est, plus sapere quàm oportet; plus calet quàm calere oportet. Et quia qui se sapientem putat, vix humiliatur: vt credat recta prædicantibus, addit:

cap. 28. d *Et vsque ad inferos peccatum illius.* Peccatum vsque ad inferos deducitur, quod ante finem vitæ non emendatur.

e *Obliuiscatur eius misericordia.* Dei misericordia obliuiscitur eius dicitur, qui omnipotentis iustitiæ fuerit oblitus. Quisquis enim iustum nunc non timet, post inuenire non potest misericordem. ✠✠ Quæ nimirũ sententia non solum ei intenditur, qui veræ fidei prædicamẽta deserit, sed ei etiã, qui in fide recta positus carnaliter viuit quia vltio æternæ animaduersionis non euaditur, vtrum in fide, an in opere peccatur. Nam etsi dãnationis dispar est qualitas; culpæ tamen, quæ nequaquam per pœnitentiam tergitur, nulla absolutionis suppetit facultas.

f *Dulcedo illius.* Quia naturæ vermium est, momẽtis singulis mouueri, nomine vermiũ signatur inquietudo cogitationũ; peruersæ itaque mentis dulcedo vermis est: quia inde delectatur, vnde per inquietudinem secularis curę incessanter agitatur. Potest etiam vermis nomine caro signari, quæ luxurioso, & cuilibet carni dedito, dulcedo est. Ecce quam cæcus qui vermem amat. *Vermes:* Exprimitur corruptio carnis. Nihil adeò valet ad domanda carnis desideria, quàm pensare qualis ipsa sit mortua: ibi enim videtur quòd si ipsa amatur, tabes & fœtor putredinis amatur.

g *Non sit in re.* Deus prauorum vitam intuetur & obliuiscitur, quia quos per districtionem sententiæ iudicat, quantum est ad memoriam misericordiæ ignorat.

h *Pauit enim sterilem.* Hoc loco sterilis, caro nominatur: quæ dum sola præsentia appetit, bonas gignere cogitationes nescit: cap. 3.

i *Et viduæ.* Vidua anima dicitur: quia eius vir pro ea mortem pertulit, & nunc ab eius oculis occultatus est; Vel prædicator erroris, dum plebem extra vnitatem ecclesiæ positam docet, profectò sterilem pascit, quæ spirituales fructus nequaquam reddit. Bene autem viduæ non facit, quia ecclesiæ, cuius vir in cælo viuit, quasi in alio loco, deseruire contemnit.

k *Detraxit fortes.* In fortitudine suæ prauitatis fortes detrahit, cum per sui erroris astutiam potentes huius mundi rapit.

l *Et cum ste.* Stat in hoc mundo peruersus prædicator, quousque ☞ ter

---

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Maledicta sit. *Hîc consequenter describitur pœna à Deo inflicta vel infligenda, cum dicitur:* Maledicta sit pars eius, *id est, hæreditas, quæ per partem frequenter designatur in vete. testa. quæ maledicta dicitur, quando non profert aliquod vtile, sed tantùm spinas & tribulos, secundũ quod dicitur Gen. iij. c.* Maledicta terra in opere tuo, cùm operatus fu. eam, non da fru. su. sed spi. & tri. ge. ti.

2 Nec ambulet per viam vinea. *Id est, vineæ eius sint ita steriles & destructa, quòd non velit eas visitare.*

3 Ad nimium. *Aliqui exponunt de pœna gehennæ, dicentes quòd ibi est quædam cammutatio de maximo frigore ad maximum incendium, ad maiorem afflictionẽ, & sequens litera cõcordat cùm dicitur:*

4 Et vsque. *Secundum Hebræos per hoc intelliguntur duo tẽpora anni, qui distinguitur in sex tempora, vt habetur Gen. viij. in fine.* Cũctis diebus sementis & messis frigus & æstus, æstas & hyems non requiescent, *& quodlibet istorum sex temporũ continet spatiũ duorum mensium, vt ibidem fuit plenius declaratum. Et dictum fuit ibi: quòd tempus frigoris est à medio Nouembris vsque ad mediũ Ianuarij, tempus autem æstus a medio Iulij vsque ad medium Septembris. Dicũt ergo Hebræi, quòd Iob loquendo de peccatoribus prædictis, scilicet raptoribus & adulteriis, loquitur de illis qui fuerũt tempore diluuij, quo vigebat rapina & luxuria, secundũ quod dicitur Gen. vj. b.* Corrupta est autem terra corã domino, & repleta est iniquitate, *quantum ad primum. Et sequitur:* Omnis quippe caro corruperat viam suam, *quantum ad secundum. Dicunt igitur quod propter mala illius temporis Deus antequã induceret diluuium, fecit vnum annũ, in quo durauit tempus frigoris in vna medietate, & æstus in alia; sed quia hoc de scripturis non habet autoritatem, ideo cadẽ facilitate contemnitur, qua probatur, tamen secundum istam viã posset hæc litera continuari ad præcedentẽ: in qua fit mantio de sterilitate terræ & vinearum, & ideo subditur:* Ad nimium ca. *vt sit sensus: Sic eius terra ita sterilis bonis, acsi, non habuisset nisi tẽpus æstus in quo terra nascẽtia deficcantur, & tempus frigoris in quo mortificãtur, & quia pœna præsentis vitæ nõ est sufficiẽs pro peccatoribus obstinatis, ideo sequitur:* Et vsque ad in. *id est faciat peccatorẽ descendere ad pœnam gehennæ.*

5 Obliuiscatur eius. miseric. *Quia nõ est à damnatis vlterius expectanda.*

6 Non sit in recor. *Id est in bonorum memoria.*

7 Sed cont. q. lignum *Quod exciditur & in ignem mittitur, cuius causa subditur.*

8 Pauit enim sterilem. *Id est bona sua consumpsit in operibus vanis & infructuosis.*

9 Et viduæ. *Id est in bonis operibus & fructuosis nihil expendit: sic exponunt doc. nostri. Hebræi autem hoc reducunt ad tẽpus diluuij, sicut & prædicta, dicentes quod homines tunc accipiebant duas vxores: vnam ad delectationem concubitus carnalis tantùm, & illi dabant sterilitatis potum, ne per conceptum & partum puerorũ debilitaretur & deturparetur: & illa bene vestiebant & pascebant, vt ad concubitum esset delectabilior: aliam autem vxorem accipiebant ad generationem prolis, & ad illam nõ accedebant, nisi causa impregnationis, dimittentes eam male pastam & vestitam.* 10 Detraxit for. *A suo statu per violentiam.* 11 Et cum stete. *In magno statu.*

Opinio Hebræorũ de vxoribus ante diluuium.

✠ 1 Non

MORALITER.

✠ 1 *Maledicta sit pars eius.* Descripta hæretici malitia, hîc describitur eius pœna: cuius pars est cum dæmonibus.

2 *Nec ambulet per viam vinearũ.* Id est cõsolationum diuinarũ.

3 *Ad nimium.* Talis enim alternatio dicitur inferni pœna.

5 *Obliuiscatur eius.* Quia in inferno nulla est redemptio

✝ *Dulcedo il.* Nam peccatum quod fuit eis dulce, versum est in vermem conscientię: de quo dicitur: Esa. lxvj. g. *Vermis eorum non morietur &c.*

9 *Non sit in recor:* Inter sanctos,

7 *Sed contera. q. lignum* Ad ignem ehennæ præparatum.

8 *Pauit enim ste.* Id est carnem,

9 *Et vi. bene.* Id est animæ suæ à Christo derelictę.

10 *Detra. for.* Catholicos deprimens per principes hereticos.

11 *Et cum stete.* quia quandiu stat in hæresi, non credit Christo qui est animæ vita

✠ 1 Dedit

---

† Sicut æstus & calor absorbent aquas niuis: ita infernus vel sepulchrum, eos qui peccauerunt.

† misericors vel amicus.

† Affixit.

† ne pateret

† nec aspiciat viam vinearum; i. vt quidã volũt, viam habitabilẽ nõ incolat, sed desertum. Cap. 29.

† dulcedinẽ sentiat ex eo vermis, vel voluptas eius vermibus seruiat.

† putridũ, alij vertũt, iniquus.

☞ terreno viuit in corpore: sed vitæ suæ credere renuit, quia de Deo
A vera cognoscere contemnit.

lib 17.c 4. a *Dedit ei Deus locum pœnit.* ✠✠ GREG. Quisquis delinquit & viuit, idcirco hunc diuina dispensatio in æquitate tolerat, vt ab iniquitate compescat. Sed qui diutiùs toleratur, nec tamen ab iniquitate compescitur: munus quidem

† Parat sibi confidentiã cui inuitatur & oculi eius super vias eorum sub. subditorũ. a non credet vitæ suæ. † Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, &
a ¶ Quia quæ sua sunt quærit. Salomon: Oculi stultorum in finibus terræ. Ecclesiastes 1. d.
b ille abutitur eo in superbiam, oculi autem eius sunt in vijs
a ¶ Non in vijs Dei, sed quisque in suo vitio. b ¶ Quia eo ipso quòd elati sunt, à verò Deo esse longe sunt, quia inflatio est non res. c ¶ Quia & si hic diu, breue tamen est quod fruitur.
c illius. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent: & † humi-
a ¶ Tunc ablati sicut summitas. &c.
d liabuntur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spi-
a ¶ Aristæ ad alta prosiliunt, grana inferius latent, sed aristis contritis grana patebunt.
b ¶ Iustus, & si aliquando delinquendo loquatur, non est tamen dignum vt à prauis iudicetur.
e carum conterentur. Quod si non est ita, quis me potest ar-
f g
h guere esse mentitum, & ponere † ante Deum verba mea?

Isaiæ. 65.d. Isaias ait: *Puer centum annorũ morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.* Ac si apertè nos deterreat dicens; vita quidem pueri in longum trahitur, vt à factis puerilibus corrigatur: sed si à peccati perpetratione, nec temporis longinquitate compescitur, hæc ipsa vitæ longinquitas quam
C per misericordiam accepit, ei ad cumulum maledictionis crescit. Vnde necesse est vt cum nos diutiùs expectari conspicimus, ipsa prærogatę pietatis tempora, quasi damnationis argumenta timeamus: ne ex clementia iudicis crescat supplicium peccatoris; & vnde quisque eripi à morte poterat, inde grauius ad mortem tendat. Quod idcirco plerunque agitur, quia nequaquam à præsentibus mentis oculus separatur. Considerare namque peccator Redemptoris vias negligit, & idcirco in suis itineribus sine cessatione veterascit, vnde & subditur.

lib.17.c.5. b *Oculi autem eius.* GREG. Vias suas peccator intuetur: quia sola cogitare, sola cernere nititur, quæ sibi ad commodum temporale suffragentur.

ibid. c *Eleuati sunt ad modicum.* Subsistere enim nequeunt, qui ab æterna soliditate diuiduntur.

D

d *Et humiliabuntur sicut omnia.* Omnia profectò terrena. Et est sensus: Stare nullo modo queunt, quia ipsa quoque fugiunt quibus innituntur: dumq; temporalia diligunt, cum his ex temporis volubilitate percurrunt.

a ¶ Tamen mira dispensatione, &c.

e *Et sicut summitates spicarum*, &c. Spicarum sũmitates aristę sũt; quid prauos huius mundi diuites dixerim, nisi aristas quasdã humani generis? Qui ex tumore mentis à charitatis vnitate se separant, & quasi aristæ rigidi stant: sed tamen concorditer grana deorsũ premunt; sed horum rigiditas, tritura vltimæ fortitudine frangitur, & grana apparent. ibid. cap.6 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 † pauperrate conficient sicut omnia festinãter deficiant. E † ad nihilũ.

f *Quod si non est ita*, &c. GREG. Sensus est: Ita sunt cuncta vt prolati, quæ tamen si non ita essent, à vobis redargui nequaquam possem: quia dum adhuc propriæ succumbitis, alienam reprehendere fallaciam non valetis. Vnde habemus autoritatem: quia etsi iustus aliquando delinquendo loquitur, non est dignum tamen vt à prauis iudicetur. ibid. sup. c.7. F

g *Quis me potest arguere esse mentitum.* Quasi diceret: quæ loquor, ponere ante iudicem non valetis, quia eius vobis faciem peccantes abs conditis. Verba fallacia ante Deum ponit, qui ea apud se in conspectu veritatis examinat, qui considerato intimo iudice, exteriora pensat. ibid.

h *Et ponere ante Deũ.* ✠✠ GREG. Hoc & ex typo Ecclesiæ sanctæ nil obstat intelligere, quę cum de infirmis suis ab hæreticorũ irrisione reprehenditur, ipsam irrisionis eorũ astutiã dedignatur: quia tolerabilius Deo est, vt in infirmitate quis atque ignorantia cum humilitate iaceat, quàm vt cum elatione alta comprehendat. ibidem c.7.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

✠✠ 1 Non credet vitæ suæ. *quia tales propter mala, quæ fecerunt, semper timent interfici gladio vel veneno, sicut dictum fuit supra xv. cap. de Dionysio tyranno.*

2 Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, *pœnam debitam differendo.*

3 Et ille abutitur eo in superbiam, *augendo contemptum per multiplicationem peccatorum, quasi Deus non videat ipsum; quod est falsum, ideo subditur,*

4 Oculi autem eius. *scilicet Dei,*

5 Sunt in vijs illius, *considerando omnia peccata eius:*

6 Eleuati sunt ad modicum, *id est, ad aliquam potestatem terrenam caducam; ideo subditur,*

7 Et non subsistent, *quia deijcientur ad inferni pœnam.*

8 Et humili. sicut omnia & auferentur. *id est, sicut omnia terræ nascentia, quæ non colliguntur, donec tempus messis aduenerit: et sic peccatores permittuntur à Deo stare, donec venerit tempus punitionis secundum ordinem suæ iustitiæ, secundum quòd dicitur Gen. xv. d.* Nondum sunt impletæ iniquitates Amorrhæorum. *& ideo sequitur:*

9 Et sicut summi. spica. conterentur. *videlicet impleto tempore maturitatis suæ.*

10 Quod si non est ita. *hic Iob ex prędictis concludit intentum, scilicet se propter peccata punitum non fuisse, nec de Dei prouidentia male sensisse.* Quod si non est ita. *sicut dixi, id est, quod afflictio mea non correspondet peccatis, sed excedit, & quod diuina prouidentia se extendens ad omnia, differt aliquando punitionem peccatorum in præsenti, reseruans eos pœnæ gehennæ secundum ordinem sapientiæ;*

11 Quis me po. arguere. *q. d. arguat securè.*

12 Et ponere ante Deum verba mea. *tanquam irreuerenter seu blasphematoriè prolata. q. d. nullus veśtrũm hoc poterit.*

✠✠ CAP.

MORALITER.

† 2 *Dedit ei Deus lo. pœnitentiæ.* sed abutitur eo nolens redire.

4 *Oculi autem eius sunt in vijs.* cogitat enim assiduè, qualiter possit malum suum continuare.

7 *Eleuati sunt ad modi.* scilicet in præsenti vita, quæ est modica:

8 *Et humiliabuntur si.* scilicet per mortem, sicut terræ nascentia.

9 *Et sicut summitates spi. conterentur.* flagello diaboli cum in area inferni ponentur.

ADDITIO I.

†MORA-

In cap. xxiij. vbi dicitur in postil. Nec ambulet per viam vinearum. *Hoc quod dicitur:* Nec ambulet per viam vinearum. *Secũdum sanctum Thom. exponitur de peccatore, qui in rebus terrenis, quas in sua parte elegit, vltimum finem constituit. secundum illud Sapien. ij. b.* Hæc est pars nostra, *cui bona huius mundi quibus male vtitur, vertuntur in malum: & hoc manifestat subdens:* Nec ambulet per viam vinearum. *Solent enim viæ vinearum vmbrosæ esse, & per consequens temperatæ, & etiam determinatæ per sepes seu macerias ex vtraque parte positas; vnde impius per viam vinearum non ambulat, quia rebus huius mundi moderatè non vtitur: sed quandoque declinat ad vnum extremum, quandoque ad aliud; et quantum ad hoc subdit,* Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, *quasi à contrario vitio in contrarium transeat, quia in medio virtutis non manet: cuius pœnam finalem ostendit, dicens,* Et vsque ad inferos peccatum illius, *quasi diceret: nonsolum in terra pars eius maledicitur, vt dictum fuit antea sed etiam pœnas in inferno patietur.*

ADDITIO II.

In eo. cap. vbi dicitur in postil. Et ponere ante Deum verba mea: *Vbi dicitur in translatione nostra,* Et ponere ante Deum verba mea, *in Hebręo habetur,* Et ponere ad nihilum verba mea: *& est sensus, quòd non solùm se dicit immunem à mendacio, quod est contra mentem loqui; sed etiam à locutione vana, quæ ad nihilum reputætur: & de hoc dicit,* Et ponere ad nihilum verba mea.

REPLICA. In c. xxiij. vbi dicitur: Nec ambulet per viam vinearum, &c. *hoc quia est maledictio exponit post de pœna reproborum. Bur. autem & sanctus Tho. exponunt hoc & quod sequitur, de peccatis impiorum. Sed prima expositio plus quam secunda literam et eius veritatem continuat.*

CAP. XXV.

A a *Respondens autem, &c.* GREG. Quia Iob multa dixit contra tumidos potestatibus istis, Baldath ex eius correctione proficiens apud quem vera sit potentia, agnoscit dicens:
lib.17.c.7. b *Potestas & error apud eum est.* Solus corda mortalium terret veraciter, qui ex diuinitatis suæ potentia hæc veraciter possidet. Humana enim potentia quem terrorem incutit, quæ iure eiusdē potentiæ quando careat, nescit?
ibid. cap.8. c *Qui facit concordiam.*
ibid. B In concordiam componūtur summa, dum confunduntur infima: & inde electi sociantur angelis, vnde reprobos contra eos sæuire & sibi aduersari permittit. Cum pax summa sit in sublimibus leguntur tamen in Danie. angeli angelis resistere, non quod ipsi inter se, sed merita
Dan.10.c. †vermis. C gentium quibus præsunt, dissideant; etsi oratio prophetæ de ereptione populi meretur audiri, vita eiusdem populi adhuc purganda contradicit: & non est hoc pro illis certare, sed facta illorum angelos iustè examinare; & videntes voluntatem Dei, quod obtinere non valent, nunquam volunt.
ibid.c.9. d *Nunquid est.* In cognitione humana, superiorum numerus spirituum non est, quia quanta sit illic frequentia inuisibilis exercitus, nescit: qui milites dicuntur, quia decertant contra aëreas potestates, non labore sed imperio.
ibidem. e *Et super.* Quia militum eorumdem siue electorum virtus non propriis viribus, sed supernæ gratiæ infusione roboratur: Quæ si in corde nostro non surgeret, profectò mens nostra in tenebris maneret. vnde subdit:
D ibid.cap.10. f *Nunquid in.* Quia per mulierem culpæ subditam nascitur homo: reatus primi infirmitas in prole propagatur.
ibid. g *Ecce enim.* Per lunam ecclesia, per stellas singulorum bene viuentium animæ designantur: qui culpas subigere perfectè desiderant. Sed quousque corruptione carnis astringuntur, eius vinculis ligantur, *quantò magis homo putredo?*
ibid. †vel pacem inter supremos suos. † Quis potest numerare bellatores eius? † surget.
h *Et filius.* acsi dicat: Si à peccato esse liberi nequeant, qui iam in cœlesti desiderio conuersantur: quæ peccatorum pondera tolerant. qui adhuc carnaliter viuunt? Notādum quòd homo putredo, filius hominis vermis vocatur. Primus quippe homo putredo, non vermis; quia etsi per carnem putruit, non ex putredine per natiuitatem venit; Qui autem filius est hominis, vermis dicitur, quia ex iam mortalium corporum corruptione propagatur; sicut ex homine filius hominis, ita ex putredine nascitur vermis.

E

❧ BEDA. Sub nomine lunæ & stellarum, angelos & supernas potestates intelligere possumus: qui ad comparationem diuinæ reuerentię immundi potuerūt videri, ex eo vtique, quoniam natura conditæ creaturæ licet non peccet, capax tamen delicti est, vt apparuit in angelis eiusdem naturæ peccantibus. Potuit & de cælestibus astrorum globis vixisse, in conspectu Dei ideò munda non æstimari, quia illorum illuminatio non est similis Dei illuminationi: quia hęc solummodo corpus mundi illuminant, Deus autem illuminat & animas corporum humanorum.

F lib.2. in Iob c.8.

☞ CAP.

CAP. XXV.

Respondens autem Baldath Suites, dixit:
a b c Potestas & terror apud eū est, qui facit † concordiam in sublimibus suis. † Nunquid est numerus militūm eius: Et super quem non † surgit lumen illius? Nunquid iustificari pōtest homo comparatus Deo, aut apparere mundus nātus de muliere? Ecce enim luna non splēdet, & stellæ non sunt mundæ in cōspectu eius. Quantò magis homo † putredo, & filius hominis vermis?
d e f g h

a ¶ Iste versus supra à Iob dicitur, nunc in eum retorquetur. ¶ Et cum hoc sit. b ¶ Et si non peccasset homo, Deo tamen comparari non posset, cui accessit & culpa mulieris. a ¶ Non: quia nec summi sancti sine culpa. ¶ Nec ecclesia virtute propria tot miraculis emicat. ¶ A maculis peccatorum. ¶ Non est mundus. a ¶ Angelorum vel electorum hominum. a ¶ Non ex virtute illius, sed ex gratia. b ¶ Illorum. c ¶ Gratia præueniens. ¶ Qui illuminat milites.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXV.

1 Respondens autem. *Hic ponitur ipsius Baldath replicatio: secundò ipsius Iob responsio, cap. sequenti. Circa primum sciendum, quòd Baldath verbis Iob assentiens, quantum adhoc, quod dixerat de Dei prouidentia, quæ aliquando differt punitionem peccatorum, contra hoc noluit arguere: sed contra illud, quod dixerat, se non punitum pro peccatis, quasi omnino se assereret innocentem. Contra hoc arguit de diuina sublimitate & humana fragilitate. Ex quibus videtur quod nullus possit se apud Deum innocentem asserere, secundum dictum Apostol. 1.Cor.iiij. a.* Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. *Præmittit igitur Dei sublimitatem, & secundò subdit humanā fragilitatem ibi,* Nunquid, *Circa primum dicitur:*
2 Potestas, *scilicet absque mensura,*
3 Et terror, *quia coram Deo debet tremere omnis creatura,*
4 Apud eum est, *scilicet Deum.*
5 Qui facit concor. in sublimibus suis. *id est in corporibus cœlestibus. Quam concordiam exponunt Hebręi dicentes, quòd corpora cœlestia sunt de igne & aqua, ita quòd corpus cœli est de aqua, stella de igne: & tamen non corrumpunt se inuicem ex diuina potestate ea concordante. Istud autem dictum improbatur à Philosopho 1. de cœlo & mundo, probante multipliciter quòd corpora cœlestia non sunt de natura elementari. Sed quia hanc improbationem pauci Iudæi intelligunt, ideo alia potest adduci de Gen. 1. a. vbi dicitur:* Fecit Deus firmamentum in medio aquarum, & diuisit aquas quæ erant super firmamentum, &c. *Non autem diuideret inter aquas & aquas si esset de natura aquæ; Et ideo hanc concordiam aliter exponunt doctores catholici: quia in regione elementari, vbi est mutua corruptio & generatio, est pugna continua: sed in corporibus cœlestibus, cum non sit talis corruptio, consequens est vt sit ibi concordia. Consequenter ostendit eminentiam Dei in angelica natura dicens:*
6 Nunquid est numerus militum. *Dicuntur autem cœlestes spiritus Dei milites: quia obsequūtur diuino nutui, sicut milites duci vel imperatori.*
7 Et super quem non sur. lum. *quia illuminationes diuinæ primò pertingunt ad angelos superiores: & inde ad medios & inferiores, & idem consequenter ad homines.*
8 Nunquid iustificari pot. *Hic consequenter ponit humanam fragilitatem ex ea arguens impuritatem di.* Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo? *q.d. non, propter quod dicit Esa.xiiij. c.* Omnes iustitiæ nostræ tanquam pannus menstruatæ,
9 Aut appa. mundus, *coram Deo,*
10 Natus de mulie. *quasi diceret non; quia homo eò quòd est propagatus ex tali origine, ex seminum commistione contrahit inclinationem ad malum, & difficultatem ad bonum: secundum illud Gen. viij. c.* Sensus & cogitatio cordis humani prona sunt ad malum ab adolescentia sua: *Et hoc ostendit per locum à maiori dicens,*
11 Ecce enim luna non splendet. *quia non habet lumen à se sed à sole.*
12 Et stellæ non sunt. *quia omnis creatura ad Deum comparata, est quasi tenebras & impuritatem habens.*
13 Quanto magis homo putredo. *id est immundus & vilis, si Deo comparetur. Ex dictis patet, quòd iste Baldath non concludebat contra Iob: quia non se asseruerat iustum per omnem modum, nec in comparatione ad Deum; sed solùm quòd non habebat tanta peccata, quanta erat pœna à Deo inflicta, quare secundum ordinem diuinæ sapientię sese remunerandum in futuro sperabat propter meritum suę patientiæ.*

❧ CAP.

MORALITER.

† 1 *Respondens autem Bal.* Licet autem eius verba cōtra Iob non valeant, qui se Deo non cōparabat, nec se falso de iustitia cōmendabat: valent tamē contra quēcunque, qui hęc attētat, & sic dicitur:
2 *Potestas.* in præmiatione iustorū quibus dat bonum infinitum.
3 *Et terror.* in punitione malorum. Heb.x.f. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.*
5 *Qui facit concordi. in sublim.* Id est, in viris perfectis, in quibus concordat caro spiritui obediendo ei,
6 *Nunquid est num. milit.* q. d. non, quantùm ad homines: quia soli Deo cognitus est electorum numerus.
7 *Et super q.n. surgit.* quia lumen rationis datum est omnibus hominibus Ioan j. c. *Illuminat omnem hominē venientē in hunc mundum.*
8 *Nunquid iustificari potest homo comparatus, &c.* q. d. non: quod probat per hoc quod sequitur,
11 *Ecce luna.* i. ecclesia quādiu malos cum bonis admistos habet.
12 *Et stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.* Per stellas intelliguntur viri perfecti in scientia & vita. Danie. xij. *Qui ad iustitiam eruditi sunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Isti verò non sunt mundi saltem à venialibus peccatis.
13 *Quanto magis homo.* Id est, carnaliter viuens, qui putrescit in sordibus carnis.

7 Et

† MORAL.

ADDITIO.

In cap. xxv. vbi dicitur in post. Hanc concordiã aliter exponunt doctores catholici. *Hoc quod dicitur,* Qui facit concordiam in sublimibus suis: *non solum intelligendum est de corporibus cœlestibus, sed etiam de superioribus substantijs intellectualibus, quę in summa concordia viuunt, inquantum in participatione perfectissima diuinæ bonitatis existunt: vnde de illis principaliter dicitur,* In sublimibus suis, *id est, in magis sibi conformibus, de quibus statim subdit:* Nunquid est numerus militum eius?

CAP. XXVI.

a *Respondens autem Iob.*

✠ NICETAS. Iobus vberiorem de Dei sapientia orationem instituit necnon de vnigenito & diaboli internecione vaticinium fundit. docetque homini ad sapientiam esse satis si pietatis religionisque muneribus defungatur.

lib. 17. c. 10. GREG. Finitis amicorum verbis, iam in extremis Iob, contra eos acutius surgit, vt mos est peritis in conclusione fortiora seruare.

b *Cuius adiutor? Nunquid imbeci.* GREG. Adiuuare imbecillem charitatis est: adiuuare potentem velle, elationis est. Et est sensus: dum eum iuuare intendis, sub cuius magnitudine succumbis: quod impendis solatium de ostentatione est, non de pietate.

† Pro quo loqueris tu? & pro quo spiraculũ egreditur à te.

c *Cui dedisti.* GREG. Consilium dare stulto charitatis est, consilium dare ipsi sapienti peruersitatis est, vnde sequitur,

d *Et prudentiam, &c.* Omnis qui prudentia recta est, plurima non est: quia non plus appetit sapere quàm oportet sapere.

e *Plurimam:* Vltra modum, vt qui præ alijs videri appetunt doctiores: vnde fit vt immoderati etiam fatua loquantur, vnde excessus prudentiæ subditur:

f *Quem docere.* Spiramento viuimus sine quo non sapimus, sed per quod. Qui ergo dat vitam, dat & sapientiam.

† Semina quę sũt sub aquis velut mortua, formabũtur. Chal. inter possibilene est quod potentes, qui sunt formidini, conterantur ipsis existẽtibus sub aquis.

g *Spiramentum.* AVG. Sicut nos possumus non de nostra natura, quia omnes sumus, sed de isto aëre circunfuso quem spirando ducimus ac reducimus, flatum ducere cum flamus: sic omnipotẽs non de sua neque de subiacenti creatura, sed etiam de nihilo potuit facere flatum, quem corpori hominis inserendo inspirasse

C Illud Aug. in plerisq; codicibus vacat.

conuenientissimè dictus est. non modo incorporeus corporeum, D sed immutabilis mutabile, quia non creatus creatum.

h *Nonne eum qui.* GREG. Baldath quia Iob flagellatum pro culpa credidit: occultum Dei iudicium, quod venerari debuit humiliter, superba vsus est temeritate penetrare. vbi supra. c. 11. Ipsi ergo se per prudentiam prætulit, cuius iudicium non intelligendo iudicauit. Sed quia Iob ecclesiæ typum gerens, pauca in superborum correctionem protulit, repente se ad doctrinam E per sententias expandit dicens:

i *Ecce gigantes gemunt sub aquis.*

Postquam repressit tumorem sapientiæ, docet. Quasi, cur de scientia homo superbit, cùm ignorãtiæ abyssus, & superbos angelos premat? Gigantes superbi, aquæ sunt F populi; Elati autem dum in hoc seculo assequi honorem celsitudinis cupiunt, sub ponderibus populorum gemunt, & eis populis supponitur quisque mente, quibus superponitur dignitate. Et his verbis indicatur, quia omnis superbia eo ipso in imo iacet, quo in altum se erigit. Ibid. c. 12.

k *Et qui habitant cum.* pariter gemunt hi qui talibus sociantur, quia ipsi etiam laboris eorum participatione deprimũtur; & quia desideratæ celsitudines sine peccatis nequeunt administrari, & malum quod agitur diuinæ iræ non absconditur, Ibid.

✠ NICETAS. Non possunt diluuij gigantes se excitare. Vnus est filius Dei qui mortem vicit & infernum deprædatus est.

l *Nudus est infer.* Inferni & perditionis nomine diabolum & omnis damnationis eius socios designat.

m *Qui extẽdit.* GREG. Aquilonis nomine diabolus appellatur, qui vt corporis frigore gentium corda constringeret, dixit: Sedebo in Ibid. c. 13.

☞ monte

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXVI.

✠ Diuisio. 1 RESpondens autem. *Hic consequenter ponitur ipsius Iob responsio: & quia sicut dictum est, dicta Baldath contra Iob nihil efficaciter concludebant, ideo in sua responsione primo eius dicta euacuat: secundo principale propositum declarat, cap. sequenti, sicut patuit ex prędictis, Baldath conatus fuerat de eminentia potestatis & sapientię diuinæ quędam magnifica dicere, & ex hoc Iob iniustum concludere: ideo eius dicta euacuat tanquã impertinentia ad propositum. sed ad eius iactantiam tantum. Circa quod primo intentum proponit, & secundo ostendit propositum, ibi:* Ecce gigantes. *Circa primum sciendum, quòd Baldath dicendo de Deo magnifica, vt contra Iob concluderet, videbatur in hoc ipsi Deo fauere, eius potestatem & sapientiam defendendo, & ideo Iob contra ipsum inuehendo dicit:* 2 Cuius adiu. nunq. imbec. *quasi dicat non. cùm sit infinitę virtutis, tuo auxilio non indigentis.*

3 Cui ded. conf. *pro eius sapientia allegando, acsi esset insufficiens eius scientia, cùm tamen sit infinita.* 4 Et prudentiam. *q.d. dicta tua non valent ad propositi ostensionem, sed tantum ad tuam ostentationem.*

5 Quem do. *pro eo allegando, acsi nesciret allegare.* 6 Nonne eũ qui fec. spiram. *id est, animam humanam, quę intelligit per intellectiuã partem: & corpus administrat. per alias vires vitam animalem dando, quę stat quandiu durat respiratio.* 7 Ecce gi. *Hic consequenter ostendit propositum, scilicet quod verba Baldath erant ad vanam gloriã, per hoc quod maiora satis infra dicit de Dei potentia & sapientia, & tamen ostendit illa nullius esse momẽti: propter quod Baldath non debebat de cognitione minorũ gloriari. primo igitur illa maiora exprimit, & secundo propositum concludit, ibi:* Ecce hæc ex parte. *Circa primum primo exprimit aliqua magna Dei facta sub terra, dicens:* Ecce gigantes gemũt sub aquis. *Gen. vj. dicitur, quòd gigantes erant in terra diebus illis, scilicet ante diluuium, qui in diluuio fuerunt submersi, & cum eis omnes alij, excepto Noe, & qui cum eo erant in arca: & hoc factum fuit ex potestate diuina secundum ordinẽ suæ sapientiæ & iustitię ad puniendum illius temporis peccata, vt habetur Gen. vj. & hoc est quod dicitur:*

Ecce gi. *id est gigantes qui tunc fuerunt in aquis submersi, modò gemunt in pœnis inferni: qui etiam infernus est sub aquis, quia est in partibus terræ infimis.*

8 Et qui habitant. *id est, alij damnati, qui cum eis fuerunt submersi.*

9 Nudus est infernus, *quia quamuis sit in terræ profundo, patet tamen conspectui diuino vt & omnia quæ fiunt ibi. Vlterius procedit ad exprimendum aliqua magna quę fiunt à Deo super terram di.*

10 Qui ex. *Cælum autem super terram videtur extensum ad modum tentorij in hemisphærio nostro. quod hemisphærium per aquilonem intelligitur, eò quod polus aquilonaris stat semper eleuatus super hemisphærium nostrum: inter cælum autem & terram non videmus nisi aërem, qui à vulgaribus vocatur vacuum, sicut dicitur olla vacua quamuis sit aëre plena: dicit ergo.* Qui exten. *id est, calum in hemisphærio nostro ad modum tentorij.* 11 Super va. *id est, super aërem inter nos &*

☞ cælum

MORALITER.

† 1 *Respondens autem.* Quoniam Baldath aliqua dixerat de potestate Dei quasi loquens pro ipso: propter quod Iob eius imperitiam confutando dicit.

2 *Cuius adiutor es? Nunquid imbecillis?* q. d. adiuuare debilem est charitatis opus: sed adiuuare fortem adulationis.

3 *Cui dedisti consilium.* q. d. dare consilium ignoranti est pietatis: sed dare sapienti est præsumptionis.

5 *Ecce gigantes.* id est, dæmones damnati gemunt in inferno, qui subest terræ, quæ est inferior aquis.

9 *Nudus est infernus.* quasi diceret: ista omnia patent oculis domini quantumcunque sunt occulta, & multò fortius, alia.

10 *Qui extendit.* Per aquilonem dæmon intelligitur: secundum illud Iere. j. cap. *Ab aquilone pandetur omne malum.* ergo extendit aquilonem super vacuum, quia permittit dæmonis potestatem super homines diuinæ gratiæ vacuos.

☞ monte testamenti in latere aquilonis. Qui super vacuum extenditur, quia illa corda possidet quæ diuini amoris gratia non possidentur. A Esai. 14. d.

a *Et appendit ter.* GREG. Terræ nomine ecclesia designatur, quæ fructus boni operis reddit: Per nihilum, Gentiles populi. In nihilo ergo terra suspenditur, quod prius vacuum ab aquilone tenebatur: quia illa corda Gentilium repleta sunt charitate Dei, quæ prius pressa fuerant torpore diaboli. Vel, per vacuum Iudææ infidelitas designatur: Per nihilum gentes, de quibus per prophetam dicitur: *Omnes gentes velut nihilum, & inane reputata sunt.*

b *Qui ligat.* GREG. Initia nascentis ecclesiæ narrat dicens: quia Deus prædicationem doctorum temperat, vt auditorum infirmitas, doctorum rore nutrita conualescat. Nam si scientiam vt hauriebant corde, ira ore funderent, de immensitate eius auditores opprimerent.

c *Qui tenet vul.* In vultu cognitio demonstratur. Solij ergo eius vultus tenetur, quia à nobis in hac vita regni eius gloria non cognoscitur. Super quod expandi nebula dicitur, quia sicut est, illa cœlestis gloria non videtur. cap. 15. C

d *Vultum solij.* Solium est maiestas eius, vel angeli, qui modo nõ plenè possunt cognosci; Vel nosipsi, quorum vultus, id est, scientia progredi prohibetur ad altiora: super quos nebula, in quibus occulta exerit iudicia. vnde subdit.

e *Terminum circunde. aquis.* Quia humani generis scientiam moderatur: vt quousque vicissitudines alternantiũ temporũ transeunt, perfectè ad cognitionem claritatis intimæ non pertingant. cap. 16.

✻ GREG.

a ¶ Sed quia & vacuos replet gratia. b ¶ Ecclesiam super gentes fundat. c ¶ Sed quo ordine hoc. c ¶ Scientiam.

a cuum, ẽt appendit terr̃am super † nihilo. Qũi ligat aq̃as in
b a ¶ Infirmis. b ¶ Sed aliquid seruetur perfectis.
c ¶ Ita prædicator non omnia quę nouit fundat inferius, sicut ei Deus non ostendit omnia superna.
c nubibus suis, † vt non erumpãnt pariter deorsum. Qui te-
a ¶ Quia ad illud videndum nostræ ignorantiæ obscuritate caligamus.
¶ Vnde caligo sub pedibus, quia non ea claritate ab inferioribus cernitur, qua in superioribus dominatur.
d net vultũ solij sui, & expãdit super illud nebũlã suam. Ter-
e a ¶ Populis. b ¶ Dum cursus finiatur iustorum & iniustorum.
minum circundedit aq̃is, vsque dũm finiantur lux & tene-
a ¶ Non mirum, si carnales non sciunt superna, quia & hi super quos spiritualis fabrica surgit.
b ¶ Ecclesiæ. c ¶ Non timore pœnali, sed admiratione. d ¶ Admirando.
f bræ. Cõlũnæ cœlỹ contrẽmiscunt, † & pauẽnt ad nutum eius.
a ¶ Tantum & non alterius. b ¶ Sed quomodo? Non vi, sed ratione vicit, vt Deus homo fieret immolandus pro peccatis, & iuste liberaret.
g In fortitudine illiũs* repente maria cõgrẽgata sũt, & prudẽtia
h a ¶ Per illos ornatos.
i † eius percussit superbũ. Spiritus eius ornauit cælos, & † obste-
k

† non rumpitur nubes sub ipsis.

† & admirãturab increpatione eius.

† Sua transfixit fortitudine eius id est timorẽ maris, vel cetũ & maiores pisces maris.

† nihilum.

Lib. 2. Iob c. 9.

cap. 17.

✻✻ BEDA. Stabilitatem permanentem in natura angelorum intelligimus nomine columnarum; qui non solum immobiliter in sanctitate perseuerantes, stabiles sunt: sed etiam æterna beatitudinis gloria speciosi. Nam & de futura immobilitate hominum ita ait filius Dei: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius. Et ipsa ecclesia, quæ est sanctorum omniũ cõgregatio, pro æterna sibi in Deo futura stabilitate, colũna & firmamẽtũ dicitur veritatis.

g *In fortitudine.* GREG. Quia incarnato domino discordantia in ecclesia corda concorditer credunt.

h *Et prudentia eius.* Prudentia, non virtute percussus est antiquus hostis: quia dum audacter olim Christum, in quo sibi nihil competebat, appetiit, iure hominem, quem & iustè tenebat, amisit. Sed domino occiso, quæ prædicatoris gloria sit secutura, sequitur:

i *Spiritus eius ornauit cœlos.* Quia prædicatores nisi promissa paracleti dona susciperent, nullo fortitudinis decore claruissent.

k *Et obstetricante manu eius.* antiquus hostis, qui homini ore colubri locutus est, qui tortuosus dicitur, quia in veritatis rectitudine non stetit; Hic obstetricante manu domini eiectus est ab Ecclesia. In paucis autem sententijs primi aduentus Dominici ordinem retulit, sed secundum subdit valde esse timendum.

* diuisum est mare vel, cõturbatur mare, aut tẽpestuosum esse incipit.

† creauit manuseius serpentem vectem vel tortuosum aut trãseuntem ab extremo ad extremum. Ibid. c. 19. F

☞ a *Et*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *cœlum medium existentem.*

2 Et appen. *terra enim videtur fulcimentum aquæ, & aëris, sed sub terra nihil est, cum sit infima pars mundi: dicitur ergo appensa super nihilum, quia non habet inferius elementum; tamen sic stat in medio mundi, tanquam centrum, per naturam suam à Deo sibi datam.*

3 Qui li. *dicuntur autem aquæ quasi ligatæ in nubibus, antequam descendant per pluuiam.*

4 Vt non erumpant. *sic enim Deus ordinauit nubes paulatim resolui, vt tota pluuia non simul cadat, sed successiuè, & guttatim, prout expedit hominibus & terræ nascentibus.*

5 Qui tenet vultum. *Ex residuis enim vaporibus, qui non resoluuntur in pluuiam, generatur aliquando nebula impediens nos à conspectu cœli, quod dicitur solium Dei, secundum illud Esai. lxvj. a.* Cælum mihi sedes est.

6 Terminum cir. aquis. *Quia congregauit eas in locum vnum, qui maximè est oceanus, vt appareat aliqua pars terræ arida pro habitatione hominum & animalium: quamuis aqua de natura elementi circundaret totam terram, cum sit minus ponderosa.*

7 Vsque dum finiantur lux & tenebræ. *id est, successio dies & noctis per motum cœli q. d. quandiu stabit iste status mundi per reuolutionem cœli, & mare stabit intra terminos à Deo sibi præfixos. Ulterius procedit ad ea quę facta sunt super cœlum sydereum di.*

8 Columnæ cæli. *id est, angeli, quia per eos administratur motus cœli.*

9 Contremiscunt & pauent. *Iste autem tremor & pauor non signant in angelis esse aliquam pœnam, sed tantum reuerentiam ad Deũ.*

10 In fortitudine. *Hoc dicit de distinctione elementorum à Deo facta, per hoc quod aquæ à principio non habuerunt plenam densitatem, sed erant vaporaliter extensæ per aërem: sed die tertia accepta à Deo densitate debita, receptę sunt in locum vnum & congregatæ, & sic apparuit distinctio terrę & aquę & aeris, per hoc quod aliqua pars terræ apparuit discooperta, & aquę per densitatem ab aere separatæ, vt dictum fuit Gen. j. Et ex ista distinctione elementorum sensibili, procedit ad declarandum distinctionem angelorum dicens,* Elemẽtorũ distinctio.

11 Prudentia eius percussit super. *id est, angelos superbos, quos deiecit de cœlo empyreo, & bonos angelos ad se conuersos gloriæ decore perfecit? ideo subditur,*

12 Spiritus eius ornauit cœlos, *id est, angelos, qui sunt ciues cœlestes: sicut ciuitas ornari dicitur, quando ciues ornantur:*

13 Et obstetrice manu eius. *id est potentia Dei.*

✠ 1 Edu-

MORALITER.

† 2 *Et appendit terram super nihilo.* i. considere permittit terrenos homines super bona transitoria, quæ pro nihilo sunt reputanda.

3 *Qui ligat aquas in nubibus.* Nam aquas sapientiæ dat prædicatoribus Ecclesiæ, de quibus dicitur Esa. lx. b. *Qui sunt isti qui vt nubes volant.*

4 *Vt non erump.* prædicatores enim non debẽt simul & semel effundere suam scientiam: sed secundum auditorum capacitatem, simplicibus enim non sunt difficilia prædicanda. j. Cor. iij. a. *Tanquam paruulis in Christo lac potum dedi vobis, non escam, etc.*

5 *Qui te. vul. solij sui.* id est, gloriæ suæ magnitudinem tenet à nobis absconditam.

6 *Et expandit su. ill. nebulam.* Ignorantiæ, quia non habemus inde cognitionem nisi valde imperfectam.

9 *Terminum circum. aquis.* Per aquas, populi significantur Apoc. xvij. xvij. d. *Aquæ, super quas mulier sedet, populi sunt, &c.* Terminus autem videndi Deum populis est in fine meriti ac demeriti, quæ per lucem & tenebras intelliguntur, suppositа tamen purgatione totali.

8 *Columnæ cœli con.* Quia non solum simplices Christiani, sed etiam ecclesiæ prælati Deum timent timore filiali.

10 *In fortitudine.* Per maria quæ sunt congregationes aquarum significantur congregationes gentium sub Christi fide.

11 *Et prudentia eius percussit super.* Quia diabolum superauit in cruce.

12 *Spiritus eius ornauit cœlos.* id est, apostolos, de quibus dicitur, Psal. xxviij. a. *Cœli enarrant gloriam Dei, &c.* Qui fuerunt ornati doni spiritussancti: Act. ij.

13 *Et obstetrice.* id est, diabolus qui per virtutem Christi eductus est de cordibus humanis, in quibus habitabat tanquam in proprijs cauernis.

a *Et ecce hæc ex parte dicta sunt via.* GREG. Viarum nomine actiones domini appellat; Aduentum ergo dominicum narrãs, vias domini ex parte retulerat, quia alia eius actio fuit qua nos condidit, alia qua redemit: quod paruam stillam sermonum eius appellat, quia quicquid altũ in hac vita positi de eius consideratione cognoscimus, velut tenuis gutta superni liquoris ad nos emanat.

b *Et cum vix paruam.* Acsi dicat: Si humilitatis illius admiranda vix ferimus, terribilem aduentum maiestatis eius qua virtute tolerabimus.

✠ Christus priusquam se teneri permitteret, persequutores suos requisiuit, dicens, *quem queritis?* Cui illico respondentur, *Iesum Nazarenum.* Quibus cum repente diceret, *ego sum*; vocem solummodo mitissimæ responsionis edidit & armatos persequutores suos protinus in terram strauit. Quid ergò facturus est cum iudicaturus venerit, qui vna voce hostes suos perculit, etiam cum iudicandus venit? Quod est illud iudiciũ, quod immortalis exeret, qui in vna voce non potuit ferri moriturus? Quis eius iram toleret, cuius & ipsa non potuit mansuetudo tolerari? *Cum vix paruam stillam sermonum eius audierimus, quis poterit magnitudine tonitrui illius intueri.*

Vbi supra c. 21.

† partes sũt

† intelligere?

† pusillum sit quod audiuimus de eo.

Ibid.

¶ Medicante gratia. a ¶ De cordibus in quibus quieuit.

a tricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Ecce hæc
b † ex parte dicta sunt viarum eius. Et cùm † vix paruam stil-
a ¶ Secundum aduentum.
lam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum ma-
gnitudinis illius † intueri?

1 2 3 4

NICOLAVS DE LIRA.

B ✠ Eductus est. *De societate bonorum angelorum.*

Coluber. Tortuosus serpens.

1 Coluber tortuosus, *id est, diabolus, qui dicitur* coluber, *quia in specie serpentis Adam tentauit:* Et tortuosus *propter malitiæ suæ calliditatem; & de hac separatione loquitur per modum* obstetricationis, *quia obstetrix fœtum mortuum studet educere de vtero matris, tanquã quid putridum & corruptum: & sic mali angeli de societate bonorum per manum Dei. Omnia ista prædicta expressit Iob, ad ostendendum, quod illa quæ dixerat Baldath de potestate & sapientia Dei, non latebant ipsum, cum multo maiora sciret: & hoc ad reprimendum ipsius Baldath ostentationem.*

2 Ecce hæc-*Hic concludit intentum:* Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius, *effectuum diuinæ potestatis & sapientiæ, quæ sunt quædam viæ ad cognoscendum Deum: Nec sunt dicta à me, nisi imperfectè, nec eius potentiã & sapientiam adæquanti quia in cognitionem eius imperfectè ducunt; ideo subditur.*

3 Et cum vix paruam stillam, *id est, per istã modica de perfectione potestatis & sapientiæ diuinæ cognouerimus.*

4 Quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? *id est, ad cognitionem perfectam eorum peruenire. q. d. nullus: quia minor est cõparatio vocis minimę, quę silenter instillatur auribus, ad sonum maximi tonitrui: quàm prædictorum effectuum ad magnitudinem sapientiæ & potestatis diuinę; & per hoc concluditur, quod Baldath non debebat gloriari de sua scientia, cum adhuc Iob attingeret ad multo maiora.*

E

CAP. XXVII.

a *Addidit quoque, &c.*

✠ ORIG. & OLYM. Iob cum silentium amicis imposuisset, quasi prædicta essent proœmij C loco, sermonem aggreditur. Parabola enim non tantum est sermo remotus à vulgo, sed quæuis oratio sapiens.

Lib. 18. c. 3. GREG. Ecclesia duobus modis patitur amara ab hostibus vel verbis, vbi exercetur eius sapientia; vel gladijs vbi probatur patientia. Nũc de ea persecutione ait, vbi lacessitur falsis assertionibus.

† 46. d. c. sunt nonnulli in fine.

b *Viuit de.* Sunt qui aduersa patientes, Deum esse non credunt: nonnulli Deum esse æstimant, sed res humanas minimè curare. Iste in typo ecclesiæ positus in afflictione, vt Deum esse fateretur, ait, *Viuit Deus;* Vt verò res humanas curare eum perhiberet, subdit: *Qui abstulit iudicium meum, &c.*

✠ OLYM. Nonnulli dixerunt Trinitatis Iobum meminisse cum dixit Deus, Omnipotens, Spiritus Dei.

Ibid. cap. 4.

c *Non loquentur labia mea.* GREG. Quòd prius iniquitatem, hic post mendacium dicit: quia omnis iniquitas mendacium, quæ discordat ab æquitate & veritate Dei: sed peius est mẽdacium meditari, quã loqui. Nam loqui plerumque præcipitationis est, meditari studiosę prauitatis

† loquitur dolum.

d *Absit à me.* Quia dicit Salomon: *Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, vterque abominabilis est ante Deum.* Et hoc est: *Absit à me.* Ab innocentia enim recederet, si bona de illis malis æstimaret.

Idem Vbi supra Prou. 17. c.

☞ a *Iustifica*

CAP. XXVII.

¶ Cum loqueretur de sermone Dei & magnitudine tonitrui, quasi cum ita sit, non cedam verbis vel flagellis, vel gladiis

a DIDIT quoque Iob assumens parabo- 1
a ¶ Inuocata vita Dei astringit se ad id quod subdit, scilicet. Quia donec.
lam suam, & dixit: Viuit Deus qui abstulit 2
a ¶ Nam se perpeti non casu, sed Deo disponente putat. 3
iudicium meum, & omnipotens qui ad 4
amaritudinem adduxit animam meam,
quia donec supersit halitus in me, & 5
c spiritus Dei in naribus meis, non lo- 6
a ¶ Vt perfectè hæreat veritati, nec studio, nec præcipitatione perhibet se mentiri. ¶ Cordis. 7
quẽntur labia mea iniquitatem, nec lingua mea † medita-
¶ Qui respondet se non mentiri, subdit, in quibus congruit veritati, dicens.
¶ Sed 8
d bitur mendacium. † Absit à me, vt iustos vos esse iudicem.

F

† loquitur dolum.

Idem Vbi supra Prou. 17. c.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXVII.

Addidit quoque, &c. *Repulso dicto Baldath, hic consequenter accedit ad principale propositum declarandum, scilicet quod ex Dei prouidentia mali aliquando in vita præsenti prosperantur, & boni tribulantur. & primò ostendit hoc in generali; secundò in seipso in speciali xxix. capitul. & in hoc satisfacit amicis suis, quia de ipso erat mota quæstio: & in speciali satisfacit ipsi Baldath, qui ex magnitudine diuinę sapientię volebat ipsum iniustum concludere, eo quod à Deo percussus erat flagellis presentis vitę. Primũ autem probat dupliciter. Primo ratione accepta ex paruitate boni, quod mali in hoc mundo percipiunt; secundo ex magnitudine boni, quod iusti in hoc etiam mundo à Deo recipiũt c. seq. Prius enim ad probandum propositum, acceperat rationes ex immortalitate animę & iudicio futuro, quæ experiuntur post hanc vitam, vt patuit precedentibus. Circa primum autem Iob ostendit suæ sententiæ firmitatem: secundo declarat eam, ibi:* Quæ est enim spes hypocritæ. *Circa primum dicit.*

2 Viuit Deus. *præmittit iuramentum, ad maiorẽ assertionẽ dicẽdorũ.*

3 Qui abstulit iudicium. *Hoc dicit Iob, concludens ex dictis amicorum, qui dicebant pœnas huius vitæ inferri tantum pro peccato secundum ordinem diuinæ iustitię: & ad hoc sequebatur iudiciũ Iob sublatũ, qui sentiebat se innocentem respectu tantorũ malorũ, quæ sustinebat.*

4 Et omnipotens, qui ad amaritudinem. *Ista amaritudo non erat deficiens à virtute constantiæ: sed sequens flagella in parte sensitiua de necessitate naturę, & redundabat in partem intellectiuam, naturę corporis condescendentem.*

5 Quia donec sup. halitus. *id est, vita presens.*

6 Et spiritus Dei in. *id est, virtus respirandi à Deo mihi data, quę precipuè est in naribus, quia secundum Philosophum li. de historijs animalium, respiratio, quæ est per nares, conuenientior est naturæ quàm illa quę est per os.*

Philosoph.

7 Non loquentur. *dicendo, quòd soli mali tribulantur in hac vita, sicut vos tenetis, ideo subditur.*

8 Absit à me vt iust. v. e. iudicem. *hunc errorem tenendo, cuius causa subditur.*

✠ 1 Donec

MORALITER

1 *Abstulit iudicium, &c.* Iudicium aliquando pro damnatione accipitur: & sic iusti iudicium aufertur, quando ab æterna damnatione liberatur; quod fit vno modo, quando peccator de peccatis catis proprijs hic punitur: & sic dicit Iob:

2 *Viuit Deus qui abstu.* Quia per amaritudinem præsentis pœnæ liberatus fuit à pœnis gehennæ, & obtinuit augmentum gloriæ. Sed quoniam ad iustum pertinet, vt nulli deferat contra veritatem, quę magis est amica; vt dicitur i. Ethic. ideo subdit:

☞ a *Iustificationem meam* GREG. Cœptam iustificationem deseA
lib. 18. c. 4. reret, si in peccantium laudem declinaret. Bene ab alienis absistit, qui prius se à proprijs custodit: quasi, ideo de eis peccare timeo,
Cap. 5. quia non reprehendit me cor meum.
b *Neque enim reprehendit me cor meum.* Acsi dicat, pro vobis non debeo ad culpam per trahi, qui peccare in proprijs formidaui.
†reiiciã in nocentiam meã & me Sed quo pacto à corde suo reprehendi se denegat. qui superius dicit, peccaui? Peccauit quidem vel cogitando, sed nequaquã d se à suo corde repreB hendi cõfitetur: quia
†si recondiderit, vel. quod tam auarus est tam extirpaturus sit Deus animam eius? etsi illicita cagitando rectitudini defuit, fortiter tamẽ cogitationi restitit.
✠ ORIG. Sic D. Paulus addens, *sed in hoc non iustificatus sum.*
Ibid. c *Sicut impius inimiCap. 6. cus meus.* GREG. Impius, infidelis dicitur; Iniquus, qui prauitate operis ab æquitate
†videtis vel prudentes videmini. discordat: Ecclesia igitur, & extrà impios
* vt C habet inimicos; & intus patitur iniquos. Et sumũtur *sicut* & *quasi* pro affirmatione; Si autem pro similitudine, quos intus patitur carnales, de similitudine impiorum notat, quasi diceret: A me etiam fide discrepat, qui mihi opere non concordat.
Ibid. c. 7. d *Quæ est enim spes hypocri.* Hypocrita, qui Latinè dicitur simulator, est auarus raptor, qui dum iniquè agens desiderat de sanctitate venerari, laudem vitæ rapit alienæ.
Ibid. e *Nunquid Deus audiet.* Quia in iudicio remedium in clamore non inuenit, qui nunc tempus congruum clamoris perdit. De cuius prauitate subiungitur.

f *Aut poterit in omnipotente delectari.* Qui terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur:
g *Et inuocare Deum in omni.* Tantùm Deum hypocrita tunc inuocat, cum hunc terrenarum rerum tribulatio angustiat.
h *Docebo vos per manus.* Manus Dei, vocatur filius: *Omnia quippe per ipsũ facta sũt.*

¶ Cordis. ¶ In operibus.

a Donec deficiam, non † recedam ab innocentia mea. Iustifi- 1 2
a ¶ Dum aliquis legit, vel audit bona quæ contempsit, grauiter eum conscientia reprehendit.
b cationem meam quam cœpi tenere, non deseram. † Nèque 3
¶ Sed 4
c enim reprehendit me cor meum, in omni vita mea. † Sicut 5
¶ Est. ¶ Vere iniquus, etsi iustus videatur.
d impius inimicus meus, & aduersarius meus quasi iniquus. Quæ 6
a ¶ In futuro, cum hic totum quærat
7 8
a ¶ Quasi, non audietur à Deo tempore angustiæ, quia tempore pacis Deum non audiuit.
e animam eius? Nunquid Deus audiet clamorem eius, cùm ve- 9
a ¶ Qui diligit mundum, non est charitas patris in eo: & si non amat, non inuocat.
nerit super eum angustia? Aut poterit in omnipõtente delectari, 10
a ¶ Euulsis hactenus malis recta plantat.
f & inuocare Deum in omni tempore? Docebo vos † per ma- 11 12
¶ Quasi vos ideo non sapitis qui manu Dei, sed vobis datis.
a ¶ Sic etiam docet vt nihil veritatis abscondat quod scire expedit, non
b ¶ Quasi, & si quid sapitis, ad iudicium est vobis.
h num Dei, quæ omnipotens habeat, nec absc̃ondam. Ecc̃e vos 13
¶ Sed. 14
i omnes † nostis, & * quid sine causa vna loquimini? Hæc est 15
a ¶ Qui etsi à seipsis habent inique agere, Dei tamen est iuste ista iudicare.
k pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum,
a ¶ Modo in prædicta libertate ¶ Sequaces hæreticorum.
l quam ab omnipotente suscipient: Si mũltiplicati fuerint fi- 16 17
m lij eius, in gladio erunt: & nepotes eius non saturabuntur pa- 18
a ¶ Ex cuius interitu viderentur affligendę. ¶ Vel viduæ in errore manentes, dum sanctum fuisse suum prædicatorem æstimant, spe falsa non lugent.
n o ne. Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu & vidũæ 19 20 21

¶ Et est sẽsus: Ego ex me aliquid nescio, sed quicquid ex veritate sentio, hoc ex eiusdẽ veritatis largitate cõprehẽdo.
i *Ecce vos omnes nostis.* Scienti bonũ facere, & non facienti, peccatum est illi.
k *Hæc est pars hominis impij.* ✠ CATEN. GRÆC. possessio potentũ veniet ab Omnipotẽte Deo. Impij vocãtur hęretici, qui per errorem à cognitione veritatis sunt alieni, quos eti ã violentos appellat, quia sacram scripturã ad intellectũ prauũ violẽter conãturflectere
l *Si multiplicati fue.* GREG. Qui hęretico rũ generãtur prædicatione vẽturi iudicij sententia feriuntur.
m *Et nepotes.* Nepotes hæreticorũ sunt, qui de errantium filiorũ prædicatione nascuntur: Quos nequaquã panis satiat, quia dum in sacri verbi pabulo plus quærunt quàm capiunt, semper à veritatis cognitione ieiunãt. Sed quia nonnullos ex hæreticis ecclesia colligit, nonnullos in malitia pertinaces relinquit, Sequitur,
n *Qui reliqui fuer.* Ex eo videlicet hæreticorum populo derelicti sepelientur in interitu: quia dum ad lucem veritatis non redeunt, intelligentia terrena deprimuntur.
o *Et viduę illius non plorabunt.* Viduas dicit plebes subiectas

† quæ sunt in manu Dei quod est, cum omnipotẽte non abscondam.

Cap. 10. F

Ibid.

Ibidem.

☞ morte

f *Aut*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dænec deficiam, *id est, quandiu viuam.*
2 Non recedam ab innocentia mea. *à qua recederem, si vobis in prędicto errore assentirem,*
3 Neque enim reprehendit me cor me. *quod tales errores vel consimiles tenuerim.*
4 In omni vita mea. *& ideo concludit oppositum de errantibus.*
5 Sicut impius inimicus meus. *Amicos suos vocat inimicos, inquãtum aduersabantur ei in veritate doctrinę fidei & morum.*
6 Quæ est. *Hic accedit ad declarãdum veritatem suę sentẽtiæ, scilicet quod ex Dei prouidentia, mali aliquando hic prosperantur, ratione acceptæ ex paruitate boni quod hic recipiunt: & ideo non contrariatur diuinę sapientiæ talia eis concedere, & iustis meliora reseruare. Et circa hoc sic procedit: quia primo exprimit huius boni breuitatem; secundo infuturo sequentem calamitatem, ibi,* Diues cum dormi. *Circa primum dicit,* Quæ est enim spes hy. *magis ponit exemplum de hypocrita, quã de aperto peccatore: quia secundum Hiero.* Simulata sanctitas duplex est iniquitas.
7 Si auare rapiat, *bona huius vitæ coaceruando.*
8 Et non liberet Deus, &c. *q.d. talis nullum bonum potest sperare in futuro nec in præsenti, nisi bonũ transitoriũ & caducũ, quod est modicũ.*
d Nunquid Deus aut, &c. angustia, *scilicet mortis. q.d. non. Istud dicitur contra illos, qui peccata continuant, cogitantes in fine ad Deum per pœnitentiam clamare: sed ista spe priuantur, quia tunc non pœnitent. secundum quod dicit Aug.* Hac animaduersione percutitur peccator vt moriens obliuiscatur sui qui dũ viueret, oblitus est Dei; *vel si pœnitet, hoc est timore pœnæ, & non dilectionis culpæ.*
10 *Aut po. in omni. delectari. in beatitudine futura.*
11 Et inuo. Deum omni tem. *quia ibi est laus continua. q.d. non: & hoc specialiter dicitur contra peccatores de beatitudine futura seipsos assecurantes, dicendo, Deus non fecit nos ad damnandum, sed ad saluandum: quia hoc non est verum, nisi ex suppositione meritorum.*
12 Docebo vos. *de illis quę à Deo accepi.*
13 Ecce vos omnes nostis. *id est, deberetis idem cognoscere, & per consequens de errore vestro defendendo tacere, ideo subditur:*
14 Et sine causa. *quid autem sit illud quod ille vult docere, subdit:*
15 Hæc est pars hominis impij. *illud quod recipiet à Deo patre pro parte & hæreditate, scilicet bonum præsentis vitę, quod est breue: vnde in persona talium dicitur, Sap. 5.* Fruamur bonis quæ sunt, &c. *& subditur ibidem,* Et hæc sit pars nostra, & sors nostra. *Et quia istud bonum breue, non transit ad filios. ideo subditur:*
16 Si multiplicati fuerint filij eius. *Qui tamen reputantur inter maiora bona.*
17 In gladio erunt, *id est, occidentur:*
18 Et nepotes eius non saturabuntur pane, *id est, morientur fame. Minus enim dicit, & plus significat.*
19 Qui reliqui fuerint. *id est, alij amici, non ita propinqui,* Ierẽ. 22.
20 Sepelien. in interi. *id est, sepultura asini, cuius cadauer dimittitur in campo consumi: ideo subditur.*
21 Et viduæ il. non plorab. *In sepultura funeris, sicut solet fieri.*

1 Si

MORALITER.

† 1 *Donec deficiam.* id est, in vita.
2 *Non recedam.* Sequitur.
3 *Neque enim repreh. me. cor.* quòd sustinuerim aliquod falsum; sicut autem est falsitas in verbo, ita & in facto, de qua subditur,
4 *Quæ est enim spes hyp. si auar. rapiat.* scilicet pecuniam vel humanam laudem q. d. nulla.
8 *Nunquid Deus aut di.* id est, eius orationem q.d. non.
10 *Aut po. in omni. delectari.* q.d. non: quia si fecit aliquod bonum, hoc non fuit amor Dei, sed sui.
12 *Ecce vos omnes nostis.* quod veritatẽ dico, & frustra impugnatis.
14 *Hęc est e. pars hom. impij.* id est, eius pœna.
15 *Si multiplicati fuerint filij.* id est, eius posteritas deficiet gladio & fame.
21 *Et viduæ illius non plorabunt.* compatientes, & per consequens nullus alius cõpatietur, quia viduæ magis ad hoc disponuntur.

9 Aut

† Si

☞ A lib. 18. c. 11. morte hæretici destitutas: quæ dum prædicator erroris, ad æterna supplicia rapitur, sæpe ad cognitionis veræ gratiã reuertũtur.

a *Si compor.* GREG. Argentum, id est eloquium hæreticorum, terræ est comparatum: quia de scriptura sacra vt aliquid sciant, ex appetitu terrenæ laudis elaborant. Qui etiam sicut lutum præparant vestimẽta, quia fluxè & inquinabiliter ea, quibus se tueri volunt, sacræ scripturę contexunt testimonia.

b *Præparabit quidem.*

† Quia vir recta fide plenus, scripturæ, quæ hæretic⁹ affert, testimonia colligit, & erroris pertinaciã inde conuincit, vt Dauid Goliam gladio suo occidit.

c *Et argentum innocens diuidet.* Innocẽtem argentum diuidere, est eloquia Dei minutè discretéque exponere, & vnicuique quod dignè cõgruat, coaptare. Vel, argentum innocens diuidit, id est, quæ ab hæreticis salubriter, vel quæ pestiferè fuerint dicta discernit: quia illi miscent falsa veris,

illius non † plorabunt. Si † cõportauerit quasi terram argentũ, a
& sicut lutum præparauerit vestimenta: præparabit quidem b
sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet. Ædifi- c
cauit sicut tinea, domum suam: & sicut custos, fecit vmbracu- d
a ¶ Qui rebus temporalibus tumet. b ¶ Corpore. c ¶ Ex his habitis. d ¶ In cognitione vera.
lum. † Diues cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos e
a ¶ De his quę in somnio tenebat. b ¶ Quia in lacu inferni anima illius cruciabitur.
suos, & nihil inueniet. Apprehendet eum quasi aqua † ino- f
a ¶ Quia dum ignorat turbo iudicij rapit.
pia, nocte † opprimet eum tempestas. Tollet eum † ventus v- g
rens, & auferet: & † velut turbo rapiet eum de loco suo. Et h
a ¶ Flagellum, b ¶ De manu ferentis Dei fugit, qui se corrigit. Vel de iniquo opere percussit.
mittet super eum & non parcet, de manu eius fugiens fugiet. i
a ¶ Dissoluta opera, restringit visa pœna impij.
b ¶ Admirabitur, vel iam prędicabit, quę florente impio non credidit.
† Stringet super eum manus suas, & sibilabit super illum, in- k
a ¶ Tormentorum eius.
tuens locum eius. l

d *Ædificauit si. tinea. do.* GREG. Tinea domum sibi corrumpendo ædificat: sic & hæreticus locum perfidiæ suę non nisi in mentibus, quas corrumpit, facit.

e *Et sicut custos.* Vmbraculum custodis nullo fundamento solidatur, sed tempore transeunte mox destruitur: sic promissa ab hæreticis requies cum tempore destruitur, quæ post hanc vitam nullatenus inuenitur. Sed quia sæpe hæretici potentium patronicis fulciuntur, à speciali hęreticorum interitu ad generalem elatorum diffinitionem sermo erigitur, cum subditur,

f *Diues cum dor.* Dormit diues & oculos aperit, quia cum carne moritur, eius anima videre cogitur, quod prouidere contempsit.

g *Apprehendet eum.* Agente namque inopia, apud inferos vsque ad minima petenda diues ardens compulsus est, qui hîc agente tenacia vsque ad minima neganda peruenit.

h *Nocte opprimet eũ.* Noctem absconditum tempus repentini exitus appellat, tempestatis nomine iudicij turbinem designat.

i *Tollet eum ventus.* Ventus vrens, malignus spiritus vocatur, qui eum quem nũc succẽderit igne peruersę cõcupiscẽtiæ, agit post modũ ad flãmas gehennæ.

k *Et velut turbo ra.* Locus peruersorũ, temporalis vitæ delectatio.

l *Et mittet super eũ.* Peccatorem Deus quoties feriẽdo corrigit, ad hoc flagellum emittit, vt parcat. Cùm verò eius vitam in peccato permanentem feriendo concludit, flagellum emittit, sed nequaquam parcit.

m *De manu eius.* Quia manus operatio intelligitur, de manu percussi fugit, qui dum praui interitum conspicis, vias prauitatis relinquit: vnde: sequitur:

n *Stringet super eum.* Manus stringere, est vitæ opera in rectitudine confirmare, in aliena pœna conspiciendo quid timeat.

o *Et sibilabit super illum intuens locum eius.* In sibilo intentio admirationis exprimitur. ❊ Si vero in sibilo alia fortasse significatio quæritur, moriente peccatore, hi, qui interitũ eius aspiciũt, os in sibilo stringũt, dũ ad ea, quę contẽpserãt, verba spiritalia conuertuntur: vt iam credere & prædicare incipiant, quæ prius, dũ iniquũ florere cernerent, non credebant.

Ibidem. D
Ibidem.
Ibid. c. 12.
Luc. 16. f

Ibidem.

Ibidem. E

† terror,

† subsolanus, Eurus.

Ibidem.

Ibid. c. 13. F

Stringere manus.

Vbi supra.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si comportauerit, *In domo sua congregando.*
2 Quasi terram argen. *id est, in magna quantitate valde,*
3 Et sicut lutũ præp. *Id est, in magno numero, & ad magna tempora:*
4 Iustus vestietur. *Quia talia aliquando conceduntur iustis.*
5 Ædificauit sicut tinea domũ suam. *Tinea enim rodendo vestem facit ibi domunculã suam: sed cùm vestis exutitur, tinea de domo sua eijcitur: sic talis eijcitur de domibus suis, quas ædificauit cum labore & expensis.*
6 Et sicut custos fecit vmbraculum, *Ad habitandum ad tempus modicum, scilicet tempore maturationis fructuum.*
7 Diues cũ dormierit. *Hic consequẽter describit calamitatẽ impij post breuitatem huius vitæ consequentẽ, di.* Diues cũ dormierit, *per mortem.*
8 Nihil secum auferet. *De bonis præsentis vitæ ad portandum secum.*
9 Aperiet oculos suos. *In pœna, qui prius erant clausi in culpa.*
10 Et nihil in ueniet. *De bonis præsentis vitę, nec etiã futuræ ideo subdit.*
11 Apprehendet eum quasi aqua inopia, *id est, defectus cuiuslibet boni, & sentiet affectionem summi mali ideo subditur.*
12 Nocte opprimet, *id est, violentia pœnæ infernalis. quę dicitur in nocte, eò quod est in tenebris.*
13 Tollet eũ ventus, *id est, diabolus, qui semper ardet cupiditate nocẽdi.*
14 Et mittet super eum, &c. *scilicet flagella.*
15 De manu eius fugiens. *fugere desiderabit si posset; sed quia hoc est impossibile, subditur,*
16 Stringet super eum. *Loquitur de diabolo ad modũ accipitris, qui tenẽs auiculã captã, & sentiẽs quod velut euadere, magis stringit eã vnguibus suis.*
17 Et sibilabit. *ipsum deridendo, quem in vita deceperat blandiendo.*
18 Intuens locum eius. *id est, inferni locum suæ punitioni deputatum. Vel aliter:* Locum eius, *quem tenuit in sæculo, à quo est totaliter deiectus.*

6 Et

MORALITER.

† 1 *Si cõportauerit quasi terram argentum.* Per quod significatur sacræ scripturæ eloquiũ, Ps. xj. b, *Eloquia domini eloquia casta, argentũ igne examinatũ.* Et quasi terra cõportatur, quãdo ad quęstũ applicatur
3 *Et sicut lutũ*, id est, virtutũ opera de genere, sed peruersofine facta.
4 *Iustus vestietur.* Nam vnde hypocrita damnatur, iustus saluatur, diuerso tamen fine.
5 *Ædificauit sicut tinea.* Quæ fecit eam corrumpendo pannum, sicut hypocrita corrumpit intentione peruersa opus bonum.
6 *Et sicut custos fec. vmbrac.* Quod est instabile habitaculum, ideo subditur.
7 *Diues cum dormierit.* per mortem.
8 *Aperiet oculos.* in pœna qui clausi erant in culpa.
12 *Nocte opprimet.* id est, in morte tollet eum vrens ventus, id est, spiritus malignus ad gehennam eum portans.
14 *Et mittet.* scilicet pœnas sine misericordia.
15 *De manu eius fug. fugiet.* Hoc dicitur ironicè tanquam impossibile: propter quod subditur,
15 *Stringet super.* ita quod erui non poterit.
16 *Et sibilabit.* irridendo,
18 *Intuens locum.* scilicet infernum vbi nulla est redemp o:

7 *Diues*

ti

ADDITIO.

In cap. xxvij. vbi dicitur in post. Circa primum dicit: Quæ est enim spes hypocritæ. *Hoc quod dicitur hîc:* Quę est enim spes hypocritæ, *videtur exponendum in continuationem ad prædicta, & etiam ad sequentia sic: Nam Iob intendebat in hoc loco certificare socios de veritate existente in mente sua circa ea, de quibus altercabant, scilicet, de innocentia vitæ suæ, & de punitione malorum, & præmiatione bonorum:* propter quod præmisit iuramentum, *di.* Viuit Deus &c. *per quod iuramentum firmauit, quod dum esset in vita præsenti non loqueretur iniquitatem, nec recederet ab innocentia sua, & quia aduersarij imponebant ei vitium hypocrisis, vt patet suprà in dictis Eliphaz, cap. xv. & in alijs locis: hypocrita verò cum sit duplex, vnum habet in corde, & aliud in ore, & sic licet non loquatur iniquitatem per labia, tenet tamen eam in corde; Similiter licet non recedat ab innocentia in actibus exte-*

i 4 *rioribus*

rioribus, recedit tamen in mente, prout saluator docet multipliciter. Mat. xxij. ex quo sequeretur, quod socij non crederent dictis suis: idcirco ad amouendum ab eis istam suspicionem, dicit: Quæ est enim spes hypocritæ &c. Nunquid clamorem illius exaudiet dominus, &c. Aut poterit in omnipotenti delectari. *q. d. non debetis mihi imponere peccatum hypocrisis, cum ego sim in magna angustia constitutus. & indigeo maximè vt Deus liberet animam meam, & vt audiat clamorem meum & huiusmodi. & sic nullo modo debetis dubitare de iuramento meo: hoc intelligitur ad modum alicuius existentis in maximis tribulationibus seu tormentis, qui ad firmandum dicta sua, seu iuramenta, dicit: Videtis, quod sum in tot tribulationibus, à quibus nisi diuino auxilio non possum liberari: vnde in hoc passu mihi credere debetis, quod illa quæ dico, non sunt ficta, vnde subdit:* Docebo vos per manum Dei, &c. *Et quia socij vitam suam pristinam cognoscebant, & etiam tribulationes in quibus erat, ex quibus debebant moueri ad assentiendum sibi in prædictis: ideo subdit,* Ecce vos omnes nostis, *scilicet prædicta, & quod sine causa vana loquimini, imponendo mihi fictionem seu hypocrisim.*

REPLICA. In cap. xxvij vbi dicitur: Quæ enim spes hypocritæ. *Burg. facit continuationem discontinuam: continuat enim hic dicta dictis in xv. ca. medijs prætermissis qualiter non facit posti, qui continuat singula singulis. In hac sua discontinuatione Burgen. sicut sæpe repetitis vicibus facit, imponit beato viro Iob, quod principaliter velit se ostendere innocentem & iustum: sed hoc suprà in principio cap. ij. correctum est.*

CAP. XXVIII.

☞ a A Habet argentū venarum suarū principia. GREG. Postquā potentium pœnas superborum sufficienter expleuit, rursum ad hæreticos verba conuertit. Acsi dicat: Qui ad veræ prædicationis verba se præparat, necesse est vt causarum origines à sacris paginis sumat quæ ad loquendum nobis quasi quædā argenti venæ sunt, quia de ipsis locutionis nostræ originem trahimus: hæ- a
B retici autem sic de eloquij sui nitore superbiūt, vt nulla sacrorū librorum autoritate solidentur. b c d e
† Finem. Ibidem. c. 15. b *Et auro locus est.* Hoc loco hæretici f
destulta passione sua increpātur. Nā pro Christo multa sæpe patiūtur, seque eisdem passionibus eius mar-
C tyres fieri sperant. De quibus Paulus: *Si tradidero corpus meum ita vt ardeā, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.* Quia ergo non nisi in catholica ecclesia veri martyres fiunt, dicatur recte: *Auro locus est, in quo cō.* Quasi, verę sapiētiæ locus est, in quo purgatur tribulatio iniquorū, quia nō clarescet anima in fulgore æternæ pulchritudinis, nisi (vt ita dicā) pri⁹ hîc arserit in officina charitatis.
Ibid. c. 16. c *Ferrum de terra tollitur.* Solent hæretici de iustitia gloriari, & catholicos fuisse iniquos criminantur. Contra quos per humilē confessionem dicitur: *Ferrum de terra to.* Quia fortiores viri, à terrena, quam prius tenuerunt actione separantur, & propugnatores Ecclesiæ fiunt. D
d *Et lapis solutus.* Quia cor durum & diuini ignis amore frigidū, feruore spiritus tangitur: ex quo ardore & emollitur ad amorē, & solidatur ad operationem, vt sicut prius durus fuerat in amore seculi, ita se postmodum exerat in amore Dei: & quod ante audire re- E
nuebat, iam & credere, & prædicare incipiat. Lapis ergo solutus calore in æs vertitur, quia dura mens superni ignis amore liquefacta ad verā fortitudinem commutatur: vt pec-
cator, qui prius insensibilis extiterat, postmodum & per auctoritatem fortis, & per prædicationem sonorus fiat.
e *Tēpus posuit te.* Iniqui videlicet modū, quo iniqui esse desistant:
f *Et vni.* Quia intuetur electorum terminum, quo ex malo mutentur in bonum: Intuetur etiam finem reproborum, quo ex malo opere trahantur ad supplicium. Vidit Gentilitatis finem, quod quandoque fidei luce clarescaret: Vidit etiam Iudææ terminum, quod obduratę perfidiæ se tenebris cęcaret.
g *Lapi. quo ca. & ca. di. tor.* Populus Iudæorū perfidia durus qui Ibid. c. 18
☞ auro-

a ¶ Autem. Non est absolutus debitor qui multa reddiderit, sed qui omnia.

CAP. XXVIII.

Abēt argentum venarum suarum princi- 1
a ¶ Quod non habet eloquium superborum, aut qui noua fingunt.
¶ Sed & si prius terra, modo fortis & acutus ad defendendum: & si prius durus & insensibilis, igne Dei liquefactus, in veram fortitudinem mutatur.
piā, & auro locus est in quo conflatur. † Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore in æs vertitur. ✝ Tempus posuit tenebris, 2 3 4 5
a ¶ Electorum, reproborum.
b ¶ Id est, eos quos modo vel infidelitas excæcat, vel crudelitas obdurat: fluuius flammarum ab electorum populo separabit, vel modo prædicatio obduratas mētes reproborum deserit, & ad humiles se conuertit.
& vniuersorum finem ipse ✝ considerat. Lapidē quoque caligi- 6

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXVIII.

☞ 1 HAbet argentum. *postquam ostendit Iob non esse indecens diuinæ prouidentiæ, imo decens, quod impij aliquando temporaliter prosperantur: & hoc ratione accepta ex paruitate boni, quod à Deo consequuntur: hic consequenter hoc idem ostendit ex magnitudine boni quod iusti accipiunt à Deo etiam in vita presenti, quod est bonum spirituale, quod tantum excedit temporale, sicut si centenarius numerus paruo numero comparetur, secundum quod dicit Hier. exponens illud Mat. xix. d.* Centuplum accipiet &c. *Et ideo licet iusti bonis temporalibus priuati iudicentur miseri ab illis, qui solum temporalia bona considerant: tamen secundum veritatem sunt in maiori prosperitate constituti, propter bona spiritualia quibus abundant. Et hoc diffusè ostendit*
Boetius. *Boetius lib. ij. de consola. propter quod non est indecens diuinæ prouidentię quod aliquando permittat impios temporaliter abundare, quibus non vult bona spiritualia, quę maiora sunt, concedere: Sicut & pater sapiens bonis filijs concedit meliora, malis autem dimittens aliqua minora, eò quod sunt eius filij. Sic in proposito, quia impij, quamuis non sint Dei filij per adoptionis gratiam, sunt tamen eius filij inquantum sunt ad eius imaginem facti per naturam intellectualem. Circa processum autem huius capituli considerandum, quod licet tam bona temporalia quàm spiritualia sint Dei dona, aliter tamen & aliter: quia temporalia dat mediate, dando scilicet homini robur corporis, & industriam mentis, & consimilia, per quæ potest illa acquirere: Sed bona spiritualia, cuiusmodi sunt gratia & virtutes infusæ, per seipsum dat immediate, & hoc propter bonorum istorum magnitudinē. Primò igitur ostendit primum, & secundò secundum ibi,* Sapientia vero vbi inuenitur. *Inter illa bona corporalia quæ reputantur pretiosa, sunt metalla auri & argenti & lapides pretiosi: primò ostendit propositum in metallis: & secundò in lapidibus pretiosis, ibi.* Terra de qua. *Circa primum dicitur:*

Habet argentum venarum suarum principia. *mineras, ex quibus tanquam ex quibusdam principijs materialibus, efficitur argentum: & istæ mineræ sunt in aliquibus determinatis venis terræ, quæ per laborem & humanum studium reperiuntur, licet cum difficultate.*

2 Et auro locus est in quo confla. *id est, generatur, cuius generatio vocatur conflatio, eò quòd materia auri magis est digesta virtute calidi, quàm aliorum metallorum, propter quod est ductilius & purius.*

3 Ferrum de terra tollitur. *id est, materia mineræ de qua fit ferrum.*

4 Et lapis solutus calore in æs vertitur. *id est, minera eris, quæ vocatur hic lapis, eò quòd propter sui duritiā habet similitudinem cum lapide.*

5 Tempus posuit tenebris. *scilicet ipse Deus, qui ordinauit successionem Dei ac noctis,*

6 Et vniuersorum finem ipse. *Hoc interponitur ad ostendendum quod quamuis mineræ prædictæ sint in terra occultæ, & cum difficultate & labore magno inueniantur ab hominibus, tamen ipsi Deo nihil est occultum. Et quia minera metallorum prædictæ, frequenter in montibus quasi in accessibilibus reperiuntur, ideo de ipsis montibus subditur:*

7 Lapidē quo. *In summitate enim talium montium sunt cōmuniter lapides à sole denigrati, & inferius valles profundissimę, vbi sol parum aut nihil lucet, qui est principium vitę, & quantum ad hoc dicit:* Lapidem quoq; caliginis, *quantum ad summitatem montis.* ☞ 1 E

MORALITER.

† 1 *Habet ar. &c.* Sicut dictum est, per argentum, intelligitur eloquium castum quod emanat de sacra scriptura,

2 *Et auro locus est, &c.* quia vera sapientia quæ per aurum designatur, per spiritum sanctum, qui diuinus ignis est, confertur.

3 *Ferrum de ter. tol.* Per ferrum, quod omnia domat, intelligitur fortis contra aduersa: sed ad hoc exigitur vt à terrenis desiderijs tollatur.

4 *Et la. ca, so. in æs ver.* Nam cor prius lapideum, si calore spiritus sancti penetretur, fit æs, id est sonorum ad diuinas laudes.

5 *Tempus po. te.* scilicet noctem.

6 *Et vniuerso. fi. &c.* attingit enim à fine vsque ad finem fortiter Sapien. viij. a.

7 *Lapidem quo. ca.* id est dæmonem cùm angelis suis.

† 1 E

autorem vitæ noluit videre, quem per prophetiam prędixit: lapis fuit caliginis, qui & crudelitate durus extitit, & infidelitate nebulosus. Qui etiam vmbra *mortis* dicitur, id est diaboli, quia illius iniquitatem sequens, eius in se imaginem expressit.

c.8. & 19. †creuit torrens ab hatante iuxta illum, & obliuioni traditur, à pede, id est, ita creuit vt habitari nec pedibus vadari possit: eleuatæ sunt (sub. aquæ) præ homine, vel supra hominē & mouentur. Dan. 7. b. †vel bestiæ rapaces aut filij superbi

a *Diuidet torrens à pop.* GREG. Torrentis autem nomine, ignis à conspectu iudicis in examine egrediens, & electos & reprobos diuidens, vocatur: vnde prophera: *Fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius.* Peregrinus autem populus, omnium est numerus electorum, qui hanc viam sibi exilium deputantes, ad supernam patriam tota cordis intentione suspirant. Vel, nomine torrentis potest irrigatio sanctæ prædicationis intelligi.

a ¶ Scilicet.

& vmbram mortis † diuidet torrēs à populo peregrināte, eōs

a ¶ Hic Iudæa qualis antè fuit vel quid modo pertulit subdit. ¶ Iudęa.

quos oblitus est pes egentis hominis, & inuios. Terra de qua

a ¶ Verba legis proferebat. b ¶ Locus est superbia de qua nasci solent inuidia, id est ideo arsit inuidia, quia superbiam non reliquit. c ¶ Adhuc eam describit, ex precedente gloria augetur sequens culpa.

oriebatur pānis in locō suo † igni subuersa est. Locus sapphiri

a ¶ Mentes fortium. b ¶ In prophetis & doctoribus. c ¶ Humilitatem quæ ad alta leuat.

lāpides eius, & glębæ illius aurum. Semitam ignorauit a-

a ¶ Intentionem mortis, qua nos reformat. b ¶ Vultur dum volat, si videt cadauer ad illud declinat, sic filius Dei. c ¶ Ab eius vocatione cessant doctores, quæ patres apostolos repulit.

uis, nec intuitus est eam oculus vulturis. Non calcauerunt

eam † filij institorum, nec pertransiuit per eam leæna.

¶ Sed. ¶ Gentiles. a ¶ Fortitudinem prædicationis. b ¶ Quia quos exhaurit à terrenis, supernis irrigat.

Ad silicem extendit mānum suam, subuertit à radici-

b ✻✻ *Eos quos oblitus est pes egentis.* Quis hoc loco alius accipitur egens homo, nisi ille de quo per Paulū dicitur, *qui propter nos egenus factus est, cum diues esset?* Cuius videlicet egentis hominis pedes sancti prædicatores fuerunt, per quorum præsentiam gentilitatem circuiens, mundum perambulauit vniuersum; de quibus per prophetam dicitur, *& inambulabo in eis;* Eius pes erat is, qui tentus in compedibus dicebat, *Pro quo legatione fungor in catena.*

ibid. 2. Cor. 8.

Ephes. 6.

Eos quos oblitus, id est Iudæos, quos pedes & prędicatores Domini secundum humanitatem pauperis pro superbiæ tumore reliquerunt: Eorumqúe obliti sunt, dum prædicationis fuæ semina ad fructificationem solam gentium transtulerunt. Quos *inuios* dicit, quia verbis vitæ ad cor viam præbere noluerunt.

Ibidem.

c *Terra de qua orie.* Quia Iudæa & prius habuit legem quę reficeret, & post visis miraculis redemptoris, inuidiā, quæ cōcremaret.

ibid.

✻ NICETAS. Terra alia est sulphurea, alia seminibus apta. Ita alia gemmas, alia aurum producit: hanc sapientiam nulla auis, nullum animans brutum, solus homo nouit.

d *Locus sapphiri lapides eius.* GREGO. Sapphiri, coloris aërij sunt. Et hoc dicit, quia nunquam de Iudæa animæ sanctæ, quæ cœlestem vitam ducerent, defuerunt:

ibid.

e *Et glębæ illius.* Glebas dicit collectiones singulorum ordinum, prophetarum, doctorum, qui magna se infusione gratiæ in professionis & operis vnanimitate tenuerunt. Glebæ enim ex humore & puluere constringuntur. Aurum autem dicuntur, qui virtute vitæ & sapientia claruerunt. Sed cur bona perdidit, sequitur:

f *Semitam ignorauit.* Hoc loco auis nomine ille signatur, qui corpus carneum quod assumpsit, ascendendo ad æthera liberauit. Iudæa semitam ignorauit auis, quia humilitatis Christi vias, quibus nos ad alta subleuauit, cōsiderare noluit.

Ibidem.

g *Nec intuitus est oculus.* Redęptor noster vulturis appellatione designatur, qui manens in altitudine diuinitatis suæ, quasi quodam volatu sublimi cadauer nostræ mortalitatis conspexit in infimis, & sese de cælestibus adima submisit: Et dum animal mortuum petijt, mortem apud nos inuenit. Sed huius vulturis oculus fuit intentio nostræ resurrectionis. Ille ergo populus conspexit quidem vulturem, sed oculos vulturis non aspexit: vnde & eius prædicatores repulit, de quibus subditur:

† & sub ea euertitur vel eruitur sicut ignis. Ibidem.

h *Non calcaue. eam fi. in.* Institores sunt qui spirituale negotium gerunt, qui prædicationem suis auditoribus præbent, vt ab eis fidem & opera recipiant recta. Hi erant prophetæ, quorum filij apostoli nuncupantur: qui Iudæam calcarent, si eius vitia calce virtutis premerent. Vel, institores, sanctæ Ecclesiæ prædicatores accipimus: institorum filios, pastores & doctores.

Ibid. c. 20.

i *Nec pertransf. per eam leæna.* Leæna dicitur ecclesia, quia malè viuentes in vitijs ore prædicationis sanctæ interficit: vnde Petro dicitur: *Macta, & manduca.* Ecclesia itaque per Iudæam transijt, sed non pertransijt: quia ex illa paucos ad fidem rapuit, sed tamen infidelem populum à perfidia funditus non extinxit. Sed à Iudæis repulsa quid fecit?

Ibidem. Act. 10. b.

k *Ad silicem ex. ma. suam.* Quia ad duritiam gentium brachium suæ prædicationis misit.

ibid.

l *Subuertit à radicibus montes.* Radices, cogitationes intimæ superborum: Montes à radicibus sunt euersi, quia seculi potestates ad colendum Deum ab intima cogitatione ceciderunt.

Ibid.

☞ Ni-

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Et vmbram mortis, *quantùm ad profunditatem vallis.*

2 Diuidet torrens à populo pere. *Ex talibus etiam montibus descendunt aliquando torrentes, iuxta quos est via inter montes; & ex altera parte torrentium habitant aliquando aliqui pauci homines, inter quorum habitationem, & viam prædictam diuidunt torrentes, prohibentes accessum ad habitatores montium: & hoc est quod dicitur,*

Diuidet torrens à populo pere. *id est perambulante per viam prædictam;* Eos quos oblitus est pes hominis egentis, *id est, habitatores prędictos montium, ad quos non est accessus etiam pauperum, qui solent circumire loca, etiam difficilia, ad mendicandum.*

3 Terra. *Hic consequenter ostendit propositum in lapidibus pretiosis, di.* Terra de qua oriebatur pa. *id est, bladum, de quo panis efficitur.*

4 In loco suo. *Quia aliquando contingit, quòd sub terra habitabili & arabili sunt venę sulphureę, ex quibus accenditur aliquando ignis, per modum vaporis intra terram inclusi, & fit terræmotus subuertens terram illam, reddendo eam inhabitabilem: tamen sunt ibi aliquando lapides pretiosi ratione caloris & sulphuris. vnde in iiij. Meteororum secundum translationem antiquam dicitur, quòd alchimistę, qui nituntur metalla & lapides sophisticare, maximè vtuntur sulphure: ideo subditur,*

5 Locus sapphi. *Quia inter lapillos illius terræ generatur sapphirus.*

6 Et glebæ illius aurum, *id est, minera auri.*

7 Semitam ignorauit auis. *id est per illam terram sic subuersam, ibi aues non volitant, quia non est apta ad nidificandum, nec ad quęrendum pastum earum.*

8 Non calcauerunt eam filij institorū, *ad vendendum mercimonia sua.*

9 Nec pertransiuit per eam leæna. *Per omnia ista dat intelligere, quòd talis terra non est apta habitationi hominum, animalium, seu auium, tamen est Deo nota vsque ad minima, ideo subditur:*

10 Ad silicem exten. manum suam. *id est potestatem suam, quod probat per effectum, dicens.*

11 Subuertit à radicibus montes. *Quorum radices sunt silices.*

✻ 1 In

MORALITER.

† 1 *Et vmbram mortis*, id est, cateruam præscitorum ad gehennam.

2 *Diuidet torrens*, diuinæ sapientiæ.

† *A populo pere.* id est, ab electis tendentibus ad patriam: & hæc diuisio fiet quando dicetur illis, *Ite maledicti, &c.* & istis: *Venite benedicti, &c.* Matth. xxv. c. Sed modo simul habitāt in hoc mundo.

† *Quos oblitus est pes egentis.* id est affectio Christi qui fuit egenus pro nobis.

† *Et inuios*, scilicet, Deo, per gratiam, ad quam non reuertentur.

3 *Terra, &c.* hoc est Iudæa, in qua per legem & prophetas oriebatur panis verbi diuini, sed per ignem inuidiæ contra Christum fuit subuersa, & sterilis effecta.

5 *Locus sapphiri.* per quos intelliguntur prophetæ contemplatores cælestium, quia sapphirus habet colorem cælicum.

6 *Et glebæ illius aurum.* id est patriarchæ fulgentes auro sapientiæ: ex istis verò qui fuerunt in Iudęa, grauior apparet infidelitas sua, de qua subditur:

7 *Semitam ignor. auis.* euangelium Christi renuit, qui de cælo pro prædicatione eius aduolauit.

† *Nec intuitus.* Sicut Christus typum auis tenuit in prædicatione, sic vulturis in passione: tunc enim sicut vultur declinauit ad locum cadaueris, qui à caluarijs decollatorum ibidem, mons Caluariæ dicebatur; sed oculus vulturis non vidit Iudæam, quia Christi passio illi non profuit ad salutem.

8 *Non calcauerunt eam filij institorum:* id est prædicatores ecclesiæ, qui sunt filij prophetarum & apostolorum, nam à Iudæa repulsi transierunt ad Gentilem populum conuertendum.

10 *Nec pertransiuit per eam leæna.* id est ecclesia, quæ bene leæna dicitur, sicut & Christus dicitur leo de tribu Iuda.

10 *Ad silicem.* Post obstinationem Iudęorum hîc ponitur vocatio gentium, quæ lapides dictæ sunt, eò quòd lapides coluerunt: dicit igitur, *Ad silicem extendit.* Gentilitatem vocando ad fidem.

10 *Subuertit.* Quia principes, qui erant in idololatria radicati, conuertit ad fidem Christi.

☞ ✠ NICETAS. Homo à Deo commonefactus nihil intactum reliquit, sed omnes venas fontium & metallorum perscrutatus est.

a *In petris riuos excidit, &c.* GREG. id est in duris gentium cordibus fluuios prædicationis aperuit.

b *Et omne pretiosum vidit oculus eius.* Vidit Deus pretiosum, cũ humanam animam de se abiectam sapientię gratiæ suæ illustratione respexit.

c *Profunda quoque.* Profunda fluuiorum scrutatur dominus, & absconditа producit in lucem: quia antiquorum caliginosa dicta eo donante nunc expositio spiritualis illustrat. Sed quia dicta Dei sine eius sapientia non penetrantur, de inuestiganda eadem verba, subiungit:

Duo proposuit, & duo subdit respondendo, non soluendo sed augendo quod obijcit. Duo proponit, de loco, & de pretio. Constat autem quòd nec hominis sapientia loco teneri, vel rebus emi potest. Non tamen de creata, sed de creante sapientia mysticè loquitur. Alioquin inferius post aurum quod carius, quomodo vitrum pro immensa laude dicit ei non posse æquari? Non soluendo ergo sed augendo, quod obiecerat dicit: Sapientiam autem dicit Christum, *Dei virtutem & Dei sapientiam.* Huius homo pretium nescit, quia nullum dignum operis meritum, quo illam percipiat, inuenit: *Gratia* quippè *redempti sumus*, & nullo merito nostro sapientia Dei venit ad nos.

d *Sapientia verò, etc.* ✠ NICETAS. Nonnulli sapientiam intelligunt, rationes opifices, quibus Deus mundum condidit ac moderatur: alij, veram religionem & pietatem.

e *Nec inuenitur in terra.* Terram, humanam animam dicit. Hæc sapientia in terra suauiter viuentium inueniri non potest: quia quisquis adhuc huius vitæ voluptatibus pascitur, ab æternæ sapientiæ intellectu separatur.

f *Abyssus dicit.* Abyssus dicit corda hominum, quæ & per lapsum fluida, & per duplicitatis caliginem sunt tenebrosa. Quæ nimirum abyssus, non esse in se hanc sapientiam profitetur: quia iniqua mens dum esse sapiens carnaliter appetit, stultam se ad spiritualia ostendit. Abyssus sapientia mundi, quæ stulta apud Deum dicit, iniquis operibus.

g *Mare loquitur non.* inquietorum mentes, Israel habet sabbathum: Ægyptus muscas, id est inquietudinem. *Et mare loquitur, non est mecum.* Nullus quippe eam plenè recipit, nisi qui ab omni se abstrahere actionum carnalium fluctuatione contendit. Et perturbatę mentes secularium eo ipso clamant, quoniam à vera sapientia longè sunt, quò quietæ non sunt. Quia verò hæc sapientia incarnanda erat, vt ad redimẽdum genus humanum non sanctos angelos, non sanctos homines mitteret, sed per semetipsam veniret: Sequitur,

h *Non dabitur aurum obrizum pro ea.* Aurum obrizum sancti angeli nuncupantur, qui in ea, in qua sunt conditi, innocentia perdurantes, & fulgent claritate iustitiæ, & nullis maculantur sordibus culpæ. Sed nullus eorum ad redemptionem hominum missus est. *Non dabitur aurum obrizum.* Homines aurum possunt esse, sed non obrizum, quia fulgent, sed non sine contagio culpæ.

i *Nec appendetur argentum in commutatione eius.* Quia vita iustorum prædicantium, vel eloquia Dei scribentium, quantalibet sanctitatis luce polleat, aduentum nobis supernæ sapientiæ per suam præsentiam non communicat.

k *Non conferetur tinctis Indiæ coloribus.* Per Indiam hîc mundus accipitur, in quo vita hominum per culpam obscura generatur. Tincti colores Indiæ sunt huius mundi sapientes, qui prius per infidelitatem, & plerumque per actionem fœdi, ante humanos oculos superductæ honestatis colore fuscantur: & cum rerum virtute careant, aliud se esse, quam sunt, verborum compositionibus, quasi superinductis coloribus mentiuntur, à quibus longè sapientia Dei distat. Mandata Dei sine eloquentia placent, & vestis sine tinctura.

l *Nec lapidi sardonyco.* Sardonycus terræ rubræ similitudinem tenet, sapphirus aëream speciem: Per sardonycum ergo homines, vel patres ve. test. terrena quædam sectantes; Per sapphirum noui testamenti prædicatores, cælestia sola quærentes, vel angeli accipiuntur.

☞ a *Non adæ-*

---

a ¶ Ex duris cordibus fluuius prædicationis emanat. b ¶ Sibiipsi despectus, Deo est magnus.

a bus montes: In pẽtris riuos † excîdit, & omne pretiosum vîdit
¶ Elegit. a ¶ Iudæus superficiem videt. ¶ Facit scrutari.

oculus eius. † Prõfunda quoque fluuiorũ scrutatus est, & absb condita produxit in lucem. † Sapientia verò vbi inuenitur? &
a ¶ Mens enim quæ intelligit ea iuste loquitur. b ¶ Non dicitur esse pretium & nesciri, sed ideo nesciri quia deest.

c quis est locus intelligẽtię? Nescit homo † pretiũ ei⁹, nec inueni-
¶ Nam si vere saperent, in hoc exilio potius lugerent. a ¶ Ad id respicit quod supra dixit: Sapientia vero vbi, &c.
¶ Non dicit vbi sapientia sit, sed vbi non sit.

d tur in terra suauiter viuẽtiũ. Abyssus dicit, nõ est in me, & mare
a ¶ Ad id respicit quod dixit: Nescit homo pretium, &c. ¶ Non dicit quid sit eius pretium, sed quid non sit.
¶ Nec Moyses est auctor salutis, qui indicat mala, non sanat.

e g loquitur, nõ est mecũ. Nõ dãbitur aurũ obrizũ per ea, nec ap-
a ¶ Sed nec honestas vitæ philosophis sufficit.

f h pẽdetur argẽtũ in cõmutatione eius. † Nõ cõferetur tinctis In-
a ¶ Nec hi lapides pretiosissimi, sed hos elegit qui mystice aliud signant.

g dię coloribus, nec lapidi sardonyco pretiosissimo vel sapphi-

1 perturbatę mentes secularium eo ipso clamant, quoniam à vera
2 sapientia longè sunt,
3 quò quietæ non sunt.
4 Quia verò hæc sa-
5 pientia incarnanda e-
6 rat, vt ad redimẽdum
7 genus humanum non
8 sanctos angelos, non
sanctos homines mitteret, sed per semetipsam veniret: Sequi- E
9 tur,
10 h *Non dabitur au-*
11 *rum obrizum pro ea.*
Aurum obrizum san-
cti angeli nuncupantur, qui in ea, in qua
sunt conditi, innocen-
12 tia perdurantes, & fulgent claritate iustitiæ, & nullis macu-
lantur sordibus culpæ. Sed nullus eorum ad redemptionem hominum missus est. *Non dabitur aurum obrizum.* Homines aurum possunt esse, sed non obrizum, quia fulgent, sed non sine contagio culpæ.

i *Nec appendetur argentum in commutatione eius.* Quia vita iustorum prædicantium, vel eloquia Dei scribentium, quantalibet sanctitatis luce polleat, aduentum nobis supernæ sapientiæ per suam præsentiam non communicat.

k *Non conferetur tinctis Indiæ coloribus.* Per Indiam hîc mundus accipitur, in quo vita hominum per culpam obscura generatur. Tincti colores Indiæ sunt huius mundi sapientes, qui prius per infidelitatem, & plerumque per actionem fœdi, ante humanos oculos superductæ honestatis colore fuscantur: & cum rerum virtute careant, aliud se esse, quam sunt, verborum compositionibus, quasi superinductis coloribus mentiuntur, à quibus longè sapientia Dei distat. Mandata Dei sine eloquentia placent, & vestis sine tinctura.

l *Nec lapidi sardonyco.* Sardonycus terræ rubræ similitudinem tenet, sapphirus aëream speciem: Per sardonycum ergo homines, vel patres ve. test. terrena quædam sectantes; Per sapphirum noui testamenti prædicatores, cælestia sola quærentes, vel angeli accipiuntur.

☞ a *Non adæ-*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 In petris riuos. *Quia per terræ motum aliquando apparet riuus transiens inter lapides, qui prius erat opertus.*

2 Et omne pretiosum, *quantuncunque occultum,*

3 Vidit oculus eius, *Quia nihil latet ipsum: ideo subditur,*

4 Profunda, &c. *Quia ea quæ sunt ibi occulta, sibi sunt nota.*

5 Et absconditа produxit in lucem, *id est, ad hominum manifestationem.*

6 Sapientia. *Postquam ostendit, quod illa quæ reputantur pretiosa in corporalibus, licet sint occulta, tamen labore & studio hominum possunt inueniri, quamuis cum difficultate: hic ostendit, quod hoc est impossibile de bono spirituali, cuiusmodi sunt gratia & virtutes infusæ, quæ intelliguntur nomine sapientiæ. Est enim sapientia sapida scientia, ideo includit cognitionem Dei et amorem, & per consequens gratiam & omnem virtutem infusam: quia sicut virtutes morales acquisitæ sunt connexæ ipsi prudentiæ, sine qua non possunt esse, nec econuerso, vt habetur vj. Eth. sic virtutes infusæ connexæ sunt cum gratia & charitate. Primò igitur ostenditur, quod huiusmodi sapientia includens prædicta non habetur virtute humana; Secundo ostendit à quo habetur, & quibus datur, ibi*, Deus intelligit viam eius; *Primum autem ostenditur ex sublimitate ipsius sapientiæ, cum dicitur:* Sapientia verò vbi inuenitur. *q. d. non est in loco determinato, vt sic ab hominibus inueniatur, sicut prædicta.*

7 Nescit homo pretium eius, *quia non potest comparari aliquo bono corporeo seu temporali.*

8 Nec inuenitur in terra suauiter viuẽ. *quia homines delectationibus carnalibus intẽti ad diuinas illuminationes et cõsolationes non sunt apti.*

9 Abyssus dicit. *id est facto ostendit. Et dicitur hic abyssus profundum oceani, vbi habitant pisces sapientiæ non capaces.*

10 Et mare loqui ur. *id est nauigantes per mare, qui quamuis per hoc possint bona temporalia acquirere, non tamen prædictam sapientiam.*

11 Non dabitur aurum obrizum pro ea. *id est valde purum, & dicitur ab ob & radio, as, eo quod habet colorem optimum.*

12 Non conferetur tinctis Indiæ. *id est lapidibus pretiosis & optimi coloris, qui maximè in India reperiuntur.*

✠ 1 Non

MORALITER.

† 1 *In petris.* quia gentibus fluenta gratia diuisit.

2 *Omne pretiosum.* Nam opus æternæ gloriæ dignum approbauit in gentibus.

4 *Profunda.* Quia profunda scripturarum per doctores ex gentibus conuersos scrutari fecit, Dionysiũ sci. & Aug. & huiusmodi.

5 *Et abscondita produxit.* Per eorum expositionem. Sed quoniam diuina maximè quantum ad propria personarum declarari non possunt, nisi per specialem Dei illustrationem, subditur:

6 *Sapientia vero, &c.* id est, Dei filius, qui est sapientia patris & intelligentia.

7 *Nescit homo pretium eius.* id est quibus meritis sit incarnata: quia nulla sufficiunt ad hoc, sed processit ex misericordia & liberalitate diuina.

8 *Nec inuenitur in ter.* id est in carnalibus hominibus, sed spiritualibus qui beneficio reuelationis diuinæ habent notitiam Dei habitantis in se. Sic enim dicebat Paul. ij. Cor. xiij. a, *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?*

9 *Abyssus dicit, &c.* Per abyssum intelligitur vir astutus, & per mare, turbulentus; in quibus non est ista sapientia, sed illa quæ terrena est, animalis, & diabolica.

12 *Non dabitur aurum obrizum*, nam in comparatione eius vilescunt omnia, quod significatur per omnia pretiosa hîc expressa.

† 8 *Volucres*

☞ a *Nō adæquabitur ei aurum vel.* GREG. Postquā dictū est, quòd aurū huic sapiētiæ nō cōparatur, adhuc quasi crescēdo subiungitur, quòd ei nec vitrum possit æquari, quod ad literam non procedit. In vitro quilibet liquor qualis continetur, talis exterius demonstratur. In auro & vitro accepimus sanctorū in superna patria societatem, qui beatitudinis claritate fulgebunt, & vniuscuiusque mentem ab alterius oculis membrorū corpulentia non abscondet. Qui etsi similes ei erunt, quia beatifiēt; non tamen adequantur, quia creatura sunt.

Lib. 18. c. 27.

† vel, adamas.

† coralia & gabis nomen lapidis pretiosi.

Ibidem.

b *Nec commutabuntur pro ea vasa.* Excelsum vas auri, Elias & Ioannes, & Ieremias: Sed quisquis Christū quemlibet eorū crediderit, vas auri excelsum & eminens pro sapiētia commutauit; quia ecclesia Christū non vnum prophetarum, sed dominū prophetarum credit.

B

c *Nec commemorabuntur in compara.* Quid enim sunt homines Deo cōparati? nihil.

Ibidem.

d *Trahitur autem sapientia.* Quia cum sit inuisibilis, nō nisi inuisibiliter inuenitur. Quæ *trahi* dicitur, quia sicut flatū trahimus vt corpus viuat: sic ab intimis sapiētię spiritus ducitur, vt ad vitā aīa subsistat; Et bene *de occultis*, quia hęc sapiētia latēter cordibus infūditur, vt de spiritu dicitur: *Ignoscis vnde veniat, aut quò vadat.*

Ibidem.

e *Non adæquabitur ei topazius.* Pro eo quòd omni colore resplēdet, topazion, quasi topantion vocatur. Et est sensus. Nullus sanctorum quibuslibet virtutibus plenus ex ista tamen nigredine mundi collectus æquari potest ei. Et vide, quia cum prius prætulerat eam angelis, antiquis patribus sanctis, glorificatis, prophetis, philosophis: nunc in isto loco specialiter hæreticos increpat qui homini Deo homines à peccatis conuersos æquant, cum isti sint filij per gratiam, ille per naturam, quod ostendit dum subdit:

C

f *Nec tinctura mundissimæ.* Mundissimæ tincturæ sunt qui humiliter custodiunt superuenientem in se virtutum gratiam. Tincti enim non essent, si sanctitatem naturaliter habuissent.

Ibid. c. 28. Esaiæ 53. b.

g *Unde ergo sapientia venit.* Quia ab inuisibili patre nascitur, eius via occulta est, vnde Propheta: *Generationem eius quis enar.* Locus verò intelligentiæ eius, est humana mens: Quia ergo inuisibilis est de quo prodijt, & incertum est nobis in cuius mente intellecta requiescat, rectè dicitur, *Unde ergo sapientia venit, & quis est locus intelligentiæ?*

Ibidem.

h *Abscondita est.* Quia quandiu hîc viuitur, videri Deus per suæ naturæ speciem non potest: per imagines verò visus est Mosi, Iacob, & alijs.

Lib. 19 c. 1.

i *Volucres quoque cæli latet.* Quia in hac carne corruptibili constituti, naturæ eius potentiam ipsi quoque videndo non penetrabant: qui iam per meritū sanctæ contemplationis volant. In scriptura sacra volucres aliquando in malo, aliquando in bono dātur intelligi. Per volucres namque nonnunquā potestates aeriæ designantur, bonorum studijs aduersæ, vnde veritatis voce dicitur: Quoniā semen quod secus viā cecidit, *venerunt volucres, & comederunt illud*; Quia nimirum maligni spiritus humanas mentes obsidentes, dum cogitationes noxias ingerunt, verbum vitæ à memoria euellunt. Et iterū: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos &c.* Nomine vulpium, dolosa & fraudulēta; Nomine autem volucrū, hæc eadem superba dæmonia designantur. At contra in bono volucras poni solent: Sicut in euangelio dominus cum similitudinem regni cælestis ex grano sinapis denuntiaret & dixit, Simile est grano sinapis, quod *acceptum homo misit in hortum suum & crevit, & factum est in arborem magnā, & volucres cæli requieuerunt in ramis eius.* Christus quippe est granum sinapis, qui mortis sepultura plantatus, arbor magna surrexit. Granum nanque fuit cum moreretur, arbor cum resurgeret: Granum per humilitatem carnis, Arbor per potentiam maiestatis. Huius arboris rami, sancti prædicatores, de quibus: *In omnem ter. ex. so. eorum, &c.* In istis ramis volucres requiescunt, quia sanctæ animæ, quæ quibusdam virtutum pennis à terrena cogitatione se subleuant: in eorum dictis atque consolationibus ab huius vitæ fatigatione respirant.

D

Matt. 13. a.

† Pretiosior est sapiētia margaritis.

† auro mūdo æstimabitur. Mat. 8. c.

F

Lucæ 13. d.

k *Perditio & mors dixerunt, &c.* GREG. Quia videre Deum, hoc est quod habere: ideo iniqui hanc sapientiam non vident, quia repulsi per superbiam nequaquam habere potuerunt. Famā autem eius audisse, est eius potentiam ex virtute cognouisse.

F

Ibid. lib. 19. c. 2.

l *Deus intelligit viam.* Acsi dicat: Deo notum est vel quando per carnem ad homines sapientia veniat, vel quomodo apud patrem inuisibiliter (etiam cum fores aperuerit) persistat. Locus enim nō localis sapientiæ pater est, iuxta illud: *Ego in patre.* Vel Deus intelligit viam eius, quia solius diuinæ visionis est cernere, vel quibus modis sapientiæ intellectus ad cor hominis veniat, vel cuius mens intellectum vitæ quem percepit, non amittat. Sed quia hæc sapientia per carnem manifestata, in cunctis mundi partibus electorum fuerat corda repletura, Sequitur.

Ibid. c. 3.

m *Ipse enim mundi fines intuetur.* Respicere Dei, est perdita ad gratiam reformare.

Dei respicere.

n *Qui fecit ventis ad pondus* Velocitate & sublimitate ventorum

Ibid. c. 4.

☞ in scriptura

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Non adequabitur ei aurum. *in pretiositate.*

2 Vel vitrum. *in perspicuitate, quia clara est & nunquam marcescit, vt habetur Sap. vj.*

3 Trahitur autē. &c. *Sapiētia enim prędicto videlicet modo dicta, ita occultè conceditur, quòd latet etiam eos quibus datur: secundum quod dicitur Ecc. ix. a.* Nescit homo vtrū amore an odio dignus sit.

4 Non adæquabitur ei topazius. *Lapis enim huius speciei melior inuenitur in Æthiopia, quam alibi.*

5 Nec tincturæ mundissimę componentur, *id est, simul ponentur in pretio. Et vocatur hic tinctura mundissima panni sericei pretiosissime tincti. Et omnia ista dicta sunt ad ostendendum, quod omnia corporalia quantuncunque pretiosa, non possunt sapientiæ comparari, ideo subditur.*

6 Vnde ergo sapientia venit. *q.d. non potest haberi per industriam hominum. ideo subditur:*

7 Abscondita. *Nec etiam per angelos potest conferri, ideo subditur:*

8 Volucres quoque cęli latet. *id est angelos, qui quibus, & qualiter sit danda nesciunt, nisi habuerint ex reuelatione diuina.*

9 Perditio & mors dixerunt, *id est diabolus & infernus.*

10 Auribus nostris audiuimus famam eius. *Dæmones enim & homines damnati de ista sapientia bene loqui audierunt, sed non consecuti sunt: & ideo bene dicitur,* Audiuimus famam eius, *sed non præsentiam eius percepimus.*

11 Deus intelligit, *Hic cōsequēter ostēditur à quo, & quibus ista sapiētia datur cum dicitur:* Deus intellig. viam eius. *i. qualiter debeat dari.*

12 Et ipse nouit, &c. *id est quibus debeat conferri, secundum dispositionem suæ prædestinationis, quod probatur, cum dicitur:*

13 Ipse enim fines mun. intuetur &c. *i. omnia tempora & loca, & omnia quæ fient in eis, & sunt facta.*

14 Qui fecit ventis pondus: *dando eis inclinationem sui motus. Inclinationes enim rerum, sunt pondera earum. Unde dicit Aug.* Amor meus pondus meum, eò feror, quocunque feror.

☞ 1 Et aquas

MORALITER.

† 8 *Volucres quoque cæli latet.* id est, dæmones, qui dicuntur volucres. Matt. xiij.

9 *Perditio & mors dixerunt &c.* Licet enim angeli, ante casum de cælo, clariorem cognitionem habuerunt quā homines, tamen non viderunt diuinam essentiam, nec propria personarum.

11 *Deus intelligit viam eius.* id est processum eius per naturam à patre; & processum eius in mente per gratiam.

12 *Ipse nouit locum eius.* scilicet sinum patris, & secretum mentis.

14 *Qui fecit ventis pondus,* superbos humiliando.

† 1 *Et aquas*

☞ in scriptura solent animæ signari, quas dum superna gratia replet maturitate indita graues reddit, vt ab intentione Dei non leui motu dissiliant. Vel ventis pondus facere, est concessam hic electis de virtutibus gloriam permista infirmitate temperare.

a *Et aquas appendit &c.* GREG. Aquas dicit mētes spiritusancto repletas, quas appendit in mēsura, quia sancti qui spiritu leuante ad

a ¶ In hoc virtus eius apparet.

b ¶ In hoc custodia ex sua infirmitate.

a b tis pondus, & aquas appendit in mensura. Quando ponebat

a ¶ Quia spiritus & verbum patris; quod si potest sciri, dixit homini quod inde potest capere.

B summa rapiuntur, ne † fulguri & tonitruis Iohā. 14. b. aliqua elatione superbiant, quibusdam tētationibus reprimūtur. Leuat quidē, sed cum mēsura: nō quātum volunt, proficiunt, ne eleuent. Elias mira fecit, sed mulierem fugit, timore perculsus.

c pluuiis legem, & viam † procellis sonantibus. Tunc vidit illā, &

d enarrauit, & præparauit, & inuestigauit, & dixit homini: Ecce

e a ¶ Initium sapientiæ timor domini. Psa. 110. b

f timor domini, ipsa est sapientia: & recedere à malo, intelligētia

Ibidem b *Quando ponebat pluuiis legem.* Pluuia, prædicantium dicta, quæ

C blandè suadent, sunt. Prædicatori lex est posita, vt viuendo impleat quod suadet. *Procellas sonantes*, dicit verba terribilia de venturo iudicio. Viam autem procellis posuit, cum prædicatoribus suis, ad corda terrore iudicij percussa aditum fecit. Prius autem lex ponitur, vt postmodum via pandatur: quia illa vox cor auditoris penetrat, quæ hoc quod sonuit, opere conseruat.

Ibid. c *Tunc vidit illam, & enarrauit.* Hanc incarnatam sapientiam vidit, id dit, id est videri fecit; & enarrari, à prædicatoribus præparari, & D inuestigari ab auditoribus fecit. Sibi quippe illam præparat, quisquis illam bene viuendo in diē iudicij propitiam habere curauit Ibid.

d *Vidit illam. &c.* Vidit, quia species est; enarrauit, quia verbum; præparauit, quia remedium; inuestigauit, quia occultū. Notandū

1 quòd hæc quatuor
2 prædicta ipsi Deo
3 Dei filio cōueniunt.
4 ✻✻ Sed hoc quod Ibid.
5 æterna dei sapientia
6 species patris & ver- E
7 bum dicitur, quando
8 ab humana mēte pe-
† netratur? quis nāque
9 intelligat, vel verbū

sine tempore, vel speciem sine circumscriptione? Dicendum ergo erat aliquid, quod de illa homo cognosceret in se: Vnde subditur.

e *Et dixit homi. &c.* Quia naturam sapientiæ penetrare non Ibid. c. 6. possumus, quid sit in se ex condescensione Dei audiuimus, quid F sit in nobis. Namque hanc habere certum est, quem timere Deum incertum non est.

f *Ecce timor domini ipsa &c.* q.d. Si Deum times, constat quia sapientia plenus es, quæ apud hominē timor domini vocatur. Sed quia ille verè vim diuini timoris intelligit, qui se ab omnibus prauis operibus custodit, subdit: *Et recedere à malo, intell.*

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et aquas appendit in mensura, *continens eas infra limites oceani, ne effundant se super aridam.*

2 Quando ponebat pluuiis legem, *vt certis temporibus descenderent, & certis modis, scilicet guttatim, & non totum simul, prout expedit terranascentibus.*

3 Et viam procellis sonantibus, *id est, vndis maris sonitum ex sua concussione generantibus.*

4 Tunc vidit illam., *in seipso, in quo omnia contuetur: & licet ista intuitio sit ab æterno, tamen dicitur speciali modo vidisse, quando ex sapientia sua æterna mundus processit in effectu in tempore: de cuius productione loquitur, vt patet ex dictis. Et quia non solum sapientiam in seipso vidit, sed etiam eam communicauit angelis & hominibus, qui sunt capaces ipsius, ideo subditur:*

5 Et enarrauit, *angelis eam communicando, omnibus, secundum illos, qui dicunt eos fuisse creatos in gratia; vel bonis tantum, secundum, alios, quia hic est sermo de sapientia prout habet annexam gratiam, vt patet per prædicta.*

6 Et præparauit, *dando eam hominibus, quę datio dicitur quędam præparatio, inquantum prius saltem ordine naturæ creauit animam humanam capacem gratiæ tanquam præparans locum sapientiæ.*

7 Est inuestigauit, *id est, inuestigari fecit, quod est quando ex prima gratia diuinitus data proceditur per meritum ad gratiæ augmentū, sicut in speculabilibus inuestigatio est processus à principijs ad conclusiones.*

8 Et dixit homini, *id est, ipsi Adę, & alijs sanctis, quibus inspiravit, quod subditur:* Ecce timor domini ipsa est sapientia.

9 Et recedere à malo, *Sicut intellectus, qui est habitus principiorum, est principium scientię, quę est habitus conclusionum: Sic intelligentia* Intellectus *suo modo est principium sapientię, de qua hic est sermo. Intelligentia autem ista est recedere à malo, quia hic recessus est principium accedendi ad Deum, per hoc quòd anima ipsi Deo totaliter subditur, vt instinctū & voluntatem Dei totaliter sequatur: & ista subiectio includit gratiā & virtutes infusas, secundum quod dicitur Ro. viij. c.* Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. *Et talis subiectio ad Deum propriè dicitur timor, qui est spiritus sancti donum: cui annectuntur gratię & virtutes infusæ. Et sic patet, quòd* timor Dei *bene dicitur* sapientia *de qua hic est sermo:* Et recedere à malo, intelligentia: *Et sic etiam patet magnitudo boni quod confertur iustis, etiam in præsenti: propter quod verè dicuntur felices, licet bonis temporalibus careant; & impij, verè sunt miseri, licet bonis temporibus abundent.*

☞ CAP.

MORALITER.

† 1 *Et aquas appendit &c.* vnicuique dans sapientiam secundum propriam virtutem.

2 *Quando ponebat pluuijs legem.* dirigendo linguam doctoris secundum auditorum capacitatem.

3 *Et viam procellis sonantibus*, quod fit, quando per sonum prædicationis incutit iudicij futuri terrorem mentibus humanis

4 *Tunc vidit illam*, id est videri fecit: quia per talia cognoscitur, imperfectè tamen.

8 *Et dixit homini*, per scripturas & doctores.

† *Timor domini. &c.* Timor enim filialis habet annexum sapientiæ donum.

9 *Et recedere à malo*, quia per talem recessum mens hominis purgatur, & sic ad primæ veritatis intelligentiam eleuatur.

† MORA

ADDITIO I.

In cap. xxviij vbi dicitur in postil. Habes argentum venarū suarum princi. *Circa illa quæ continentur in hoc ca. præter ea quæ in postil. traduntur videntur tria notanda: primum est quod Iob intendit instruere socios, quibus in præcedenti ca. dixerat:* Docebo vos per manum Dei, *vt cū pro inueniendo, seu acquirendo bona temporalia pretiosa, vt aurum & argentum, & pretiosos lapides diligenter homines laborent, vt patet ex loco & modo inuētionis eorum, de quibus hic agitur: peramplius & diligentius debet laborare pro bonis spiritualibus, (quę per sapientiam intelliguntur) acquirendis, cum sint inæstimabiliter meliora, quia vt dicit,* Nescit præ. &c, non adæquabitur ei au. *&c. per quem modum sapiens exhortatur filium per disciplinam suam, Pro. ij. a.* Si quæsieris eam (*f. sapientiā, de qua ibi loquitur*) quasi pecuniam & quasi thesauros effoderis illā, tunc intelliges timorem, domini, & scientiam Dei inuenies. *Secundum est, quòd Iob intendit socios prędictos docere, quòd præcipua bona temporalia, vt metalla & pretiosi lapides, de quibus hic facit mentionem, habent suę emanationis principia subtus terram, & in profundis fluuiorum sunt absconditа, vt in hoc ca. traditur. Ex quo patet, quòd non sunt excellentis naturę seu conditionis: secundum enim ordinem naturę diuinitus institutum, illa quę altiorem locum tenent, altioris dignitatis sunt, vt patet de regione empyrea respectu ętherea, & de ętherea respectu elementaris. Sapientia vero, de qua hic agitur, etiam si intelligatur de sapientia creata, quę gratiam & virtutes infusas importat; habet emanationem immediatam à summo rerum principio: vnde cōcludit,* Deus intelligit viam eius, &c. *Ex quo*

Ex quod sequitur, quòd huiusmodi sapiētia à Deo procedēs inæstimabiliter excedit bona alia ab inferioribus emanātia, in quo conformatur Iob sapienti, qui Prou. ij. cap. supradicto postquam discipulum suum erudiendo dixerat, Si quæsieris sapientiam quasi pecuniam, & quasi thesauros effoderis illam, &c. *subiungit:* Quia dominus dat sapientiam, ex ore eius scientia. *q.d. eminentior est sapientia quæ à summo Deo procedit, quam thesauri quos fodiendo in terra inuenis. Tertium est quod Iob in hoc cap. & in præced. voluit informare socios de illis virtutibus, de quibus Deus ipsum Iob commendauerat. Fuerat enim Iob cōmendatus a Deo de quatuor virtutibus, de quibus dicitur in principio libri: Iob erat vir* simplex & rectus, timēs Deū, & recedēs à malo. *Vnde de simplicitate quę est quædam innocentia, dixit in præc. ca.* Donec deficiam, non recedam, ab innocentia mea; *De rectitudine verò, quæ consistit quodāmodo in perseuerādo in bono proposito indeclinabiliter incedendo, dixit ibidem,* Iustificationem meam quam cœpi tenere, non deseram; *De timore verò Dei, & recessu à malo concludit in hoc ca. finaliter, dicens:* Ecce timor domini ipse est sapientia, Et recedere à malo, intelligentia. *q.d. socijs, ista sunt quæ à Deo habui, & ideo non abscondam à vobis, sicut ea præmisit,* Docebo vos per manum Dei, quæ omnipotens habuit. *q.d. in me non abscondam &c.*

ADDITIO. II.

In eo. c. xxviij. vbi dicitur in postil. Tūc vidit illam in seipso. *Hoc quod dicitur:* Tūc vidit illā &c. *in glo. interline. de sapientia incarnata, sic exponit:* Tūc vidit illā. *i. videri fecit, & enarrauit per ora prædicantiū: & præparauit in cordibus auditorū, & inuestigauit occulta &c.*

REPLICA. In ca. xxviij. vbi postillator illum passum: Tũc vidit illã, *exponit de sapientia creaturis communicata per modum gratię infusæ. Bur. dicit glo. interli. exponere de sapientia incarnata ad literam: sed Bur. falsò allegat glossam interlinearem, quia nec illa, nec quęcunque alia sic exponit per literam, sed per allegoriã. Ait enim incarnatã sapientiam:* Tunc vidit, *id est videri fecit. Manifestum est autem per processum literæ, quod hic ad litteram non dicitur de Christo: quia litteraliter fit comparatio bonorum spiritualium ad transitoria prout in postilla.*

CAP. XXIX.

A 1 *Addidit quoque Iob etc.* ✠ NICETAS. Coactus Iob se laudat diuina id volẽte prouidẽtia vt sanctorũ virorũ expressas, quas imitaremur, haberemus imagines. GREG. In hoc vltimo sermone, vltimũ tẽpus ecclesiæ designat, quando aduersarios suos, id est carnales & hæreticos vel Gentiles (quos nunc studet sapientię autoritate cõprimere) effreni iactãtia elatos, cogitur irrisa tolerare. Beatus autem Iob typum ecclesiæ tenens, quæ tũc in augustijs erit, & tamen reminiscetur nostrę quietis, & sua trãsacta narrat, & alijs ventura denuntiant. Ecclesia enim tantis premetur malis, vt hæc nostra misera tẽpora cum suspirio desideret, vnde dicit:

lib. 19. c. 7. & 8.

B C

CAP. XXIX.

a ¶ In figuris se mysteria loqui innuit.

Addidit quoque Iob assumens parãbolam

a ¶ Ecclesia tantis premetur malis, vt hæc nostra tempora misera cum suspirio desideret.

suam, & dixit: Quis mihi tribuat, vt sim

a ¶ Qualis in illis mensibus fuit enumerat, modo infirmi in sinu pacis custodiuntur, sed tunc cadent.

iuxta mẽses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me? Quando splẽdebat lucerna eius super caput meũ, & ad lumẽ eius ambulabã in tenebris? Sicut fui in diebus adolescẽtiæ meę, quando† secretò Deus erat in tãbernaculo meo. Quando erat omnipotẽs mecũ, & in circumitu meo pueri mei. Quando lauabã† pedes mecũ butyro, & petra fundebat mihi riuulos olei.

¶ His verbis non immeritò etiam simulatio religionis plangitur, quia nonnulli etiam nunc Christiani esse non appetunt, sed videri; quibus videlicet Deus in publico est, non in secreto.

a ¶ Vt intus secreto proficerem. ¶ Et etiam extra custodiuit.

Ibid. c. 7.

b *Quis mihi tribuat, vt sim &c.* Statutus dierum numerus menses vocantur. Nomine autem mensium collectiones signat animarum: reminiscetur ergo ecclesia quanta prædicationis suæ collectis animabus lucra reportabat.

Congruè vltimus sermo agit de vltimis temporibus, quando erit error apertus qui modo occultus est.

c *Menses pristinos.* Dies cum colliguntur in mensibus subtrahuntur; quia ecclesia dum lucentes animas colligit, in intimis abscondit. Vel, mensis, pro perfectione ponitur, quæ erit eis in requie, quibus nunc est in operatione, cuius nunc reminiscitur ecclesia.

Ibid. d *Secundum dies, &c.* Quia se tunc in deficientibus ex persecutione æstimabit cadere, quæ se nunc in istis respicit custodiri.

Ibid. e *Quando splendebat lucerna, &c.* Lucerna lumen sacræ scripturæ vocatur. Nunc ergo lucerna super caput ecclesiæ splendet, quia sacra eloquia tenebras nostrę mentis irradiant. D

✠ OLYM. lucerna est Diuina lex & ratio quæ in mente Iob loquebatur.

f *Et ad lu. eius &c.* GREG. Ecclesia, etsi alienę cogitationis occulta nõ penetrat, quia qua si faciem Dei non cognoscit in nocte, ponit tamẽ gressus boni operis directo lumine supernæ locutionis. Vbi supra.

g *Sicut fui in diebus adolescẽtię.* Adulta erat ecclesia, quãdo repleta spiritu per prædicationis ministeriũ in filiorũ cõceptione fœcundabatur. Paruula ecclesia, vbera nõ habuit, cũ antequã proficeret, nullos prædicatione fouit. Adulta, quãdo verbo Dei copulata, filios prædicãdo generat: sed tũc erit senio sterilis quasi quodam senio fœtigata, cum per prædicationem filios parere non valet. Ibid. c. 9. E

† societas (vel abscõditũ) Dei erat.

† vel vias meas (aut gressus meos. F

h *Quando secretò Deus erat in ta.* Tabernaculum habitationem mentis dicit. Quisquis autem mandata Dei tacitus cogitat, secreto illi Deus in tabernaculo est: vt enim demonstraret quantus intus proficeret, secreto Deum fuisse suo in tabernaculo perhibuit, vt etiam ostendat, opera rectitudinis, quantum extrinsecus custodiuit, adiungit: *Quando erat omnipotens mea.* sequitur: Ibid.

i *Et in cir. &c.* Pueri vocantur, qui cælestibus mandatis inseruiunt, qui nunc in circumitu eius sunt, quia in cunctis ferè gentibus reperiuntur. Ibi

k *Quando lauabam pedes mecum.* Pedes ecclesiæ sunt inferiorum operum ministri, qui dũ ad vsus necessarios ea, quę sunt exterius, Ibid. c. 10.

☞ exercent

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXIX.

1 Addidit quoque Iob &c. *Postquam sanctus Iob ostẽdit in generali, quod iusti aliquando flagellantur in præsenti: hic consequenter hoc idem ostendit in speciali applicando ad seipsum. Et primo circa hoc enumerat felicitatem, in qua fuit; Secundo calamitatẽ, in quam incidit, ca. 5; Tertio innocentiam, quam semper tenuit ca. xxxj. Circa primum primo declarat modũ suę prosperitatis; Secundo circa hoc confidentiam suę securitatis, ibi:* Dicebantque. *Prima in duas, quia primo declarat suam prosperitatem in bonis spiritualibus; Secundo in temporalibus, ibi:* Quãdo lauabã. *Circa primum dicitur:* Addi. quoque Iob &c. *Et in hoc designatur alius modus declarandi suũ propositum s. per sui ipsius exẽplũ, di.*

Diuisio.

2 Quis mi. tri. *Incipiendo declarare prosperitatem sua incipit a spiritualibus bonis: & ideo hoc exprimit per modum optantis, quia spiritualia bona, quibus nullus male vtitur, sunt simpliciter optanda.*

3 Vt sim iuxta menses pri. *id est pristina prosperitate.*

4 Secundum dies q. Deus custodieb. &c. *In anima & corpore.*

5 Quando splen. lu. &c. *i. diuina illustratio procedens a superiori de sua gratia speciali vltra naturalem illustrationem me illustrabat.*

6 Et ad lumen eius ambulabam in tenebris, *id est, in dubijs recte procedebam per eius specialem directionem.*

7 Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ. *Quia extunc fuit sanctæ vitæ & deuotæ: vnde subditur,*

8 Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo, *id est quando in secreto loco tabernaculi mei preparato ad actum orandi Deus mihi aderat, quia in actu orationis homo loquitur cum Deo, et Deus cum homine ipsum illustrando & consolando.*

9 Quando erat omnipo. mecum &c. *per specialem gratiam et protectionem.*

10 Et in circumitu meo pueri mei &c. *Quos nutriebam in amore Dei. Ex dictis videtur alicui, quod Iob cecidisset a sapientia, quę includit gratiã Dei, quia dicit:* Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos &c. *Cuius tamen contrarium dictum est frequenter, scilicet quod aduersitas nõ deiecit eum a virtute. Dicẽdum, quod licet aduersitas non deiecerit eũ ab habitu sapientiæ, nec ab actu, cum aduersitates sustinuerit patienter, quod est proprium sapientis, scilicet, fortunas aduersas equanimiter ferre, vt habetur. j. Ethico. tamen aduersitas superueniens sublimitatem actus sapientiæ, qui in contemplatione summi veri, et amore summi boni consistit, in aliquo impedit, inquantum attentionem animę retrahit, ne in summum verum et bonum tota intẽtione feratur, præ dolore sensitiuæ partis, cui naturaliter compatitur retracta in aliquo; nisi hoc diuina virtute impediatur, sicut fuit in Christo, in quo dolor passionis non impediebat superiorem animæ partem a sublimitate contemplationis: & hoc impedimentum ex parte sensitiuę partis prouenit desiderabat sanctus Iob amoueri, dicens:* Quis mihi.

11 Quando lauabam. *Hic consequenter declarat prosperitatem suã in temporalibus bonis; & primo quantum ad diuitias; Secundo quantũ ad honores ibi,* Quando procedebam ad portam. *Circa primum sciẽdum quod diuitię antiquorum principaliter erant in pecudibus, & inde dicta est pecunia: Illud autem quod est præcipuum inter illa, quæ de pecudibus extrahuntur, est butyrum, quod est pinguedo lactis; et ideo per abundantiam ipsius intelligitur abundantia in alijs bonis quæ de animalibus proueniunt, cum dicitur:*

Quando lauabam pedes meos butyro. *Id est tantam abundantiam habebam butyri, quod poterant ibi pedes lauari, sicut quando habetur magna copia vini: ad illam exprimendam dicitur, quòd abundat vsque ad lotionem pedum, quamuis ibi non lauentur.*

☞ 1 Et pe-

MORALITER.

† 1 *Addidit quoque etc.* Secundum beatum Greg. Iob tenet hîc typum ecclesiæ, quæ erit tempore tribulationis sub Antichristo futuræ: & sic primò desiderando recolit tempus pacis præteritæ, dicens:

2 *Qui mi tri. vt iu. etc.* id est, sicut eram tẽpore pacis præteritæ.

4 *Secundũ &c.* Per potentiam principum Christianorũ in pace.

5 *Quando splendebat lucerna eius su. &c.* id est, super prælatos, qui capita sunt ecclesię, quibus fiebant illuminationes diuinæ.

6 *Et ad lumen eius &c.* scilicet in via morum inter malos homines, qui tenebræ dicuntur ratione vitiorum.

7 *Sicut fui in diebus etc.* id est tempore Constantini. Nam in adolescentia robur notabiliter inualescit, nunc autem ecclesia notabiliter profecit.

8 *Quando se. De. erat etc.* In secretis orationibus me consolando.

10 *Et in circuitu meo pueri &c.* id est ecclesiæ ministri.

11 *Quando lauabam ped. me. butyto etc.* id est affectiones cordis mei pinguedine spiritussancti.

† 1 Et pe-

☞ exercent per extremum ministerium, velut pedes terræ inhærent,
A Sed debent qui præsunt, crebræ admonitionis voce infusionem pinguedinis talibus ministrare: quod Iob suis fecit. Solent enim pedes itineris asperitate lacerari; Pedes Dei, prædicatores: qui non sine culpa; sed lauantur butyro, quia pinguedine boni operis mũdatur collectus puluis gloria prædicationis. Vel, quasi fessi pedes butyro vngũtur, dũ prædicatores bonis operibus sibi ministrantium foueũtur: id est, fructu magis, quam dato; Ita ex voce capitis, ex voce
B corporis, pedes sunt qui exteriora ministrant.

a ¶ Christus, quo docente riui vbique manauerunt. b ¶ Prædicamenta intimæ vnctionis. ¶ Quia currunt & vngunt.

a des meos butyro, & pẽtra fundebat mihi riuõs olei. Quando
b procedebam ad portam ciuitatis, & platea parabant cathe-
c
a ¶ Tunc. ¶ Quia deprehendi in suis occultis timent.
d dram mihi: Videbant me iuuenes & ãbscondebantur, & senes
a ¶ Leues fugiunt, perfecti vitæ meritis assurgendo venerantur.
e assurgentes stãbant. Principes cessabant loqui, & † digitum
a ¶ Qui post se trahunt errantes.
f superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant dũces, &
a ¶ Quia & si peruersa libere loqui non audent, intus tamen apud se contegunt.
b ¶ Audientibus & videntibus venerationi se fuisse dicit contra increpationes amicorum.
g gũa eorum gutturi suo adhærebat. Auris audiens beatificabat
¶ De hoc est testimonium.
h me, & oculus vidẽs testimonium reddebat mihi, eò quod libe-
i rassem pauperem vociferãtem, & pupillũ cui nõ esset adiutor.

Vbi supra. c. 11.

a *Et petra fundebat mihi, etc.* GREG. Quia in ea Christi prædicamenta intimæ vnctionis emanant. De hac petra riui olei exierunt euangelistarum libri; Vel riuos olei dona spiritus dicit.

Ibid. b *Quando procedebam, &c.* Per portam ciuitatis quæque bona actio designatur, per quam anima ad conuentum regni cælestis ingreditur. Nunc ergo ecclesia ad ciuitatis portam procedit, quia vt aditum regni cœlestis percipiat, in sanctis se actionibus exerit.
C Mos veterum fuit, vt seniores in porta consisterent, & causas introeuntium iudicaret, vt vrbis populus esset pacificus, in quam discordes ingredi non liceret: quod & Iob fecit.

Ibid. c *Et in platea parabant. &c.* Quia in magnæ autoritatis latitudine sui magisterij exhibet libertatem. Qui enim recta quæ sentit publica voce prædicat, quasi in platea super cathedram sedet, cum nulla de sua prædicatione metuit, nullus pressus terroribus se sub silentio abscondit.

Ibid. d *Videbant me iuuenes &c.* Iuuenes dicit, quia nulla consilij grauitate fulciuntur: senes, morum grandæuitate maturos. Et est sensus, Ecclesiæ vigorem & rectitudinem immaturi formidant, & grandæui glorificant.

Ibid. e *Principes cessabant loqui.* Principes vel duces dicit hæreticæ prauitatis autores. Et est sensus: Cum prædicare mihi publica voce licuit, omnis me, qui veritati non fuit subiectus, expauit. Digitum ori superponunt, dum falsis querelis non ratione vocis se reprimi, sed virtutis manu significant.

✻ ISIDORVS. non mirum si Pharisæus se laudans reprehenditur, Iob commendatur, quia ille sponte, hic coactus se laudauit.

f *Vocem suam cohibebant duces.* Nimirum hi, qui post se errãtes populos trahere conantur, ne loqui peruersa nunc audeãt, & autoritatis frenantur pondere, & virtute rationis. Quorũ lingua gutturi suo adhæret, quia & si peruersa loqui verba voce non audent, intus tamen apud se contegunt cuncta, quæ contra veram fidem proponere falsa moliuntur. Contra, hæc Iere. de vltimis: *Lamiæ nudauerunt mammam*, id est, hæretici, qui humanam faciem, sed per impietatem belluina habent corda, tunc libere errorem suum prædicabunt. Illo namque tempore cùm sancta ecclesia aduersitate premitur, prauis quibusque prædicatoribus licentia locutionis datur. Tunc catulos lactant, quia malè sequaces paruulorum animas, dum peruersa insinuant, ad impietatem nutriendo confirmant.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

† manum. E

Thren. 4. a

D

F

Ibid. c. 12.

g *Auris audiens.* Ibi dixit, quid exhibuit per doctrinam, hîc quid per misericordiam. Ibi verbis pascit & satiat, hic à malis defendit: *Auris audiens beati. me.* Qualis in sermone, qualis in opere fuerit, ostenditur. Ille autem ecclesiæ verba beatificat, qui ea quę audierat, opere consummat: Ille ei testimonium perhibet, qui exemplis vitæ illius bene viuendo respondet.

✻✻ IDEM. Sanctam ecclesiam ille veraciter videt, cuius testatur vita, quia videt. Ad hoc namq; bonorum intra eam rectitudo cernitur vt quicunq; hanc viderint, à suis prauitatibus corrigantur. Necdum ergo intra sanctam ecclesiam videt bonos, qui non est emendatus à malis.

h *Eo quod liberassem pauperem vociferantem.* Ecclesia pauperem vociferantem liberat, cùm peccatori veniam deprecanti, eas quas commisit culpas, relaxat.

Et pupillum cui non esset adiutor. Pupillum liberat, dum vnus-

i ☞ quisque

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et petra. *id est terra petrosa ad fructificandum inepta.*

2 Fundebat mihi riuos, &c. *id est proferebat oleum in abundantia, & per hoc intelligitur abundantia in aliis terranascentibus, inter quæ oleum est de præcipuis.*

Diuisio. 3 Quando procedebam. *Hic consequenter declarat in honoribus suam prosperitatem; secundo subdit huius honoris causam, ibi,* Auris audiens bea. *Circa primum dicit:* Quando procedebam ad portam ciuitatis, *vbi erat locus iudicij.*

4 Et in platea. *id est in manifesto & patenti loco,*

5 Parabant cathedram mihi, *tanquam omnibus superiori.*

6 Videbant me iuuenes, *id est, insolentes,*

7 Et abscondebantur, *timore iustitiæ meæ:*

8 Et senes assurgentes stabant, *ad faciendum mihi reuerentiam.*

9 Principes cessabant loqui, *id est, principales in iudicio post me tacebant me superueniente:*

10 Et digitum superponebant ori suo, *Quia nullus præsumebat verbum meum interrumpere.*

11 Vocem suam cohibebant duces, *scilicet, militum qui inter alios lios sunt audaciores, & tamen non audebant sententię meæ contradicere.*

12 Et lingua eorum gutturi suo adhærebat, *id est silebant, acsi facti fuissent multi nescientes aliquid contradicere. Diuitias autem & honores prædictos dicit Iob pertinere ad suam felicitatem temporalem: quia talia sicut impedimenta sunt reprobis, ita probis sunt adiumenta virtutis, vt dicit beatus Ambrosius super Lucam; qualis erat ipse Iob, qui ad opera virtutum talibus vsus fuerat, vt patebit ex sequentibus.*

13 Auris audiens. *Hic consequenter ponit prædicti honoris sui causam: honor enim deferendus est alicui in testimonium suę virtutis, & ideo consequenter ostenditur quomodo Iob potentia & honoribus virtuose vtebatur, cùm subditur,* Auris audiens, *sententiam meam,*

14 Beatificat me, *propter eius æquitatem:*

15 Et oculus videns testimonium red. mihi. &c. *de veritate mea & iustitia.*

16 Eo quod liberassem pauperem vociferantem, *id est, querimoniam coram me facientem de iniusta oppressione:*

17 Et pupillũ cui non esset adiutor, *propter quod eram eius defensor.*

☞ 1 Benedi-

MORALITER.

†1 *Et petra*, id ed Christus.

2 *Fundebat mihi riuos olei*, id est, fluenta gratiæ in sacramentis noui testamenti.

3 *Quando procedebam ad portam ciuitatis.* Hîc recolitur autoritas ecclesiæ, cum dicitur, *Quando procedebam ad portam ciuitatis*, ad determinandum causas, quæ antiquis determinabantur in portis.

4 *Et in platea parabant cathedram mihi*, Per plateam latitudo orbis significatur, in qua ecclesiæ sententia tenetur.

6 *Videbant me iuuenes & abscon.* Nam timore ecclesiæ multi iuuenes ab insolentijs retrahebantur.

8 *Et senes assurgentes stabant &c.* mandatum ecclesiæ reuerenter suscipiendo;

9 *Principes cessabant loqui &c.* mandatis ecclesię assentiendo;

13 *Auris audiens &c.* id est videntes & audientes processum ecclesię iustum approbant eum.

16 *Eo quod liberassem pauperem &c.* à facientibus calumniam. Potest etiam hoc exponi magis spiritualiter sic. *Eo quod liberassem pauperem*, id est, peccatorem virtutibus & gratia spoliatum.

† *Vociferantem*, in vera confessione,

17 *Et pupillum*, id est, separatum ab ecclesia matre sua per fraudem hæreticorum.

† 1 *Benedi-*

quisque mortuo antiquo patre diabolo, ad sanctæ ecclesię sinum A
curens, in ea exhortationis adiutorium inuenit. Magnæ misericordiæ ista sunt opera, pauperem liberare, & pupillum periturum eripere, viduam consolari. Hæc etiam ecclesia & corporaliter exhibet & spiritualiter.

a *Benedictio perituri.*

lib 19.c 12. GREG. Benedictio perituri super eā venit, cū peccatoris interitū præuenit, & sāctis exhortationib⁹ à culpæ fouea reducit.

† Depœ. di. 2. c. sapiens.

Ibid. b *Et cor viduæ consolatus sum.* Magnā cōsolationē cor viduæ suscipit, quādo fidelis anima in verbis ecclesiæ de aduentu illius, aliquid, cui spiritualiter est coniunB cta cognoscit.

†vestimento.

ibid. c *Iustitia indutus sum.* Ille iustitia sicut vestimēto induitur, qui se vndiq; bono opere protegit, & nullā actionis suæ partem

Lucæ 18.b. nudam relinquit. Pharisæus namque ille, qui in templum oraturus ascendit, ciuitatem cordis sui insidiantibus hostibus per elationem aperuit, quam frustra per ieiunium & eleemosynas clausit: incassū munita sunt cætera, cū locus vnus, de quo hosti paret

1.Mac.6.b. aditus, munitus non est. Eleazar elephantū occidens sub ipso occubuit: Sic qui vitia superat, si superbit, sub ipsis occumbit. Sub hoste quem occidit moritur, qui de culpa, quā superat, eleuatur.

Ibid. c.13. d *Et diademate iudicio meo.* Iustorum iudicium diadema dicitur, quia per hoc non in terre nis & in infirmis, sed sursum remuneC rati concupiscunt.

Indutus sum iudicio. quod comparatur coronæ quæ suprà ponitur, quia in cęlo quærit coronari, non in terra. Bona sua aperit, vt amici nō increpantes erigātur, sed tacētes imitentur. Valet etiā memoria priorum contra desperationē pro increpationibus.

Ibid. c. 14. e *Oculus fui cęco & pes claudo &c.* Beatus enim Iob & illi per semetipsū manū præbuerat, & hunc portādo sustinebat per semetipsum: quia scit à Deo plus pensari animū, quā factū. Ecclesia oculus est cæco & pes claudo. Cæcos enim prædicādo illuminat, claudū opitulādo sustētat. Cæcus quippe est qui adhuc quò pergat, nō videt: Claudus est qui nō potest ire, quò videt; Vel cæcū Gentilem, claudū autē Iudaicum populum dicit: quia ille oculos non habuit, id est legem, quia non accepta lege non videt quò ire debuisset, hic econtra legem sciendo quidem tenuit, sed in ea gressum recti operis non tetēdit. *Oculus fui &c.* Post iustitiā, pietas: quia bene agit, quæ pia sunt, qui prius seruat iusta vt pietas D
ex fonte iustitiæ ducatur, quomodo enim alij est pius, qui sibi impius & nondum se diligit? qui sibi nequam, cui bonus?

f *Pater eram pauperum.* Pauperes enim spiritu ex eius prædica- ibid.
tione generantur.

a ¶ Non iuuenis vel iuuenes.

b ¶ Ecce quam mansuetus, qui supra rigidus, cum dixit: Videbant me iuuenes & abscon &c. Rectoribus vtraque tenenda, vt scilicet disciplinæ vigor mansuetudinem regat, & mansuetudo ornet vigorem: & sic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.

a b Benedictio perituri super me veniebat, & cor vidūæ † cōsoa ¶ Vndique, vt necubi sit aditus hosti, aliter non valet. ¶ Iustitia.

c latus sum. † Iustitia indutus sum, & vestiuit me sicūt vestimena ¶ Quia iustorum iudicia per magni operis gloriam, ad retributionis ducunt coronam.

b ¶ Bonus semper apud se iudicat, quid Deo, quid proximo debeat, & se de vitijs mundat.

c ¶ Ecce quę viscera misericordiæ. d ¶ Ego ipse.

d to, & † diādemate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes clau- a ¶ Quæ largiebatur, ex affectu dedit, non timore iudicij.

e ¶ Quia vis misericordiæ illius, naturam fuerat imitata, vt eos quasi filios cerneret per amorem, quibus pater præerat per protectionem. b ¶ Operando. ¶ Vnde nemo sit præceps in sententia.

do. Pāter eram pauperum & causam quam nesciēbam, dili- a ¶ Insidias eius nudando.

f g gentissimè inuestigabam. Conterēbam molas iniqui, & a ¶ Animam quam iam à peccato frangendo momorderat, ad salutem vitæ conuertendo.

g h de dentibus illius auferebam prædām. Dicebámque in a ¶ In tranquillitate pacis. b ¶ Id est paulatim crescens, vel, demum erit prosperitas & robur.

i c ¶ Dicebam.

k nidūlo meo, moriar: & sicūt † palma multiplicābo dies.

g *Et causam quam nesciebam.* Ecclesia cū ibid.
per electos mala car-
1 nalium iudicat, hoc
2 quod nescit, inuesti- † lætifica-
3 gat: quia mala quæ bam.
4 nescit operando, inuestigat per iudiciū corrigendo. *Causam*
† *quam nesciebam. &c.*
5 Iustus in suis actio-
6 nibus, pius in infirmitate proximorum,
7 est etiam strenuus in E
8 negotijs pauperum:
9 vt qui æterna quærit
10 ad omnia merita ex-
11 tendatur: vnde Salo-
12 mon, *Qui Deum timet* Eccle. 7. c
13 *nihil negligit*: sunt ta-
14 mē minora pro ma- † arena (vel phœnix
ioribus relinquēda.

h *Conterebam molas &c.* Iniquus, dicitur diabolus; Per molas, ibid.c.15.
occultæ eius insidiæ; per dentes apertæ culpæ demonstratur perpetratio. Prius ergo necesse est occulta consiliorum illius machinamenta prodere, vt auditoris nostri animam in aperto lapsu valeamus reuocare.

✠ CHRYS. quasi ex ore leonis ouibus abstractis erga conseruos vtebar prouidentia.

i *Dicebamque, in nidulo meo moriar.* Per nidi nomen exprimitur Ibid.c.16.
tranquilla quies fidei, qua vnusquisque infirmus nutritur. Igitur
eorum vox, beati Iob voce præuenitur, qui tunc erunt, qui tēpo- F
re pacis se ad superna migrare, id est, à nido euolare crediderūt.

k *Et sicut palma &c.* Palma tardè proficit, sed diu in viriditate
subsistit, & in imo gracilior, superius iuxta fructus grossescit cōtra alias arbores, & inferius est aspera, superius tactu & visu pul- Ibid.
chra. Quasi palma ergo se dies multiplicare credidit, qui sibi pacis otiū ex multorum longitudine dierum promittebat: & mētes fidelium vsque ad extremū robustiores exurgere putabat; quod iam non est. Sicut palma multiplicare se dies credidit ecclesia, quę subitò emergente periculo pacis suæ gratiam, & tardè à fidelibus adeptam, & citius ab infidelibus dolet interceptam. Ecclesia vt palma inferius despecta, & asperis cincta; superius pulchra, & cū alij sint in terrenis fortes, in cęlestibus debiles, pro quibus parum agere vel pati volunt: Ipsa est ad terram debilis, suprà fortis, nec vt quidam in initio plus agit, in consummatione minus.

☞ a *Radix*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Benedictio perituri. *id est, illius qui timebat statim perire.*
2 Super me veniebat, *eò quod saluabam eum.*
3 Et cor viduæ consolatus sum, *id est, efficaciter, & non vanè.*
4 Iustitia indutus sum, *id est ex omni parte studebam iustitiā facere.*
5 Oculus fui cæco. *ignorantem dirigendo:*
6 Et pes claudo, *impotentem adiuuando.*
7 Pater eram pauperum. *per affectum & effectum: & ne crederetur quod faueret eis nimis in pręiudicium iustitiæ, subditur,*
8 Et causam quam nesciebam, &c. *id est, causam pauperis, ne fortè motu pietatis indiscretè condescenderem ei in prąiudicium iustitiæ.*
9 Conterebam molas iniqui &c. *eius potentias & violentias.*
10 Et de dentibus illius &c, *Quia ablata restituere cogebam, & de iniurijs facere emendam.*
11 Dicebamque &c. *Hic consequenter describitur confidentia suæ securitatis, quia honores & diuitiæ quæ habent annexum timorem perdendi, quasi continuè sunt magis causa tristitiæ, quàm delectationis: & ideo hæc securitas opinata à beato Iob primò describitur, secundò quoddam superius dictum plenius exprimitur, ibi,* Qui me audiebant. *Circa primum dicitur,* Dicebamque, *in corde meo tenendo.*
12 In nidulo meo moriar. *id est, in prosperitate mea spirituali & temporali.*
13 Et sicut palma, *quæ multo viuit tempore.*
14 Multiplicabo. *ducendo cursum vitæ meę in dicta prosperitate.*

☞ 1 Radix

MORALITER.

† 1 *Benedictio perituri,* spiritualiter,
2 *Super me veniebat,* nam hoc in meritum boni pastoris redūdat.
3 *Et cor viduæ consolatus sum.* ecclesię prælato suo viduatæ prouidendo de bono pastore.
4 *Iustitia &c.* Et accipitur hic iustitia legalis, quæ includit omnem virtutem animam vestientem.

Philosophus. † *Et diademate iudicio.* Iudicium enim est executio iustitiæ, cui debetur corona, vnde dicit Philosophus. iv. Ethi. Non fortes, sed bene agonizantes coronantur.

5 *Oculus fui cæco,* ignorantem dirigendo,
6 *Et pes claudo.* infirmum supportando:
7 *Pater eram pauperum,* eos de bonis ecclesiæ nutriendo.
8 *Et causam &c.* Nam ecclesia non debet citò proferre sententiam, sed post bonam deliberationem.
9 *Conterebam molas. &c.* Per dentes cibus diuiditur per molas autem comminuitur vt incorporetur: ergo hæretici, qui simplices diuidunt ab ecclesia, & consequenter sua doctrina pestifera disponunt eos, vt eorum sectæ totaliter incorporentur, dentes diaboli, & molæ dicuntur. Et sic ecclesia molas iniqui conterit, & de dentibus eius prædam rapit, quando hæreticos obstinatos seculari iustitiæ tradit, & deceptos ab eis ad ecclesiam reducit.
11 *Dicebamque, in nidulo meo moriar,* id est desiderabam in tali statu mori.

† 1 *Radix*

¶ *Pater*

¶ Quia spirituali mente semper intendit scientię. a ¶ Alias secus. b ¶ Qui desuper venit. c ¶ Quę deorsum colligitur.

a Radix mea aperta est iuxta aquas, & rōs morabitur in † mes-
a ¶ Dicebam.
sione mea. Gloriā mea † semper innouabitur, & arcus meus in
a ¶ Operatione. b ¶ Hoc vere de Iob, sed in figura ecclesiæ.
c ¶ Non vt hi errorei, qui modo quasi docendo præcurrunt.
manū mea † instaurabitur. Qui me audiebant, expectabant
a ¶ Vide reuerentiam audientium.
sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum. Verbis
a ¶ Ecce dispensationem docentium.
meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium
meum. Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant
a ¶ Christi tempus sero est in fine mundi. ¶ Christus in fine mundi seipsum pro nobis sacrificium vespertinum dedit.
¶ Vide. Dabo vobis pluuiam temporaneam & serotinam. Deut 11. b.
quasi ad imbrem serōtinum. Si quando ridebā ad eos, non cre-
a ¶ Oculi sapientis in capite, id est, Christo, cuius opera videt imitanda, sed oculi stulti in finibus terræ.
debant, & † lux vultus mei non cadebat in terram. Si voluis-
a ¶ Quia boni prius æterna, inde terrena curant: in eis dominus primus sedet, in alijs vltimus.
sem ire ad eos, sedēbam primus. † Cumque sederem quasi rex
circunstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.

a *Radix, &c.* GREG. Radix ecclesiæ, incarnatus Christus, qui inuisibilis deitate per carnem apertus est & cognitus populis.

Radicis nomine occulta cogitatio designatur. Iuxta aquas radix aperitur, quando ad percipienda veritatis fluenta latenter cogitatio mentis aperitur.

b *Et ros morabitur, &c.* Subaudi dicebā: Messio ecclesiæ accipitur, cùm perfectè animę corporibus abstractæ, velut naturæ segetes à terra decisæ ad cælestia horrea demigrāt. Ros morabitur in messione, quia gratia desuper veniēs agit, vt digni simus, qui de inferioribus colligamur.

c *Gloria mea semper innouabitur.* Idē quasi amissam gloriam deplorat, quia eos quos ipse nouę vitæ militare credidit, vetustis desiderijs seruire cognoscit.

d *Et arcus meus.* Scriptura est arcus, de qua ad corda hominum, sicut ferientes sagittæ, sic terrentes sententiæ veniunt. Instauratur arcus in manu, dum quicquid de sacro eloquio cognoscitur, viuendo completur; quod in fine multis deficiet, quod etiam nunc est.

e *Qui me audiebant.* Præteritorum temporum reminiscitur, in quibus omne quod ab ea dicitur, cum metu à fidelibus auditur & aduersariorum proteruiam deplorat,

f *Et intenti tacebant.* Ad consilium eius tacent, qui verba eius non audent impugnare, sed credere,

g *Verbis meis addere.* Dictis eius hęretici aliquid addere præsumūt, cū prędicamentorū rectitudinē quasi emendare moliūtur.

h *Et super illos stillabat.* In hac stillatione eloquij mensura prædicationis iuxta capacitatem audientium accipitur;

i *Expectabant me sicut pluuiam.* Verba prædicationis sanctę sicut pluuiam sustinemus, cum vera humilitate ariditatem cordis nostri agnoscimus, vt potu sanctæ prædicationis irrigemur.

k *Et os suum aperiebant quasi ad imbrem.* Quia dum in extrema parte seculi verba sanctæ prędicationis accipimus, quasi ad imbrem serotinum os cordis aperimus.

l *Si quando ridebam ad eos non credebant.* Hoc dicit ecclesia ex voce capitis. Deum, autem, ridere, est sanctorum viā prosequēte fauore prosperare: Sed redēptori nostro ridenti non credimus, dū multis iam donis eius testantibus gratiā fauoris accipimus, & tamen adhuc sub eius iudicio de nostra infirmitate titubamus. Talem se Iob exhibuit subditis, vt ridens timeri posset: Sic prælatus ridens timeri, & iratus amari debet, ne nimia licentia vilem, vel immoderata seueritas odiosum reddat.

✠ NICETAS. quod per risum ab eo fiebat, periclitandi alterius causa fieri arbitrantur, & de morū Iob grauitate nō dubitabāt, cuius vultu terrebātur mali, boni autem consolationem recipiebā: aut, aperta erat Iobi doctrina, & ab omnibus illius iudicia percipiebantur.

m *Et lux vultus me.* nō ca. GREG. Lux vultus beati Iob in terrā nō cadit, quia terrena per concupiscētiā nō aspexit. Lux etiā vultus domini in terrā nō cadit, quia visionis eius claritas peccatorib⁹ nō apparet. Ecclesia etiā clara mysteria terrenis nō prædicat

n *Si voluissem ire &c.* Dominus & cum vult, venit, & cum venit, primus sedet: quia & aduentus eius in corde nostro gratuitus est, & appetitus eius desiderij in cogitatione nostra ęqualis cæteris desiderijs non est.

o *Cumq; sederem, quasi &c.* Et litera ædificat, docens vt in rectore misceatur: & regendi autoritas, & benignitas consolandi vinum & oleum. *Cumque se. quasi rex.* Quasi rex dominus sedet in corde, quia circumstrepātes regit animorum motus in cogitatione, qui vt exercitus, cū circunstant. Vel, quasi rex sedet circunstāte exercitu, quia præsidentem illum mentibus electorum, circunstabat turba virtutum. Qui & mœrentiū consolator est, ex promissione qua dicit: *Videbo vos, & gaudebit cor vestrum,* Quod si ad ecclesiā referamus; in eā ordo doctorū quasi rex præsidet, quē fideliū turba circūstat, quę corda mœrentium cōsolatur, dum per præsentis peregrinationis ærumnam mentes afflictas, æternæ patriæ promissione leuiat. Sedere autem, virga est regiminis: consolari, ministerium pietatis.

p *Mœrentiū cōsolator.* GREG. Qui audiuit de iustitia Dei vt timeat, audiat, & de misericordia, vt confidat: vt sit simul metus & spes. In arca cū tabulis virga simul est, & manna, i. cū sciētia sacræ scripturę in pectore rectoris, virga districtionis, & māna dulcedinis.

✠✠ Miscenda est ergo lenitas cum seueritate, faciendumque quoddam ex vtraque tēperamentum: vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Radix mea &c. *Arbor enim habens radices in humido multiplicat sursum fructum: ita Iob ex humore gratiæ, in quo cor eius erat fixum, faciebat fructum multiplicem bonorum operum.* 2 Et ros mo. *Contingit autem quod fructus multiplicatus in arbore propter æstum nimium deficcatur & perit: sed talis æstus temperatur per descensum roris, & similiter fructus boni operis aliquando deficeatur & perditur propter aduentum elationis, sed hoc non fuit in Iob, quia Deus faciebat cum tentatione prouentum, rore suæ benedictionis & gratiæ.* 3 Glo. me. &c. *Hoc dicebat propter multa bona opera, qua multiplicare intendebat.* 4 Et ar. meus &c. *id est fortitudo mea & defensio mea contra insultus tentationum.* 5 Qui me &c. *Hic reuertitur ad exprimendum aliqua prædicta clarius quę pertinent ad suam iustitiā & sapientiā, di.* Qui me audieb. &c. *loquente de iudicijs*

6 Expectabant. sententiam meam. *tanquam veritatis lineam.*

7 Et intenti tacebant ad consilium, *nihil vltrà quærentes.*

8 Verbis meis addere. *reputantes quod nihil rationabile posset addi.*

9 Et super illos stillabat. *reputantes magnum, quod de verbis meis aliquid intelligebant.* 10 Expectabant me sicut pluuiam. *Id est desiderabant audire verbum meum, sicut terra sitiens pluuiam.*

11 Si quando ridebam ad eos. *ostendendo vultus lætitiam:*

12 Non credebant. *propter maturitatem meam præcedentem.*

13 Et lux vultus mei. *id est lætitia faciei meæ,* 14 Non cadebat in terram. *tanquam confusa propter lætitię ineptitudinem. Per hoc dat intelligere, quod lætitia non erat dissolutus, nec mœstitia confusus: sed tenebat virtutis medium.* 15 Si voluissem ire ad eos. *consolandum.*

16 Sedebam primus. *id est, principalis inter eos, ideo subditur,*

17 Cum q; sederem quasi rex circunstante exercitu, *quasi de nullo timens:* 18 Eram tamen mœrentiū consolator, *tanquā eis ex veritate cōpassionis condescendens, & sic patet quod sanctus Iob prosperitate temporali vsus fuerat virtuosè, & per consequens peruenit ad eius felicitatē, quę est in operibus virtutum,*

✠ CAP.

MORALITER.

† 1 *Radix mea &c.* Radix per quam sumitur corporis alimentum doctorem ecclesię significat, qui est intentus ad inquirendum sacræ scripturę intellectum: & hic secus aquas aperitur, quando gratia spiritussancti edocetur.

2 *Et ros modo in messione mea &c.* Quod fit quando deriuatur ad alios eius doctrina. ideo subditur:

3 *Gloria mea semper innouabitur,* In melius proficiendo:

4 *Et arcus meus.* Contra diabolum fortius pugnando.

5 *Qui me audiebant. Et intenti tacebant ad consilium meum.* In dubijs enim enim expectanda est ecclesiæ sententia, & sine additione & diminutione tenenda.

11 *Si quando ridebam &c.* prælatorum enim ecclesiæ tanta maturitas debet esse, quod quasi nunquam videantur ridere: & si aliquā do hoc contingat, debet cum tali maturitate fieri, quod nullo modo debeant verecundari: ideo sequitur,

13 *Et lux vultus mei. &c.* ad docendum filios.

16 *Sedebam primus.* quia tali debetur honoris locus; quia tamen honor iste non est quærendus nisi pro populi vtilitate, Sequitur:

Cumque sederem quasi rex &c.

† MORAL.

CAP. XXX.

A a *Vnc au.me iu.* GREG. Iuniores tempore ecclesiam irrident, cum hi qui ab ea egressi sunt, doctrinæ eius verba despiciunt.

Lib.20.c.9 b *Quorum pa.non di. &c.* Igitur grex ecclesiæ, multitudo fidelium; Canes gregis, doctores sancti, qui fidelium doctores extiterũt: Ecclesia ergo cum canibus gregis sui hæreticorũ patres ponere dedignatur, quia inuẽtores errorũ diiudicando respuit, eosque inter veros patres numerare contemnit.

Ibid.

CAP. XXX.

¶ Contraria prædictis in tempore nouissimo deinceps ostendit.
a ¶ Quia ipsi ab ecclesia, non ecclesia ab eis.

VNC autem deriderunt me iuniores tempo- 1
¶ Etsi visi sunt quædam recta habere, quia tamen de domino non recte senserunt, eos cum canibus gregis sui non ponit, i. rectis prædicatoribus non ascribit. 2
re, quorum patres nõ dignabar ponere cũ 3
canibus gregis mei. Quorũ virtus manuũ 4
a ¶ Quia sine charitate, sine sanctitatis specimine.
b ¶ Id est miraculis quæ agunt quia non humiles, vel Christiano nomine, quod impugnant.
erat mihi pro nihilo, & † vita ipsa putabantur indigni, ege- 5 †
state & fame † steriles. Qui rodebant in solitudine, squalẽ- 6
tes calamitate & miseria. † Et mandebant herbas & arborũ
a ¶ Quia in erroribus terrena lucra quærunt.
¶ Auaritia latet in corde, sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in opere.
cortices, & rãdix iuniperorũ erat cibus eorum. † Qui de cõ- 7 †

B ✠ Patres, hæreticorum, dicimus eos, videlicet, quos hereseiarchas appellamus de quorum peruersa prædicatione, id est, loquutionis semine, sequentes sunt populi in errore generati: Qui etsi quosdam visi sunt à gentilitatis errore reuocasse, quorundam mores ad honesta agenda docuisse: pro eo tamẽ quod de Deo recta non senserũt, eos cũ canibus gregis sui ecclesia nõ ponit, quia cũ rectis prædicatoribus nõ ascribit. Liquet enim quod Arius, Photinus, Macedonius, Nestorius, Eutyches, Dioscorus, Seuerus, multiq; his similes, docẽdo atq; suadẽdo conati sunt patres videri: sed errores eorũ sancta vniuersalis ecclesia districta seueritate diiudicãs, eos inter custodes gregis sui nõ numerat, quos eiusdem gregis vnitatẽ dissipantes damnat.

† solitarij erant: qui fugiebãt in solitudinẽ, in tenebras desolationem, & desertum.

† Qui sucidebant herba è virgulto, & radicẽ iuniperorum ad cibũ suũ (vel, ad calefaciendũ &c)

c *Quo.vir.ma.erat.* Virtus manuũ est magnitudo in operatione: Sed virtus manuũ hæreticorũ sanctæ ecclesiæ pro nihilo esse dicitur quia nullius esse meriti cõspicit, vera fide perdita, quicquid operantur. *Quo.vir.ma.* Quò magis errant, eò amplius operibus se magnos ostendunt; sed aliquãdo miracula faciunt neque ideo tamen sancti: probatio quippe sanctitatis non est signa facere, sed vnumquemque vt se diligere, de Deo autem vera, de proximo verò meliora quàm de se ipso sentire.

C

Ibid. c.10. d *Egesta.* Immoderatis namque lusibus cognitionem supernæ scientiæ quò plus appetunt, plus amittunt.

e *Et fa.ste.* Quia desiderãt scire, vnde docti & loquaces sint, non moribus compositi: vnde vix exteriora capiunt, qui secreta putant se penetrasse.

Ibid. c.11. f *Qui rode.in soli. &c.* Hæretici qui ab vniuersalis ecclesiæ societate disiuncti sunt, in solitudine rodere memorantur; Roditur quod non potest comedi: quia qui scripturam intelligere sua virtute moliuntur, superna gratia non adiuti, hanc edere nequeunt, sed quasi quibusdam morsibus rodunt, dũ non ad eius interiora perueniunt. Vel, auari dente rodunt, aliena vi tollẽtes: Lambunt verò qui blandimento linguæ tollunt.

Ibid c.15. g *Squalentes cala.* Calamitate & miseria squalidi perhibẽtur quia & morum sunt pernicie & sensuum prauitate despecti. Calamitas est quasi ægritudo: Miseria est illius negligentia, vnde grauior fit. Nullus squaleret, si in suis necessitatibus miseriam voluptatis non adderet.

Ibidem. h *Et mandebant her. &c.* Herbas mandere, est dicta planiora scripturæ intelligere, vel minima præcepta seruare Arborum autem cortices mandunt, qui in sacris voluminibus solam literę superficiem venerantur. Vel certè, herbas mandere, est leuia quædam ac tenera de antiquis patribus imitari: Arborum verò cortices edere, est eorum opera superficie tenus agere, sed intẽtionem rectam in eisdem operibus nõ tenere.

GREGO. Quid enim per herbas, nisi tenera ac terræ proxima bene inchoantium vita? Et quid per arborum cortices nisi exteriora opera eorum, qui iam sublimia appetunt, designantur? Herbas itaque & arborum cortices mandere, est vel studia bene inchoantium, vel operationes quorundam iam more arborum ad superiora tendentium pestiferis persuasionibus, quasi quibusdam malitiæ suæ dentibus, dissipare. Herbas mandunt reprobi, cum infirmorum initia irridendo consumunt; Arborum quoque cortices mandunt, cum manu peruersi consilij à vita rectè crescentium tegmen bonorum operum subtrahunt. Hos autem in quibusdam actibus velut arbores expoliant: illos verò velut herbas, quia despicientes trahunt, quasi quæ calcant, comedunt. Quorundam iam fortitudinem in alta surgentem ex parte demoliuntur: Quorundam verò teneritudinem, & adhuc in imis positam penitus conterunt.

vbi sup.c.15

† Hebraicè sic ad verbum; cũ ipsis peribat semium.

E † Et cũ de medio (vel interiori) eulsillent ea, clamabant super ipsas quasi, fui.

Vel, herba est terrena consolatio. Cortex exterior gloria, quæ Deus aliquando suis electis dat, quando eos exterioribus honoribus subleuat, & præ cæteris honorabiles reddit. Sed praui nonnunquam eorum quidem vitam despiciunt, sed felicitatem in hoc mundo assequi concupiscunt. Quia igitur blandimenta hîc transitoriæ consolationis quærunt, herbas comedunt: Et quia in cogitationibus suis exteriorem eorum gloriam meditantur, arborum cortices mandunt. Et quoniam in his omnibus soli auaritiæ deseruiunt radice iuniperi replentur, & hoc est.

Ibid.

F

i *Et radix iunipe.* Iuniperi pro foliis quasi spinas habent. Spina verò est omne peccatum, quia dum trahit ad delectationẽ, quasi pungendo lacerat mentem. Per radicem ergo iuniperi, auaritia designatur, quæ radix est omnium malorum, quasi spinarũ: Quæ cibus est hæreticorum, quia plerunque sola in verbis suis exteriora lucra sectantur.

Ibid. c.12.

k *Qui de conuallibus ista rapientes.* De conuallibus illa rapiunt, quia hæc de humilibus dictis patrum superbo spiritu colligunt. Quæ dum pro suis se patribus inuenisse gloriantur, ad ea cum

Ibid. c.13

☞ clamori-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXX.

Diuisio. 1 NVnc au.deri.&c. *Postquam Iob descripserat magnitudinem prosperitatis in qua fuerat, hic consequenter describit magnitudinem aduersitatis, in quam inciderat: Et primo describit eam ex multiplicatione mali; Secundo ex subtractione remedij, ibi*, Clamo ad te. *Primum autem ostendit per oppositum ad bona quæ in prosperitate sua habuerat; & vt continu et se ad vltimo dicta capituli precedentis, ideo primo ostendit se turpiter vilipensum, contra precedentes honores & excellentias; Secundo omnibus bonis spoliatum, contra abundantes diuitias, ibi*, Pharetram; *Tertio grauiter afflictum, contra spirituales delicias, ibi*, Nunc autem. *Circa primum sciẽdum quod secundum Philosophum 1. Rhetoricæ, paruipensio iniusta est causa irę, tanto autem est iniustior, quanto persona vilipendens*

MORALITER.

✠ 1 *Nunc autem deri. &c.* Descripto tempore pacis ecclesiæ, consequenter hic ponitur lamentatio persecutionis Antichristi tempore, acsi iam præsens esset: ideo dicitur in persona ecclesię, *Nũc autem deridentme iuniores tempore*, id est, hæretici illius temporis, qui erunt vltimi.

3 *Quorum patres non dignabar ponere cum canibus gregis mei*, nam hęresiarchæ non sunt digni cum doctoribus ecclesiæ computari, quia nec vita sunt digni.

† *Egestate & fame steriles*, propter defectum pabuli spiritualis, scilicet sanę doctrinæ, & eucharistiæ.

6 *Qui rodebant in solitu. &c.* Nam hæretici vilibus pabulis, scilicet errorum doctrinis, vtuntur, in locis ab ecclesia segregatis.

† *Qui de conual. ista rapien. &c.* Per conualles intelligũtur sancti patres humiles, quorum verba malè intellecta aliquando rapiunt hæretici ad confirmationem erroris sui.

☞ 1 In deseri-

clamoribus currunt: quia omne quod sentiunt, appetitu laudis ad aures hominum diffamare conantur.

Hæc omnia sunt de hæreticis vel de alijs carnalibus quæ intus premunt.

Suprà.c.13. a *In desertis habitant torrentiũ* GREG Inuẽtores peruersorũ dogmatũ torrẽtes dicit, qui à calore charitatis frigidi, quasi in torpore temporis hyemalis excrescunt: sed catholicorum allegationibus quasi æstibus solis exiccantur. Hi ergo, qui illorum sequuntur errores, in desertis habitant torrentiũ. Inuẽtores quidẽ per veritatem extincti sunt: sed discipuli, quæ illi docuerunt, adhuc defendũt. Vel, torrentes sunt sancti præcones, quorũ deserta, sunt terrena, quæ mali amant.

CATE. GRÆC. in surrexerunt in me fures, quorum domus erant foramina petrarum.

Ibid, c. 13. b *Et in cauernis terræ.* GREG. Hæretici enim clãdestinis cõuenticulis coëũt, vt errori suo reuerentiã, quam ex ratione non valent, præbeant ex occultatione: vnde, *Aquæ furtiuæ dulciores sunt.*

Prou. 9. d. Ibid. c. 15. Vel, *cauernæ*, sunt cogitationes malæ, vbi hypocritæ latent: *glarea*, vita præsens quæ semper impellitur, cui inhærentis in superficie glareæ pes ponitur, sed ad ima labitur: sic pro amore mundi qui vel licita agit, vsque ad mala descendit.

Ibid. c. 13. c *Vel super glaream.* Glareã minutissimos lapides dicimus, quos aqua fluuialis trahit: Hæretici super glaream habitant, quia illas hominum mentes trahunt, quæ nulla stabilitatis grauitate solidantur.

Ibid. c. 14. et 16. Prou. 2. c. d *Qui inter huiuscemodi læta.* Nomine *sentium*, punctiones significat peccatorum. Peruersæ autem mentes gaudent in iniquitatibus, quas flere deberent: vnde Salomon, *Qui lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis.* Quia nimirũ attendunt transitoria quæ percipiunt, & intueri negligunt permanentia bona quæ perdunt, vnde & apertè subiungitur:

Ibid. c. 16. e *Et esse sub sentibus, &c.* De rebus quidem temporalibus gaudent, sed tamen dum dispensare eadem sine tribulatione non valent, ea cura punguntur miseri, qua premuntur. Et hoc est quod ait Ieremias: *Inebriauit me absynthio*: quia humanum genus etsi amara multa recipit, tamen, vt ebrius, non intelligit quæ patitur, sed gaudet quasi in bonis adeò terrenis inhians: vnde Osee: *Ephraim vitula docta diligere triturare*, quia etsi quando liberè posset vacare à laboribus mundi, ex vsu tamen ad eundem laboris vsum, etiã non cõpulsa reuertitur: ita vt assueta fatigationibus à iugo seruitutis mundanæ cessare non libeat, etiam si liceat.

Osee 10. c.

Ibid. c. 14. † arte usta rugiebant, subter vrti cũ coagregabantur.

f *Filij stultorũ & ignobilium.* Eorum filij qui fuerunt errorum magistri, qui docẽdo peruersa, stulti per ignorantiam; viuendo nequiter, ignobiles per actionem; qui à terra. viuẽtium extorres facti sunt.

† in sermonem. Ibid. c. 17. g *Nunc in eorum canticum, &c.* Ecclesię tẽpus exprimitur, quo publicè à reprobis irridetur.

†Funem enimtuum; vel, meum soluit. h *Et factus sum eis prouerbiũ.* Prauis prouerbiũ efficietur, quia cùm bonos mori per tormenta conspiciunt, ab eis similitudinẽ maledictionis sumunt, dicẽtes: Sic veniat tibi sicut illi trucidato.

Ibid. i *Abominantur me, & longe fugiunt à me.* Longè ab ecclesia fugiunt iniqui, non passibus gressuum, sed qualitatibus morum. Faciem autem eius cõspuere, est iustos etiam in præsentia confutare, & in eorum contumelias fluxa verba, quasi defluentes saliuas, mittere. Sed quia ecclesia sancta scit bona sua misericordiæ redemptoris, scit mala sua iustitiæ iudicis tribuere, Sequitur,

Ibid. k *Pharetram enim sũa.* Per pharetram occultum Dei iudicium designatur. Cùm ergo dominus peccata videt, & tamen manum ad vindictam non cõmouet, quasi clausam pharetram tenet: sed feriendo indicat, quantum ei in nobis displicuit, quod diu videndo tolerauit.

Ibid. Pharetram consilium occultum: vnde sagittam, i. apertam sententiam emittit. Quòd flagellatur homo, videmus: sed nõ ex qua causa, sed in correptione virtus consilij aperitur.

Ibid. l *Et frænum posuit in os me.* Sãcti quippe doctores, dum corda resistentium relicta diuinitus vident, afflicti gementesque conticescunt, ne loquantur indignis, qui & deteriores fierent. Parcit malis tacendo, quibus tamen vitam suam per patientiam suadet.

☞ a *Ad*

NICOLAVS DE LIRA.

1 In deser. habita. &c. *Propter defectum domorum.*

2 Et esse sub sen. *i. sub frutetis paruis & vilibus, protecti ab eis contra intemperiem aeris.*

3 Deli. com. *Quia melius refugium non habebant; & vtilitatẽ originis repetit, dicens,*

4 Filij stul. & igno. *i. nullius apparentiæ, aut reputationis.*

5 Nunc in eo. can. *Quia cantabant cantilenas de aduersitatibus Iob factas.*

6 Et fa. &c. *Quia loquendo de miseriis quibuscunque, ponunt me in exemplum.*

7 Abominan. me, &c. *Propter fœtorem vlcerum meorum.*

8 Et faciem meam cõspu. non ve, *In maximum contemptum, ad hoc enim induxerat eos diabolus, vt propter percussiones ipsius Iob, reputarent eum hominem à Deo mal dictum, & propter hoc ab hominibus contemnendum.*

9 Pharetram enim suam. *Hic consequenter ostendit se omnibus bonis temporalibus denudatum, contra præcedentes diuitias, dicẽs,* Phare. enim suam aper. *tunc enim dicitur Deus pharetram suam contra Iob aperuisse, quando dedit diabolo licentiam percutiendi eum in bonis exterioribus, & in prole: quasi quibusdam sagittis de pharetra dispositionis diuinæ extractis.*

10 Et frænum pò. in os me. *Quia ex dictis percussionibus non est effrenatè locutus, vt habetur suprà 3. cap.* In omnibus his nõ peccauit Iob labijs suis. *Vel. potest referri ad augmentũ suæ calamitatis, eò quod sanctus Iob non habebat libertatẽ respondendi maledictis suis. Prima autẽ percussio diaboli in bonis Iob fuit per Sabæos tollẽtes boues & asinas, vt habetur suprà j. cap. qui Sabæi habitabant versus meridiem respectu ipsius Iob, qui habitabant versus orientem, vt habetur suprà j. cap.* Erato; vir ille magnus inter omnes orientales. *& hoc est quod dicitur.*

☞ 1 Ad

MORALITER.

✠1 *In desertis habi. torren.* i. in conuenticulis hæresiarcharum. Qui torrentes, dicũtur quia torrens est aquæ fluxus violẽtus ipsi verò ad hæresim suam confirmandam trahũt aquam scripturę sacræ repugnantem.

† *Vel super gla.* Glarea in vna significatione idem est, quod immunditia stans in superficie aquæ aliqui enim stant in hæresibus propter aliquas immunditias carnis, quas hæresiarchæ dicũt esse licitas, & in talibus delectantur, quamuis mala sint simpliciter, & ab eis conscientia mordeatur.

4 *Filij stultorum & ignobilium.* Nam hæresiarchæ defectũ scientiæ patiuntur atque morum.

† *Et in terra penitus non parentes*, scilicet, inter bonos.

5 *Nunc in eorum canticum versus sum.* Quia publicè me deridٍent.

7 *Abominantur me, &c.* Quia dicent ecclesiam lepra peruersæ doctrinæ corruptam, ista verò permittet Deus ad meritũ patientiæ electorum, ideo subditur.

9 *Pharetram enim suam aperuit.* i. consilium, quo me affligi disposuit, ostendit.

10 *Et frenum posuit in os meum.* Tunc enim doctores ecclesię non permittentur doceret.

✠ 1 *Ad*

Ad dexteram † orientis † calamitates meæ illico surrexerunt. Pedes meos subuerterunt, & †oppresserunt quasi fluctibus † semitis sui. Dissipauerunt itinera mea, †insidiati sunt mihi, & prævaluerunt: & nõn fuit qui ferret auxiliũ*. Quasi rupto mũro, & aperta ianua irruerũt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt. † Redactus sum in nihilum. Abstulisti quasi ventus desiderium meum, & velut nubes pertransijt salus mea. Nunc autem † in memetipso mărcescit anima mea, & possident me diẽs afflictionis. Nocte † os

a ¶ Quia Deus ad tempus reliquit vt probet.
a ¶ Vel, murus est munitio disciplinæ.
a ¶ In futuro viridescet sicut frondens.
a ¶ Post erunt dies lætitiæ.

a *Ad dexteram oriẽtis cala.* GREG. Redemptor noster oriens dicitur: Nam quia ab oriente lux surgit, rectè oriens dicitur, cuius iustitiæ lumine nox nostræ iniustitiæ illustratur. Ad orientis ergo dexteram calamitates surgunt: Quia hi quoque ad persecutionem prosiliunt, qui electi ad dexteram futuri credebantur. Et *ilico* rectè asserit surgere, quia dum non erant extranei qui persequuntur, ab eis repente mala & illico fiũt. Si verò dextera veraciter fideles appellantur: calamitates ad dexteram orientis surgunt: quia erumpẽte persecutione prauorum impetus iusti patiuntur.

b *Pedes meos sub.* Per pedes ecclesię, extrema illius membra signantur, quæ dum ad opera terrena deseruiunt, tantò celerius falli possunt, quantò sublimia minus intelligunt.

✻✻Hos itaque pedes aduersarij subuertunt, videlicet cum extrema membra illius ad sui dogmatis errorem trahunt. Subuersi pedes viam tenere nequeunt, cum infirmi quique persequutorum suorum vel promissionibus persuasi, vel minis territi, vel cruciatibus fracti, ab itinere recto deuiant.

c *Et oppresserunt qua. fluctibus semitis.* Aduersariorum semita fluctibus comparatur, quia vita prauorum insolenti inquietudine molesta, ad obruendam (vt ita dixerim) nauem cordis, quasi tempestas illabitur.

d *Dissipauerunt itinera mea.* Dicat hoc beatus Iob de malignis spiritibus: Dicat ecclesia de persequentibus, qui eius itinera dissipant, dum in quorundam infirmorum mentibus veritatis viam squalida persuasione perturbant.

e *Insidiati sunt mihi & prævaluerunt.* Insidiantes prævalent, cùm eos quos apertè ad malum trahere nequeunt, simulando bona peruertunt.

✻✻Omnipotens Deus electorum suorum aduersarios temporaliter permittit excrescere, vt per malorum sæuitiam purgetur vita bonorum. Nunquam quippe dominus aduersus bonos eos sæuire permitteret, nisi etiam quantum prodesset viderent: nam dum iniusti sæuiunt, iusti purgantur & vtilitati innocentium militat vita prauorum, dum hanc & premendo humiliat & humiliando semper ad melius format.

f *Et non fuit qui ferret auxilium.* Plerumq; iusti tribulatione deprehensi tardari manum subuenientis æstimant, cùm se persequẽtium immanitas paulò longius angustiat; & concita quidem sunt ereptoris remedia, sed tarda dolori videntur.

g *Quasi rupto muro.* Redemptor nobis est murus, qui ad corda nostra pertingere malignorum spirituum cursum vetat: sed quasi murus rumpitur, cùm prauorum persuasionibus fides, quæ in redemptione nostra est, in quorundam cordibus dissipatur; quod quidem fit, quia datur à Deo potestas inimicis.

h *Et aperta ianua irruerunt super me.* Cùm peruersis in hac vita potestas tribuitur, quid aliud quàm ianua erroris aperitur? Quasi rupto muro & aperta ianua super bonos mali irruunt, cum accepta temporaliter potestate peruersi, ipsa quoq; in quorundam corde destruere munimina fidei conantur.

i *Et ad meas miserias deuo. sunt.* Reprobi per suas, & ad nostras miserias reuolunutur, quando ad ea mala, in quibus ipsi implicati sunt etiam quosdam nobis vnitos trahunt.

k *Redactus sum in nihilum.* Apud æstimationem malorum in nihilum redigimur, quando ea, quæ quasi summa diligũt, bona temporalia non tenemus.

Talibus nihil est, quicquid de virtutibus bonorum vident. Et si quando æterna cogitant, delectatio transitoria tollit. Hæc omnia quæ allegoricè sunt dicta, & secundum historiam accipienda sunt, quod est planum.

l *Abstulit quasi ventus desi. m.* Fidelis populus se pati denuntiat, quod eos quos diligit, pati dolet. Ventus ergo desiderium tollit, cum res quælibet transitoria æternitatis appetitum destruit.

m *Velut nubes pertransiit.* Nubes in alto eminet, sed hanc ad cursum flatus impellit: Salus ergo vt nubes transiit, quia peruersorum gloria, quò alta est, fixa non est. Expletis desideriis & actibus infirmantium, ad vocem electorum redit:

n *Nunc autem in memetipso.* In nobismetipsis nunc anima nostra marcescit & afficitur, sed in Deo refouetur: tantoque à viriditate gaudij longè fit, quantò adhuc autoris lumine repulsa ad se recedit.

Quia tempore vltimæ persecutionis plures cadent, pauci stabunt. ideo hic pauca de bonis, plura de peruersis dicit: vnde mox ad corruentes redit.

o *Nocte os meum perforatur doloribus.* Sic sua dicit, vt & cadentibus congruant, quia sancti viri corpus per sinus vlcerum scaturiens, vermium multitudo lacerabat. Ecclesiæ autem os nocte perforatur doloribus, quia tribulationis tenebris pressi, afflictione sanctí

☞

Vbi suprà lib. 20. c. 18

† pueri. † calamitatis. † semitas meas.

B

Ibid. c. 19.

C

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

D

Ibid. c. 20.

Ibid.

Ibid.

Allegori.

E

† Versi sunt ad me terrores persequutis sũt sicut vẽtus animum meũ sponte neum. † cõtra me vertit se, † ossa pluraliter.

Ibid. c. 20.

F

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Ibid. c. 21.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ad dexteram. *id est, versus meridiem, quæ est dextera pars nostræ habitationis, vt dictum est suprà xxiiij. cap.*

2 Orientis calamitates meæ. *Quia inde surrexit principium percussionis suæ, vt dictum est.*

3 Pedes meos subuerterunt, *id est processum prosperitatis meæ. Secunda verò percussio fuit ab igne de cælo descendente, oues suas & pueros consumente, & hoc notatur cùm dicitur:*

4 Oppresserunt quasi fluctibus, semitis suis. *Quia ignis de cælo descendens, procuratione dæmonum flammis operuit oues & pueros ad modum fluctuum. Tertia percussio in raptu camelorum à Chaldæis, & quantum ad hoc dicitur,*

5 Dissipauerunt itinera mea, *quia cameli per vias portant onera.*

6 Insidiati sunt. *Quia Chaldæi fecerunt tres turmas, vnam ad rapiendum camelos, alias duas ad insidiandum & præseruandum, ne aliquis posset impedire prædam eorum. Quarta verò percussio fuit in pueris Iob in domo primogeniti oppressis. quod notatur cùm dicitur,*

7 Quasi rupt. &c. *Quia Sathan per ventum vehementem concessit quatuor angulos domus, & oppressit filios & filias ipsius Iob, ideo subditur:*

8 Redactus sum in nihil. *quia non apparebat vltrà spes relinquendi post se filium.*

9 Abstulit quasi desiderium meum. *Naturale enim desiderium hominum est relinquere post se prolem, in qua quodammodo maneant, vt habetur ij. de Anima. & ij. Regum vij.*

10 Et velut nubes pertransiit salus mea, *id est, status prosperitatis meæ tam in bonis exterioribus, quàm in prole.*

11 Nunc autem in memet. *Hic consequenter Iob ostendit se grauiter afflictum in corpore, contra delicias contemplationis diuinæ, quas perfectius habuerat in quiete prosperitatis suæ; & hoc est quod dicitur,* Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, *dolore partis sensitiuæ à contemplationis dulcedine impedita, sicut dictum est cap. præcedenti.*

12 Nocte os meum. *dolores enim corporis de nocte aggrauantur, & ideo dicit quod in eo aggrauabantur sic, quòd pertingebant vsque ad ossa.*

☞ 1 Et

MORALITER.

✠ 1 *Ad dexteram orientis*, id est, ad electos Christi dextra reponendos, repente persecutiones consurgent.

5 *Dissipauerunt itinera, &c.* id est, processus ad multiplicandum fideles sana doctrina.

† *Et non fuit qui fer. &c.* quia tunc Christiani principes iuuare non audebunt fideles, ideo subditur:

7 *Quasi rupto muro.* id est, omni defensione sublata.

9 *Abstulit quasi ven. desi. me.* id est, Christi cultum, qui dicitur desiderium gentium, Aggæi ij.

11 *Nunc autem in memetipso marcescit anima mea*, omni consolatione remota.

12 *Nocte os meum perforatur doloribus.* Nam in nocte illius tribulationis doctores ecclesiæ præ cæteris affligentur.

meum perforatur doloribus,& † qui me comedunt,nō dor-
a ¶ Graues sunt & multi.
miunt. In mūltitudine † eorum consumitur vestimentum
a ¶ Si qui malint mori quàm tacere, viles habentur.
meum,& quasi capitio tunicæ succinxerunt me.† Cōpara-
a ¶ Ideo opto mutari, sed quia Deus differt, ideo gemo.
tus sum luto, & assimilatus sum fauillæ, & cineri. Clāmo ad
te,& non exaudis me:sto,& non respicis me. Mutatus es mi-
a ¶ Districtè ferientem, nec parcentem culpæ.
hi in crūdelem,& in duritia manus tuæ aduersaris mihi. Ele-
a ¶ Eleuatio temporalis & fugitiuæ felicitatis ad hoc solum fit, vt subito deterius sternat in infimis, in Iob esse, visa est, in alienis oculis, in infirmis vere est.
uāsti me, & quasi super ventum † ponens, elisisti mē † vali-
dè. Scio quia morti † trades me,vbi constituta est domus o-
a ¶ Æternaliter.
b ¶ Dum hoc non de se sed de aliis subdidit, quod multorum personas in se significet ostendit.
mni viuēnti. Vēruntamen non † ad consumptionem eorum
a ¶ Plus est de seipso dare quàm de suis.
emittis manum tuam,& si corruerint, ipse saluabis. Flēbam

A ne sancti terebrantur, vt & ipsi qui in ea habebant vigorem fortitudinis, quasi iam quoddam habeant foramen timoris.

a *Et qui me co.* GREG. Quia maligni spiritus, qui carnales de ecclesia consumunt, tantò magis quiescere à tentatione nesciunt, quantò nullo carnis pondere grauantur.

b *In mult.* Quid aliud vestimētum Iob,quàm corpus accipitur? vestimentum autem ecclesiæ,sunt singulorum animæ, quæ ei credendo inhærendoq; fideliter eam circundant.

B Dicit ergo, dum multi sunt, qui cruciant, destruuntur plurimi, qui ei connexione amoris inhærebant.

c *Et quasi capitio tun.* Tunicæ capitium collum circundat: Collum verò si stringitur, vocis vsus & vitalis flatus necatur. Ecclesiam verò in collo, id est, in prædicatoribus reprobi quasi capitio tunicæ constringunt, quia in ea persecutionibus suis vitam fidei & prædicationis vocem extinguere conantur.

d *Comparatus sum luti.* In reproborum iudicio, electorum ecclesia luto comparatur: quia temporaliter conculcata despicitur;

C Fauillæ assimilatur & cineri, quia ad sola hanc mala peruenisse æstimant, quæ in ea exhiberi corporaliter vident.

e *Clamo ad te.* Ecclesia persecutionis suæ tempore fide stat, desideriis clamat: sed dolet se quasi non respici, dum sua videt in tribulationibus vota differri; quod fit, vt merita patientium crescant.

Patientiam sanctorum dolor vrget in vocem, & dilati vt proficiant, timent ne deficiant.

f *Mutatus es mihi in cru.* In Deo nec crudelitas nec mutabilitas venit; sed adiunxit *mihi*, vt ipsa crudelitas atq; mutatio non sit in qualitate iudicis,sed in mente patientis. Nostro more de Deo dicitur, vt per vicina nobis ad summa quandoque ascendamus. Nihil autem de eo dignum dici potest.

g *Et in du. ma. tua.* Manus Dei dicitur tunc voluntati nostræ contraria, cum quod ei in nobis displicet, feriendo persequitur.

h *Eleuasti me & quasi.* Quia præsentis vitæ gloria quasi in alto cernitur, sed nulla stabilitate solidatur, velut eleuatus super ventum ponitur, qui prosperitate transitoria lætatur. Quæ verba persōnæ Iob congruunt, non ad id quod erat, sed ad id quod esse videbatur. Neque enim hunc casum in mente pertulit, quia nulla aduersitas defecit, quem prosperitas nulla corrupit. Etiam in ecclesia infirmi, qui transitoriis successionibus lætantur, super ventum videntur leuati: sed persecutionis tempore dum prosperitatis aura pertransiit, eorum protinus eleuatio corruit.

i *Scio quia morti tra-*

D Ibid. c. 23.

Ibid. c. 24.

1 † pulsus
2 mei nō re-
3 quieuerūt.
4
5
6 † Proiecit
7 me in lutū,
8 &est timor
9 sicut puluis
10 & cinis.
11 E
12
13 † equitate
14 fecisti me
15 super eum,
16 & remouisti à me sa-
17 pientiam.
18 † valde.
19

Ibid. c. 25.

F *des me, vbi constituta est domus omni viuenti.* Nullus enim huc venit, qui ad carnis mortem corruptionis suæ gressibus non tendit. Infernus domus erat omnium ante aduentum Christi: mortem carnis nullus euadit. Et conueniunt hæc ipsi Iob historicè: mysticè autem infirmis, qui carnaliter viuentes ad domum mortis perueniunt. Sed quia quidam cadunt in voluptates, qui per pœnitentiam redeunt, quibus verbera sunt eruditio, non extinctio, ideò aptè subiungitur.

k *Veruntamen non ad consumptionem eorum emittis ma.* Manum suam dominus ad consumptionem peccantium non emittit, cum feriendo à peccatis corripit & corruentes saluat, dum cadentes, ad culpam in salute corporis vulnerat, vt prostrati exterius, surgant interius: quatenus iacentes corpore ad interiorem statum redeant, qui stantes exterius ab statu mentis iacebant.

Ibid.

l *Flebam quondam.* Plus est compassio quàm datum, quia rem quamlibet plerunque dat etiam qui non compatitur. Nunquàm autem

Ibid. c. 26.

g *Et*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et qui me co. *scilicet vermes de vlceribus meis orientes.*
2 Non dor. *Continuè me rodentes.*
3 In mult. eor. *Id est in tanta multitudine sunt, quòd non solùm cōsumunt carnem,sed etiam vestem meam.*
4 Et qua.ca.tu. *Capitium dicitur superior pars vestis, per quam caput intrat, ideo sic nominatur à capite; est igitur sēsus, quod vermes per illam partem exibant in tanta multitudine, quod capitium erat eis coopertum circumitu ad modum cinctura.*
5 Comparatus sum luto. *id est, ita vilis reputatus apud homines, sicut lutum.*
6 Et assimil. sum fauillæ. *quæ quasi nihil reputatur.*
Diuisio. 7 Clamo ad te. *Hic consequenter ostendit magnitudinem suæ aduersitatis ex defectu remedij, quo aggrauatur, quando remedium non speratur. Primò ergo tollitur remedium ex parte diuina: Secundò ex parte humana, ibi,* Flebam. *Circa primum dicitur,* Clamo ad te, *orando.*
8 Et non exaudis. *me liberando:*
9 Sto, *In oratione perseuerando:*
10 Et non respicis me, *remedium adhibendo.*
11 Mutatus es mi. *Licet enim Deus sit immutabilis, tamen mutabilia operatur, ex quibus variè nominatur. Et sic dicitur pius, quando dat prospera, durus quando infert aduersa, secundum communem modum loquendi hominum, quem Iob sequitur: licet firmiter teneret Deū omnia piè & iustè operari.*
12 Eleuasti me & quasi s.ven.po. *in alto statu, tamen instabili, sicut est ventus, ideo subditur:*
13 Elisi. me validè. *quia casus de loco excelso est grauior.*
14 Scio quia mor.tra.me. *finaliter post flagella; & vnde sciat, subdit.*
15 Vbi consti. est dom.omni.vi. *Sepulchrum enim est vltima domus cuiuslibet hominis.*
16 Verumtamen non ad vs.co. *q.d. si alios à me affligis in præsenti vita, habent tamen aliquod remedium, ideo subditur,*
17 Et si corruerint. *in aduersitates,*
18 Ipse saluabis. *si ad te conuersi clamauerint: ego autem clamo ad te quasi continuè, & tamen non exaudis liberando me ab afflictionibus præsentis vitæ; sperabat tamen ipse Iob à Deo consequi salutem in futuro meliorem, vt patuit ex supradictis 19. cap. quia credebat resurrectionem futuram; sed loquitur hic coram amicis suis, qui non credebant ipsam.*
19 Flebam. *Hic consequenter remouetur remedium ex parte hominum. Circa quod primo ostendit Iob, quòd homines debent sibi compati, di.* Flebam quondam, *quando in prosperitate eram.*

Diuisio.

1 Super

MORALITER.

✠ 1 *Et qui me come. non dor.* quia dæmones tunc maximè ad destructionem fidelium vigilabunt.
3 *In multit. eor. consu. vesti. meum.* id est, virtutes, quæ sunt ecclesiæ vestes.
4 *Et quasi capitio tunicæ succinxerunt me,* volentes me strangulare.
5 *Comparatus sum luto & assimilatus sum fauillæ.* nam tunc vilis reputabitur ecclesia, & deficiens vt fauilla.
7 *Clamo ad te & non exaudies me.* tunc enim orationes ecclesiæ non exaudientur ita citò, sicut erit in eius desiderio.
11 *Mutatus es mihi in crud.* Licet in Deo nō sit mutatio, nec crudelitas, delitas: tamen crudelis dicitur, cùm ab eo populus eius vltra morem solitum flagellatur.
12 *Eleuasti me.* tempore Constantini & aliorum principum deuotorum.
13 *Elisisti.* id est, elides tēpore Antichristi & satellitum suorum.
14 *Scio quia morti trades me.* ad soluendum debitum naturæ. Sed quoniam Antichristi persecutio electis erit ad purgationem, ideo subditur.
16 *Verumtamen non ad consumptio.* id est, pœnam æternam.
17 *Et si corruerint ipse sal.* nam deceptis ab Antichristo dabitur tempus pœnitendi, post mortem eius,
19 *Flebam quon.* tempore pacis meæ compatiendo afflictis.

✠ 1 *Expecta*

☞ autem qui verè compatitur, quod neceſſarium proximo conſpi-
A cit, negat. Eccleſia dum afflictos per lamenta pœnitentiæ con-
ſpicit, ſuos eis oratione continua fletus iungit.

GREG. Tempore vltimæ perſecutionis eccleſiæ, ad memoriã
Li. 20. c. 26 reducit bona, quæ geſſit tempore pacis. Quæ æterna gaudia deſi-
derans, ſed dum differuntur mala preſſa. ſubdit:

Ibid. c. 27. a *Expectabam bona, & venerunt mihi mala.* Fidelis populus ex-
pectat bona, ſed mala ſuſcipit.

b *Præſtolabar lucem, & eruperunt tenebræ.*
Ibid. Præſtolatur lucẽ, & te-
B nebras incurrit: quia pro remunerationis
gratia intereſſe iam gaudiis Angelorum
† clamaui. ſperat, & tamen hic diutius dilatus, manus perſequentium tole-
rat, vt Tobias.

Ibi l. † æſtu. c *Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie.* Sanctæ eccleſiæ interiora efferueſcere, eſt ipſos quoque, quos per amorem fidei velut viſcera ante geſtauerat, in perſecutionis atrocitate tolerare.

Hæc autem mala minus doleret, ſi ab aduerſarijs fierent, ſed grauius cruciant, cum ab his veniunt de quibus bona ſperaban-
C tur, & hoc eſt, *interiora eius efferbuerunt.*

Ibid. d *Prænenerunt me dies afflictionis.* Scit nanque eccleſia electo-
rum, quòd perſecutione vltima mala multa paſſura ſit. Sed hanc afflictionis ſuæ dies præueniunt, quia malorum vitam inter ſe grauiter etiam tempore pacis portat, qui iam in prauis moribus oſtendunt, quid ſit futurum.

Ibid. c. 28. e *Mœrens incedebam.* Vir ſanctus eleuatus rebus & honoribus mœrens incedebat: quia etſi hunc prælatum hominibus gloria poteſtatis oſtendebat, interius tamen mœrore ſuo ſacrificium domino contriti cordis offerebat. Eccleſia quoque per proſpera mœrens incedit, quia nihil verè proſperum deputat, quouſque bonum, quod ſingulariter quærit, apprehendat.

Vel: Et ſi tot abundabant, intus tenet eum mœror ſub diſcipli-
na; & ex licentia poteſtatis ad impatientiam non erupit: vnde, *ſine furore conſurgens.* Impatientia penè ſemper eſt poteſtati amica.

li. 21. c. 3. Mactandi vituli, in liberis paſcuis relinquuntur, ſeruandus, iugo premitur: Illi per amœna prata ad foueam, hic per aſperum iter venit ad patriam.

f *Sine furore conſurgens.* Sæpe ſeditioſorum tumultus hominum præpoſitorum ſuorum mentes laceſſunt: qui ſi boni ſunt, contra tumultus inſolentium clamorem habent, & furorem non habẽt, quoniam quos clementer tolerant, docere non ceſſant. D Ibid.

Ibid. c. 29. g *Frater fui draconum.* Draconum nomine malitioſi: Struthionum, qui pennas habent, & volatum non habent, ſimulatores deſignantur, qui ſpeciem tantum ſanctitatis habent: viſco quippe eos bonæ actionis decorat, ſed à terra minimè penna virtutis leuat. E

+ vel, ſine ſole. h *Cutis mea denigrata eſt.* Cutis nomine ecclesiæ infirmi, qui exteriori vtilitati deſeruiunt, ſignantur; Per oſſa, fortes qui curant cœleſtia, in quibus eſt compago corporis; Cutis ergo denigratur, & oſſa prę caumate ſiccantur: quia dum infirmi ad iniquitatẽ proſiliunt, & ſumpto plerunque honoris loco inter reprobos contra eccleſiam ſæuiunt; & fortes, qui in ea ſunt, zelo fidei cruciantur. Ibid. c. 30.

i *Verſa eſt in luctum cithara.* Acſi di. Pacis meæ tempore, per alios Ibid. c. 31.
qui vel carnem domant; parua, more citharæ, per alios more or- F
gani, magna & ſonora prædicabam: Sed nunc cithara & organum in luctum verſum eſt, quia dum me contemni conſpicio, eos qui prædicationis canticum non audiunt, deploro.

Vel, cythara per chordas ſonat, organum per fiſtulas: Chorda citharæ, intentio rectè operantium, quæ per afflictionem carnis tenditur, ad aliam vitam ſiccata carne, vt chordæ congruus ſonus ſit; Si minus tenditur, chorda non ſonat, ſed nimis raucum ſonat: quia abſtinentia non valet, niſi bene corpus edometur; vel ſi nimis atteritur, quia vitia extinguenda ſunt, non caro.

✠ ✠ Quotidie iam in ſancta eccleſia citharæ ſuæ atque organi cantus ſilet, atque in luctum verſus eſt: quia prædicationis verbum pene vbique conticuiſſe iam conſpicit. Alij namque loqui diſſimulant, alij recta audire contemnunt, ſed electorum mens, dum tacere cantum prædicationis conſpicit, gemens ac tacita ad fletum redit.

☞ CAP.

a ¶ Olim.

quõndam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur ani- 1 2
a ¶ Quantocius habere.
ma mea pauperi. Expectabam bona & venerunt mihi ma- 3 4
a ¶ Æternam claritatem. b ¶ Perſecutionum. c ¶ Qui ſecreta illius cognoſcentes, quanto ſciunt vbi ma-
gis doleat, tanto deterius ab afflictione minime quieſcunt.
la: præſtolabar lũcem, & eruperunt tenebræ. Interiorã mea 5
a ¶ Hos autem & ante grauiter tuli.
efferbuerunt abſque vlla requie, præuenerunt me diẽs af-
a ¶ Etſi eleuatus vt ſupra ait: Eleuaſti me, &c.
flictionis. Mœrẽns incedebam, † ſine furore, conſurgens 6 7
a ¶ Pacis tempore eccleſia patitur intra ſe malos & fictos, ſic &
Iob bonus inter malos fuit, quod eſt perfectio bonitatis.
in turba † clamabam. Fratẽr fui draconum, & ſocius ſtru- 8 9
a ¶ In quibus fuit pulchra eccleſia, modo eſt fœda. b ¶ Quia & eis datur poteſtas contra eccleſiam. Iob ve-
ro extra & intus ſe perpeſſum dicit. c ¶ Vt Paulus ariditate æſtuabat quibuſdam cadentibus,
cum dicit: Quis ſcandalizatur, & ego non vror?
thionum. Cũtis mea denigrata eſt ſupẽr me, & ôſſa mea a- 10 11
a ¶ Cum prædicatio ſiluit electus dolet.
ruerunt præ † caumate. Vẽrſa eſt in luctum cithara mea, & 12
organum meum in vocem flentium.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Super eo qui afflictus erat, *ei compatiendo: non ſictè ſed veraciter & ex corde. ideo ſubditur:*

2 Et compatiebatur anima mea pauperi. *q.d. ex hoc deberent homines mihi compati, ſed contrarium accidit mihi.*

3 Expectabam bona. *id eſt, conſolationes aliquas.*

4 Et venerunt mihi mala, *id eſt, punitiones & deriſiones.*

5 Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie, præuenerunt. *à calore vlcerum interius penetrante.*

6 Mœrens incedebam. *id eſt, triſtis propter dolorem me affligentem: quia tamen iſta triſtitia non abſorbebat rationem, dejiciens eam à virtute. ideo ſubditur,*

7 Sine furore. *Exponendo cum moderamine miſeriam meam, per quod deberent homines moueri ad compaſſionem: cuius tamen contrarium accidit, ideo ſubdit,*

8 Frater fui draconum. *Quia illi qui deberent me diligere ſicut fratres, momorderunt me ſuis punctionibus & detractionibus, ſicut dracones.*

9 Et ſocius ſtruthio. *Quia illi qui erant mihi familiares & ſocij, obliti ſunt mei, ſicut ſtruthio obliuiſcitur fœtus ſui.*

10 Cutis mea denigrata eſt. *ex humoris exterioris corruptione.*

11 Et oſſa mea aruerunt. *id eſt, calor vlcerum meorum intantum eſt exceſſiuus, quod in parte deſiccauit medullas oſſium meorum.*

12 Verſa eſt in luctum cithara mea. *id eſt, proſperitas, quæ erat mihi cauſa lætitiæ, verſa eſt in aduerſitatem, quæ eſt mihi cauſa triſtitiæ, moderate tamen ratione.*

✠ CAP.

MORALITER.

✠ 3 *Expectabam bona*, pro compaſſione iſta,

4 *Et venerunt mihi mala*, in perſecutione nimis dura.

5 *Interiora mea efferbuerunt.* Gregorius. *Sanctæ eccleſiæ interiora efferueſcere, eſt ipſos quos antè per amorem in vtero fidei geſtabat, in perſecutionis atrocitate tolerare: quod erit tempore Antichriſti.*

6 *Mœrens incedebam ſine furore.* id eſt, ſine impatientia animum peruer-
te areſcunt: quia dum infirmi ad iniquitatẽ proſiliunt, & ſumpto plerunque honoris loco inter reprobos contra eccleſiam ſæuiunt; & fortes, qui in ea ſunt, zelo fidei cruciantur.

peruententes.

8 *Frater fui, draconum, & ſocius ſtruthionum.* id eſt, perſequentium me: nam aliqui Chriſtiani ab Antichriſto decepti Chriſtianos grauiter perſequentur.

11 *Et oſſa mea aruerunt præ caumate.* Nam aliqui, qui fortes videbantur, in furore tribulationis Antichriſti peruertentur.

12 *Verſa eſt in luctum cythara mea.* id eſt, cantus deuotionis in fletum deſolationis: tunc enim officium eccleſiæ ceſſabit.

CAP. XXXI.

Epigi fœdus cũ ocu. me. GREG. Nunc proprias per ordinẽ virtutes enumerat, ſic vitę ſuę hiſtoriã texens, vt per rarũ aliquid, quod allegoricè poſſit intelligi, interſerat

✠ CHRYS. Quæ poſtea Chriſtus ſciuit, & iuſſit, eadem reipſa perfecit Iob.

CAPVT XXXI.

a *Pepigi fœdus cũ ocul. me.* Vt enim cogitationes cordis caſtè ſeruare potuiſſet, fœdus cũ oculis pepigit, ne prius incautè aſpiceret, ꝙ poſtmodum inuitus amaret. Serpenti dicitur à Deo, Pectore & ventre repes: Ventre, quando per humana membra luxuriam exercet opere; Pectore, quando polluit in cogitatione. Sed quia per cogitationem ad opus peruenitur, quæ ponitur in pectore, rectè ſerpens prius pectore, & poſtmodum repere vẽtre deſcribitur. Vnde quia Iob cogitationem muniuit, vna cuſtodia pectus & ventrẽ ſuperauit, dicens: *Vi ne cogita. quidem de virgine.* Quod ideo addidit, quia non modo actum, ſed cogitationem luxuriæ extinxit: quæ eſt abundans iuſtitia. Hucuſque enumerauit mala quæ pertulit, nunc incipit dicere bona quæ fecit; quia mors per feneſtras ſenſuum intrat, eos extra cuſtodit, ne per eos anima exteriora cupiat. Non debent eintueri quæ non licet concupiſci.

b *Quam enim partem haberet Deus in me deſuper* Acſi diceret: Habere me poſſeſſionem ſuam excelſorum conditor renuit, ſi mens mea ante conſpectum illius infirmis deſiderijs tabeſcit. Nulla enim placent bona Deo ſine mentis munditia.

c *Nunquid non perditio eſt iniquo.* Tunc erit alienatio reprobis, cum ab hæreditate diſtricti iudicis ſe anathema eſſe conſpicient.

d *Nonne ipſe conſiderat vias meas & cunctos.* Nomine viarum, actiones denuntiat: Appellatione greſſuum, motus mentium vel profectus meritorum. Sicut autem dominus vnuſquiſque vias conſideratꝛ, ſic dinumerat greſſus, vt ne minutiſſimæ quidem cogitationes eius iudicio, ac verba tenuiſſima, quæ apud nos vſu vluerunt, indiſcuſſa remaneant.

GREG. Sciens ſe videri cauet, non tamen ſecurus & perfectus quidem inter veteres, in præceptis futuri Chriſti penſat, quàm multa de perfectione minus habet. Ideo dicit: *Si ambu.*

e *Appendat.* q.d. Quantum ad modum humanæ vitæ mala in me non video: Sed niſi mediator appareat, qui omnes excedit, quantum à vera ſimplicitate diſtem, non cognoſco.

f *In ſtatera iuſta.* Stateræ nomine mediator Dei & hominum deſignatur, in qua æqua lance merita noſtra penſantur, & in cuius præceptis agnoſcimus quid in noſtra vita minus habeamus: & eſt ſenſus, Si qua vnquam leuiter, ſi qua pernitioſè perpetraui, mediator appareat, vt in eius vita agnoſcam, an ego veraciter ſimplex fui. Qui enim ſuorum temporum vires exceſſerat, mediatorem Dei, & hominum quærebat, vt in illo penſans agnoſceret, ſi vitam ſimplicem verè tenuiſſet.

a ¶ Cum conſenſu delectationis.

EPIGI fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem † haberet Deus in me deſuper, & hæreditatem † omnipotens de excelſis? Nunquid non perditio † eſt iniquo, & alienatio operantibus iniuſtitiam? Nonne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat? † Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit † in dolo pes meus, appendat me in ſtatera iuſta, & ſciat Deus † ſimplicitatem meã. Si declinauit greſſus meus de via, & ſi † ſecutus eſt oculus meus cor meum, & ſi manibus meis adhæſit † macula, ſeram & alius comedat, & progenies mea eradicetur.

a ¶ Quaſi ſi mundus non eſſem.
a ¶ Videns.
b ¶ Non eſſem pars Dei quia.
a ¶ Ideo ſolerter mihi agendum eſt.
¶ quia nulla bona vel mala ſine retributione.
a ¶ Et cum Deus omnia videat, opto perfici in exemplo Chriſti. b ¶ Vanitas ad leuitatem pertinet. Dolus ad malitiam. Reſto ergo vtitur ordine, quia per leuia peruenitur ad malitioſa.
a ¶ In hoc appenditur, quia ad vitæ eius exemplum prouocatur.
b ¶ Scire Dei dicitur ſcire nos facere. ¶ d eſt ſcire me faciat.
a ¶ Per conſenſum, non per id quod nolens patitur. b ¶ Si viſio ſernit malæ cogitationi, mox opus ſequitur.
a ¶ quos verbo genui. b ¶ Exemplo.

Dauid Vriæ coniugem ideò ſtudioſe reſpexit, quia concupierat: ſed potius ideo concupiuit, quia incautè reſpexit. Fit verò rectæ retributionis examine, vt qui exteriori negligenter vtitur oculo, interiori non iniuſtè cæcetur. Sæpe autem intrinſecus concupiſcẽtia dominatur, & illecebratus animus ad vſus ſuos ſenſus corporeos famulari more tyrannidis exigit, ſuiſque voluptatibus oculos ſeruire compellit, atque (vt ita dicam) feneſtras luminis ad tenebras aperit cæcitas. Vnde ſancti viri cum ſiniſtra ſe pulſari delectatione ſentiunt, ipſa, per quæ formæ ſpecies ingreditur, diſciplinæ magiſterio lumina reſtringunt, ne prauæ cogitationis viſio lenocinata famuletur; quæ ſi vnquam ſubtiliter cuſtodiri negligitur, cogitationis immũditia protinus ad operationem trãſit.

i *Et ſi manibus meis adhæſit.* Acſi di. nec videre volui quæ concupiſcerẽ, nec videndo ſecutus ſum quæ cõcupiui. Nec adhęſit macula in manibus meis, id eſt, culpa in actionibus: quia ſi qua illicita aliquãdo cogitauit, peruenire illa vſq; ad opera non permiſit.

k *Seram & alius co.* Serere enim eſt verba vitæ prædicare; comedere eſt bonis operibus ſatiari; & eſt ſenſus, Quod os meum loquitur, non ego, ſed alter operetur. Mulier enim vigilans filium lactat, dormiens occidit: Sic magiſter ſcientia vigilans, vita dormiens, ſi vigilijs prædicationis auditorem & prędicatione nutrit, ſomno corporis occidit.

l *Et proge. mea eradicetur.* Quiſquis iuxta hoc quod loquitur non viuit, quos verbo genuit, à ſtabilitate rectitudinis opere euellit.

a *Si deceptum*

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XXXI.

PEpigi fœdus. *Poſtquam Iob oſtenderat proſperitatem in qua fuerat, & aduerſitatem in quam inciderat: hic tertio oſtendit innocentiam, quam ſemper tenuerat. Et diuiditur præſens cap. in x. partes ſecundũ x. vitia, à quibus oſtendit ſe immunem, partes patebunt proſequendo. In prima igitur parte oſtendit ſe immunem à peccato luxuriæ; & primò à peccato fornicationis di.*

1 Pepigi fœdus cum oculis meis. *id eſt, firmiter ſtatui ſicut firmatur pactum, quod vitarem omnem aſpectum impudicum.*

2 Ne co. quidem de vir. *id eſt per aſpectum inciderem in delectationem vel conſenſum alicuius puellæ etiam pulcherrimæ, cuius cauſam ſubdit, dicens:*

3 Quã enim partẽ haberet Deus in mo. *q.d. nullã pars antè & hæreditas Dei dicitur homo, in quo Deus habitat per gratiã: ipſe antè non habitat in fœdatis per luxuriam imo elongat ſe ab eis: ideo ſubditur,*

4 Nunquid non perditio, *ſcilicet inferni,*

5 Eſt iniquo, *deputata à Deo,*

6 Et alienatio *ſcilicet, Dei.*

7 Operantibus iniquitatem, *per luxuriam? q.d. ſic: quia videt omnia quantuncunque quantuncunque occulta. ideo ſubditur:*

8 Nonne ipſe conſiderat vias meas. *& ideo ex teſtimonio diuino allegat ſuam munditiam, dicens,*

9 Si ambulaui in vanitate, *præbens me aſpectibus iuuenculariũ:*

10 Et feſtinauit in dolo pes meus, *quærens locum ad eas decipiendum.*

11 Appendat me in ſtatera iuſta & ſciat Deus *id eſt faciat alios ſcire,*

12 Simplicitatem meam, *id eſt, puritatem meam, quam ipſe nouit.*

13 Si declina. greſſ meus de via *ſcilicet munditiæ.*

14 Et ſi ſe. eſt oculus. *Cogitationes enim ſurreptitiæ non poſſunt ab homine euitari quia ſicut dicit Auguſt.* non eſt in poteſtate noſtra quibus viſis tangamur: tamen in poteſtate noſtra eſt ea reſpuere vel acceptare proſequi vel fugere; *eſt igitur ſenſus, Si cor meum, id eſt, cogitationes lubricæ carnis ſurreptitias ſecutus eſt oculus meus, impudice conſpiciendo:*

15 Et ſi ma. meis adhæ. ma. *immundè tangendo.*

16 Seram & alius co. & proge. *id eſt puniar à deo non ſolum in bonis mobilibus, ſed etiam in prole mea. q.d. ſi talia commiſiſſem, meritò priuatus fuiſſem bonis meis & filijs.*

1 Si

MORALITER.

✠ 1 *Pepigi fœdus cum oculis meis.* In hoc cap. deſcribitur ipſius Iob multiplex perfectio, vt oſtendatur nõ fuiſſe flagellatũ à Deo pro peccatis, ſed pro meritis augmentandis, & vt hæc legentes ſtudeant eius perfectionem tempore proſperitatis imitari, & eius patientiam in aduerſis. Ex quo patet quòd literalis ſenſus eſt ſimpliciter moralis, propter quod non eſt hic alia moralitas inquirenda.

lib. 11. c. 1.
Ibid c. 2.
† habeo à Deo.
† ab omni potente Geneſ 35. cõmodior erit ſentẽtia ſi ſibaudias cõtingit aut conuenit.
Iere. 9. f.
Gregor. Ibid. c. 3.
Ibid. c. 4.
Ibid.
Ibid.
Ibid.
Ibid. c. 7.
Ibid. c. 8.
† infrà 34.
† ad dolũ.
† perfectionem.
† poſt oculos meos abiit cor meum.
† quicquã.
Ibid.

¶ Et.
a Si deceptum est cor meum super mulierē, & si ad ostiū † ami- 1
a ¶ Si hoc feci, eadem culpa vertatur mihi in pœnam. 2
b ci mei insidiatus sum, scortum sit † alterius vxor mea, et super 3
a ¶ Crimen. ¶ Nullus sine peccato, sine crimine multi boni, animam polluit peccatum, crimen extinguit. 4
c illam incuruentur alij. Hoc enim nefas est, et iniquitas † ma- 5
6
d xima. Ignis est vsq; ad † perditionē deuorans, et omnia eradi- 7
e cans † genimina. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, 8
¶ Defectio, quasi hoc non feci. 9
a ¶ Magna repressio tumoris qui est ex potestate
et ancilla mea cùm † disceptarent aduersum me. Quid enim 10
faciam cùm surrexerit ad iudicandum Deus, et cùm † quæsie- 11
a ¶ Non considerat humilis quod præest, sed quod natura communis, non gaudet præesse, sed prodesse. 12
f rit, quid respondebo illi? Nunquid non in vtero fecit me, qui 13
g et illum operatus est, et formauit me in vulua † vnus? Si nega- 14
a ¶ Humilibus. ¶ Lumen dationis tarditas non offuscat.
h ui quod † volebant pauperibus, et oculos viduæ † expectare 15
a ¶ Defectio vbique.
i feci. Si comedi buccellam meam solus, et non comedit pu- 16
a ¶ Nec ista pietas est à me, sed ex gratia Dei.
k pillus ex ea († quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, et 17
a ¶ Hoc constat non posse esse nisi Deo. ¶ Hic humilitas.
l de vtero matris meæ egressa est mecum.) Si despexi præter- 18

A a *Si deceptum est.* GREG. per hoc nec cogitasse de fornicationis macula vir sanctus demonstratur.

Lib. 21. c. 9. b *Et si ad ostium.* per hoc patenter ostendit, quod à reatu adulterij liber fuit: Magnum est quod Iob exempla munditiæ dedit, qui non accepit illo tempore, quo nondum reuelatæ gratiæ censura districtior prodierat: quæ non solū corporis, sed & cordis lasciuiam reprimeret. Nunc & post prohibitionē domini econtra agitur, secundum hoc quod dicit si deceptum est cor, &c. (Ibid.)

c *Hoc enim nefas est.* Hoc inter peccatum distat & crimen, quia omne crimen peccatum est, non tamen B omne peccatum crimen est: Et in hac vita multi sine crimine, nullus verò esse sine peccatis valet. Bene ergo crimen luxuriæ diffiniens ait: *Ignis est vsq; ad perdi. de.* Quia non vsque ad inquinationē maculat, sed vsque ad perditionem deuorat.

d *Et omnia eradi. geni.* Germina animæ sunt operationes bonæ, quia si luxuriæ malo non resistitur, & illa pereunt quæ bona videbantur sed in tanta castitatis munditia quam humilis fuit, aperit, cum subiungit.

e *Si contempsi subire.* Qui iudicari cum seruis suis ancillisq; non C renuit, liquidò indicat quod contra nullum proximum tumidus fuerat. Inter hæc autem libet intueri vitam suā in omnibus, quāta vir sanctus discretione custodiebatur. Non enim longè superius dixit: *Videbant me iuuenes & abscondebantur, et senes assurgentes stabant, et principes cessabant loqui, etc.* Nunc verò ait: *Si contempsi iudicium subire, etc.* Quis dignè considerare valet huius viri tam sublimia virtutum moderamina? In quo tanta est autoritas regiminis, vt ad silentium restringantur duces: Tanta humilitas cordis, vt ex æquo ad iudicium venire permittantur ancillæ. Ecce apparet miro modo in potestate principibus potentior, in certamine seruis æqualis, in cœtu principum memor regiminis, in certamine famulorum memor conditionis: se quippe sub vero domino famulum conspicit, ideo cordis altitudine se super famulos non extollit, vnde & protinus subdit: *Quid enim fa.*

Ibid. ✻✻ Qui venturum iudicem cogitat indesinenter quotidie rationum suarum in melius causas parat: quia dum æternum dominum timore cordis intuetur, iura temporalis dominij super subiectos moderari compellitur. Perpendit enim nil esse quod temporaliter præest cæteris, quādo illi ad reddendam rationem subest, qui sine fine dominatur, sæpe namque transitoria potestas animum per abrupta elationis rapit, & quia eo quisq; extollitur, quo se esse super alios videt, illum oportet, qui supra se est, semper aspiciat, vt eius metu qui suprà omnia est crescentem intrinsecus animi tumorem premat. Intueatur qui sub ipso sint, sed consideret sub quo ipse sit: vt ex cōsideratione veri domini decrescat tumor falsæ dominationis. D

f *Nunquid non in vte. fe.* Potentibus viris magna est virtus humilitatis. Considerata æqualitate conditionis, iā ad libertatis opera se conuertit. (Ibid.) E

g *Si negaui quod vo.* Post castitatē & humilitatē subdit de libertate: per hoc ostēditur, non solum ad inopiam pauperibus, sed etiam ad desiderium deseruisse. (Ibid. c. 11.)

h *Et oculos viduæ.* Incunctanter dandū est, quod cùm vera humilitate quærit, id est, quod nec ex desiderio, sed ex necessitate poscitur. Vt non solum ex munere, sed etiam celeritate muneris bonorum operum merita augeantur. (Ibid. c. 11.)

i *Si co. bu. meam solus.* Non solùm exterius dedi, sed apud me inopes habui. Nec conuersatio cum quibuslibet habenda est, sed ex quibus merita proficiant, vnde se pupillum habuisse perhibet F socium. Solent enim nonnulli multa largiri, sed habere pauperes socios in domestica cōuersatione refugiunt, gratiam cōmunis vitæ non habentes. Sed iste, præiudicium se pietati facere existimaret, si solus comederet, quod dominus omnium cōmuniter creasset. Nec istam pietatem sibi, sed gratiæ dei attribuit, dicens. (Ibid. c. 12.)

k *Quia ab infantia.* ✻ CATEN. GRÆC. Quòd hæc pietatis viscera à cōditoris sui gratia sit cōsequutus: innotescit, quia sicut suo opere conditus non fuit in vtero, ita nec sua virtute ab vtero pius fuit. Miseratio. n. etsi eius fuit arbitrij, vt cū illo proficeret: tamē eius arbitrij non fuit, vt cum illo exiret de vtero. Sociæ sunt virtutes, nec humilitas cū veneratur proximū deserat largitatē, nec lagitas intumescat erga indigentem. Nec per impietatem deseras tegere consortem naturæ, nec per superbiam desinas venerari quem tegis, dum dicitur, *vt ipsi recipiant vos in eterna ta.* vbi ostenditur potius munera nos offerre patronis, quam dona dare egenis. (Ibid. c. 13 & 14.)

l *Si des. præ.* Quod pauperem non despexit, virtutem humilitatis exhibuit: (Ibid. c. 14.)

† consumtionem. † frumenta. † disputarent. Crimen & peccatum. † volebam. † quia ab adolescētia mea enutriui (sub. pupillum,) ac si fuissē pater eius, & de ventre matris meę complexus sum vel duxi eum. † vicini. † aliis. † iudicata vel, quæ sētentia iudicū condēnatur, & infra. † visitauerit. † vel, idem (sub deus) qui illum formauit. † contabescere passus sum i. si nō statim satis feci ei.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si deceptum, &c. *Hîc ostendit se immunem à peccato adulterij, di.* Si deceptum est cor meum super mulierem *alteri coniunctam in matrimonio, vel affidatam, sicut sonat dictio Hebraica.*

2 Et si ad ostium amici mei in si. sum. *quærens abuti vxore illius.*

3 Scor. sit al. vxor mea. *in pœnam huius.*

4 Et super il. incur. alij. *id est, turpiter & communiter se exponat.*

5 Hoc enim ne. est. *scilicet adulterium, quia est contra præceptum diuinum.*

6 Et ini. ma. *in peccatis contra proximum: quia per hoc fit ei iniuria in re maximè sibi dilecta.*

7 Ignis est vsque ad perdi. deuo. *s. corporis & animæ, quia talis nō solum in animam, sed in corpus peccat.*

8 Et omnia era. ge. *quia aufert certitudinem debitæ prolis, & supponuntur hæredes illegitimi.*

9 Si contempsit subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea. *Hæc est secunda pars principalis huius capituli: in qua ostendit se immunem à peccato iniustitiæ, di.* Si contempsi subire iudicium cum seruo meo & ancilla, *& multò minus contempsi subire iudicium cū persona æquali vel maiori.* (Diuisio.)

10 Cum disceptarent ad me. *id est; vellent in iudicio disceptare. Cuius causam reddit, dicens.*

11 Quid enim faciam cum surrexerit ad iudican. Deus, & cum quæsierit, quid respon. *q. d. si nollem iudicari cū seruo meo, quomodo possem respondere in iudicio diuino? q. d. nullo modo. ideo subditur:*

12 Nunquid non in vtero fecit me. *quasi diceret, licet sit inferior me ratione seruitutis, tamen in specie humana est mihi æqualis.*

13 Et formauit me in vulua vnus. *id est, vnus Deus, me & ipsum formauit.*

14 Si negaui quod vole. *Hæc est tertia pars, in qua ostendit se immunē à peccato immisericordiæ, di.* Si negaui, quod volebam, pauperibus, *dum tamen eorum voluntas esset rationabilis.* (Diuisio.)

15 Et oculos viduæ expe. feci. *nimis protrahendo consolationem debitam.*

16 Si comedi buccellam meam solus. *Per bucellam intelligitur alia cibaria, quæ Iob liberaliter communicabat & maximè pauperibus, vnde subditur.*

17 Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio. *diuersi enim homines ex complexione naturali habent varias inclinationes ad actus virtutum: quia aliqui sunt proni ad liberalitatem, aliqui ad castitatem, & sic de alijs: & talis inclinatio crescit per exercitum. Sanctus vero Iob ex complexione ad misericordiam pronus erat, & hæc inclinatio per continuum exercitium creuerat.*

18 Si despexi præter. &c. *Hæc est quarta pars, in qua ostendit se immunem à peccato superbiæ, quæ solet oriri aliquando ex aliorum impotentia vel defectu, & hoc excludit à se di.* Si despexi prætereuntem eo quod habuit ind. *reputans eum ex hoc vilem & bonorum suorum dissipatorem, sed econtra exhibui me ei misericordē, ideo subditur.* (Diuisio.)

exhibuit: quod autem operuit, pietatis. Ignoto autem proximo misertum se indicat, quem prætereuntem vocat: quia apud piam mentem plus natura valet, quàm notitia; vt in Iob.

Ibid. c. 15. a *Si leu. sup. pu.* GREG. Acsi patenter dicat: Neque tunc vtilitatis meæ negotia, virtute contra pupillũ exigere volui, quando in iudicio etiam ex iustitia potiorem vidi; hic enim *portæ* nomine, iudiciũ, quod in porta agebatur, significat.

Ibid. c. 16. b *Humerus meus.* Si ea bona quæ ore protuli, operari renui, ipsum quod mihi ad operandum datũ est, corporis mẽbrũ perdã. Vel, per humerũ, cui brachiũ iungitur, socialis vitæ coniunctio designatur: per brachiũ operatio. In B eo quod dicit: *Si leuaui, &c.* patientiã se seruasse asserit, quod qui non facit, à iunctura eius humerus cadit: cum aduersitatis aliquid ferre nõ valens, fraternam concordiã relinquit. Et brachiũ eius cum suis ossibus

† seduxit se.

a ¶ Quia quidam magis dant pro notitia, quam pro natura.

euntẽ. ℞ quod nõ habuerit indumentũ, & absq; operimento

a ¶ Si despexi. ¶ Hic notatur pietas.

pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleri- 1

¶ Hic patientia notatur. 2

a bus ouium mearum calefactus est. Si leuaui super pupillum 3

¶ In iudicio. a ¶ Vnitas. 4

b manum meam, etiã cùm viderem me in porta superiorẽ, hũ- 5

¶ Cadat à corpore quod ad vtilitatem exercere noluit, vel vnitas rumpatur. a ¶ Hominis operatio. 6

¶ Sua opera perdit qui aliena mala renuit perpeti.

¶ Concordia & vanitas sine patientia nunquam seruatur, rupta vero vnitate brachium conteritur.

merus meus à iunctura sua cadat, & brachiũm meum † cum

c suis ossibus confringatur. Semper enim † quasi tumẽtes super 7

d me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre nõ potui. Si pu- 8

e a ¶ Obrizum est rudis auri moles. Iste figens enim spem & delectationem in gratia Dei, nec de quantitate auri nec de spe peccauit. b ¶ Scilicet, tu es.

¶ Nec fiducia in terrenis nec lætitia: quia sunt qui & si in eis non confidunt, de habitis gaudent.

c ¶ In aquis fluentibus fundamentum ponit, qui in temporalibus confidit, & cum eis rapitur.

f taui aurum robur meum, & obrizò dixi fidũcia mea. Si lætã- 9

tus sum super diuitijs meis multis, & quia plurima reperit 10 11

a ¶ Sol & luna humanis ministeriis deputata, militiæ cæli vocantur, in quorum cultum multi ceciderunt.

g manus mea. Si ũidi solem cum fulgeret, & lunam inceden- 12

h i tem clarè, & † lætatum est cor meũ in abscõdito, & osculatus 13

† à calamo suo. Ibid. † timui affligionem Dei super me.

Si lætatus sum. Cùm autem quæ intelligit, operatur, ex eo quod foras ostenditur, sæpe labitur: sed beatum Iob sicut intelligentiæ aurum non extulit, sic nec lumen operationis. Post tanta autẽ quę suprà dixit, quid magnum est creata non adorasse? dicit etiam se non vidisse, i. desideranter intuitum esse speciem præsentis lucis: vt qui nec in auro nec in corporea luce delectetur, vt illequi dicit *diem hominis non cõcupiui*: de quibus gaudere non potest, quia per desideriũ non vidit. Lux autẽ exterior si incautè diligitur, à luce inuisibili cor extrà inhians cæcatur, & est sensus:

Si vidi solem. Penè soli homines sua bona nõ vidẽt, quæ alijs videnda præbẽt, nec lunam, i. famam boni operis, quę in tenebris ambulantib⁹ lucet: hęc etiam Iob nõ extulit quæ plus timenda erant. Tunc.n. quasi alta arbor flatibus amplius agitatur, quæper intelligẽtiã erat in semine, per operationem in ortu. De laudibus autem nõ modo non est factus arrogans in verbis, sed nec in tacita cogitatione. Dum mali bona mirantur, lucerna ardet in nocte: sed dum boni optima mirantur, sol in die fulget. Dum bonum actione corporis lucet, lucerna est, i. lumen in testa: dum contemplatione mentis, sol de cælo.

Ibid. c. 17. c *Semper enim quasi tu.* Fluctus, cum tumentes desuper imminent, cumq; eam, quam deferunt, mortẽ minantur, nulla tũc cura tẽporalium rerum nauigantibus, nulla delectatio carnis ad mẽtem reducitur, ea quoq; ex naui proiiciunt, pro quibuis longa nauigia sumpserunt: Cunctæ res in despectum mentis veniunt amo- C re viuendi, Quasi ergo tumentes fluctus super se, Deum metuit, dum veram vitam desiderat, omnia despicit quæ hîc possidens portat. Vel, tumentes fluctus extremam potestatem dicit: quando commotis omnibus elementis supernus iudex veniens finem omnium apportat, quam sancti quotidie expauescunt.

Ibid. d *Pondus e. fer. nõ pot.* quoniam qui extremi iudicij aduentũ intẽtamẽte considerat, profectò videtur, quia tantus pauor imminet, quantus non solum tunc videre, sed etiam nunc prouidere pertimescat.

lib. 22. c. 2. e *Si putaui au.* GREG. De creatore quippe desperasse fuerat, si spem in creaturam posuisset: Qui enim labenti innititur, necesse est, vt cum labente labatur.

Ibid. c. 3. Mysticè. f *Si læ. sum.* Nihil enim extra Deum menti sufficit, quæ Deum veraciter quærit.

Aurum ingenium preclari intellectus, obrizũ, mẽs, quę dum igne amoris coquitur, semper seruat claritatẽ. Et est sensus: *Nec ingenio tribui*, si qua veraciter intellexi: nec mẽti siqua bona egi. Multæ diuitiæ, abundantia acumina consiliorum, quæ manus quærentis inuenit, i. cogitatio tractantis gignit. Multas igitur diuitias reperit, qui inquirendo sacra eloquia abundantem intelligentiam percipit. Non est autem secura lætitia ea cognoscere, sed custodire: quia cui multum committitur, plus ab eo exigitur, & dum ad vsuram datur, amittitur, nisi cautè tribuatur. Intellectus vel otio torpet, vel elatione vanescit, & ideo ait.

Si

Ibid. ✠ Qui distinctionem judicis vigilanter attenderent, plus de malis suis metuerent quam de imperfectis bonis exultarent: plus inspicerent quod de his, quæ adhuc eis agenda sunt, debitores tenentur, quàm quod operantes quædam, iam debiti partem soluunt. Neq; enim absolutus est debitor qui multa reddit, sed qui omnia; Nec ad brauiũ victoriæ peruenit, qui in magna parte spectaculi velociter currit, si iuxta metas veniens, in hoc quod est reliquum, deficiat; Nec ad quælibet destinata loca pergentibus inchoando prodesset longum iter carpere, si non etiam totum valerent consummare. Amplius igitur debemus aspicere, quæ bona nedum fecimus, quam ea quæ iam nos fecisse gaudemus.

✠ IDEM. Sicut dum viuimus, debemus bona nostra à memoria repellere, ne extollant: ita appropinquante exitu plerunque ea ad memoriam iustè reuocamus, vt videlicet fiduciam præbeant, & desperatum timorem premant.

✠ IDEM. Paulus vt discipulos instrueret, de se summa referebat: vt verò in se humilitatem custodiret, considerationis oculum nõ in virtutibus suis, sed in infirmitatibus fixerat. Habent itaq; proprium sancti viri, vt bona quidem, quæ agunt, videant: & tamen cum peregerint, ab eorum memoria oculos auertant.

✠ 2 Quæ

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Si non benedix. mihi latera eius. *quæ discooperta erant & ego operui, & sic fui occasio vt benediceret mihi.*

2 Et de velleribus ouium me. *i. de pannis factis de velleribus earũ,*

3 Calefactus est. *id est, munitus contra frigus.*

4 Si leuaui super pu. ma. meam. *id est, potestatem meam iniustè.*

5 Etiam cum vide. me in por. supe. *id est, in loco iudicy, vbi poteram facere voluntatem meam.*

6 Humerus meus à iunctura. *id est, sic enormiter puniar à Deo. Et causam immunitatis à prædictis vitijs subditur.*

7 Semper e. q. tu. super me. *id est, sicut illi qui sunt in mari nauigãtes videntes fluctus intumescentes, quolibet momento timẽt submergi: ita semper super me, timui iudicium Dei venire, si aliquid agerem cõtra eum. pauperes, & impotentes despiciendo. Secundò, oritur superbia ex proprio fastu, ex potestate & diuitijs surgente, & hoc excludit à se, dicens.*

8 Si putaui aurũ robur meũ, *Ex hoc excludens à me timorẽ diuinũ:*

9 Et obrizo dixi, fi. mea. *ponendo in ipso finem meum;*

10 Si lætatus sum, *inepte et superbe,*

11 Diuitiis meis multum. *q. d. veniat super me vindicta diuina.*

12 Si vidi solem. *Hæc est quinta pars in qua ostendit se immunem à peccato idololatriæ, dicens,* Si vidi solem, *id est, diligenter attendi, vt cultum latriæ sibi attribuerem, sicut communiter faciebant Gentiles illius temporis, adorantes corpora cælestia tanquam deos.* Diuisio.

13 Et osculatus sum manum meam, *in signum reuerentiæ eis exhibitæ.*

✠ 1 Quæ

A a *Quæ est iniquitas.* GREG. quia autoris sui gratiam negare cõuincitur quisquis sibi tribuens quod operatur.

lib.22. c.5. Præsumptiopeccati. b *Maxima.* Omne peccatum, quod ex infirmitate est, spem non perdit, quia à Deo veniam querit: Præsumptio verò, quantò longius est ab humilitate, tantò grauius desperatione, & dum sibi vires tribuit, à Deo non requirit.

c *Si gauisus sum ad.* Quia videlicet & inimicum diligens, dum aduersario ruenti cõdoluit, & malis illius ipse ad bonum creuit.

d *Non.n.dedi.* Nõnulli enim quos aduersarios æstimant, maledictione feriunt, quia virtute nequaquã possunt.

e *Si non dixerunt viri.* Secũ enim aduersarios conuersantes tolerabat, quia iniustè agentibus per silentiũ non cedebat, sed per rectitudinem contraibat.

f *Quis det de.* Hoc mysticè de Christo, de cuius carnibus saturari cupierunt, vel domestici Iudæi, eius corpus volentes quasi consumẽdo extinguere; vel Gentiles credẽtes, qui de corpore eius: quotidie reficiuntur.

g *Foris non man. pe.* Dicturus in hospitalitatis gratia largitatem suam, prius qualis apud se fuerit, exposuit: quia exteriora munera ex interiori cordis munditia condiuntur.

h *Si abscon.quasi ho.* Hominis proprium esse conspicit, quia ex parentis veteris imitatione descendit. Adam enim peccatum voluit excusare per mulierem, mulier per serpẽtem. *Si abscondi.* Qui multa sua bona scit vbique prædicari, si qua habet mala, tegit, & se sanctum credit: sed verè humilis mala sua cognoscit, & vocem confessionis aperit. In sinu autem iniquitatem celare, est hanc in conscientiæ latibulis occultare, nec per confessionem detegere. Apertè in his demonstrat, quia vera de bonis suis dixit, qui mala non tacuit: verè iustus qui mala vitat, & quæ vitare non potest, hominibus non abscondit; ibi iustitia, hîc custodia iustitiæ. Sed quia ex vera humilitate secura nascitur autoritas, vt foris nil metuat, qui intus ad alta non anhelat, expressa confessione peccati, rectè subiungitur.

Luc.15.b. vbi sup. c.10. i *Si expaui ad mul.* Nihil mundi cupere magna est securitas, vt immutabili hærens, omnibus infrà turbatis non turbetur in mente: etsi extrà quandoque, carnis infirmitate.

Ibid. c.12. k *Et despectio.* Boni nec despecti sua aperiunt, cùm alijs non prosunt, quod esset se ostendere non prodesse: vt Iesus Herodi, non quærenti profectum tacuit, & inde passus est se irrideri. *Et despectio propin.ter.me.* Sunt qui despici metuunt, hi coguntur ostium egredi, quia pulsati contumeliis, dum de se quę nesciuntur, aperiunt, tanquam per oris ostium egrediuntur, vnde.

l *Et non ma.ta.* Bene præmittit, *tacui*, quia qui impatiens tacere nescit, à domo conscientiæ exit. Hoc mysticè de Christo, qui multos persequentes non timuit, & despicientes, qui & tacuit, nec egressus potentia vindicauit.

sum manum meam ore meo : quæ est iniquitas maxima, & a ¶ Vera dilectio, quæ & amicos in Deo, & inimicos propter Deum diligit.
negatio contra Deum altissimum. Si gauisus sum ad ruinam a ¶ Qui gaudet de malo inimici, dolet de eius bono.
eius qui me oderat, & exultaui quod inuenisset eum malum. a ¶ A culpa enim maledictionis alienus fui. ¶ Qui imprecatur mala quæ inferre nequit, quid faceret, si posset, ostendit.
Non enim dedi ad peccandum guttur meum, † vt expeterem a ¶ Extra posita dilexi, & conuersantes mecum aduersarios tolerauit.
maledicens animam eius. Si non dixerunt viri tabernaculi a ¶ In prædictis patiens charitas, ia his benigna.
mei, quis det de carnibus eius, vt saturemur? Fŏris non mansit a ¶ Et cum tam altus in opere, tam humilis in mente. b ¶ Verè humilis, quia quod de se spõte dicit, alio arguente non negat: vnde Iob inter aduersarios non veretur culpas detegere.
peregrinus, ŏstium meum viatori patuit. † Si abscõndi quasi a ¶ Mente.
homo peccatum meum, & celaui in sinũ meo iniquitatem a ¶ Ac si apertius dicat: turbatis contra me alijs extrinsecus, ipse intrinsecus in me imperturbatus mansi.
meam. Si expãui ad multitudinẽ nimiã, & despectio propin- a ¶ Qui non timet despici, per linguam non exilit.
quorum terruit me, † & non magis tacui, nec egressus sum a ¶ Os, quo secreta aperimus. b ¶ Sed. c ¶ Per eum. d ¶ Maior clamor cordis quam oris.
ŏstium? Quis mihi tribuat † auditorẽ, † ũt desiderĭũ meũ au ¶ In excessu mentis homo supra se verax est, & agnoscit de qualitate hominis, quia omnis homo mendax: etiam ipse idem homo.
diat ŏnipotẽs, & librũ scribat ipse, qui iudicat *, vt in humero

1 m *Quis mihi tribuat adiutorem.* ✻✻ Sanctus vir postquam tot virtutum suarum sublimia gesta narrauit, sciens quod suis meritis ad summa peruenire nequeat, adiutorem quærit. Et quem nisi rum, nisi vnigenitum Dei filium cõtemplatur, qui humanam naturam in hac mortalitate laborantem, dum suscepit, adiuuit? Ipse quippe adiuuit hominem factus homo: vt quia puro homini via redeundi non patebat ad Deum, via redeundi fieret per hominem Deum. Longe quippe distabamus à iusto & immortali nos mortales & iniusti; sed inter immortalem iustum, & nos mortales iniustos, apparuit mediator Dei & hominũ mortalis & iustus, qui & mortem haberet cũ hominibus, & iustitiam cum Deo: vt quia per ima nostra longè distabamus à summis, in se ipso vno iungeret ima summis; atque ex eo nobis via redeundi fieret ad Deum, quo summis suis ima nostra copularet. Huic ergo beatus Iob, per totius ecclesiæ significationem loquens, mediatorem requirit, cum dicit.

S. Gregorius legit, *adiutorem*, *Glossa*, *auditorem*.

† nè.

† De poss. di.1.c agite

† vel ecce signum meum omnipotens, qui testificabitur per me: id est, scriptura, qua volo iustificari, est illud quod respondebit mihi Deus, & quod de me testificabitur, & liber quem scripsit vir iudicii mei. Ibid. Iohan 5. d.

Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum au. Mediatorem requirit, sciens, quòd ad requiem liberationis æternæ humani desiderij preces nisi per aduocatum suum, audiri non possunt: de quo subditur.

n *Et librum scri. vnde: Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio.* Qui veniens ad nostram redemptionem, nouum nobis testamentum condidit, eritque quandoque autor iudicij, qui nunc est conditor libri: vt tunc districtius exigat, quod nunc mansuetus iubet. Beatus autem Iob cur scribi librum à iudice postulat, qui ad testamenti noui tempora peruenire non valebat? Sed electorum vocibus vtitur, atque eorum significationem postulat: quia profuturum eis per omnia prouidebat. Ipse namque per spiritum hunc apud se librum iamdudum tenebat, quem per gratiam aspirationis acceperat, & videndo cognoscere, & prouidendo nuntiare. Sed cur beate Iob scribi librum desideras?

o *Vt in humero meo portẽ illũ.* Librũ in humero portare, est scripturam sacrã operãdo perficere. Prius autẽ describitur in humero

☞ portari

NICOLAVS DE LIRA.

Diuisio. 1 Quæ est iniqui.maxima, *scilicet impendere creaturæ, quod attribuendum est soli creatori.* 2 Et negatio contra Deum altissimum, *Quia cultus Dei falsi, est negatio Dei veri in facto.*

Diuisio. 3 Si gauisus sum ad ruinam e. qui me oderat, *Hæc est sexta pars in qua ostendit se immunem à peccato rancoris & inuidiæ, dicens,* Si gauisus sum, *de malo alieno, etiam de malo inimici mei, supple Deus puniat me: & in hoc per oppositum ostenditur charitas perfecta in ipso Iob, quæ se extendebat etiam ad inimicos secundum monitionem saluatoris, Matth.v.g.* Diligite inimicos vestros, benefacite & cæt.

Diuisio. 4 Si non di. *Hæc est septima pars in qua ostendit se immunem à vitio inhumanitatis. & primo circa domesticos, dicens,* Si non dixerunt viri tabe.me. *i. domestici mei.* 5 Quis det de carni. *id est quis det vt sit corporaliter præsens nobiscum semper, vt de eius societate reficiamur. Secundo quantum ad extraneos dicens.* 6 Foris non man. pe. *sed humane collegi eum in hospitio.* 7 Ostium meum viatori patuit. *vt liberè posset ibi accipere refectionem suam.*

Diuisio. 8 Si abscondi. *Hæc est octaua pars, in qua ostendit se immunem à vitio hypocrisis. di.* Si abscondi quasi homo. *i. sicut solent multi homines facere.*

9 Peccatum meum? *illud indebitè negando, vel falsò excusando.*

10 Et celaui in sinu meo. *id est in corde meo.* 11 Iniquitatem meam, *per falsam exterius sanctitatis ostensionẽ.* 12 Si expaui. *Hæc est nona pars in qua ostendit se mundum à vitio pusillanimitatis: & secundo circa suam innocentiam optat testimonium diuinæ veritatis, ibi,* Quis mihi. *Circa primum dicit:* Si expaui ad multitudinem nimiam, *timore multorum à iustitia deuiando.* 13 Et despectio propinquorum terruit me, *ita quod à veritate deuiaui, timens ne offenderem propinquos meos contrarium volentes.* 14 Et non ma.ta. *quasi dicat non feci prædicta, sed magis tacui audiens increpationes propinquorum meorum, eo quod nolebam eis acquiescere,*

15 Nec egressus. *ad agendum aliquid iniquum propter eos.*

16 Quis mihi. *Hic supra prædicta quærit testimonium diuinæ veritatis, di.* Quis mihi tribuat auditorem, *scilicet, querimonia mea, vt mecum interpellat apud Deum pro me: ideo subditur.*

17 Vt desiderium meum au. &c. & li. scribat, *sententiam pro me proferendo: & per talem modũ loquitur, eo quod sententia iudicis solet ferri scripto. Hanc autem sententiã tulit Deus in fine libri dicens amicis Iob:* Non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob.

18 Vt in humero meo por.il. *tanquam victoriæ meæ vexillum.*

portari,& postmodum sicut corona circundari,quia sacri eloquij mandata,si modò bene portantur in opere postmodum nobis victoriæ coronam exhibent in retributione.

a *Per singra.meos.* Incrementa virtutum gradus vocat, quoniam per ipsa ascēditur,vt ad cælestia obtinenda veniatur,& quasi per singulos gradus suos librum pronuntiat: qui percepisse se eius sententiam, nō per verba tantummodo,sed etiam per opera demonstrat.

b *Et quasi princi. offeram eum.* Quod offerimus, manu tenemus. Venienti ergo ad iudicium librum offerre,est verba præceptorum eius in actione tenuisse.

c *Si adue. me.* Ad maiorem ostensionem suæ profectionis, ad vltimum imprecatiuam conditionem ponit. Quia hoc ad literam non potest,mystice debet intelligi. Omnis qui iura regiminis in commissis fidelibus possidet, quid aliud quàm terram incolendā tenet? Sed terra contra possessorem clamat, cum contra eum qui præest,aliquid iustum vel priuata domus vel sancta ecclesia murmurat,quæ quantum ad rudes, & nullis operibus excultos terra dicitur.

d *Et cum ip.sul.* Sulci dicuntur hi,qui ad audiendum atque retinendum,sanctis prædicationibus intenti,à priore mentis duritia, quasi quodam vomere linguæ scissi, semina exhortationis accipiunt: qui vomere lectionis attriti, cum grauari in minimis innocentes aspiciunt, per compassionem ad lamenta verruntur. Si ergo qui præest, peruersè in subditis agit, & rudes contra eum clamant,& perfecti deflent.

e *Si fructus eius comedi.* Qui præest & subest inuicem serui sunt: si hic obtemperat, ille solicite prouideat. *Et fructus eius comedi absque pecunia.* Fructus absque pecunia comedere, est ex ecclesia sumptus accipere, sed eidem ecclesiæ prædicationis pretium non præbere. Iob fructus terræ absque pecunia non comedit: quia subditus verbum admonitionis reddidit, à quibus fructus corporeæ seruitutis accepit.

✠✠ Hoc debet omnipotenti Deo omnis qui præest seu multis, siue paucioribus: vt sic debita ministeria à subditis exigat, quatenus subditis ipse etiam quid semper admonitionis debeat,solicitus citus attendat. Omnes namque qui sub dispositione conditoris vicario nobis ministerio iungimur, sub vno ac vero domino, quid nobis aliud nisi inuicem serui sumus? Cum igitur is qui subest seruit ad obsequium: restat procul dubio vt is qui præest seruiat ad verbum. Cum is qui subest iussis obtemperat: vt oportet vt is qui præest curam solicitudinis ac pietatis impendat.

f *Animā agrico. eius af.* Animas agricolarum affligit rector ecclesiæ, si aliis rectè prædicantibus inuidia se mordente contradicat. *Et animam agri. eius.* Aliquando rector ecclesiæ, dum sibi soli ius prædicationis vendicat, aliis recte prædicantibus per inuidiam contradicit: sed pius pastor, qui non suam gloriam quærit,ab omnibus vult adiuuari.

g *Pro frumento.* Si inquam hoc vel illud feci, pro frumento id est maioribus bonis, tribulus, mala minina; pro hordeo, id est, pro minimis bonis, spina, maiora mala. Tribulus enim mollior, spina ad pungendum est durior; & est breuiter dicere: Si hoc vel illud feci,pro bonis quæ in æternum reficiunt, retribuantur mihi mala quæ pungunt. Vel,in frumento, spirituale opus,quod mentem reficit: in hordeo, terrenarum rerum dispensatio figuratur, in qua quasi iumentis carnalibus alimenta paramus, quæ etiam habet aliquid paleæ admistum. Hoc autem frumentum & hordeum serit, aliquando etiam ille rector, contra quem terra clamat: Sed subditi, qui in pluribus grauantur,illa pauca bona quæ aliquo modo polluuntur, bona non putant. Dicit ergo: Si magna quæ debui non feci, punctiones murmuris à subditis recipiam, etiam de bono quod feci. Curandum est ergo prælatis ne dent exemplum mali, & subditis, ne facile iudicent facta prælatorum, contradicentes ordinationi Dei, qui illis potestatem dedit, sicut scriptum est, *Omnis potestas à domino Deo est.* De istis verò scriptum est, *Obedite præpositis vestris*, ne de vobis dictum sit illud, *Et murmurauerunt, & à serpentibus perierunt.* De illis ergo, *Gloria eius quasi flos fœni.*

Pro frumento. Pro frumento quippe tribulus, & pro hordeo spina oritur, cum in retributione vltima, in qua remuneratio laboris quæritur,punctio doloris inuenitur.

Numerū gressuum meorū annuntiarem illi, velut princeps offerrē illi. Sub. causam meam libere & sine terrore.

Ibid. c.16.

Ibid. c.15.

Mystice.

Ibid.

Ibid.c.16.

Allegorice

Ibid. c.17.

† Per singulos gradus meos pronũtiabo illum, & quasi principi offeram eum. Si aduersum me terra mea clamat, et cum ipsa sulci eius deflent. Si fructus eius comedi absque pecunia, et animam agricolarum eius afflixi, pro frumento oriatur mihi tribulus, et pro hordeo spina *.

a ¶ Sed quia statim nemo sit in summis gradibus.

a ¶ Inculti tantum clamant nec dolent, culti plorant per compassionem, mala proximorum quasi sua dolent.

a ¶ Et tacent. ¶ Si qui præest, peruerse in subditis agit, rudes contra eum clamant, & perfecti deflent.

a ¶ Pro maioribus bonis.

a ¶ Mala minima. b ¶ Pro minimis bonis. c ¶ Mala maiora.

1 2 3 4

* finita sunt verba Iob.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Per singulos gradus meos, *id est per omnes processus meos.*

2 Pronuntiabo il. *ad Dei gloriam: ideo subditur,*

3 Et quasi principi offeram eum, *quia de omnibus bonis humanis gloria Deo est attribuenda.*

Diuisio. 4 Si aduersum me terra mea. *Hac est decima pars in qua ostendit se immunem à peccato cupiditatis, quod apparet vitium, quando homo de mo de terra vult extrahere fructus excessiuos. Quod fit dupliciter: Vno modo quando nimis continuè colitur, & non permittitur quiescere: & hoc excludit à se dicens,* Si aduersum me terra mea clamat, *id est, ex opere ostendit quasi se afflictam de nimia cultura. Alio modo quando subtrahitur merces debita agricolis: & quantum ad hoc dicit,* Si fructus eius comedi absque pecunia, *& subditur conueniēs pœna:* Pro frumento oriatur mihi tribulus &c.

ADDITIO I.

In cap. xxxj. dicitur in postilla: Si non dixerunt viri tabernaculi mei, *id est, domestici mei.*

Valde impropriè dici videtur, quod illi, qui desiderant societatem alicuius, dicuntur desiderare refici de carnibus eius. Sed hoc dictum aliter videtur exponendum, scilicet quod Iob sic erat amator & recollector peregrinorum, quod omnes recolligebat in domo, nec permittebat quod aliquis peregrinus maneret extrà: de quo dicit, Foris non mansit peregrinus. *Similiter nec volebat quod viatores haberent aliquod impedimentum ne intrarent in domum suam, de quo dicit,* Ostium meum viatori patuit: *in quo tantum excedebat, quod domestici & seruitores sui fatigati à frequenti seruitio peregrinorum & extraneorum videntes quod magis curabat de recollectione & refectione extraneorum quam de domesticorum quiete & refrigerio, quasi habebant eum in odium desiderantes ab eo vindicari; vnde dicebant,* Quis det de carnibus eius vt saturemur, *sicut consueuit esse multoties, quòd eum paterfamilias videtur excedere in benefaciendo alienis, domestici proprij de hoc murmurant, quasi per illum modum quò legitur Matth. xx. b. de operariis contra patremfamilias murmurantibus, eò quòd pares fecerat eos, qui minus laborauerunt, his qui portauerant pondus diei & æstus. vnde & in proposito familiares domestici per amplius excitabantur in odium patrisfamilias, cùm extraneos tantùm foueret, vt proprij fatigarentur. Et secundum hanc expositionem cùm dixisset:* Si non dixerint viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius vt saturemur, *quasi reddens causam immediatè subdit,* Foris non mansit peregrinus.

ADDITIO II.

In eo. esp. xxxj. vbi dicitur in postilla. Circa primum dicit: Si expaui ad multitudinem nimiam.

Vbi dicitur: Si expaui ad multitudinem nimiam &c. *In Hebræo habetur:* Si expauescere feci multitudinem nimiam, & despectio cognitionum terruit me,& non magis tacui. *Cuius sensus est, quod Iob in hoc loco excusabat se ab acceptione personarum, intantum quod multitudinem nimiam, à qua solent quandoque iudices terreri, cum iustitia hoc suaderet, expauescere faciebat: & tamen cùm contigisset quòd aliquis despectus cognationum, scilicet qui magis contemptibilis erat in cognitione, aliquid iustum pro se allegaret, terrebat eum de quo dicit:* Despectio cognationum terruit me, *intantum quòd tacebat, assentiendo iustitiæ, de quo dicit,* Et non magis tacui, *neque audebat contra eum procedere, de quo dicit:* Neque egressus sum ostium & cætera.

REPLICA. *In ca. xxxj. vbi postillator distinguit decē partes secundū decem vitia à quibus Iob se excusat, in ea parte qua dicitur:* Si non dixerūt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus eius vt saturemur, *se excusat*

excusat à vitio inhumanitatis q.d. ita fui humanus domesticis, vt etiam carnis, id est corporis mei, iugem affectarent præsentiam pro sui refectione, id est consolatione. Burgen hanc expositionem dicit impropriam, volens quod hæc verba dixerunt famuli sui ex odio in vim vindictæ: Sed certe magis est impropria vindicta per Burg. ficta, quòd quis ex odio velit carnes humanas deuorare. Tum etiam quia verba illa non sonant in excusationem Iob, sicut patet per totum capit. sed potius in accusationem, quasi suis fuerit adeo inhumanus. prout Bur. exponit, vt ex odio affectarent eius carnes manducare. Nec est verisimile quòd sanctus vir opere pietatis fouendo peregrinos & aduenas vsque ad tantam domesticorum fatigationem processerit, vt carnes eius ex odio affectarent; Tum quia dicitur supra cap. j. erat ipsi Iob familia multa nimis, & per consequens non sic faciliter fatigabilis, vbi vna familia per aliam potuit subleuari; Tum quia ita heroicus fuit vir iste, vt etiam à Deo meruerit sic singulariter commendari, vt patet capit. j. non est verisimile propter connexionem virtutum vitium inhumanitatis tantæ in eo fuisse, cùm secundum Philosophum bonum tantùm vno modo fiat, id est cum assistentia omnium virtutum moralium & circunstantiarum earundem; & in fine huius cap. dicit se non fuisse onerosum terræ in nimia eius cultura, dicens: Si aduersum me clamat terra &c. *Qui igitur terræ insensibili secundum illum sensum onerosus non extitit, consequens est, quod rationabili familiæ molestus non fuerit, sed ei quadam humanitate pepercit. Nec est verisimile sanctum Iob scienter sustinuisse iniquam familiam quæ ex odio suam expeteret carnem deuorandam: qui enim erat omnium consolator, vt dicitur in litera, quomodo familiæ suæ vsque ad odium sui fuisset oppressor? Nec opinabile est familiam suam tantum posse concipere contra eum odium, qui vt dicitur in hoc cap. cum seruo non contempsit subire iudicium Ex his omnibus patet Burgensis refutatio.*

CAPVT XXXII.

Miserunt autem tres. ✻ NICETAS. Eliu Iobum iustum agnouit, tres amicos reprehendit quod scelerum illum dare pœnas dicerent. Sed Iobi mentem non assequutus eum arguit, quod Deum iudicem prouocauit.

GREG. Tandem beati Iob plenas mystica virtute sententias, in quibus contra amicorum verba respondit digessimus, nunc superest vt ad Eliu verba veniamus: quæ tanto grauiori circumspectione pensanda sunt, quantò & per iuuentutis audaciam spiritu fertiuentiore proferuntur.

li. 22. c. 17. in fine.

Ibi l. 23. c. 1

Beatus Iob Deo soli sibique cognitus, in tranquillitate ad nostrã notitiam perducendus, tactus est verbere, vt odorem suarum virium tantò latius spargeret, quantò more aromatum melius ex incensione flagraret. Nouerat in bonis piè subditos regere, & à malis se districtè custodire. Nouerat bene vti rebus habitis, sed nesciebamus si patiens maneret ipsis ablatis. Nouerat quotidiana Deo pro sanis pignoribus sacrificia soluere, sed incertum erat si ei gratiarum sacrificium etiam orbatus immolaret. Ne quid ergo vitiis salus tegeret, dignum fuit vt hoc dolor aperiret. Data itaque est contra sanctum virum hosti callido tentandi licentia, qui dum bona eius multis cognita modis interimere appetit, etiã bonum patientiæ quod latebat ostendit. Nam combussit greges, extinxit familias, obruit hæredes, percussit salutem corporis, & ad intorquendum grauioris tentationis iaculum, linguam seruauit vxoris, vt sancti viri forte ac solidum pectus, & per damna rerum dolor sterneret, & per verba coniugis maledictio perforaret. Sed quot vulnera sæuiens intulit, tot sancto viro nesciens victorias ministrauit. Amici verò eius qui quasi dum consulunt, inuehuntur, hæreticorum figuram exprimunt, qui sub specie consulendi agunt negotiũ seducẽdi: vnde & ad beatum Iob dum pro domino verba faciunt, à domino reprobantur, quia omnes hæretici dum Deum defendere nituntur, offendunt, vnde & eis aptè à Iob dicitur: *Disputare enim cum Deo cupio*, prius vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum. Cõstat ergo eos hæreticorum typum gerere, quos sanctus vir redarguit cultui peruersorum dogmatum deseruire. In tribus itaque amicorum Iob nominibus, tres in hæreticis perditionũ casus exprimuntur. Nisi enim Deum contemnerent, nequaquam de illo peruersa sentirent; & nisi vetustate se contraherent, in nouæ vitæ intelligentia non errarent; & nisi speculationem bonorum destruerent, nequaquam eos superna iudicia tã districto examine proverborum suorũ culpa reprobarẽt. Cõtemnẽdo igitur Deũ in vetustate se retinẽt, & in vetusta te se retinendo prauis suis sermonib⁹ speculationi rectoris nocent.

Potestas diabolo data fuit super Iob.

CAP. XXXII.

Miserunt autem tres viri isti respondere Iob, eò quòd sibi iustus videretur. Et iratus indignatúsque est Eliu filius Barachel Buzites de cognatione Ram. Iratus est autem aduersus Iob, eò quòd † iustum se esse diceret coram Deo. Porrò aduersum * amicos

a ¶ Tribus: non sibi Iob quasi tumido.

* tres.

b *Et iratus indignatusque Est Eliu.* Eliu Deus meus iste, vel Deus dominus interpretatur, per quem rectè fides designatur arrogantium intra ecclesiam positorum: quia Deum dominum confitentur. Barachel, benedictio domini, Buzites contemptibilis, quod arroganter prædicantibus congruit, quia in prædicationis facundia benedictionem diuinæ gratiæ percipiunt: sed in elatis moribus esse eam contemptibilem ostendunt. Ram, excelsus: Excelsus namque est fidelium populus, qui huius vitæ infima & abiecta contemnit. Eliu itaque de cognatione Ram dicitur, quia vnusquisque arrogans prædicator intra ecclesiam positus, sanctis populis fidei veritate sociatur, quamuis ab eorum vita elationis prauitate disiungitur.

Ibid. c. 2.

Eliu affinitas specialis describitur

✻ NICETAS. Buzites dictus seu quod Buzi, vnde orta est Ram, cognatione tenebatur, seu, quod id nomen à quadam prouinciæ Austitidis vrbe inuenerit. Sanè illud nobis compertum est, Nachor Abrahami fratrem, secundum è Melcha filium suscepisse, qui sit Buz appellatus: fortè inde Eliu genus ducit.

Ibid. c. 3.

c *Iratus est au. ad. Iob.* Vanæ enim gloriæ sectatores cum se hominibus præferunt, alios de fatuis sensibus, alios de indignis meritis reprehendunt, id est alios censent nihil scire, alios non bene viuere: etiam cum omnes extra ecclesiam positos praua sentire iustè arguunt, eos etiam qui intus sunt, pro vitæ contemptu despiciunt, & extra positos premunt veritate dicti, intus positos premunt qualitate dicendi, id est, vitio elationis.

☞ ✻ NICETAS.

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XXXII.

1 Miserunt autem. *Terminata disputatione trium amicorum Iob contra ipsum, hic consequenter ponitur disputatio quarti, scilicet Eliu. Circa quam primo ponitur quædam præfatio; secundo subditur ista disputatio, cap. 32. Prima in duas, quia primo ponitur huius disputationis occasio: & secundo disputantis excusatio, ibi.* Iunior sum. *Occasio autem huius disputationis fuit, eo quod tres amici Iob supra positi auditis verbis Iob, quibus innocentiam suam multipliciter declarauerat, reputauerunt cum eum esse iustum & ideo merito tacuerunt: quia cum eo disputare cœperant, eo quod ante contrarium tenebant, scilicet ipsum à Deo fuisse propter suam iniustitiam flagellatum: Eliu autem adhuc idem tenebat, & iustitiam quam Iob pro se declarauerat, simulatam, & non veram credebat. Item ipse Iob in disputando quædam verba dixerat, quæ videbantur ipsi Eliu blasphematoria, propter quæ erat arguendus, etiam si alias fuisset iustus: propter quod iratus fuit contra Iob se iustificantem, & contra tres viros prædictos, eo quod non poterant, prout ipse æstimabat, defendere veritatem. & hoc est quod dicitur,* Omiserunt autem tres viri isti. *respondere Iob: & patet litera, hoc excepto:*

Diuisio.

1 Sed

MORALITER.

1 *Omiserunt au. tres vt.* Ex hoc habemus documentum, quod in disputando tacere debemus, cùm nobis datur rationabile responsum, ergo Eliu expectauit Iob loquentem: licet autem esset multum arrogans & præsumptuosus, vt patet ex sequentibus, tamen siluit reuerenter, quandiu Iob, & tres alij qui seniores erant, voluerunt loqui: & multò fortius homines moderati & religiosi, maximè verba seniorum, cum reuerentia debent audire. Per hoc autem quod Eliu contra quatuor prædictos in contumeliam erupit, vt ex sequentibus patet, eius arrogantia, quæ latebat in mente, apparuit in sermone, Matt. xij. c. *Ex abundantia cordis os loquitur.* Et sic dispositio mẽtis per verbum oris aperitur.

Nõtent disputantes.

A ✠ NICETAS. Eliu arbitratur Iobum se dicere Deo iustiorem. Amicos autem arguebat quod bonam causam malè agendo, & tandem silendo prodidissent.

✠ NICETAS. zelo commotus est.

lib. 23. c. 3. a *Igitur Eliu expe. Iob lo.* GREG. Cum dicitur quia Eliu expectauit Iob loquentē, eò quod seniores essent qui loquebātur: apertè beato Iob, non pro sua, a sed pro amicorum reuerentia, honorē seruasse monstratur; quia arrogātes intra ecclesiam positi, quam defendunt, despiciunt. Et plerumque plus ingenia malè sapientiū, quàm simplicem vitā innocētium venerantur. Quamuis autem ecclesia, hæreticis sic antiquior, quia de illa exierunt; Eliu tamen iunior fuisse describitur, quia post exercitata bella hæreticorū, viri feruentes ingenio contra hostium prodiere certamina, & inde arrogantes esse cœperunt. Post hos quoque Eliu iunior in exprobratione beati Iob iungitur: ex cuius persona species quorundam doctorū fideliū, sed tamen arrogantiū designatur. Cuius verba non facilè intelligimus, nisi ea ex subsequenti dominica correptione pensemus. Ait namque de illo dominus: *Quis est iste involuens sententias sermonibus imperitis?* Cùm verò dicit sententias, sed non addit protinus quales, vult proculdubio bonas intelligi: Nam cum sententiæ nominantur, nisi etiam malè dicantur, malè sentiri non possunt. In bono enim sententias accipimus, quæ sine adiectione reprobationis ponuntur, sicut scriptum est:

Brou. 26. c. *Sapientior sibi videtur piger septem viris loquentibus sententias.*

Ibid. b *Respondensque Eliu ſ.* Hæc quia soliditate grauitatis carent, expositionis subtilitate non indigent: quia dum pro ætatis suæ respectu tacuit, sapientior fuit; dum autem se præferens, & in aliis longæuitatem despexit, pueriliter desipuit. nam contra eius sententiam ætas prolixior loquitur, & per annorum multitudinem sapientia docetur. Quia etsi ætas sensum non præbet, vsum tamen exercet vehementer.

c ✠ *Sed vt video spiritus.* OLYM. Non est necesse seniores esse sapientes, spiritu sancti gratia ad eam rem omnino opus est quod si tempus gignit sapientes, multò magis Deus, sed tempus sine diuina ope sapientiam præstare non potest.

supra. c. 4. GREG. Non parua condemnatio est ex bono, quod communiter datur, priuatè gloriari, scire bonum vnde cœperit, & nescire quomodo bono vti debeat, quod accepit. Quatuor quippe sunt species tumoris, cùm homo bonum à se ipso habere æstimat; vel, si desuper credit datum, pro suis tamen meritis accepisse putat; vel, cùm iactat se habere, quod non habet; vel, cum cæteris despectis singulariter vult videri. Hæc quarta species vicinius proximat diabolo, qui præ angelis esse voluit: quia in ea quidem specie crebrò omnis humanus animus labitur, vt † qua, vel, & tamen. id quod habet singulariter habere glorietur; quia quisquis bonum singulariter se habere gaudet, quisquis sublimior videri cæteris quærit, illum scilicet imitatur, qui despecto bono societatis angelorum, sedē suam ad aquilonē ponens, & altissimi superbè similitudinem Esa. 14. d. † scientiā. appetens, per iniquum desiderium quasi ad quoddam culmen conatus est singularitatis erumpere. Ab hac dominus discipulos de prædicatione reuersos compescuit, ne de singularite miraculorum gauderent, dicens: †inuestigaretis sermones. Luc. 10. c. *Videbam Sathan sicut fulgur descendentem de cælo*, qui singulariter erat elatus, vt in eius ruina discerent, quid de elatione timerent.

D Quatuo species tumoris.

E

F

eius indignatus est, eò quòd non inuenissent responsionem †

¶ Hoc facto indicauit quod fecerat ante.

rationabilem, sed tantummodo condēnassent Iob. 1 Igitur Eliu

¶ Sicut ab illis veritate sensuum, ita ab his prauitate morum discordat.

expectauit Iob loquentem, eò quòd seniores essent qui lo-

a ¶ Hæretici.

quebantur. Cùm autem vidisset, quòd trēs respondere non

a ¶ Alias possent. ¶ Catholicis.

b pōtuissent, iratus est vehementer. Respōdénsq; Eliu filius Barachel, Buzites, dixit: Iunior sum tēpore, vos autem antiquio-2

† expaui & † sup. 12. b. res. Idcirco † demisso capite, veritus sum vobis indicare meā † sententiam. † Sperabam enim quòd ætas prolixior loquere- 3

¶ Hæc rectè diceret, si eam intelligentiam sibi non arrogaret.

B c tur, & annorum multitudo doceret sapientiam. Sed vt video, 4

† magnates nobiles. spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat in- 5

telligentiam. Non sunt † longæui sapientes, nec senes intel- 6

† opinionē ligunt iudicium. Ideo dicam: audite me, ostendam vobis et- 7 8

¶ Superbe se tacuisse indicat.

d iam ego meam † scientiā. Expectaui enim sermones vestros, audiui prudentiā vestram, donec † disceptaremini sermoni-

a ¶ Non annos, sed intentionem pensat verborum.

bus, & donec putabam vos aliquid dicere, considerabam.

e Sed, vt video, non est qui arguere possit Iob, & respondere

¶ Prohibitio est, quasi ne dicatis hoc: Iob proiectum à Deo sicut incorrigibilem, qui non cedit sententiis & autoritatibus vestris.

ex vobis sermonibus eius. Ne fortè dicatis, inuenimus, 9

Infrà. f desīgnatur. Cuius verba non facilè intelligimus, nisi ea ex subsequenti dominica correptione pensemus. Ait namque de illo dominus: *Quis est iste involuens sententias sermonibus imperitis?* Cùm verò dicit sententias, sed non addit protinus quales, vult proculdubio bonas intelligi: Nam cum sententiæ nominantur, nisi etiam malè dicantur, malè sentiri non possunt. In bono enim sententias accipimus, quæ sine adiectione reprobationis ponuntur, sicut scriptum est:

Brou. 26. c. *Sapientior sibi videtur piger septem viris loquentibus sententias.*

Ibid. b *Respondensque Eliu ſ.* Hæc quia soliditate grauitatis carent, expositionis subtilitate non indigent: quia dum pro ætatis suæ respectu tacuit, sapientior fuit; dum autem se præferens, & in aliis longæuitatem despexit, pueriliter desipuit. nam contra eius sententiam ætas prolixior loquitur, & per annorum multitudinem sapientia docetur. Quia etsi ætas sensum non præbet, vsum tamen exercet vehementer.

c ✠ *Sed vt video spiritus.* OLYM. Non est necesse seniores esse sapientes, spiritu sancti gratia ad eam rem omnino opus est quod si tempus gignit sapientes, multò magis Deus, sed tempus sine diuina ope sapientiam præstare non potest.

supra. c. 4. GREG. Non parua condemnatio est ex bono, quod communiter datur, priuatè gloriari, scire bonum vnde cœperit, & nescire quomodo bono vti debeat, quod accepit. Quatuor quippe sunt

d *Expectaui enim sermones ve. audiui prudentiam ve.* Cum dicit *expectaui &c.* declarat se ad verba senum, iudicātis potius studio, quā docentis voto tacuisse; quamuis hęc melius vitā arrogantiū signant, qui aliquando intra ecclesiam positi, cū eiusdem ecclesiæ aduersarios conspiciunt: non in eis annos temporum, sed intentionē solēt pēsare verborū. Nā quātolibet sint eisdē arrogātibus antiquiores hæretici, eos tamen audacter comprimere conantur: in quorum verbis dogmata peruersa reprehendunt. Ibid.

✠ NICE. Audite me qui patiēter audiui vos. Alij: Audite, nō enim prius loquēdi finē faciā, quā meos ipsi sermones cōprobaueritis.

e *Sed vt video non est qui arg. pos. Iob.* Sæpe hæretici per hoc quòd esse & hominibus despicabiles solent, cùm à cunctis ecclesiam regentibus venerari conspiciunt: opinionem eius quibus valent obtrectationibus lacerare contendunt, dicentes, Idcirco illi cuncta temporalia suppetunt, quia ei præmia æternorum munerum subtrahuntur, quorum voce Eliu obuiat, dicens: Ibid.

f *Ne for. di.* Quasi, incassum dicitis, quod Deꝰ eū proiecerit & nō homo, quoniāveneratur: qa sic modo gloria terrena datur, vt multiplicius cælestis sequatur. Acsi arrogātes fideles contra hæreticos dicāt, per hoc ꝙ ecclesiam in honore hominū florere tēporaliter cernitis, proiectā eā à domino nō credatis: sed nihil est: Dat enim Deus in hoc itinere solatia, & peruenienti æterna præmia seruat.

☞ a *Deus*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Sed tantummodo condemnassent Iob. *id est conati fuissent ipsum ostendere iniustum magis sermonibus quàm rationibus.*

Diuisio. 2 Iunior sum tempore, vos autem antiquiores. Idcirco. *Hic consequenter ponitur ipsius disputantis excusatio: & primò excusat suam tarditatem; secundò ostendit loquendi necessitatem, ibi,* Sed vt video. *Causam autem quare tandiu tacuerat aliis loquentibus, ostendit rationabilem dicens,* Iunior sum tempore: *ideo debebam antiquioribus locum dare, ideo subditur,*

3 Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur. *scilicet, rationabiliter & efficaciter, eò quòd per longitudinem temporis multa videntur per experientiam, quæ dirigunt ad loquendum efficaciter. Franguntur etiam passiones, quæ impediunt ad loquendum rationabiliter.*

4 Sed, vt video, spiritus est in hominibus. *Hic consequenter ostendit suæ locutionis necessitatem: quando enim aliquis æstimat veritatem perire propter defectum defensionis, & credit se sufficientem ad eius defensionem, tunc imminet sibi necessitas loquendi, ne pereat veritas propter eius taciturnitatem. Sic autem æstimabat Eliu vt patet ex prædictis: dictis: & ideo primò ostendit prædictorum virorum insufficientiam ad defensionem veritatis. Secundò suam sufficientiam, ibi:* Plenus sum sermonibus. *Circa primum dicitur:* Sed vt video spiritus est in hominibus, *scilicet rationalis, qui est in inuenibus, sicut in senibus.* Diuisio.

5 Et inspiratio omnipotentis dat intel. *de his quæ sunt supra rationem, ita inuenibus. sicut & antiquis, vnde dicit Dauid:* Super senes intellexi; *ideo subditur,* Psal. 118. a.

6 Non sunt longæui sapien. *in speculabilibus.*

7 Nec senes intelligunt iudicium, *id est, quid sit in agibilibus rectè agendum, & istum duplicem defectum notat in tribus viris prædictis; ideo subditur,*

8 Ideo dicam. audite me. *ne veritas pereat propter eorum defectum. Mouebatur etiam ex præsumptione suæ scientiæ: quam præsumptuosi vix, aut nunquam possunt occultare, ideo subditur,* Ostendam vobis etiam ego meam scientiam, *Cætera patent ex dictis vsque ibi:*

9 Ne forte dicatis, inuenimus sapientiam, *id est, diximus contra Iob quicquid potest contra eum dici: & quid sit illud subdit,*

☞ 1 Deus

¶ Ego autem loquor, quia nihil ad me quicquid dixit. De superbia se arguí non æstimat qui se humilem putat, & arguit sapientiorem.

¶ Aperta ostentatio.

¶ Quia nihil putat, quod habent, si occultum est.

¶ Quia superbi vident sanctos magna loqui, & inde honorari, & ipsi hæc sequuntur tantum vt cluri habeantur.

¶ Quia sicut labor est iustorũ videre mala nec corrigere: ita labor est arguẽtibus si quod sapiũt nõ ostendãt.

A ✠ ✠ *Deus proie.e.& nonho.* BED. Videtur dicere, nolite putare, quia insontem Deus abiecerit, & non pro merito suo, vt illa pœnarum mala omnia dignissimè sustineret: voluntas enim diuina, iustitia est.

lib. 3. ca. 1.

lib. 23. ca. 4.

Nihil lo. est mihi. GREG. Eliu quidem publicè beatum Iob audierat, sed dicit *Nihil lo. est mihi.* quia nimirum omnes arrogantes voces ecclesiæ audiunt, sed sibi eas dici dissimulant, quia elationis vitiũ emendare contemnũt. Nec se de superbia redargui æstimant, quia esse se humiles putant, qui etiam redargui despiciunt; cùm sapientiores se & ipsis redarguentibus arbitrantur. Quia verò ait:

Arrogans de superbia se argui non æstimat.

† opinionẽ B

Ibid.

b *Et ego non se.ser.ve.* Bene beato Iob non secundum sermones eorum respondere illi se dicit, quia arrogantes respondent contra ecclesiam, sed non sicut hæretici exterius constituti. Neque enim contradicunt ei praua prædicando, sed peruersè viuendo: quia nec de Deo, vt hæretici, indigna sentiunt, sed de se plus quàm necesse est, digna suspicantur.

†si dissimulauero nomẽ (vel nomine alio nominauero) Arrogantię proprium. Nu. 19. ca

c *Extimue. nec re. vl.* Bene ab Eliu verba amici Iob extimuisse referuntur, quia nonnunquam arroganter ecclesiæ defensores, quamuis ordinem dicendi non teneant, tamen aduersarios virtute dictorum perturbant.

C ✠ NICETAS. Nonnulli putant illos versus duos nõ esse Eliu, sed scriptoris; sed sunt illius apostrophè vtentis, quasi ad alios de amicis Iob loqueretur.

Vbi suprà.

d *Quo.igi.expe.&c.* GREG. Finis locutionis sapientium esse solet, vt vsque eò dicant, quousque aduersarii silentium imponant: non enim se ostendere, sed praua docentes compescere cupiunt. Postquam autem de amicis Iob dictum est, *extimuerunt nec responderunt vltrà, abstuleruntque à se elo.* Eliu subiungens ait: *Expectaui, & non sunt locuti: steterunt nec responderunt vltrà.* Et Eliu illis iam silentibus verba multiplicat, quia arrogans non aduersariorum dicta superare, sed suam sapientiam ostentare festinat. vnde sequitur:

e *Respon.& ego par.me.&c.* Hanc partem suam omnis arrogans æstimat: si scientiam non tam habeat quam ostendat, quia nimirũ omnes elati scientiam habere non appetunt, sed ostendere. Quocirca bene per Moysen dicitur: *Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit* &c. Prædicatores autem sãcti partem suam reputant, si intus quidem ipsi de sapientia gaudeant, foris autem alios ab errore compescant. Neque à se ita loquendo exeunt, vt gaudiũ mentis in ostensione ponãt discretæ locutionis: sed bonum scientiæ in cordis secreto meditantur, & ibi gaudent, vbi hoc percipiunt, non vbi inter tot tentationum laqueos innotescere compelluntur.

✠ ✠ BEDA. Amicos beati Iob ab eo dicit esse cõuictos, ita vt in suis concertationibus steterint, non valentes vltrà progredi, proinde & ego (inquit) respõdere tẽtabo, quod ex iactantia vanitatis eum dicere apparet, cũ subiungit.

vbi suprà.

1 f *Ple. sum ser.* Sæpe contingit, vt sapientes viri, cum se non audiri considerant, ori suo silentium indicant. Sed dum conspiciunt, quod facinora ipsis tacẽtibus crescunt, vim quandam spiritus sui sustinent, vt in locutione apertæ correptionis erumpãt. Vnde Ieremias cùm sibi silentium indixisset, dicens, *Non recordabor eius, neque loquar vltrà in nomine illius*, illico adiunxit: *& factus est in corde meo quasi ignis charitatis æstuans claususque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens.* Sed plerunque similiter arrogantium mentem ad loquendi impetum vanæ gloriæ anxietas, nequaquam se intra silentium capiens, quasi zelus charitatis inflammat, atque ad effrenationem locutionis impellit: vnde Eliu spiritu elationis extensus, & sese intra silentij claustra non capiens, ait: *Plenus sum ser. &c.* In ventre sinus cordis, in musto feruor spiritussancti accipitur: Eliu enim sic inflatione elationis ostenditur, ac si ardore spiritussancti accendatur, sensus sui spiritum in eo quòd tacuit, quasi musto absque spiraculo comparauit.

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

Ibid. cap. 5.

Iere. 20. b.

E

† & hominem non cognominabo, i. nõ vocabo nomine occulto, non dissimulabo nomen tuum, si fueris impius, nomine tuo te vocabo non alieno more adulatorum.

g *Quod lagun.no.di.* Quia sancti spiritus feruor non solùm veteri, sed etiam noua vita vix capitur. Mustum ergo lagunculas nouas dirumpit, quia feruoris eius potentia, & spiritualia corda transcendit. Lagunculas autem dicit, infirmas conscientias, vel terrena corporum vascula.

Ibid. cap. 5.

F

h *Loquar & resp.* Bene ait respirabo, quia sicut labor iustorum est videre praua, nec corrigere; ita grauis est labor arrogantium, si quod sapiunt, non ostendunt. Vim quippe intrinsecus æstuantẽ ferre vix possunt, si omne quod sentiunt, paulò tardius innotescunt. Necesse est igitur, vt cum res bona agitur, prius eorum elatio in corde vincatur, ne si à radice miseræ elationis prodeat miseros nequitiæ producat fructus.

Ibid.

i *Non accipiã personam viri.* Rectè homini Deũ non æquat, quia quandiu hîc subsistat, vel quando ad Dei iudiciũ tollatur, ignorat; & bene ait, *post modicum*: quia quàm longum fuerit tempus vitę presentis, eo ipso breuius est: quòd permanens non est. Neque enim dignum est vt diutinum iudicetur, quicquid fine circunscribitur. Sed inter has sententias, quas ex veritate solidas profert, ad verba rursum elationis erumpit dicens. *Audi &c.*

Ibid. ca. 6.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Deus proiecit eum, non homo. *In hoc breuiter tangitur virtus omnium rationum, quas adduxerant contra Iob: s. quòd Deus flagellauerat eum, qui non potest decipi, nec decipere: sicut homo frequenter decipit & decipitur; est etiam ipse Deus regula iustitiæ, & ex hoc concludebant ipsum Iob iniustum esse & fuisse.*

2 Nihil locutus est mihi. *q. d. illa quæ dicam non dicam eò quòd pronocauerit me ad iram, quia contra me non est locutus.*

3 Et ego non secundum sermones vestros respondebo illi. *Iste enim Eliu in aliquo conueniebat cum Iob, scilicet in hoc, quòd ponebat aliquam malorum punitionem & præmiationem bonorum post mortem: discordabat tamen ab eo sicut & alij, quia dicebat aduersitates præsentis vitæ pro peccato infligi, licet non sint semper tota pœna pro eo debita; & sic vlterius reputabat Iob iniustum, & pro peccatis punitum. In eo igitur, in quo conueniebat cum Iob, discordabat ab aliis: & sic non processit secundum sermones eorum. In illis etiam in quibus conueniebat cum eis, alias rationes efficaciores adduxit, & pluribus alijs motiuis vsus est, vt patebit in prosequendo.*

4 Plenus sum. *Hic consequenter ostendit suam sufficientiam ad veritatis defensionem, prout æstimabat, dicẽs:* Plenus sum sermonibus. *id est, rationibus efficacibus contra Iob.*

5 Et coarctat me spiritus vteri mei, *id est mentis meæ in qua concipiuntur ea quæ sunt proponenda, sicut fœtus in vtero, & dicit:* Coarctat me *quasi di. zelus defendẽdæ veritatis me coarctat ad loquendũ*

6 Et venter meus. *id est, mens mea, vt dictum est.*

7 Quasi mustum absque spiraculo, *quod propter multitudinem caloris causat rarefactionem, & ex consequenti dolij fractionem, nisi habeat respiraculum: propter hoc innuit quòd sibi immineret periculum conscientia, nisi loqueretur, ideo subditur,*

8 Loquar & respirabo pau. *& sic consolabor, & euadam conscientiæ periculum.*

9 Non accipiam personam viri. *id est ipsius Iob, deferendo ei in præiudicium veritatis: quia sanctum est præponderare veritatem, vt habetur j. Ethi.*

10 Et Deum homini non æquabo, *videbatur enim sibi, quod si deferret ipsi Iob in hoc casu, qui locutus fuerat cõtra diuinam reuerentiam, vt sibi videbatur, quòd æquaret eum ipsi Deo, non audens ei contradicere: sicut nec Deo. Et causam huius subdit dicens,*

11 Nescio enim quandiu subsistam, *in præsenti vita, quia nihil incertius est hora mortis.*

12 Et si post modicum &c. *adducens suam examinationem & iudicium, & tunc condemnaret me pro ista taciturnitate, si omitterem veritatem defendere, quandiu habeo spatium vitæ. Ex hoc patet quod iste Eliu credebat punitionem peccatorum post vitam istam, aliter nõ tenuisset diuinum iudicium post mortem: & eadem ratione ponebat præmiationem bonorum post mortem.*

ADDI-

ADDITIO I.

In eod.cap.xxxij.vbi dicitur in postilla: Nihil locutus est mihi, quasi diceret: illa quæ dicam &c.

Licet Iob contra Eliu nõ legatur aliquid fuisse locutus in particulari, videtur tamen aliquid fuisse contra eum locutus in generali. Dixerat enim Iob supra xxx. cap. Nunc autem derident me iuniores tempore. *Ex quo patet, quod sentiebat se nimis afflictum ex vilipensione seu derisione iuniorum tempore, qui contra eum talia committebant: de quorum numero verisimiliter videtur fuisse ipse Eliu, vt patet per effectum. Ipse enim non solum increpauit eum, sed etiam vilipendit, vt patebit infrà in multis suis dictis, vnde & in principio suæ locutionis in hoc ca. dixit:* Iunior sum tẽpore, *quasi dicat, licet sim de iunioribꝰ, sicut Iob dixerat, nihilominus tamẽ* ostendã vobis & ego meã sciẽtiam, *vt suprà eo. cap. Confirmatur autem hæc sententia ex hoc, quod Iob nec tres amici sui non leguntur genealogizari in hoc libro: sed solum cognominantur à regionibus suis, vt Iob de terra Hus, Eliphaz Themanites, Baldath Suites, & Sophar Naamathites: sed Eliu non solum cognominatur à regione, cum dicitur Busites, sed etiã ponitur ibi nomen patris, cum dicitur*: Eliu filius Barachel. *similiter & nomen cognationis, cum dicitur, de cognatione Ram. Ram autem interpretatur altum, quasi dicat Eliu. Licet ego sim de iunioribus increpantibus seu vilipendentibus Iob, non tamen patres mei erãt tales, de quibus Iob potuisset dicere:* quorum nõ dignabar patres cũ canibus gregis mei ponere: *habeo enim patrem & cognationem notam seu notabilem. Ex quo etiam videtur, quod iste Eliu per arrogantiam & vanam gloriam processit: vnde & vtrãque partem disputantiũ vanæ gloriæ motu reprehendit, vnde glo. super illud:* iratus est Eliu. vanæ enim gloriæ sectatores cũ se hominibus præferũt, alios de fatuis sensibus, alios indignis meritis reprehendunt. *Hæc in glo. Quod proprie verificatur de Eliu, qui ipsum Iob de fatuitate & blasphemia, & socios de ignorantia reprehendit, prout in dictis suis patet & cæt.*

ADDITIO II.

In eodem .cap. xxxij. vbi dicitur in postilla: Et si post modicum tollat me factor meus.

Hoc quod dicitur: Et si post modicum tollat me factor meus, *potest intelligi quod timebat Eliu, ne propter eius taciturnitatem in præiudicium veritatis, Deus condemnaret eum ad mortem temporalem, tollendo eum a præsenti vita ante tempus sibi debitum secundum naturam scilicet in ætate iuuenili in qua erat, vt patet in principio capituli: & sic ex hoc dicto sic intellecto non habetur quod Eliu crederet punitionem peccatorum post hanc vitam &c.*

CAP. XXXIII.

A a Vdi igitur. ✠ Nicetas. Eliu dum putat Iobum in ea esse opinione, vt existimet, fortuitò agitari humana, de prouidentia differit.

✠ Greg. Pensandum de quanta elatione descendit, quod beatum Iob audire se admonet, quod os aperuisse se prohibet, & loqui in faucibus linguam suam promittit. Proprium est enim arrogantium recta quę sapiunt, rectè ministrare non posse, nec humiliter inferre ea quæ docent.

lib.23. c.7.

B b *Loqua.lin. mea in fau.* In faucibus loqui est silenter dicere, & non clamoribus vociferare. Arrogantes intra ecclesiam velut in faucibus loqui dicuntur, quando non

Ibid.cap.8.

† iuxta sermonẽ tuũ respõdebo pro Deo, † manus mea super te.

C contra aduersarios extra viuentes clamant, sed intra ecclesiam positos increpant. Sæpe verò arrogantes se fugere arrogantiam simulant, & priuatè singulis, quasi latenter loquuntur, vt sicut de sensu, ita etiam de contemptu arrogantiæ glorientur. Aliquando ita impudentes sunt, vt aliis tacentibus laudent quod dicunt, vnde subdit:

Ibid.

c *Simpli.cor.me ser.* Magnæ virtutis laus est simplicitas locutionis, quam quia arrogantes non habent, habere se asserunt, vt securius audiantur. Et purè se locuturos denuntiant, quia huiusmodi timent deprehendi duplicitatem suam; & falsis vera miscent, vt citius eis credatur. Quia igitur Eliu purè se locuturum perhibuit, & dicta & dicta sua appellando sententias fauore præcurrit, eandem iam D sententiam quam promisit, adiungit dicens:

d *Spi. De.fe.me.* Per spiritum, factum; & per spiraculum se narrat animatum. Facto quippe Adam scriptum est: *Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.* Et nota, quia veram sententiam protulit, dũ se spiritu Dei factum esse dixit; sed inutiliter, nec suo loco: vnde Moyses, *Vir qui fluxum seminis sustinet, immundus erit.* Semen est sermo qui fœcundat audientes, sed si importunè defluit, e- E mittentem polluit: vt etiam quòd rectè sensit, fœdetur, nec credatur ei, & virtutem perdit generandi. Sed hæc quæ rectè astruit, vtrum rectè exequatur, audiamus.

Ibid.cap.9. Gene. 2. b.

Leui. 15. a.

CAP. XXXIII.

¶ Inter veras sententias iterum ad verba elationis prorumpit.

a ¶ quæ contra vos sentio prudenter, hic silenter narro.

a ¶ quæ non nisi vera.

¶ Ecce sententia.

1 Vdi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meum, loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo sermones mei, et sciẽtiam 3 puram labia mea loquentur. Spiritus Dei fecit me, et spiraculum omnipotentis viuificauit me. Si potes, responde mihi, et aduersus faciem meã consiste. Ecce, † et me sicut et te fecit Deꝰ: et de eodẽ luto ego quoque formatus sum. Veruntamẽ † miraculũ meũ non te terreat, et † eloquentia mea nõ sit tibi grauis.

2 4 5 6 7 8 9 10 11

✠ Nicetas. In ipso orationis exordio Deo gratias agit suæ effectionis & sapientiæ parenti.

† frons mea (vel formido mea)

✠ Sever. Ex iis docemur Deum esse ipsum spiritum, & sicut est filius, opificem. F

e *Si potes.* Greg. Iterum in fastum superbæ elationis erumpit, dum narrat ordinem veræ conditionis. Atque aliis verbis hoc idem replicat, dicens:

Ibid.

f *Ecce & me sicut & te.* Arrogantes cum hominibus æqualiter se conditos meminerunt, sed se per tumorem scientiæ superponunt, atque in eo quod æquales iam non sunt, illud ad miraculum reuocant, quod æquales nascendo fuerunt.

Ibid.

g *Verum.mi. me.* Paulus humiliter sua alta, *verbum solatij* vocat, ☞ loquens

Heb. 13. d.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXXIII.

✠ 1 Avdi igitur. *Præmissa igitur præfatione, hìc consequẽter ponitur disputatio, & primo Eliu repetit verba Iob cõtra quæ disputare intendit; secundo disputare incipit ca. se. Prima in duas, quia primo facit suam repetitionem, secundo quibusdam dictis Iob dat responsionem, ibi*: Respondebo tibi. *Prima adhuc in duas, quia primo excitat ipsius Iob attentionem, & secundo facit suam repetitionem, ibi*: Dixisti ergo. *Circa primum primo excitat ipsius Iob attentionem dicens*; Audi.igi. &c. *subdit etiam suæ excitationis rationem dicens*,

Diuisio.

2 Simplici corde meo sermones mei. *scilicet ad defensionem veritatis, & non ad calumniandum.*

3 Et scien.pu.la.mea lo. *id est veram absque admistione falsitatis, & talia debent attentè audiri; & quia posset sibi dici, tu es iuuenis, non est sic attendendum tibi, ideo hoc remouet dicens:*

4 Spiri. De.fe.me. *Et ideo quia sum factura sua, potest mihi dare scientiam & eloquentiam, ideo subditur:*

5 Et spiracu.omni.vi.me. *mouens me ad opera vitæ, quæ sunt intelligere & loqui.*

6 Si potes, responde mihi. *quasi dicat non debes contemnere inuentutem meam, propter quod subditur*,

7 Ecce & me si. & te fe. De. *animam rationalem dando.*

8 Et de eo.lu.ego quo.for.sum. *quasi dicat nec ex parte animæ, nec ex parte corporis habes aliquam prærogatiuam ante me in naturalibus, nec etiam in supernaturali cognitione, sed magis econuerso, ideo subditur:*

9 Veruntamen miraculum meum. *id est scientia mihi diuinitus data:*

10 Non te ter. *vt non audeas respondere.*

11 Et elo.mea non sit ti. &c. *tibi incutiens stupefactionem.*

✠ 1 Dixisti

MORALITER.

✠ 1 *Audi igitur Iob.* Modus arrogantis est cum disputatur, de scientia & eloquentia se iactare. Primum fecit Eliu cùm dicit:

3 *Et scien.pu.la. &c.* Secundum autem cum subditur:

11 *Et elo.me.non sit ti.gra.* Ergo qui vult iactantiæ notam euitare, debet in legendo, disputando, & aliis actibus scholasticis exercendo, à verbis talibus abstinere.

✠ *Dixi*

☞ A loquens Hebræis: iste sua minima miraculum & eloquentiam vocat; quia proprium est arrogantium, quod priusquam dicant, mira se dicere æstimant, & locutionem suam admirando præueniunt, quod facit elatio sensus.

✻ NICETAS. Dixerat Iob, & timor eius non me commoueat, idcirco ait Eliu: nihil à me, cũ inter nos ambos nihil interfit, nihil terribile, sicut à Deo potest accidere.

a *Dixi. er. in au. me.* GREG. Quid dixerit, B subiungit:

b *Mun. sum ego, &c.* Cõtra hæc verba quę beatũ Iob dixisse narrat, sententiam suam proferens ait: *Hoc est ergo in quo non es, &c.* Profecto namq; beatus Iob veraciter dixerat, quod absq; culpa fuerat flagellatus. Hoc enim ipse de se, quod de illo ad diabolum dominus dixit: *Commouisti me aduersus eum vt affligerem illum frustra.*

c *Hoc est ergo in quo non es iu.* Nesciebat enim flagellis eius non deleri vitium, sed augeri meritum; & quia se sine delicto dixerat flagellatum, hac eum sententia increpat. Notandum autem quòd beatus Iob in neruo pedem suum positum ait: sed nequaquã hoc modo, qui ei obiicitur, mundum se & absque peccato, vel immaculatum, & sine iniquitate fuisse memorauit. Sed Eliu dũ cũ asteritate studuit increpare quę dicta sunt, mentiens addit quæ dicta non sunt, vt docte arguere videatur. Et hoc ideo, quia arrogãtes plus appetunt arguere quam consolari, & hominibus euenire mala non nisi pro iniquitatibus credunt.

✻ CAT. GRÆ. quomodo dicis, Iustus sum, & non exaudiuit me? CHRYS. qua ratione ausus es dicere, Iustus sum, Deus autem non me audit?

d *Respon. ti.* Hoc ideo dicit, vt flagellatus homo consideras, quia illo maior est Deus: in omni quod patitur, eius iudicio se postponat, quo se minorem non dubitat: & quod à meliore patitur iustum credat, etiam si eiusdem iustitiæ causas ignorat.

e *Aduer. eum. con.* Afflicti cordis est proprium, vt in omne quod appetit (& tamen rerum ordinem contrarium sentit) si possit fieri; cur ita vel non ita sit, diuinis sibi vocibus responderi velit vt Deum de cuncta rerum controuersia consulat, & responsionis eius cognita ratione conquiescat. D Ibid. c 11.

f *Semel lo. Deus.* Eliu autem præuidẽs quod scripturã sacrã dominus cõdiderit, & in ea vel publicis vel occultis cunctorũ quæstionibus responderit, ait: *Aduer. eũ con. quod nõ ad omnia ver. respõ. ti. Se. lo. De. &c.* Ac si di. E Deus singulorũ cordibus priuatis vocib. nõ respondet, sed tale eloquiũ cõstruit, per ꝙ cunctorũ quæstionib. satisfacit. In scriptura quippe eius eloquio causas nostras singuli, si requirimus, inuenimus. Ibi enim nobis omnibus in eo, quod specialiter patimur, communiter respondetur. Ibi vita præcedentium, fit forma sequentium. Vt enim vnum è pluribus proferamus, ecce dum passione aliqua vel molestia carnis afficimur, scire fortasse occultas causas passionis eiusdem vel molestię optamus, quatenus in eo quod patimur, ex ipsa rerum scientia consolemur. Sed qa de specialibus tẽtationibus nostris, nequaquã nobis singulis specialiter respondetur ad scripturã sacrã recurrimus, vbi inuenimus, ꝙ dũ Paulus carnis infirmitate tẽtatus fuerat, audiuit: *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* Quod iã illi in infirmitate propria dictũ est, ne singulatim nobis omnibus diceretur; In scriptura igitur sacra vocẽ Dei afflicto Paulo audiuim⁹, ne cũ fortasse affligimur, singuli eã audire priuata cõsolatione quæramus. Loqui. n. Dei, est verbũ generare, quia prẽter vnigenitũ aliud nõ genuit verbũ; ꝙ nos mirari est aliquo modo videre, vt clausus oculꝰ sẽtit lucẽ. Sed quia hæc admiratio occupatis in terra nõ facilè est, qũo fiat ad nos locutio Dei, per somnium aperit. Ibid. c 12.

g *Per som. &c.* In somno exteriores dormiunt sensus, & interiora cernuntur. Si ergo interna contemplari volumus, ab externa

☞ implicatione

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dixisti er. *Hic consequenter facit suam repetitionem, dicens,* Dixi. er. in au. me *ita quod tu non potes negare te dixisse.*

2 Mundus sum, *a vitiis carnis,*

3 Et absq. de. *id est, peccato omissionis;*

4 Immu. *s. à grauibus culpis quæ sunt contra Deum, vt idololatria & huiusmodi.*

5 Et nõ est ini. in me. *i. peccatũ cõtra proximũ. hoc acceperat ex verbis Iob, quibus innocentiam suam multipliciter & diffuse ostenderat supra xxxj. c.*

6 Quia que. in me. &c. *Hoc autem accepit Eliu ex hoc quod Iob dixerat supra xiij. ca. interrogatiue:* Cur faciem tuam abscondis & arbitraris me inimicum tuum?

7 Posuit in ner. pe me. *Hoc dixerat Iob suprà xiij. cap.*

8 Hoc est ergo in quo non es iust. *Hoc est dictum, ex istis verbis tuis concludam te iniustum, si non esset aliud contra te dicendum.*

9 Respon. tibi. *Hic antequam incipiat probare Iob iniustum, primo respondet ad quadam dicta sua, quæ videbantur impedire disputationis processum: quia dixerat supra Iob,* Disputare cum Deo cupio. *q. d. nõ cum homine; ideo primo ostendit Eliu, quod ista petitio sit irrationabilis, quia Deus sufficienter responderat, primo igitur proponit intentum dicens* Respondebo tibi. *disputare cum Deo cupienti.*

10 Quia maior sit Deus homine, *& ideo præsumptuõsum est ipsum ad disputationem prouocare.*

11 Aduersus eum contendis *id est, vis contendere de pari.*

12 Quia non ad omnia verba responderit tibi, *sicut homo hominẽ quasi suo compari, hoc autem non decet maiestatem Dei: tamen per alios modos sufficienter respondit tibi.*

13 Semel lo. *Hic consequenter declarat, quod Deus sufficienter ei responderit. Circa quod ponit primo triplicem modum diuinæ responsionis, & secundo infert propositum per modum conclusionis, ibi,* Ecce hæc omnia. *Primus autem modus est per hoc quod Deus dedit homini naturale lumen intellectus, quod est quasi quædam impressio luminis diuini, per quod potest videre quid sit bonum & malum, quid agẽdum, quid fugiendum. Et propter hoc dicitur Psal iiij. b.* Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? *& subdit propheta per modũ responsionis,* Signatũ est super nos lumen vultus tui domine. *quasi dicat ad eorum quæstionem, ostendisti per hoc quod lumen intellectus, in quo possunt videre bonum & malum eis dedisti. Et secundum hoc posset ipsi Iob dici,* Quod queris intus habes, *& hoc est quod dicitur:* Semel loquitur Deus *dando homini naturale lumen intellectus, quod est in quolibet homine.*

14 Et secundo idipsum non repetit, *quia anima intellectiua est immortalis, & sic non indiget repetitione, nec per consequens lumen eius naturale.*

15 Per somniũ in visione noctu. &c. *Hic ponitur secundus modus diuinæ*

MORALITER.

✠ 1 *Dixi. er.* Sicut dixi plenius in expositione literali, Eliu cum Iob in aliquo concordabat, scilicet quod post mortem sit aliqua punitio peccatorũ licet non nota: & per consequens præmiatio meritorũ. & in hoc à tribus amicis suis discordabat; similiter discordabat à Iob in hoc quod pœnas hîc infligi sentiebat tantum pro peccatis, & in hoc conueniebat cum alijs. ergo quia videbat Iob grauiter afflictum, cõsequenter tenebat ipsum peccasse multum: & per consequens iniustè conqueri de punitione grauj, vt patet in textu, & sic ex duobus istis concludit contra Iob.

8 *Hoc est ergo in quo non es iustificatus & catera.* Sciendum autem quod licet Eliu contra Iob arroganter in pluribus, & malè loquatur, tamen multa vera dicit, quæ nunc secundum sensum mysticum exponentur.

13 *Semel loqui. Deus, &c.* in sacris scripturis. Deus locutus est sanctis suis non solum pro se, sed pro aliis; & ideo per diligens studium debet homo in scripturis illis de credibilibus & agibilibus quærere Dei intentionem: & non ex præsumptione suæ sanctitatis petere vel expectare iterum sibi fieri reuelationem, sicut sunt aliqui qui phantasias suas & somnia credunt esse oracula diuina. Sed quoniam humilibus & deuotis Deus aliquando reuelat sua secreta, sicut dicitur Matthæi xj. d. *Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis.* ideo sequitur.

15 *Per somnium in visione nocturna &c.* Per somnium enim in quo vacant sensus exteriores & laborant interiores, significatur

✠ cessatio

+causas (ocasiones) Li. 23. c 10.

+Quia cum semel Deus loquitur aliquid, postea nõ, videndum (aut inuestigandum sub.) an rectũ sit necne. Alij sic vertunt. Quia semel (vel vno modo) loquitur Deꝰ, & bis (vel duobus modis, ei qui non videtil lũ i. duobus modis loquitur Deꝰ homini, vno cũ in sõnis indicat peccatũ, vt fecit ipsi Abimelech & eruditꝰ prophetas. Altero, cũ flagelliscorripit hominem quam correptionem afflictus nõ videt nisi fidelis amanter flagella suscipiens)

Scriptura sacra respõdet Deus hominibus.

☞ implicatione dormiamus. In diuturna autem luce certius cernimus, in nocturna vero visione per imagines videmus; & sancti quamdiu in hac vita sunt, diuinæ naturæ secreta quasi sub quadam imaginatione conspiciunt, quia necdum, sicut sunt, ea manifestius contemplantur.

Li.23.c.12. a *Et dor. in lec.* GREG. Quia tunc secreta diuinitatis agnoscimus, cũ ab huius mũdi tumultuosa cõcupiscentia intra mẽtis nostræ cubilia segregamur.

✻ NICETAS. Deus per somniũ admonet delinquentes; qui si nõ aduerterit addit mor-

B bos, vt pœnitentia deleant peccata, & restituantur pristinæ sanitati.

Ibid. † vt non videatur, & confringentur ossa eius vt euanescant. Ibid.c.13. b *Tunc ape. aur. vt.* GREG. Cum enim ab exterioribus actionibus sopiuntur, aperta aure interni examinis causas audiunt.

c *Et eru. &c.* Quia dum subtiliter, vel flagella publica, vel iudicia occulta considerant, semetipsos affligere flendo non cessant. Et benedictum est, *& erudiens eos*, &c. quia consideranti menti & sese per pœnitentiam laceranti quasi quędã plagæ passionis, sunt lamenta compunctionis. Quatuor quippe sunt qualitates, quibus

C iusti viri anima in compunctione vehementer afficitur: Cum aut malorum suorum reminiscitur cõsiderans vbi fuerit, de quo Paulus, *Non sum dignus vocari &c.* Aut iudiciorum Dei sententiam metuens, & secũ quærens, cogitat vbi erit, de quo, *Castigo corpus meũ & in ser. &c.* Aut cum mala præsentis vitæ solerter attẽdens, mœrens considerat vbi est, vnde, *Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino*; aut cum bona supernæ patriæ contemplatur, quæ quia necdum adipiscitur, lugens conspicit vbi non est, vnde Apostolus, *Videmus nunc per speculum in ænigmate, &c*

d *Vt auer. ho.* Quid homo de se nisi peccatum fecit? atque quod fecit vitare appetit: & ad conditionis suæ ordinem humiliter redit dum sua opera fugit, talem se qualis à Deo factus est diligit. Contra conditorem autem superbire, est præcepta eius peccãdo transcendere, quia quasi ad se iugum dominationis eius excutit, cui per inobedientiam subesse contemnit.

e *Eruens an.* de corruptione ad gladium transire, est ab hac corruptione vitiorum ad gladium transire pœnarum. Sed nimirum illius vitam illic eripit ab vltione supplicij, cuius hic mẽtem subtrahit à delectatione peccati. D Ibid.14.

f *Increpat quoque per do. in lect.* Lectus requies temporalis accipitur. Increpat ergo per dolorem in lectulo, id est in præsentis vitæ requie vel tentationis stimulis, vel flagelli afflictione conturbat, Electus enim huius mũdi iter † aspernatur facit, ne dũ quisquam vitæ præsentis requie quasi vitæ amœnitate pascitur, magis eum diu pergere, quàm citius peruenire delectet. Ibid. c.15. † & in multitudine ossium eius confortis dolor. E

g *Et omnia ossa eius marcescere, &c.* Ibid.c.16. Ossa virtutes accipimus, ossa autem facit marcescere, quia cum in ea requie, quam nobis ab hoc seculo præparamus, flagello tentationis afficimur, qui de virtutibus nostris inflati potuimus, cognitæ infirmitatis nostræ tædio extenuamur, & omnis illa nostrarum virium pinguis viridisque gratulatio, subito anxietatis mœrore siccabitur.

h *Abomi. ei sit in vi. sua pa.* Panem præsentis vitæ delectationem vocat. vnusquisque enim cum sibi bene viuendi prosperitas arridet, hilarescit: at ipsa hilaritas animum velut desiderabilis cibus reficit. Sed cum tentatione pulsatur, à mente eius omne gaudium respuitur, quę prius eodem gaudio quasi satiata lætabatur. F Ibid 17.

i *Tabe. ca. eius, &c.* Sicut vitiis tentamur ne intus extollamur, ita extra flagellis terimur: ne quod extra quæramus, mundo blandiente seducamur. *Tabescet caro &c.* Carnis nomine, carnis delectatio accipitur. Tabescit ergo & ossa nudantur, quia dum flagellis arguentibus carnalis delectatio extenuatur, ea quæ quasi sub carne latuerant, virtutum fortia patefiunt. Nemo quippe quantum profecerit, nisi inter aduersa cognoscit. Ibid.

k *Appro. cor, &c.* Tentati iusti anima corruptioni propinquare ☞ dicitur, Ibi.c.19.

NICOLAVS DE LIRA.

✻ *diuina locutionis cum homine seu responsionis, scilicet per reuelationem diuinam, quæ vt frequentius fit in somnis, eo quod quietatis sensibus à tumultibus exterioribus, anima est magis apta ad percutiendum diuinas reuelationes, & hoc est quod dicitur*: Per somnium in visione nocturna quando irruit sopor super homines.

1 Et dormiunt in lectulo, *tunc enim sunt insomnia minus distorta.*

2 Tunc aperit aures virorum, *id est potentias eorum cognitiuas ad percipiendum diuinam instructionem: vnde & frequenter intellectus per auditum signatur, sicut frequenter dicimus alicui, audis tu, id est, intelligis.*

3 Et erudiens eos instruit disciplina, &c. *Accipitur hic disciplina non pro cognitione speculabilium, sed agibilium: vnde subditur,*

4 Vt auertat hominem ab his quæ fecit, *quod aliquando fit per reuelationem ipsi factam, quandoque autem per reuelationem factam alteri qui mittitur à Deo per eius instructionem, sicut Petrus missus fuit ad docendum Cornelium Centurionem. Actu. x.d.*

5 Et liberet eum de su. &c. *id est à peccato, quia in omni peccato mortali includitur Dei contemptus.*

6 Eruens ani. eius à cor. *scilicet culpę.*

7 Et vi. il. *à corruptione pœnæ. ideo subditur:*

8 Vt non tran. in gla. *Et secundum hunc modum loquendi poterat dici Iob, quod Deus responderat sibi, terrendo eum per somnia, vt pœniteret de malitia sua, quia ipsemet Iob dixerat supra vij. c.* Terrebis me per somnia, &c.

9 Incre. quo. *Hic ponitur tertius modus diuinę locutionis, seu responsionis scilicet per infirmitatem carnis à Deo immissam, quia* vexatio dat intellectum, *& facit reuerti ad Deum: vnde dicitur Psalm. xv. a.* Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, *& tunc angelus hominis custos præsentans coram Deo eius pœnitentiam, impetrat sibi gratiam, & hoc est quod dicitur*; Incre. quoque. *scilicet Deus ipsum peccatorem.*

10 Per do. &c. *id est, per infirmitatem dolorosam, quæ facit eum iacere in lectulo.*

11 Et omnia ossa &c. *robur corporis debilitando.*

12 Abomi. ei &c. pa. *id est omnis cibus, etiam ille qui ante erat sibi delectabilis: & hoc propter casum appetitus.*

13 Tabe. ca. eius. *Quia hoc sequitur ad abominationem nutrimenti.*

14 Et ossa quę tecta fuerant, *carne.*

15 Nuda, *id est, apparebunt, consumptà carne.*

16 Appropinquabit, &c. *id est vita quæ per animam designatur, eo quod viuificat corpus.*

17 Et vita illius mortiferis. *id est causis ad mortem inducentibus: & secundum hoc poterat dici ipsi Iob, quod Deus responderat ei, carnem eius multipliciter affligendo.*

MORALITER.

✠ 1 Si fuerit cessatio ab exterioribus negotiis, & diligens studiũ in scripturis: & tunc Deus instruit hominem de suis secretis.

4 *Vt auertat eum ab his quæ fecit*, id est, à peccatis, quę non sunt a Deo, sed à nobis.

5 *Et liberet à su. &c.* Quę est in omni mortali culpa: & sic eruit eum à corruptione culpæ & à gladio gehennæ.

9 *Incre. quo. & c.* Lectulus iste dici potest carnalis delectatio, in quo nimis iacuerat ille, cui Paulus dicebat, Eph. v. d. *Surge qui dormis, & exurge &c.* In hoc lectulo increpat Deus per doloré, qñ viventi carnaliter incutit extremi iudicij, & pœnarũ inferni terroré.

11 *Et omnia ossa eius mar. &c.* quia tunc animus hominis præ horrore stupescit.

11 *Abomi. ei. &c.* Nam delectatio praua, qua viuebat in peccatis, fit ei abominabilis.

14 *Et ossa quę te. fu. &c.* carnis putredine.

15 *Nudabuntur. ex asperitate pœnitentiæ.*

16 *Appropinquabit cor. & c.* quia per diligentem considerationem peccatorum pensat fœditatem aliorum.

17 *Et vita il. mo.* i. moralibus peccatis in præcedẽtis vita cõtractis.

✠ 1 *Si fue-*

dicitur, quia ex ſuis ſe viribus perditioni proximũ nõ ignorat, vt hoc quod à perditione longè eſt, nõ ſibi ſed domino tribuat. Appropinquat ergo mortiferis, quia ex infirmitate carnis proximum ſe peccatis mortẽ ferẽtibus reſpicit, à quibus diuino munere tantò magis longè fit, quantò ſe eis proximum ex ſuis meritis deprehẽdit. Protectio tamen Dei minus neceſſaria creditur, ſi ſemper habetur: vtiliter aliquando ſubtrahitur, vt, quod ſine ea nihil eſt homo, oſtendatur.

a *Si fue. pro eo an.* GRE. *&c.* Angelus iſte Chriſtus accipitur, pro nobis autẽ patri loquitur, vnũ de ſimilibus. Cum enim in cunctis operationibus ſuis immenſa nos virtute tranſcendit, in vno tantũ à nobis. i. in formæ veritate non diſcrepat: qui patri pro nobis loquitur, per hoc quod ſe nobis ſimilem oſtẽdit; Loqui enim eius eſt, ſe pro nobis hominem oſtendere, præter quem nullus æquus inueniretur, qui ſine peccato pro peccatoribus intercederet.

b *Vnum de ſi.* Quia verè homo, ſed non ita natus vt alij, non ita mortuus, neceſſitate enim ſurgit per ſe & die tertio.

Ibid. c. 2. c *Vt annun. ho. &c.* GREG. Angelus æquitatẽ hominis annuntiauit. Intercedens enim pro peccatoribus ſemetipſum iuſtum hominem, qui pro alijs indulgentiam mereretur, oſtendit.

Ibid. c. 3. d *Miſere. eius.* Mediator in eo miſeretur hominis, quia formam hominis ſumpſit.

e *Et di. Libe. eum.* Dicere eius eſt liberare hominem, naturam hominis aſſumendo, & liberam demonſtrare. Ex ea quippe carne quam ſumpſit, etiam hanc oſtendit liberam, quam redemit.

f *Et non de. in cor.* de quo ſuprà, Appropinquabit corruptioni, i. quia cognoſcendo ſe corruptioni proximum non ignorat, ideo non deſcendat in corruptionem.

g *Inue. in. quo &c.* Aſſi apertè dicat, quia nullus hominum fuit, qui coram Deo interceſſor iuſtus pro hominibus appareret: memetipſum ad propitiandum hominibus hominem feci, & dum me hominem exhibui, in quo iuſto homine hominibus propitier, inueni.

Ibid. c. 4. h *Conſum. eſt ca. &c.* Innumeris enim humanum genus ſupplicijs vitiorũ & pœnarum premebatur, ſed veniente redemptore reuertitur ad dies adoleſcentiæ ſuæ, i. prioris vitæ integritate renouatur. vt non in eo remaneat quo lapſus eſt, ſed ad hoc redemptus redeat, ad quod percipiendum conditus fuit.

Ibid. i *Depre. De.* quia dũ redemptor noſter patrem pro nobis interpellat, nos quoq; priſtinę vitę torpore diſcuſſo ad ſtatũ orationis accendemur: ideo apte dicitur, *Depre. De. & pla. erit ei.* Prius enim poſtulare angelũ, & poſtea hominẽ dicit: quia niſi antè ipſe dominus per incarnationem ſuam interpellans patrem vitam noſtrã peteret, nunquã ſe inſenſibilitas noſtra ad poſtulãda ea quę æterna ſunt, excitarent; ſed incarnationis eius præceſſit oratio, vt torporis noſtri euigilatio ſubſequatur.

† eloquens (vel mediator) vnus.

† Tenerior efficietur caro eius carne pueritiæ (vel, germinet caro eius ab adoleſcentia) lib. 24. c. 2

† vel, & nõ profuit mihi.

a a ¶ In vno oſtenſa generali peſtilentia, generale remedium ſubinfert. ¶ Aliàs vnus.

b Si fuẽrit pro eo angelus † loquens vnum de † ſimilibùs, vt
c annuntiet hominis æquitatẽ, miſerebitur eius, & dicet: Li-
d bera eum, vt non deſcẽdat in corruptionem. Inueni in quo
e a ¶ Mira diſpoſitione Deus hoc nobis vertit in pœnam per quod fecimus culpam. b ¶ Sed iam.
f ei propitier. † Cõſumpta eſt caro eius à ſupplicijs, reuertã-
a ¶ Etiam ipſe homo poſt angelum, aliter homo ad æterna petenda numquam ſe erigeret.
g tur ad dies adoleſcentiæ ſuæ. *Deprecãbitur Deũ*, et placabi-
h a ¶ Hoc recte poſt amaritudines, vt de ſe terrore iudicij triſtis, & iſta mundatis oculis bona videat quæ quærit b ¶ Deus.
i lis erit, vidẽbit et faciem eius in iubilo, et reddẽt homini
k a ¶ Ex gratia contemplationis ſequitur iuſtitia operationis. a ¶ Iuſtitia Dei eſt dando hominis accipiẽdo.
l b ¶ Peccatorem ſe non cognoſceret, niſi iuſtitiam haberet
m iuſtitiãm ſuam. Reſpiciet homines, et dicet: Pẽccaui, et verè
n a ¶ Pœna interrogat, ſi ſe homo vere cognoſcit.
o deliqui, † et vt etãm dignus, non recepi. Liberauit ani-
a ¶ Viua enim lectio eſt vira bonorum, quam reſpiciendo dicet.
p mam ſuam ne pergeret in interitum, ſẽd viuens lu-
q cem videret. Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vici-

Ibid. c. 5. k *Et videbit fa. eius.* GREG. Poſt laborum enim certamina, poſt tentationum fluctus, in exceſſu anima ſuſpẽditur, vt cognitionem diuinæ præſentiæ contẽpletur. Iubilũ autẽ dicitur ineffabile mentis gaudiũ, quòd nec abſcondi poteſt, nec ſermonibus aperiri. Et tamen quibuſdã motibus proditur, quamuis nullius proprietatibus exprimatur.

† milliũs

Ibid. c. 5. l *Et red. ho. iuſtitiã ſuã* non quam ex ſemetipſo habuit, ſed quam conditus vt haberet, accepit, vt inhærere Deo libeat, vt minacem eius ſententiam pertimeſcat.

Ibid. c. 6. m *Reſpicier ho.* Scriptura nonnumquã homines dicit, quòd à beſtijs ratio diſtinguit, id eſt quos nõ atteri beſtiali paſſionũ motu demõſtrat. & eſt ſenſus; Sãctorum virorum exempla conſpicit, atque ex eorũ cooperatione ſe pẽſans, iniquũ ſe eſſe comprehẽdit.

Ibid. n *Pecca. & ve.* Qui malorum exempla conſiderat, minus ſe percuſſum quã merebatur agnoſcit, quia in illorum iuſtitia cõſpicit quàm grauis culpa fuerit quòd errauit. *Peccaui & verè.* Verè, nõ vt qui verbotenus ſe peccatorem fatetur, & tamen ſe defendit ſi arguitur: hic talis humilis vult videri, non eſſe.

Ibid. ✠ Iſte de cõfeſſione peccati ornari vult, nõ humiliari: Nã ſi cõfitendo peccatum eſſe humilis veraciter appeteret, de perpetratione peccati arguentes ſe alios non impugnaret. Valde autem facile eſt vt peccatorem ſe quiſque, cum nihil pro peccato ſuo patitur, fateatur. Securè videlicet iniquos nos dicimus, cum vindictam nullam de iniquitate ſentimus. Nam peccatores nos quidem in tranquillitate loquimur: ſed cum de peccatis ipſis flagello interuenite corripimur, murmuramus. Pœna ergo nos interrogat, ſi veraciter cognoſcimus culpam: vir itaque iuſtus, quia culpam ſuã diſtrictè cõſiderat, etiam in flagello poſitus dicat, *Et. vt dig. er. nõ recepi.*

o *Liberauit. an. ſu.* quia præueniente diuina gratia in operatione bona, noſtrum liberum arbitrium ſequitur: noſmetipſi nos liberare dicimur, qui liberanti nos domino conſentimus.

p *Sed vi. lu. vi.* lucẽ ſ. veritatis, quam corde mortuus videre non poſſit, vel, viuens tunc lucem reſpicit, qui dominum ad iudicium liberis oculis cordis in forma diuinitatis attendit.

Ibid. c. 7. q *Ecce hæc omnia ope. de.* De tentato flagellatoque homine dictũ eſt ſuperius. *Abominabilis eſt in vita ſua panis &c.* Inferius

☞ verò

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Si fue. pro eo. *pro eo ſic afflicto, pœnitente tamen.*
2 Angelus lo. *i. pœnitentiam eius Deo proponens.*
3 Vnus de mi. *Secundum illud Dan. vij.* Millia milium miniſtrabant ei &c.
Liranus legit millibus, vt in margine; nõ ſimilib' vt in textu Gregorij. 4 Miſerebitur eius & di. Li. cum. *vt ſit executor diuinæ miſericordiæ, cuius allegator.*
5 Reuertatur ad di. ado. *id eſt ad priſtinã ſanitatẽ & proſperitatẽ.*
6 Deprecabitur Deum, *pro remiſſione ſui peccati.*
7 Et placabilis ei erit, *dando ei affectum deſideratum.*
8 Et videbit faciẽ eius in iubilo &c. *i. in mirabili gaudio, quę quidẽ incipit incipit hic per fidem, ſed conſummabitur in futuro per apertam viſionem.*
9 Reſp. ho. &c. pec. *i. non verebitur cõfiteri peccatum ſuum etiã in cõſpectu hominũ: & iſto modo poterat dici Iob, quod erat ſibi reſpõſum à Deo, qui ſibi dederat angelum cuſtodem paratum ei impetrare gratiam, ſi emendatus fuiſſet poſt corporis ſui flagellationem.*
10 Ecce hęc omnia. *Hic applicat Eliu pradicta ad propoſitũ; & ſecũdo monet Iob ad intelligẽdũ, ibi:* Attẽde Iob. *Circa primũ dicitur:* Ecce hęc omnia. *i. reuocationes à peccatis pradictis modis, & reſponſiones de agendis.*
11 Ope. de. t. vi. p ſingulos &c. *ſ. peccatores. In hoc loco dicit Ra. Sa. q*

✠ tribus

MORALITER.

✠ 1 *Si fue. pro eo &c.* Hic accipitur *ſi* pro *quia*: quia angeli ſancti offerunt Deo bonorum merita, To. xij. c. *Quando orabas cum lachrymis.* Sequitur: *Ego obtuli orationem tuam domino.*
2 *Vnus de milibus.* ſecundum illud Dan. vij. c. *Milia milium miniſtrabant ei. &c.*
3 *Miſerebitur eius*, remittendo culpam,
4 *Et dicet: Libera eum*, reprimendo dæmonis potentiam.
5 *Vt non deſcendat*, in gehennam.
6 *Inueni quo propitier ei*: Et quid ſit illud oſtenditur, cũ dicitur,
7 *Conſumpta eſt caro eius à ſup.* i. carnalis eius vita, per pœnitentiæ ſupplicia.
8 *Reuertatur ad dies ad*; per puritatem conſcientiæ:
9 *Deprecabitur Deum*, pro conſecutione gloriæ,
10 *Et vide. fa. eius in iubi.* in præſenti per internam conſolationem, & in futuro per apertam viſionem.
11 *Reſpiciet homines.* de ſua mutatione mirantes.
12 *Et dicet peccaui. &c.* id eſt auſteritatem pœnitentiæ non accepi ſecundum quantitatem peccati.
13 *Ecce hæc omnia ope. De tri. &c.* nam in iuuentute, ſenectute, & medio tempore inducit homines ad emendationem vitæ ſuæ.

verò subnexum est, *Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit &c.* In his sententijs & suprà mœror amaritudinis, & infrà subiecta est lætitia securitatis, moxque subditur.

lib. 24. c. 7. *Hæc omnia ope. de. tri. vi. per.* GREG. Acsi di. quod semel de vno dixi, hoc tribus vicibus per singulos agitur, i. mœrorem & lætitiam, in vnusquisque;

Tres modi conuersorum, inchoatio, medietas, atq; perfectio.

electi animo tribus modis alternari inuenimus, i. cõuersione, probatione, morte. In conuersione enim grauis mœror est, cùm vult desideriorum temporaliũ graue onus abijcere, & leue iugum domini libera seruitute portare: sed occurrit illa familiaris sua carnalis delectatio; quæ autem tunc cordis in illo anxietas, cum hinc spiritus vocat, hinc caro reuocat, vt dici possit de eo, *Abominabilis ei fit in vita sua panis & appropinquauit corruptioni anima eius? &c.* Sed quia diuina gratia diu eum hac difficultate affici non permittit, ruptis peccatorum vinculis ad libertatem nouæ conuersationis consolando perducit, & præcedentem tristitiam subsequens lætitia refouet: quia in inchoatione prouidebat Deus blanda, quæ nemo putet perfectionem, vt de eo dici possit, *Deprecabitur Deum & placabilis ei erit &c.* Post primam autem vocem mœroris & lætitiæ, quam vnusquisque per studium conuersionis agnoscit, secunda suboritur, ne securitatis negligentia dissoluatur: vt hostes in deserto occurrunt, post submersos Ægyptios immediatè amara, vt probet in fine summa. Plerumque enim euenit, vt tam conuersum insurgentia plus quã in initio vitia crucient, & repugnãtis animum iamiamque quasi in lapsum desperationis inclinant, vt de eo dici debeat: *Abominabilis ei fit in vi. sua panis.* &c. Sed quia misericors Deus probari nos permittit tentationibus, nõ reprobari: citius cõsolatio occurrit, impugnãtesq; cogitationũ motus interna pace tranquillat, vt de hoc tẽtato liberatoq; homine debeat dici, *Videbit faciem eius in iu.* Post percussionis certamina, & post probationis ærumnam solutioni carnis appropinquans, nonnunquã terrore districtæ vindictæ eriam iusta anima turbatur, timens magis mala quæ non intelligit; cui etsi quid in hac vita trãquillum sapere potuit, mortis articulo interueniẽte cõcutitur, vt iure dici debeat, *Abominabilis ei fit in vi.* Sed quia iustorũ animæ alienis quibusq; cõtagijs ipso sæpe mortis pauore purgantur, & æternam retributionem iam ab ipsa carnis solutione percipiunt Plerumque verò contẽplatione quadam retributionis internæ priusquã carne expoliẽtur hilarescũt, rectè dicitur: *Videbit faciem eius in iu. &c.* Sed quia electi cuiusque mens vel labore cõuersionis, vel tentatione probationis vel formidine solutionis atteritur, atque ipsa attritione purgata liberatur, Sequitur:

a busper singulos, vt reuocet animas eorum à corruptione,

a ¶ Proprium est arrogantis, veris superba miscere.

b & illuminet luce viuentium. Attendẽ Iob & audi me, & tace

c dum ego loquor. Si autem habes quid loquaris, respon-

¶ Non ex corde hoc dixit, eum non expectans statim subdit.

d de mihi: Loquere: Volo enim te apparere iustum. Quòd si

e non habes, audi me: tace, & docebo te sapientiam.

1 2 3

a *Vt reuo. animas &c. & illu. lu.* Lux morientium est, quam corporeis oculis cernimus. Illuminantur autem à luce viuentium, qui despecto temporali lumine ad splendorem internæ claritatis recurrunt, vt ibi viuant vbi verum lumen videant, vbi non aliud lumen vita est.

b *Attende Iob &c.* Eliu postquam multa sapientiæ profunda digessit, qualem se apud se habeat, hac locutione manifestat. Immensa enim superbia est, à seniore sibi reuerentiam exigere, & silentium imperare meliori. Ibid.

c *Si autem habes &c.* Iusti prædicatores, dum corripiunt, se humilitatis gratia, in eo quod corripiunt, ne fortè fallantur, exquirunt: correptisque licentiam tribuunt, vt siquid pro se ipsi iustius sentiunt, fateantur, hoc arrogantes imitari appetunt; Paulisper enim in verbis elatione postposita, quasi eorum quos corripiunt, si fortè reperire poterunt, iustitiam quærunt: non quia ita sentiunt, sed quia ornari per humilitatis speciem concupiscunt, ne videantur tumidi, vt sunt. Ibid.

d *Volo enim te app. iust.* Quia hoc ex corde non protulit, audire quod quæsierat, non expectauit. Nam illico subiunxit: Ibid.

e *Quod si non ha. au.* Eliu dici quod quæsierat, non permisit: sed mox quòd intrinsecus gestabat, erupit.

NICOLAVS DE LIRA.

Error Ra. Sa. de pœnitentia, quod quartò recidiuans damnetur.

tribus vicibus tantum recipit Deus peccatorem ad pœnitentiam, sed si quarto recidiuet, non recipitur amplius, sed reseruatur ad gehennam. Et ad hoc inducit verbum Amos propheta j. a. Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam, *q. d. Dominus, si quarto recidiuet, ad misericordiam eum non recipiam. Sed illud dictum est erroneum, quia est contra dicta omnium sanctorum, & cõtra scripturã no. ac ve. testa. Dicit enim saluator Lu. vj. f.* Estote misericordes sicut & pater vester &c. *Et Petro quærẽti quoties peccatũ sit dimittendum fratri Mat. xviij. c. dicit.* Non dico tibi vsque septies, sed vsq; septuagiessepties i. toties quoties *vt exponit Augu. ergo & pater cælestis dimittit peccatũ peccatori toties quoties verè pœnitet. Item est cõtra scripturã ve. te. quia j. Re.* legitur *Dauid peccasse in morte sacerdotũ Nobe, vnde peccatũ sum recognoscens & pœnitẽs dixit j. Re. xxij. d.* Ego sum reus omnium animarum patris tui, *sicut ibidẽ exposuit. Itẽ in adulterio cũ Bethsabee, & homicidio Vriæ, de quo etiã pœnituit & veniã obtinuit propter quod dixit ei Nathã j. Re. xij.* Dominus quoq; trãstulit peccatum tuum. *Tertiò in fractione iuramẽti, quod fecerat Ionathæ de fœdere conseruando ad ipsum & semẽ suũ, & tamẽ hæreditatis medietatẽ Miphiboseth filij Ionathæ dedit Siba pessimo detractori, etiam postquã sciuit, innocentiam Miphiboseth, et malitiam Siba, vt habetur ij Reg. xix. & de hoc similiter pœnituit, & veniam habuit, licet non sit expressè scriptum, quia postea sanctè vixit. Quarto peccauit in numeratione populi et veniam obtinuit, vt habetur ij. Reg. vlti. Ex quo patet manifestè falsum dictum Ra. Sa. s. quod post tertium recidiuũ venia non detur. Ad hoc etiam facit dictũ domini per Ezech. xxxiij. d.* Morte morieris &c. *subditur postea.* Omniũ peccatorum eius nõ recordabor. *Ex quo patet, quod quãtumcũq; recidiuando quis peccauerit, verè tamen pœnitens, veniã obtinebit. Itẽ est contra*

Quoties Dauid peccauit.

contra rationẽ, quia si post tertium recidiuũ nõ habetur venia, hoc est propter aggrauationem peccati ex recidiuo. Si autem aliquis ponatur peccare tanto tempore absque interruptione peccati per pœnitentiam, non est dubiũ, quin eius peccatum grauius est quàm si fuisset interruptum frequenter per pœnitẽtiam, & tamẽ de isto sic continuãte peccatum si finaliter pœniteat, oportet secundum Ra, Sa. concedere, quod veniam obtinet, eo quòd nõ solũ semel, sed etiam ter recipitur ad pœnitentiam: secundum eum ergo multo fortius ille, qui frequẽter peccatũ interrupit per pœnitentiam, & recidiuauit per culpam, quantumcũq; recidiuauerit, dum tamen finaliter verè pœnituerit, veniam obtinebit. Dictũ etiam Amos allegatũ non valet, quia nõ inducit verũ ipsius intellectũ propter quod aliter exponitur textus suprà positus: Hæc omnia ope. de. de. tri. vi. *i. monens peccatorem ad pœnitentiam toties quoties iudicat expedire: vtitur tamẽ Eliu numero ternario humanis iudicijs alludendo. In quibus sententiam præcedit trina monitio.*

1 Attende Iob. *Hic consequenter Eliu iterum excitat Iob ad attentionem quasi magna dicturus. Et patet litera vsque ibi:*

2 Vo. enim. te appa. iu. *q. d. vellem quòd tu posses verè hoc ostendere.*

3 Quod si non ha. *i. quia non habes, reputabat enim eum certitudinaliter iniustum: vt patet ex supradictis, & ex sequentibus apparebit. Si autem consideretur prædicta Eliu responsio ad dicta Iob, non videtur velle. Iob enim non quærebat disputare cũ Deo præsumptuosè & de pari, sicut Eliu imponit sibi. prout fuit suprà declaratũ xiij. c. Item petebat Iob declarationem veritatis suæ innocentiæ per diuinam sententiam, non tantùm pro se, quantùm pro alijs, vt recederent ab errore, quo credebant nullum flagellari in præsenti, nisi pro peccatis suis, sicut & dominus fecit in fine libri, dicens:* Non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob: *Et ideo petitio Iob non fuit frustra, aut superflua, vt asserit Eliu: sicut nec domini finalis sententia.*

ADDITIO.

In ea. xxxiij. vbi dicitur in postilla: Si potes, responde mihi. quasi dicat non debes contemnere iuuentutem meam *&c.*

Hic quod dicitur: Si potes, responde mihi &c. *nõ videtur exponendum sic, quod Eliu in his verbis & sequentibus intendebat monere ipsum Iob, nec contemnere Eliu propter iuuentutem suam. ipse enim Eliu erat ita arrogans, quòd præsumebat de se, quòd esset dignior & sapiẽtior ipso Iob: vnde in fine huius cap. dicebat ei:* Audi, tace, & docebo te sapientiam. *Sed ista verba videntur potius referenda ad hoc quod suprà dixerat Iob ca. ix.* Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me terreat: loquar & non timebo eum, neque enim possum metuẽs respõdere. *De quibus verbis videtur, quòd Iob licet*

quando

quandoque videbatur se desiderare disputare cum Deo, tamen cum hoc desiderabat, quod posset talem disputationem facere sine terrore, ne per metum sua responsio impediretur: ideo Eliu dicebat ipsi Iob immediatè ante verba prædicta, Si potes, responde mihi, aduersus faciem meam consiste. *i. non debes te excusare à responsione mea propter timorem seu terrorem quem à me habeas. Cuius rationem subdit, dicens:* Ecce & me, sicut & te fecit Deus *i. ambo sumus puræ creaturæ qua ratione non debes me timere, & de eodem luto ego quoque formatus sum. q.d. non habeo prærogatiuam super te in naturalibus, propter quam debeas me timere, & excusare te ne respondeas. Sed quia ipse Eliu præsumebat de se, quod habebat magnam scientiam sibi diuinitus datam, similiter & altam eloquentiam, ideo subditur:* Veruntamen miraculum meum te non terreat, &c. *q. d. licet in bonis naturalibus non excedam te, propter quæ debeas me timere, excedo tamen te in scientia & eloquentia mihi diuinitus datis: & ita rogo, ne terreant te, ne propter hoc dimittas responsionem, & ista dicebat alliciens eum ad responsionem, sicut infra in fine huius capituli dicit:* Si autem habes quid loquaris, responde mihi volo enim te apparere iustum. *Et prædicta expositio concordat cum glo. quæ super illud verbum:* Veruntamen miraculum meum, &c. *sic dicit:* Paulus humiliter sua alta, verbum solatij vocat, loquens Hebræis: iste sua minima, scientiam, eloquentiam, miraculum vocat, *&c.*

ADDITIO II.

In eo. ca. xxxiij. vbi dicitur in postilla. Circa primum dicitur: Ecce hæc omnia *i.* reuocationes à peccatis, *&c.*

Licet dictum Ra. Sa. in hoc quod asserit, quod tribus vicibus tantum recipit Deus peccatores ad pœnitentiam, & non amplius, sit manifestè erroneum prout postillator sufficienter ostendit: non tamen est inconueniens dicere, quod Eliu dicens, Ecce hęc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos. *hoc intendebat sicut Rab. Sa. exposuit, prout etiam verba magis sonant. Eliu enim non creditur fuisse propheta, vt standum sit dictis ipsius: potuit enim in hoc errare, sicut etiam erraut in condemnatione Iob. Quod autem inducit postill. de Dauid, quod peccauit in morte sacerdotum Nobe: improbatum fuit in additione super ij. Regum xv. nihilominus tamen ex historia Dauid potest induci, quod Deus recipit peccatores ad pœnitentiam etiam post tertiam reciduationem. Peccauit enim Dauid primo in adulterio Bersabee, secundo in homicidio Vrie, tertio in fractione iuramenti facti Ionathæ. quarto in numeratione populi prout postill. deducit: & tamen Dauid finaliter pœnituit, & connumeratur inter sanctos, cum Deus post mortem ipsius Dauid sæpe vocat eum seruum in scripturis sacris: propter quem etiam posteritati sua multa beneficia concessit, vt patet Esaiæ xxxvij.* Et protegam ciuitatem istam, vt saluem eam propter me, & propter Dauid seruum meum. *Et in eo. Esa. v. a* Feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles: *& in multis aliis locis.*

REPLICA. In c. xxxiij. vbi postilla. exponit verba Eliu, dicens: Si potes, responde mihi *q.d. nō debes contemnere iuuentutem meam: Sed Burg. aliter volens verba Eliu interpretari, inuoluit ipsum in contradictoriis, quibus vt puto, ipse Eliu inuolui noluisset: Primo Burgen. dicit eum fuisse arrogantem, sic quod præsumebat se dignorem ipso Iob, & magis sapientem. Secundo Burgen. dicit Eliu sentire, quod nullam prærogatiuam haberet vltra Iob in naturalibus: Sed quomodo, quæso stant illa in figura, quod arrogans se præsumeret dignorem & diceret se nullam habere prærogatiuam in naturalibus? Verè enim arrogas naturalia sani hominis non equiparat naturalibus leprosi & extreme infirmi, cuiusmodi fuit Iob: Nec sunt illa verba arrogantis, sed humiliter sentientis, cum dicitur:* Me sicut te de eodem luto fecit Deus. *Nec valet quod Burg adducit de ix. cap. quod quia Iob allegauit se timere Deum, ideo metuebat Deo respondere, quod ideo Eliu æstimauit Iob timere similiter sese, & sic metuere respondere. Iob enim sanctus timens Deum rationabiliter, hominem timere non debuit: & qui & amicos seniores disputando, & errores eorum obiurgando conuicerat, verisimiliter inuenem Eliu non timuit, nec ei respondere recusauit. Et sic patet quod Burgen. timorem Iob erga Deum ad Eliu male transtulit & comparauit.*

In eo. vbi postil. reprobat errorem Ra. Sa. circa expositionem illius dicti Eliu: Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus &c. *& verius exponit Burg. notat postil. in duobus primo quod exponit dictum Eliu secundum modum faciendi humanum: sed Burg. dicit quod Eliu erauit. sicut Ra. Sa qui eum erroneè exposuit. In hoc autem Burg. videtur deficere, nam non est verisimile quod s. Iob tam magnum errorem s. quod Deus tantum tribus vicibus parceret peccāti, reliquisset intactum cum etiam minores amicorum errores obiurgabat. Secundo Burg. notat postil. in exemplo de Dauid circa necem sacerdotum. Huius correctionem vide ij. Reg. xv.*

CAPVT XXXIV.

A a *Pronuntians &c.* ✠ NICETAS. Eliu iustè impios mulctari confirmat. Ioboque succensèt quod æquo iure cum Deo vellet in iudicio confligere sed Iobus vt amicos coargueret apud Deum experiri voluit.

Lib. 24. c. 8 GREG. Quid per huius pronuntiationis

B vocabulum, nisi inflatio elationis ostenditur? vt verba quæ de alta radice superbiæ veniebant, cum quadam quasi altitudine & distinctione

C procederent.

Ibid. b *Audite sa. ver. me.* Acti di. Sicut nec auris escas, nec guttur verba cognoscit, ita nec stultus quisque sapientium sententiam intelligit. Sapientes ergo intelligite quod dico, qui potestis ea quæ fuerint dicta, cognoscere

CAPVT XXXIV.

a ¶ quasi, super indignos hæc cælitus effundantur.

a Rōnuntians itaque Eliu etiam hæc locutus est.

a ¶ Nimis tumet quia sua verba non putat decenter audiri nisi à sapientibus.

b Audite sapientes verba mea, & eruditi au-

a ¶ Auris non quærit sapientes facere, sed sapientibus se ostendere, vt doctus à doctis audiatur.

c sultate me. Aūris eīm verba probat, & guttur escas gustu diiudicat. Iudicium eligamus nobis

a ¶ De hoc iudicemus.

d & inter nos videamus quid sit melius. Quia dixit Iob: Iustus

d *Quia di. Iob &c.* quia hoc minimè dixerit, requisita facri eloquij verba testantur.

D Ibid. c *Iudi. eli. &c.* Virum hoc iudicium ex humilitate quę fierit, ex sequentibus pensatur.

Ibid. ✠✠ GREGOR. Non ideo prædicat, vt possit quoslibet sapientes efficere: E sed ideo sapientes quærit, vt possit quod senserit superbiendo monstrare. Non illos appetit erudire, F sed se ostendere; nec intuetur quàm iusti qui audiunt, fiant, sed ipse quàm doctus cū auditur, appareat.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXXIV.

Diuisio. 1 PRonuntians &c. *Præmissa Eliu repetitione, & responsione eius ad dicta Iob; hic incipit arguere contra ipsum. Dixerat autem Iob duo, contra quæ arguere intendebat. Vnum erat, quod videbatur sibi, quod Iob Deo imponeret iniustitiam; Secundo quod sibi falsò attribueret iustitiam. Et ideo primo arguit contra primum; secundo contra secundum capite se. tertio contra vtrumque simul, quasi disputationem à principio sumendo, c. xxxvj. Prima in tres, quia primo audientiam petit; secundo ad propositum arguit, ibi,* Absit à Deo impietas; *tertio ipsi Iob locum loquendi tribuit, ibi,* Quia ergo locutus, &c. *Circa primum sciendum, quod Eliu reputabat ipsum Iob passionibus iræ & tristitiæ mente turbatum, & per consequens ad capiendum verba eius minus aptum, propter quod petit audientiam sapientum dicens,*

2 Audite sap. verba m. *Et causam subdit, dicens:*

3 Auris enim verba pro. &c. *q.d. Sicut sensus exteriores de propriis sensibilibus rectè iudicant sic & sapientes de intelligibilibus: ideo subdit,*

4 Iudicium eli. &c. *de dictis Iob. de illis quæ dicturus sum.*

5 Inter nos vi. quid sit melius &c. *i. verius dictu. s. suum an meum. Consequenter repetit in breui dicta Iob contra quę intendit disputare,*

6 Quia dixit Iob: Iustus sum. *Hoc accepit ex eo, quod supra dixerat Iob xxvij. a.* Iustificationem meam quam cœpi tenere non deseram: *& in hoc satis bene repetiuit dictum Iob,*

MORALITER.

1 *Pronun. ita.* Eliu etiam hæc *&c.* Modus arrogantis est suam scientiam nimis magnificare. & sic dicit:

2 *Audite sap. ver. mea.* q.d. tam alta sunt, quòd non sunt simplicibus

✠ 1 Et plicibus proponenda; Et veris falsa miscere, & sic dicit, *Dixisti Iob: Deus subuertit iudicium meum.* hoc enim Iob non dixerat, vt in expositione literali fuit ostensum: Et ad iniurias procedere, & sic loquitur,

A a *Quis est vir, vt est Iob.* GREG. vt subaudiatur nullus. Ecce quē dominus dixit diabolo absque comparatione iustum, cum Eliu asserit absque comparatione peccatorem, de quo subdit.

Iob. 24. c. 9.

Ibid.

✠✠ Hæc esse propria arrogantium prædicatorum solent, vt etiam afflictos auditores suos magis districtè corrigere appetant, quā blandè refouere.

Ibid. c. 10. Sēper inuenire optāt quæ increpando rigidè feriant. Sciunt prędicatores sancti vtroque moderamine artem magisterij temperare, & cum delinquētium reatus B inueniunt, sciunt modo seuerè corripere, modo humiliter deprecari; sed cum arrogantes viri eos imitari appetunt, sumunt ab eis aspera verba correctionis, & sumere ab eis veraciter nesciunt preces humilitatis. Magis enim terribiles C volunt esse quàm mites: & idcirco discunt vnde se regant, & discere negligunt vt animū submittāt.

† vel, Quis cōstituit cū ipso terrā? & quis posuit orbem vniuersum? Chald. interp. Quis præcepit ei vt faceret terram? nōne voluntate sua fecit? Alii vertunt, Quē præfecit sibi (vel pro se) super terrā?

¶ Ecce qui iudicium quæsiuit, iudicium protulit ex culpa, quam finxit: vt post, nulla Iob expectetur sententia.

sum, & Deus subuertit iudicium meum. † In iūdicando enim

¶ Arrogans magis quærit obiurgare, quàm refouere, vt superior videatur.

me, mendacium est, violenta sagitta mea absque vllo peccato.

a Quis est vir, vt est Iob, qui bibit subsannationē quasi aquam,

b ¶ Ex societate reproborum dignum damnatione iudicauit.

qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat

¶ Quia superbus à veritate alienus est, mox ad falsa prorumpit, qui se extollit, quæ in alio reprehendat nequiter fingit.

c cum viris impijs? Dixit enim: Non * placabitur Deo, etiam si

¶ Non est vt Iob dicit.

d cucurrerit cū eo, Ideo viri cordati audite me: Absit à Deo im-

a ¶ Quod non tamen sic vt ille putat.

e f pietas, & ab omnipotente iniquitas. Opūs enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. Verè enim Deus

a In extremo, & si hic frustra affligit.

non cōdemnabit frustra, nec omnipotens subuertet iudi-

¶ Enim.

g cium. † Quem constituit alium super terrā, aut quem posuit

¶ Ergo.

i super orbem, quem fabricatus est? Si direxerit ad eum

¶ Et tunc.

cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet. Deficiet com-

k

1 Ecta tamen in occulto
2 examine decernuntur.
3
4 h *Quem consti. &c.*
5 GREG. Nullum: per
6 se enim regit mundū, qui per se cōdidit; nec eget adiutorijs ad regendum, qui non eguit ad faciendum. Sed hoc idcirco dicit, vt iudicet,
7 8 6 quia omnipotens Deus si per semetipsum regere nō negligit, quod creauit: quod bene creauit, vtique bene regit, quia quod pie condidit, impiè non dispo-
10 suit.
i *Si dire. ad eū.* Curuū
11 est cor eius, cum ima
12 appetit: dirigitur, cū ad superna subleua-

D

Ibid.

† (i. cogor mētiri cum ius etiā pro me habeo, & afflictus sum à tanguitis meis Etiam si nullū scelus in me sit.

E

* Vel prodesit viro etiam si cucurrerit cum Deo (i. iuste vixerit)

F

Ibid.

Ibid. c. 12.

tur. Spiritum autem, pro internis cogitationibus; & flatum, qui per corpus trahitur, pro externis actionibus ponit. Deum ergo spiritum hominis & flatum ad se trahere, est ad conuersionem sui desiderij, & interiora nostra, & exteriora commutare; vt omne quod est homo, ad Deum, à quo est, & interius desiderando ferueat, & exterius se edomando constringat.

b *Qui bi. subsa. quasi aq.* Aqua bibitur cū ita liquidè sumitur, vt ad sorbendū nulla sui pinguedine retardetur. Subsannationem verò vt aquā bibere, est Deum sine aliquo obstaculo cogitationis irridere.

c *Dixit enim: non pla. &c.* quia quòd minimè dixerit, si quis beati Iob verba legit, agnoscit.

d *Ideo vi. cor. &c.* Iterum fastu superbiæ eos quærit, qui quasi digni se valeant intelligere.

e *Absit à De. im.* Benedixit, quia omnipotenti Deo iniquitas vel impietas non est.

f *Opus enim ho. red. ei.* In hac vita nequaquam hoc agitur. Nam & multos illicita perpetrantes gratuitò prævenit, atque ad sancta opera conuertit: & nonnullos actibus rectis deditos, flagello interueniente corripit.

g *Vere enim De. nō com. fru.* Fruſtra condemnare non potest ea condemnatione, quæ in extremo punit omne quod hic quisque iniquè cōmiserit; nec omnipotens subuertit iudicium, quia etsi minus recta videntur esse quæ patimur, recta tamen in occulto examine decernuntur.

h *Quem consti. &c.* GREG. Nullum: per se enim regit mundū, qui per se cōdidit; nec eget adiutorijs ad regendum, qui non eguit ad faciendum. Sed hoc idcirco dicit, vt iudicet, quia omnipotens Deus si per semetipsum regere nō negligit, quod creauit: quod bene creauit, vtique bene regit, quia quod pie condidit, impiè non disposuit.

i *Si dire. ad eū.* Curuū est cor eius, cum ima appetit: dirigitur, cū ad superna subleuatur. Spiritum autem, pro internis cogitationibus; & flatum, qui per corpus trahitur, pro externis actionibus ponit. Deum ergo spiritum hominis & flatum ad se trahere, est ad conuersionem sui desiderij, & interiora nostra, & exteriora commutare; vt omne quod est homo, ad Deum, à quo est, & interius desiderando ferueat, & exterius se edomando constringat.

k *Deficiet omnis ca. si.* Simul omnis caro deficit, quando iam nullus suis motibus seruit. Homo in cinerem reuertitur, cùm humilitatis spiritu tangitur, & nil se esse aliud quàm cinerem recordatur.

☞ a Si

NICOLAVS DE LIRA

✠✠ 1 Et Deus sub. &c. *Hoc accepit Eliu ex eo quod ibidem Iob præmiserat*, Viuit Deus, qui abstulit iudicium meum: *& in hoc malè repetiuit, quia hoc nō dixerat Iob ex propria sentētia, sed quasi cōcludēs ex dictis aduersariorū, sicut ibidem dictū fuit. Dato etiā quod Iob ex propria sententia hoc dixisset, adhuc malè repetiuisset: Aliud enim est iudicium subuertere, & aliud auferre; Subuertere enim iudiciū semper est malū, nec potest bene fieri, propter quod non potest Deo cōpetere: Auferre verò iudicium, nō est aliud nisi nō vti iudicio, quod potest bene fieri in casu, in quo index vtitur misericordia & non rigore; & hoc maximè potest fieri à iudice qui habet plenitudinem potestatis, & qui nulli astringitur, cuiusmodi est ipse Deus. Et ex hoc patet, quòd quicquid Eliu in hoc cap. concludit contra Iob, imponens ei quòd dixisset Deum iniustum, vel iustitia subuersorem, non concludit contra eum.*

2 In iud. enim me men. est. *i. falsitas iudicij.*

3 Violen. sa. me. *i. aduersitas, qua sum percussus, est mihi inflicta per violentiam Dei, & non per iustitiam. Ista imponit Iob falsò, vt patet ex præmissis; consequenter increpat Iob de prædictis, dicens.*

4 Quis est vir, vt e. Iob. *i. ita pessimus sicut ipse.*

5 Qui bi. sub. *Id est, diuini iudicij derisionem.*

6 Quasi aq. *Id est, sine frano & mensura diuinum iudicium deridet. vnde postea subditur:*

7 Dixit e. &c. cuc. cum. e. *hoc autem imponit ipsi Iob, eò quòd dixerat supra xxxij.* Vestigia eius secutus est pes meus, & *postea xxx. ca.* Mutatus es mihi in crudelem &c. *& ideo ex hoc credidit iste Eliu, quòd Iob sentiret se Deo displicere, quamuis eum secutus fuisset; quod est falsum, quia Iob prædicta verba retulerat ad exteriorē sui flagellationē, non autem ad interiorē reprobationē: & quia Eliu ex turbatione mentis ipsum Iob reputabat verba sua non capere, vt prædictū est, ideo redit ad petendum attentionem aliorum, di.*

8 Ideo vi. cor. *i. intelligentes, per cor enim frequenter intellectus in sacra scriptura designatur.*

9 Absit à De. im. *Hic consequenter Eliu contra Iob arguit, secundū æstimationem suam, ostendens quod in Deo non sit iniustitia, quòd Iob nūquam negauerat. Et primo proponit intentum, dicens:* Absit à De. im. *& patet litera vsque ibi:*

Diuisio.

10 Quem consti. &c. *vbi ad probandum propositum accedit. Circa quod sciēdū, quod homo declinat à iustitia quadrupliciter: Aliquando propter impotentiam; aliquando propter timorem; aliquando propter ignorantiā; aliquādo propter fauorem. Ista autem quatuor à Deo excludit: & sic Deū esse iustū concludere intendit. Primo igitur excludit primū, dicēs:* Quē cōsti. ali. ter. *q. d. tāta est eius potētia, quod directè & immediatè se extēdit ad omnia à summitate cæli vsq; ad imū terræ quia sicut omnia fecit de nihilo, ita pōt omnia annihilare, ideo subditur*

Homo quadrupliciter declinat à iustitia.

11 Si dire. *cor. suū.* &c. *i. voluntatē suam ad quemcunque destruendū.*

12 Spiri. il. & fla. ad se tra. *& sic totaliter deficiet, siue fuerit angelus, siue homo: & sic patet, quod nō declinat à iustitia propter defectū potē-*

✠✠ *statis.*

MORALITER.

✠ 4 *Quis est vir vt Iob. qui bibit quasi aquam subsannationem* &c. Igitur qui vult arrogantiæ notā effugere, debet à tribus prædictis cum diligentia præcauere. Alia verò plura dicit, quæ licet non valeant contra Iob, sunt tamen hic mysticè exponenda.

10 *Quem constituit aliū super ter. &c.* q. d. nullum: & hoc verum est, æqualem sibi, sed tamen constituit vicarios ad regimen populi, prælatos in spiritualibus, & principes in temporalibus.

11 *Si direxerit ad eum cor suum.* scilicet sic constitutus à Deo honorem Dei, & bonum populi quærendo.

12 *Spiritum illius & flatum ad se trahet.* id est interiores motus eius & exteriores actus in finem debitum diriget.

13 *Deficiet omnis caro simul.* Nam ex carnali affectu nihil faciet.

✠ 1 *Et*

a *Stha.ergo. intel. &c.* GREG. Isti sunt quotidiani defectus, qui in A cordibus reproborum fiunt, vt semper in deterius eant. Superius li.24. c.13. dubitauit, si posset beatus Iob proferre quod iustum est: nunc verò discutit, si hoc quod dicitur, saltem posset audire.

Ibid. b *Nunquid qui non amat, &c.* Amat iudiciũ quisquis vias suas subtiliter discutit, & secretarium mentis ingressus, quid dominus ipsi tribuat, quid ipse domino debeat, pensat. Quod Iob fecerat, qui in expiatione b filiorum, etiã pro cogitationibus offerebat: nec condemnauerat eum, qui iustus est, c †impius es sed cur sine peccato d

B percussus fuerat, in dolore positus cũ humilitate reqrebat. Quia ergo Eliu dixit, quòd e is qui non amat iudiciũ, sanari non potest: f arguens beatũ Iob, ℣ iudicium non amaret, & quòd eum qui g iustus est, condemnasset; illico eiusdem iu- h sti, i. domini iustitiã subdit, dicens:

Ibid. c.14. c *Qui dicit regi, apo.* Superbus rector toties ad culpam apostaC siæ dilabitur, quoties pẽsse hominibus delectatur, & honoris sui singularitate lætatur: quasi non sit vnus ex his quibus præest, & non sub domino; quòd non nisi ex imitatione illius, qui despectis angelorum societatiEsa.14.b. bus dixit, *Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo.*

Ibid. c. 15. d *Qui vocat du.im.* quia dum dominando præsunt, exemplo suæ superbiæ subditos ad impietatem trahunt. Tunc verò solum potestas bene regitur, cum non amando sed timendo retinetur: quæ vt ministrari rectè valeat, oportet primum vt hanc non cupiditas, sed necessitas imponat. Præcepta autem nec ex formidine debent deseri, nec pro libidine amplecti: ne aut peius quis quasi ex humilitate superbiat, si diuinæ dispensationis ordinem fugiendo contemnat; aut eò iugum superni rectoris abijciat, quo eum super cęteros priuatum regimen delectat.

✠✠ Ne-

✠✠ Necesse est vt is qui præest, quî exempla subditis præbeat D solerter attendat, & tantis se sciat viuere, quantis præest. Non autem debet hominum ducatum suscipere, qui nescit homines bene viuendo præire: ne, qui ad hoc eligitur vt aliorum culpas corrigat, quod resecare debuit ipse committat.

a ¶ Ex his quæ antè sensit intumuit, & alios despicit, & sic plus videndo cæcus est, quia se non videt.

nis caro simul, & homo in cinerem reuerteretur. Si hãbes ergo intellectum, audi quod dicitur, & ausculta vocem e-

a ¶ Et hoc tibi opus est. b ¶ Et hoc verum. sed non vere dicit. c ¶ Vtu.

lõquij mei. Nũnquid qui non amãt iudicium, † sanari po-

a ¶ Scilicet dominum, cuius iustitiam subdit: Qui dicit regi.

¶ Es. a ¶ Quia sequaces ad mala trahunt.

test? Et quomodo tu eũm qui iustus est, in tantum condemnas? Qui dicit regi, † apostata: Qui vocat dũces impios?

a ¶ Quia hominem ex eo quod est, ipse homo iudicat Deus, non ex rebus adiacentibus, vt nos.
b ¶ Per principem & tyrannum, quisque superbus potest accipi: per pauperem, humilis.

Qũi non accipit personãs principum, nec cognouit tyrannum, cum disceptaret contra pauperem. † Opus enim ma-

¶ Scientia iudicis.

nuum eius sunt vniuersi. Subitò morientur, & in media

a ¶ Qui hic noluerunt humiliari. b ¶ Illi quorum est colligere.

nocte curuabũntur populi, & pertransibunt, & auferent † violẽtum ãbsque manu. Oculi enim eius super vias

¶ qui manu violentus fuit. b ¶ Inuisibiliter. ¶ Non videt, quæ eum rapit sed rapitur.
c ¶ Iniquus expectatus non credebat se videri. d ¶ Opera.

a ¶ Cogitationes. b ¶ Id est qui dies patienter conspicit, quandoque inulta non deserit.
c ¶ In domino, vt ignoret cogitata.

hominum, & omnes grẽssus eorum considẽrat. Non sunt tẽ-

a ¶ Non obliuiscitur perpetrata, sed videt quod agitur, & quod videt, non obliuiscitur.
¶ Nec absconditi possunt, nec tamen tunc emendari.

nebræ, & non est vmbra mortis, vt abscondãntur ibi qui operantur iniquitatem. Neque enim vltra † in hominis po-

e *Qui non acci. perso.* Tyrãnũ cõtra pauperẽ disceptantẽ nõ cognoscit, qa superbos oẽs vitã humiliũ deprimẽtes, i iudicio nescire se perhibebit. f *Opus enim ma. &c.* Acsi dicat: Sic potẽter, cũ vult, destruit, sicut cum voluit, potenter creauit. E g *Subito morientur.* Quãlibet serò de hac vita tollantur iniqui, subitò & repẽte tollũtur, quia finem suum præuidere cogitando nesciunt. h *Et in me.no. &c.* Nectem dicit cordis obscuritatem. In media aũt nocte curuati pertransiunt, q obscuritatis suę negligentiam humiliati ad mortem pertranseunt; qui trãseunt quidem dũ viuunt, sed pertrãseunt dum moriuntur. F i *Et au. vio. &c.* Subaudi diuina iudicia, qa subitò exitu vrgẽte inuisibiliter rapitur, qui visibiliter rapiebat k *Oculi enim eius su. vias ho.* Iniquus qui diu expectatus est, idcir co est repente sublatus: quia oculi domini super vias hominum; l *Et omn. gres. eo. &c.* Gressus dicit singulas operationes, vel alternãtes motus cogitationis, quibus quasi passibus vel à Deo recedimus, vel ei propinquamus.

lib. 25. c.1. 1 2 † dominabitur. 3 Ibid. c. 2. 4 5 6 7 8 Ibid. 9 † De.10.d. 2. Pa. 19. c. Sap. 6. b. Eccl. 35. b. 10 11 Rom. 2. b. 12 Gal. 2. b. 13 Ephe. 6. b. Col. 3. d. Act. 10. e. 14 1 Petr.1. e. 15 Ibid. 16 † necesse est homini Ibid. c.3.

m *Nõ sũt te.* Per tenebras ignorantiam, per vmbram mortis oblivionẽ designat. Obliuio vmbra mortis dicitur, quã imitatur, quia ita tollit rem à sensu, sicut mors à vita, vel quælibet immutatio mortis est imitatio: quæ nõ est in Deo, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Et vt est incommutabilis, ita penetrabiliter videt; nec obliuiscitur qui non mutatur.

Ibid. c. 4.

n *Neq; enim vl. &c.* Iudiciũ dicit, non ℣ per æternam retributionem

Ibid. c.5.

☞

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *statis, propter quod dicitur:*

1 Si ha. er. intel. *diuina potestatis,*

2 Audi quod di. *i. intellige, quod ex ista parte non potest à iustitia deficere.*

3 Nunquid qui non amat iu. *scilicet diuinum,*

4 Sanari potest? *quasi dicat, propter hoc non potes sanari à plagis tuis, quia tu non amas iudicia Dei, sed magis ea reprobas; & ideo subditur,* Et quomodo &c.

5 Qui di. &c. *hic excludit à Deo secundum, videlicet declinare à iustitia propter timorem: quia nullum timet, sed absque timore omnes increpat, quantuncumque magnos, & quando vult annihilat, & hoc est quod dicit,* Qui di. regi. *qui tamen præcellens est in hominibus,*

6 Apostata, *quando non conseruat iustitiam, & bonum commune, quod est à suo statu apostatare.*

7 Qui vocat duces. *scilicet malitiæ, qui inter alios sunt audaciores,*

8 Impios, *quando crudeliter vtuntur data sibi potestate.*

9 Nec cognouit, &c. *cognitione approbationis, sed magis reprobationis. Ideo subditur,*

10 Subi.mo. *quãdo Deus voluerit, quod fit dupliciter, Vno modo percussione diuina immediatè, & hoc tangitur cùm dicitur,* Subitò morientur; *Alio modo seditione populi contra tyrannum vel principem mota, & hoc tangitur cùm dicitur,*

11 Et in me.no. curuabuntur pop. &c. *commoti ad rebellionem, quæ solet fieri in clanculo & de nocte.*

12 Et per. *in furore multitudinis commotæ.*

13 Et au.vio. *i. tyrannum qui violentia regebat, & non iustitia:*

14 Absq; ma. *absq; potestate aduersariorũ tyranni, qui sunt ab extrà.*

15 Ocu. enim &c. *Hic excludit tertium, s. declinare à iustitia per ignorantiam, quia sicut dicitur Prou. xv. a.* In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos: *& ideo non potest deficere per ignorantiam, & hoc est quod dicitur,* Ocu. enim eius &c. *Et patet litera vsque ibi:*

16 Neq; enim vl. in ho. p. est, vt ve. ad De. in iu. *s. postquam fuerit à Deo.* ✠✠

MORALITER.

✠ 1 *Et homo in cinerem reuertetur,* quia talis de morte sua meditatur: propter quod antiquitus imperatore creato statim quærebatur ab eo, quo marmore vellet sepulchrum habere.

2 *Audi quod dicitur.* q.d. hoc verbũ est memoriter retinendũ. Sed quoniam aliqui in regimine constituti malè regunt, sequitur,

3 *Nũquid qui nõ amat iud. sanari po. &c.* s. ab infirmitate morũ. q.d. non, nam princeps vel prælatus qui de seipso non facit iudicium, non bene regit populum: ideo contra talem subditur,

4 *Et quomodo tu eũ, qui iust° est, intãtũ cõdẽnas?* scilicet Deũ in quẽ redundat redundat quodammodo malitia vicariorum suorum: vnde contingit aliquando, quòd homines grauati insurgũt ad blasphemiam Dei, eò quòd dedit talem rectorem populi; & quia Deus pro talibus frequenter audit clamorem populi, sequitur,

5 *Qui dicit regi, apostata, &c.* Malum rectorem deponens ab officio pariter, & à vita: ideo sequitur,

10 *Subitò morientur,* Nec potest quis conqueri iustè, cũ sit dominus mortis, & vitæ: & hoc est quod subditur,

16 *Neq; enim vltra in hominis potestate est, &c.* Et quoniã tale Dei iudiciũ maxime debetur peccantibus ex certa malitia, Sequitur:

A nem punit, sed quòd mente conceptum per conuersionem diluit. In hoc mentis iudicio tantò citius absoluimur, quantò nos districtius reos tenemus. Nec ad hoc agendum prætermittenda sunt tempora quibus vacat: quia ad hoc agendum post huius vitæ tempora non vacat.

Li.2. c.5. a *Vt ve.ad De.* GREG. Hîc licuit reprobis ad Deũ venire in iudiciũ, a testate est, vt veniat ad Deum in iudicium. Conteret † multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Nouit enim opera eorum, & idcirco inducet noctem, & conterentur.

¶ Ita tunc, nunc autem occulto iudicio: Conteret multos, quare modo est cuique prouidendum ne extra se vagetur.

¶ Quod iustè.

a ¶ Etsi non impij hominibus videntur; qui enim male agit, & fidem perdit, dum impune peccare se putat.
¶ Impius propriè infidelis dicitur, ecclesia locus videntium est, vbi lumen, id est, Deus videtur.

Quasi impios percussit eos † in loco videntium. † Qui quasi de

a ¶ Humilitatis exempla. ¶ Via est quicquid incarnata sapientia gessit ex tempore
b ¶ Viderunt mali opprobria Christi, sed quo ducunt, non intellexerunt.

industria recesserũt ab eo, & omnes viãs eius intelligere noluerunt, vt peruenire facerent ad eum clamorẽ egeni, & audiret vocem pauperum. Ipso enim concedente pacem, quis est qui † condemnet? Ex quò absconderit vultum, quis est qui contempletur eum? Et super gentes, & super omnes homines. † Qui regna-

a ¶ Antichristum quem iam sequuntur viuendo, etiam hi qui despiciunt verbo.

a ¶ Ærrogans, quia mala defendit in bonis humiliter ambigit, quia fauorem quærit, sed vere est humilis in bonis, qui non est defensor in malis.

re fecit hominem hypocritam † propter peccata populi. † Quia

Ibid. c. 6. ✠✠ Nõ deest in hoc iudicio mẽte cõcepto omne ministerium, ꝙ punire reos suos plenius debeat. Nam cõscientia accusat, ratio iudicat, timor ligat, dolor excruciat. Quod iudicium eo certius punit, quò interius seuit: quia videlicet ab exterioribus nõ accedit. Vnusquisq; enim cum causam vnius examinis cõtra se agredi cæperit, ipse est actor qui exhibet, ipse reus qui exhibetur: Odit se qualem se, fuisse meminit; & ipse, qui est, per semetipsum insequitur illum qui fuit; atque ab ipso homine aduersus semetipsum fit quædam rixa in animo, parturiens pacem cum Deo.

† Præterea quod.

† terrebit? vel inquietabit?

† ad capiẽdũ populũ, vel affligẽdũ populũ.

Ibid. c. 7. b *Conteret multos, &c.* hoc quotidie agitur. Labuntur alij à statu iustitiæ, & locum vitæ alij illis cadentibus sortiuntur. Quia innumerabiles dixit, vel multitudinem exprimere voluit reproborum, vel indicare voluit, quoniam qui pereunt, intra electorum numerum non habentur.

Ibid. c. 9. Matt.22.b. c *Nouit enim opera eorum.* Sciẽdum quòd iniquus duobus modis in nocte conteritur, vel cùm exterioris pœnæ, tribulatione percutietur, vnde dicitur *in tenebras exteriores*: Vel cum occulta sententia interius cæcatur; Inducere autem noctem dominus dicitur, à cæcitate liberare noluisse.

Ibid.c.10. d *Quasi impios &c.* hoc dicitur de his, quos intra ecclesiam diuina vltio inuenit in iniquitatibus perdurantes. Ibi quippe stabãt, vbi Deum videre videbantur: Ibi tenebras dilexerunt, vbi lumẽ veritatis aspicitur; hi pios in ecclesia se ostendunt, sed quia diuina iudicia latere non possunt, quasi impij feriuntur.

Ibid. c.11. e *Qui quasi de industria.* Ex infirmitate solet accidere, amare bonum, sed implere non posse; Ex studio verò peccare est, bonum nec facere, nec amare; Peccatur autem vel ignorantia, vt Paulus persecutor, quod leuius; vel infirmitate, vt Petrus qui negat, quod prauius, vel studio quod pessimum.

Trib⁹ modis peccatum committitur. 1. Tim.1.c. Matt.26.g. *Et om.vias intel.* Nescire ignorantia est, scire noluisse, superbia est: Superbi enim humilitatis dominicæ facta contemnunt.

f *Vt peruenire &c.* Cum enim isti superbiunt, clamãt ad Deum hi qui à superbiẽtibus opprimuntur: vel, quia istis cadentibus in eorum locum pauperes, i. spũ humiles, surrogãtur; quod facere dicuntur, quia casu eorum fit, vel illis peccãtibus pauperum clamor auditur, quia dum Iudæi contra dominum

Ibid. c. 12.

1 superbiũt, ad Deũ vo- † fortes.
2 ta Gentiliũ peruene-
runt. Vel, quia hæc de Nota de prælatis.
3 rectorib⁹ possunt ac-
cipi, dum pro curis se-
4 culi officiũ prædica-
tionis deserũt, subdi- †(i. coram omnib⁹, vt cæteri timorẽ habeant.
5 tos in clamorẽ cõpel-
lũt, qui murmurãt cur
fictus tenet locũ: sed
6 quia rectores habent
7 iudicẽ suum, magna
8 cautela subditorum
est, nõ temerè iudica-
9 re vitã regentiũ. Neq;
10 enim frustra per se- Iohan.2.c.
11 metipsum domin⁹ æs † 8. q. 1. c. audaceter.
numulariorũ effudit,
& cathedras vendentiũ columbas euertit:
12 Nimirum significans † Quoniã de Deo locutus sum intermittã, sub. sermonẽ. non addã aliquid.
quia p magistros, quidem vitam iudicat plebiũ, sed per seipsũ facta examinat magistrorũ, quàmuis etiam, subditorum vitia, q̃ à magistris modo vel dissimulantur iudicari vel nequeunt, eius tamen proculdubio iudicio reseruantur. Vel, per tumorẽ potẽtium, superbia Iudæorũ, per clamorẽ egeni, desideria gentiũ figurantur. Iudæis ergo superbientibus vota Gentilium ad Deum peruenerunt, quæ iudicia non audet discutere, sed admiratione veneratur.

Ipso enim cõce. Si Gẽtilitatẽ miraris assumptã, ipso cõcedente pacem, quis est qui condẽnet? Si Iudæam obstupescis perditam, ex quo absc̃odit vultũ suum, quis est qui contẽpletur eũ? Et quia sic minima, sicut maxima, sic singula iudicat Deus, sicut cuncta, addit,

Ibid. c.13.

g *Et super gẽ.* Acsi apertè moneat, hoc iudicium, quod super vnã gentem describitur, etiam super omnes intelligere: vt alius repellatur, alius eligatur occultè, sed nullus iniustè. Quod ergo in maximis fieri cernimus, etiã in nobis singulis cautè timeam⁹. Subtile hoc iudicium vt alius repellatur, alius eligatur, exercet, & super gentes & super omnes homines: quia sic intẽdit dominus singulis acsi vacet à cunctis, & sic simul intendit omnibus, acsi vacet à singulis. Quia vero de specie transiuit ad genus, nunc de genere se cõuertit ad speciem, & quid Iudæa proprie mereatur, ostendit.

Ibid.

h *Qui.re.fa.* Omniũ hypocritarũ caput Antichristũ designat, quẽ Iudæa exigẽtibus meritis accipiet, quia sup se verum regẽ regnare noluit; Sicut in euangelio dicitur, *Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me, Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.*

Ibid. c.14.

1 *Quia ergo.* Hoc arrogãtes propriũ habere solent, ꝙ auditoribus

Li.26. c.1.

☞ suis

NICOLAVS DE LIRA.

Deo diffinitiua sententia condemnatus.

1 Conte. &c. *Hic excludit à Deo quartum, s. declinare à iustitia propter fauorem. Solet autẽ aliquis maximè fauere multitudini: vnde & dominus propter decem iustos voluit parcere quinque ciuitatibus in fauorem multitudinis, vt habetur Ge.18.d. tamen non parcit in præiudicium: propter quod dicitur*, Conteret mul. innume. *& stare faciet alios pro eis, sicut habitatores terræ Chanaan contriuit, & filios Israel pro illis habitare eam fecit.*

2 Nouit enim opera eorum, *pessima:*

3 Idcirco inducet noct. &c. *Id est, mortem repentinam.*

4 Quasi impios, *id est, à pietate scienter recedentes.*

5 Percussit eos in loco videtium, *id est, in præsenti vita, in qua poterant videre per rationẽ naturalem quid agendum & quid fugiẽdum. quia tamen videre noluerũt, ideo subditur:* Qui quasi de industria recesserunt ab eo &c.

6 Vt peruenire facerent ad eum clamo. &c. *Sicut clamor filiorũ Israël contra Ægyptios venit ad Deum, propter nimiam oppressionẽ eorum, vt habetur Exo. ij.*

7 Ipso enim concedente pacem, &c. *Iniustè oppressis.*

8 Quis est qui con. *q.d. nullus. quia nullus potest impedire ordinationem eius.*

9 Ex quo absconderit vultũ *Ab impijs propter iniquitatẽ ipsorum.*

10 Quis est qui con. *i. possit in eo consolationem inuenire, quasi pulchritudinem eius contemplando.*

11 Et super gent. *Habet potestatẽ talia faciendi. & si quæratur: quare ergo permittit regnare malos & prosperari? Respondet, propter peccata populi: vt sic ab impio dominante opprimantur, & de peccatis puniantur.*

12 Quia er. lo. sũ. *Postquàm Elius contra Iob arguit, hîc consequenter locum respondendi ei tribuit, dicens:* Quia ergo lo. sum ad de. *i. quantum ad illa quæ spectant ad honorem diuinum.*

✠ 1 Te

MORALITER.

✠ 1 *Qui quasi de indu. recesse. ab eo.* Se quia posset aliquis quærere: cur dominus permittit impios regnare? Respondetur, quia facit regnare hominem hypocritam propter peccata populi, vt sic puniatur.

☞ suis ne quid forte inordinatè dixerint, tũc requirunt, cum se laudabiliter aliquid dixisse cognoscunt. Hoc aũt faciunt, non quod de dictis suis ambigunt, sed quod ab audientium iudicio fauores quærunt. Sed diu morari non possunt in ipsa humilitatis imagine, quàm specie tenus sumunt: Si enim paulisper tacitus auditor dicta eorũ cõsiderat, mox illi se detegunt. Vnde Eliu subitò ab humilitatis specie ad verba tumidæ accusationis exiliuit, dicens: *Quia ergo Io. Si erraui, tu doce me, &c.* Sicut enim sæpe contingit, vt bona loquãtur & mali: sic Eliu multa fortia paulò superius se dixisse memorat, & securus idcirco ne fortasse erraverit, requirebat. Neque enim requireret, si se erasse crederet. Est nanque, vt dictum fuit, propria arrogantium fraus, vt tunc de errore requirere studeant, quando se nouerint non erasse: qui rursum requirere, vel argui despiciunt, si quando se erasse veraciter cognoscunt. Arrogans enim non esse sed videri humilis cupit: & hæc ficta humilitas dum est, elato quasi onus est, vnde mox eam excutit, dicens:

a *Nunquid à te Deus expetit &c.* GREG. Ac si diceret Ego rationem domino redditurus sum? Cur modo iniquitas mea à te reprehenditur, quę constat quod in iudicio à te non requiratur? Iusti cum ab hominibus iniustè impetuntur, testem sibi Deum requirunt: vnde consuetudo est malis, vt cùm arguuntur, magis iudicium Dei quàm hominum quęrant; nec Deum timent, sed coram hominibus erubescunt, ne quis modo arguat, quod non ipse, sed Deus iudicabit.

b *Tu enim cœpisti loqui &c.* Hoc ideo dicit, quia culpabiliores esse solent, qui loqui in contentione inchoant, quàm qui respondent. Sed tamen iste rectè inchoanti praua respondit.

c *Quod si quid nosti melius.* Quod locum loquendi tribuit, humilitatem se exhibuisse indicauit, quamuis dum ait: *Si quid melius nosti, loquere*, nimis hoc ipsum superbisse est, de melioris scientia dubitasse.

d *Viri intelligentes &c.* Acsi dicat: Huic loqui iustè non conceditur, quia & audire verba sapientum non meretur. D Ibid. c. 3.

✻✻ Piorum conscientiæ grande sibi conferri præmium credunt, cum de quibusdã modo suis actionibus illicitis arguuntur: proponũt enim ante oculos cordis, quia districtũ Dei iudicium tantò verius tunc super eos mitigabitur, quantò nunc acriùs arguẽte homine præuenitur; & temporalem iram super se lucrum computant, per quam se æternã posse euadere non ignorãt. Ibid. c. 2.

e *Iob autem stul. &c.* Sine disciplina locutum Iob credidit, quia iustum se in suis operibus memorauit. Verum fortasse Eliu diceret, si non de illo hæc eadem, quæ Iob de se dixit, ipsius disciplinæ autor æstimasset. Hũc enim frustra percussum perhibuit. Ibidem.

✻✻ Quid vox percussi superbum sonuit quę à sentẽtia feriens nullatenus discrepauit. Incautè sunt humiles, qui se mendacio illaqueant, dum arrogantiam vitant: immò mentiendo superbiunt, quia contrà veritatem se erigunt, quam relinquunt. Qui enim necessitate cogente vera de se loquitur, tanto magis humilitati iungitur, quanto & veritati sociatur. An Paulus humilis non fuit, quando æmulatione veritatis contra falsos apostolos tot de se discipulis fortia gesta narrauit? Qui nimirum veritati inimicus existeret, si abscondendo virtutes proprias prædicatores errorum prævalere permisisset.

f *Pater mi.* Verbis maledictionis adhuc eum feriri postulat, quem iam peccasse sub manu ferientis accusat. Et quia pro culpa percussum credidit, ideo exhibenda ei pietatis viscera nec inter tot dolores existimauit.

g *Ne desinas ab ho. mi.* Hominem iniquitatis vocat, quem Deus iustum præ omnibus sua attestatione denuntiat. Ibid. c. 6.

h *Qui addidit.* Accusat eum & pro peccatis flagella meruisse, & post flagella peccasse.

i *Inter nos.* Acsi diceret: Ex nostra assertione cognoscat quia nequaquam diuinæ examinationi sufficiat.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Te quoque non prohibebo. *Quia possis loqui, & respondere: & quia credebat Eliu Iob turbatum de his quæ dixerat cõtra eum, ostendit quod non debeat sibi displicere; & hoc triplici ratione; Prima est, quia si Eliu defecerat in loquendo, iste defectus non erat à Deo repetendus ab ipso Iob, & hoc est quod dicit:*

2 Nunquid à te Deus ex. *i. iniquitatem si eam loquẽdo incurrit. Secunda est, quia Iob dederat occasionem dicens à principio*, Pereat dies in qua natus sum, &c. *Ex hoc verbo occasionem habuit tota disputatio: & hoc notatur cũ dicitur*, Tu enim cœpisti loqui *Tertia est, quia ipsi Iob dabatur locus respondendi. ideo dicitur*, Quod si quid melius nosti &c. *Sed quia reputabat Iob insufficientem ad sibi respondendum, ideo subdit.*

3 Viri intel.lo. *id est disputent mecum obijciendo,*

4 Et vir sa.audi.me &c. *Mihi respondendo, & quia Iob non est talis. ideo subditur.* Iob aũt stultè locutus. est &c. *Et quia reputabat Iob in sua malitia obstinatum, ideo conuertit se ad Deum, dicens:*

5 Pater mi. *per creationem,*

6 Probetur Iob, *Hoc est, probetur ipsius veritas. per flagella tua, quia non recipit rationem: & contra tales vtendum est magis flagellis, quam verbis;*

7 Vsque ad fi. *i. vsque ad mortem, quę est finis vitæ.*

8 Ne desi. ab ho. ini. *i. obstinato in iniquitate: & ideo non desistas ab eius flagellatione.*

9 Qui ad. sup. pecc. su. *qua fecerat ante flagella.*

10 Blasphe. *imponendo tibi iniustitiam.*

11 Inter nos. *i. præsenti vita.*

12 Interim conf: &c. *Pœnis à te infligitis, quia talis indiget pœna.*

13 Et tunc. *id est post vitam præsentem ad iudicium æternę condemnationis.*

14 Prouo. sermo. suis Deũ. *id est verbis blasphematorijs.*

✻ CAP.

ADDITIO.

In c. xxxiiij. vbi dicitur in postil. Ideo conuertit se ad Deum, dicens: Pater mi.

Quod autem Eliu inuocet Deum per singularem paternitatem, dicens: Pater mi. *non ad modicam pertinet arrogantiam vnde Augu. in oratione dominica dicit:* Noli tibi aliquid specialiter vendicare, solius Christi specialiter est pater: nobis verò omnibus pater est in communi, quia illum solum genuit, nos autem creauit, ideo dicitur: Pater noster &c.

¶ Sed.

ergo ego locutus sum ad Deum, te quoque non † prohibebo. † Si erraui, tu doce me, si iniquitatem † locutus sum, vltrà non addam. † Nunquid à te Deus expetit eam, quia tibi displicuit? Tu enim cœpisti loqui, & non egò. Quòd si quid nosti melius, lòquere. Viri intelligentes lòquantur mihi, & vir sapiens audiat me. Iob autem stultè locutus est, & verba illius non sonant disciplinam. Pàter mi, probètur Iob vsque ad finem. † Ne desinas ab homine iniquitatis, qui † addidit super peccata sua † blasphemiam. † Inter nos interim † constringatur, & tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis Deum.

a ¶ Hoc non quæreret, si se erasse sciret.

¶ Et ego.

¶ Sed.

a ¶ Quasi, ego innocens, qui pulsatus respondeo.

a ¶ Ad te non pertinet, sed tamen iterum palliatur.

b ¶ Ad te non pertinet, apparet elatio.

¶ Quasi non poterit.

a ¶ Sed. ¶ Quia asperitas superborum vsque ad maledicendum extenditur, contra Iob Deum precatur.

b ¶ Non beneuolè probationem ei oprat, quem iam inter flagella lapsum accusat: sed crudelis compati nescit dolori, nec altus humili, sed potius affligit.

† absque eo quòd video, 1. si non apprehendi aut attigi quæ de Deo dicenda erãt. Ioh. 5. g.

† nonnea te respõsio danda est, quoniam spernis subaliorum benedicta cũ tu incepe-ris, vel elegeris, & nõ ego? quid igitur noueris loquere.

† Propterea quod conuertit se ad viros iniquos vel propter respõsiones ad viros iniquos

† addet

† cõfringat

† iniquitatem

† Inter nos plaudit, & multiplicat sermones suos cõtra Deum, vel, inter nos concutiatur aut cædatur, & postea cõtendat verbis suis cum Deo.

CAP. XXXV.

Gitur Eliu hæc rursum locutus est. NICETAS. Discipulina Dei disseruit, nunc de patientia. GREG. Hoc bene de illo infertur frequenter, qui non modo inepta, sed & multa peruersius studet dicere: alia finiens alia incipit, vt immensa loquacitas continuetur. Arrogãtes enim & multa inepta loquuntur, & in locutione sua semper incipere student: quatenus ipsa locutione suspensos auditores faciant, quò quasi nouum audire aliquid expectent.

Lib. 26. c. 6. 7. Arrogantiũ loquacitas.

CAP. XXXV.

Gitur Eliu hęc rursum locutus est: Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt diceres: ¶ Fortes sententiæ sequuntur, sed personæ Iob non congruunt.
iustior Deo sum? Dixisti enim: †Non tibi placet quod †rectum est; vel quid tibi proderit, si ego peccauero? Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis te-
a ¶ In creaturis cognoscimus, quantum à creatore distamus.
cum. Sûspice cælũ, & intuere, et contemplare æthera, quod altior te sit: Si peccaueris, quid †ei nocebis? Et si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?
a ¶ Quòd non supernis spiritibus, qui mutari non possunt.
Homini qui similis tui est, nocebit †impietas tua, et filium
¶ Sed & mala hominum bonis prosunt. ¶ Quia hi in mundo abundant.
hóis adiuuabit iustitia tua. Propter multitudine calũniatorũ
¶ Infirmus vt Iob, putat se deseri.
clamabũt, et eiulabũt ꝓpter vim brachij tyrãnorũ. Et nõ dicellũt. Vnde Eliu labores electorum sub oppressionibus iniquorum exequens, Ideo addit.

a *Gitur Eliu hæc rursum locutus est.* ✠ NICETAS. De disciplina Dei disseruit, nunc de patientia. GREG. Hoc bene de illo infertur frequenter, qui non modo inepta, sed & multa peruersius studet dicere: alia finiens alia incipit, vt immensa loquacitas continuetur. Arrogãtes enim & multa inepta loquuntur, & in locutione sua semper incipere student: quatenus ipsa locutione suspensos auditores faciant, quò quasi nouum audire aliquid expectent.

b *Nun. æqua.* Iustiorẽ se Deo nõ dixerat, sed *proponat æquitatem cõtra me, & perueniat ad victoriam iudicium meum.*

c *Vt. dixi. Deo sum.* Sic visum est illi ex verbis Iob, sed non ita deo: quia homines pensant cor ex verbis, Deus verba ex corde.

d *Dixisti enim.* Nihil horum dixerat, sed arrogantes dum non possunt respondere iustè quæ sunt, reprehendunt mentiendo quæ non sunt.

e *Itaque ego resp. ser. tu.* Superioribus dictis quasi beati Iob culpabilia verba narrauit, atque ex eis sibi materiam loquendi proposuit, & forti acumine discutit hoc quod sibi ad dicendi materiam fallaciter finxit.

f *Suspice cæ. & intu.* Hoc dicens nimirum colligit, vt considerare debeat quantòminus Deo actione sua aut prosit aut noceat, qui altudini cæli atq; ætheri prodesse vel nocere non possit. Quãuis in cælo & æthere possimus supernas potestates accipere, vt cũ angelicos spiritus lõgè adhuc à nobis distare cõspicimus, ipsi creatori & dominatori spirituũ quantum distemus, cognoscamus.

✠ Corpoream cæli ætherisque materiam hoc loco sentiri nihil obstat. Nam si vigilanter exteriora conspicimus, per ipsa eadem ad interiora reuocamur. Vestigia quippe creatoris nostri sunt mira opera visibilis creaturæ: Ipsum namque adhuc videre non possumus, sed iam ad eius visionem tendimus, si eum in his quæ fecit miramur. Eius ergo vestigia creaturã dicimus, quia per hæc, quæ ab ipso sunt, sequendo imus ad ipsum; vnde Paulus ait, *Inuisibilia eius per ea quæ fac. sunt. intel. conspiciuntur &c.*

g *Ho. qui si. tui est.* Humana impietas ei nocet, quem peruertendo inquinat: & rursus, adiuuat nostra iustitia, quem à prauis actionibus mutat. Sed quia reproborum nequitia trituræ more electorum vitam quasi grana à paleis separãs, promit, vt purget: Et Moyse vocante cogit Pharao etiam durè premendo exire, ita mala quæ hic premũr, nos ire ad Deum cõ-

D

† Quid pro derit tibi? vel quam vtilitatem capiam sub. si recessero à peccato? Ibid. c. 8. & 9.

† facies ei? E

† iniquitas.

Exod. 12 c.

Ibidem.

h *Pro. mul. cal.* Calumniatores dicere possumus omnes iniquos, non solum qui exteriora bona rapiunt, sed etiam quæ malis moribus suis, & vitę reprobę exemplis interna nostra dissipare contendunt. Quia verò quæ verbis suadere non valent, extorquere nonnunquàm effrenatis viribus studeant, sequitur.

Ibid. c. 10.

i *Et eiulabunt pro. vim. bra.* Dum vi peccare cogimur, iam tyrannum sustinemus. Sed quia infirmi, si qua eis fiunt ex aduerso obiecta, languescunt: Eliu præmissis, vnde fortes proficiunt, malorum oppressionibus, infirmorum mox pusillanimitates exequitur, Iob probra pusillanimitatis impingens.

Ibidem.

F

k *Et non di. vbi est de.* Mos sacræ scripturæ est, vt à singulari numero

Ibid. ca 11.

NICOLAVS DE LIRA

CAP. XXXV.

1 Gitur Eliu. *Postquã Eliu improbauit dictum Iob, inquãtũ secundũ suã æstimationem Deum reputabat iniustum: hic consequẽter eũ reprobat inquantũ dicebat se esse iustũ. Circa quod primo proponit intentum; & secundo prosequitur, ibi:* Itaq; ego: respondebo. *Circa primum dicitur:*

2 Igitur Eliu hæc rur. locutus est, *dederat enim locũ loquendi ipsi Iob, sed quia non respondit, disputationem suam resumpsit dicens,*

3 Nunquid æqui tibi vi. &c. *Hoc aũt non inuenitur dixisse Iob, tamẽ hoc sequebatur ad dicta eius secundũ intellectum Eliu: ideo sequitur,*

4 Dixisti enim: nõ ti &c. *Hoc autem accepit Eliu ex ho quod Iob supra dixerat x. c.a.* Si iustus fuero, non leuabo caput. *Solent autem homines caput leuare coram principe, de hoc quod sciunt sibi placere: & ex hoc intellexit Eliu verbum Iob quasi dicat, quod iustitia ipsius Deo non placeret.*

5 Vel quid tibi proderit, si ego peccauero &c. *Hoc accepit Eliu ex hoc quod Iob ibidẽ præmiserat:* Quare mundũ me esse non pateris, *quod intellexit Eliu ac Iob intelligeret, q̃ aliqua vtilitas Deo accresceret, ex hoc quod in peccato, seu pœna peccati detinebatur. Et sic ex istis duobus, si essent vera, sequebatur quod Iob iustiorẽ Deo se diceret: quia supra frequenter dixerat, quod sibi placebant bona, & displicebant mala; sed prædicta verba Iob ad aliud referuntur intellectum, sicut supra. x. c. fuit expositum. Ex quo patet quòd Eliu procedit in hoc. c, ex falso intellectu verborum ipsius Iob.*

Diuisio.

6 Itaq, ego respon. ser. tu. *Hic consequẽter Eliu prosequitur intentum, quatum ad duo dicta Iob secundũ intellectũ ipsius Eliu: Et primò improbat secundum; secundo primũ ibi,* Et non dixit. *Secundũ dictum Iob, vt Eliu intelligebat, fuit, quòd aliquid Deo accrescit ex culpa, seu pœna hominum. Quod improbat per diuinã excellentiam, qua tanta est quod malum hominis, seu eius bonũ non potest ei valere seu nocere, & hoc est quod dicitur,*

7 Suspice cæ. *quod est quasi sedes Dei secundum illud Esa. lxvj. a.* Cælũ mihi sedes, est.

8 Et in tu. *oculis corporalibus,*

9 Et contem. *oculis mentalibus,*

10 Quod altior te sit. *s. ipse Deus incomparabiliter:*

11 Si pec. *peccatis in Deum,*

12 Quid ei nocebis *nihil.*

13 Et si mul. fu. ini. t. *i. peccata tua in proximum, quę dicuntur iniquitates, eò quod sunt contra æquitatem iustitiæ.*

14 Por. si iu. ege. quid dona. *q. d. nihil: quia cũ sit infinita perfectionis, nihil ei accrescit ex operibus nostris.*

15 Homini &c. no. impic. t. *i. poterit nocere, si per malitiam eum calumniaueris, aut per violentiam oppresseris.*

16 Et si. ho. ad. iu. tua. *si cũ eo iuste aut misericorditer egeris, quod declarat consequenter, dicens:*

17 Propter mul. cal. cla. *i. oppressi quarentes auxiliũ non solum à deo, sed etiam ab hominibus, quibus adiuuantur aliquando in talibus.*

18 Et non di. *Hic improbat primum dictum Iob secundum intellectum suum. s. quod Deo non placet id, quod rectum est: quod probat per hoc, quod Deus est autor omnium, & specialis modo hominum, qui ad imaginem Dei facti sunt: opera autem Dei bona sunt, vnde dicitur Gen. j. d.* Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. *Cuilibet autem autori placent opera sua & ideo dicere quod*

Deus autor omniũ

Deo

MORALITER.

✠ 1 *Igitur Eliu.* In hoc ca. Eliu tanquam errogans & superbus multùm se cõmendat, & Iob vituperat: in quo docemur de laudibus proprijs, & aliorum vituperijs tacere, si notam superbiæ volumus euitare.

7 *Suspice c.* Per hoc ostẽditur quod supereminentia Dei est assiduè meditanda, vt ei semper mens hominis sit subiecta.

11 *Si pecca. quid ei no.* q. di. nihil; sed tibi nocumento culpæ, & etiam pœnæ.

14 *Porro si iust. ege. quid don. ei? &c.* q. d. nihil: sed tibi per meritum ex quo sequitur præmium.

17 *Propter mu. calũ. cla. &c.* s. iniuste oppressi. Sed quia de hoc parum aut nihil curant tyranni, sequitur.

18 *Et nõ dicit &c.* quia facto non videntur curare de Deo, sicut dixit Pharao, Exo. v. a. *Nescio dominum, & Israel non dimittam.* Sed quia Deus tribulatos consolatur, sequitur:

✠ 1 *Qui*

☞ A mero ad pluralem subitò transeat & econuerso. Quisquis autem iam aduersitatum tribulatione frangitur, à quo factus est, minimè contemplatur: Nam qui eum qui non erat fecit, factum sine gubernatione non deserit.

Lib.26. ca. 12. a *Qui de.car.* GREG. Carmen in nocte lætitia est in tribulatione: quia etsi pressuris téporalitatis affligimur, spe tamen de æterni. a tate gaudemus. Et est sensus: Infirmus cum b premitur, à spe gaudij nimia pusillanimitate B lassatur, nec dicit: *Vbi* c *est Deus qui fecit me,* d *qui dedit car. in no.* Si enim ista diceret, vim e quam patitur, tempe- f raret.

✝ Veruntamen mendacium est quòd non audiat Deus & omnipotens nõ intueatur illud. ✝ fac iudicium vel iudicium est

b *Qui do.* Quasi: Infirmus, ideo non est fortis in aduersis quia in g prosperis non tempe- h rat ab ingluuie iu- i mentorum, nec à volatu volucrum, nec recogitat qui fecit eum. Iumenta terræ sunt, qui vsu vitæ carnalis ima appetunt; Volucres verò cæli sunt, qui C superbæ curiositatis studio sublimia perscrutantur. Docet ergo nos Deus super iumenta terræ & volucres cæli: quia dum hoc, quod sumus, agnoscimus, nec defluendo imis subiicimur, nec superbiendo de sublimibus inflamur. Vel, per iumenta, terreni homines, per volucres dæmonia designantur. Subauditur autem: hoc quoque non dixit. Vel, reptilia, quæ toto corpore hærēt terræ, sunt cogitationes omnino terrenæ, Animalia quæ ventre leuantur à terra, sed prona sunt ad terram, bona sunt quæ pro terrenis fiunt.

Ibid. c. 14. c *Ibi clama.* Ibi, videlicet in tribulatione. Ac si diceret: Reatus opprimentium audiri voces prohibet oppressorum, nec eripiuntur visibiliter iusti, quia saluari inuisibiliter non merentur iniusti: & dummodo in tribulatione teruntur, illorum nequitia consummatur. Et sic non citò clamantem audit, & tamen quod patitur scit. Patet ergo pro bono differri: vnde, *Non exaudies, & non ad insipientiam mihi.* Sed quia multi ex tarditate auxilij franguntur, subdit, *etiam cum dixeris &c.*

d *Non enim fru.* Duo dicit, quod clamantem non frustra audit, & tamen, quod patitur, respicit. Exaudit, & dissimulat: quia quod impleri concitè cupimus, ex ipsa melius tarditate prosperamur.

Ibid. c. 15.

✠ NICETAS. Dei oculum nihil fugit, licet ad tempus sustineat impios, in quo elucet illius tolerantia, & iudiciorum magnitudo, quæ Iobo incognita existimauit Eliu.

Ibid. c. 16. E

e *Etiam cum dixeris.* GREGORIVS. Acsi diceret: Cùm idcirco Deus considerare nõ creditur, quia tardè miseretur: intima cogitationis ingredere, atque illic coram eius oculis causæ tuæ iudicium suscipe, & quæ ipse viuendo contulisti, vel quæ misericorditer percepisti, discerne, & tunc ad spei fiduciam redis, cum bona tantæ benignitatis erubescis, quatenus fidenter inter aduersa expectes, quem & post delicta propitium recolis; sed dum nos diu affligimur, mali, via sine verbere, ad peius ruunt: vnde,

F

✠ Et nunc quia paulũ visitauit (sub. ipsum Iob) furor eius nõ cognouit eũ in multitudine (sub. peccatorũ suorum.) Alii sic vertunt, Et nunc quia dixisti quòd frustra visitauit te furor eius, quia nõ cognouit multitudinem sub. (bonorũ operũ tuorũ,) Ideo, &c. Alii sic, Et nunc quoniam non visitat ira eius, & nõ cognoscit iniquitatẽ multam. Ideo. &c.

f *Nunc enim.* Diu malos tolerat, quia in perpetuum damnat.

g *Nec vlciscitur scelus valde.* Pauca enim sunt, quæ in hac vita flagellat. Non valde, quia siqua hîc punit, plura reseruat, & aliquando ferire incipit, quod æterna damnatio cõsummat. Quædam punit, ne videatur non curare humana: quædam reseruat, vt iudicium restare sentiamus.

h *Ergo Iob frustra.* Beatum Iob & multa dixisse & nihil scisse asserit, de omnibus his quæ locutus est ipse.

i *Et absque scientia verba multip.* Proprium est arrogantis, vt multa, quæ dicit, pauca putet: pauca, quæ audit, multa. Et quamuis Iob ei tacuerit de verbis ad amicos, arguit vt amplius silentium eius sibi acquirat.

¶ Id est, lætitiam in tribulatione.

xit: vbi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? 1
¶ Hoc non dicet infirmus. ¶ Qui carne labuntur. ¶ qui mente extolluntur. 2
Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cæli 3 4
¶ Sicut aliquando Deus suos propter inimicos eripit, vt illi conuertantur, ita aliquando suos non audit, propter damnationem persequentium.
erudit nos? Ibi clamabũt, & non exaudiet propter superbiã 5 6
malorum. ✝ Non enim frustra audiet Deus, & omnipotens
a ¶ Si furripit tibi desperatio, attende omnia quæ tibi dedit, & iam non diffidis. 7 8
singulorum causas intuebitur. Etiãm cùm dixeris, non cõ-
¶ Tibi hoc opus est.
siderat ✝ iudicare coram illo, & expecta eum. ✝ Nunc enim 9
a ¶ Vera quæ dixit, ad despectum iusti retorsit, vnde maior est virtus in humili. 10
non infert furoré suum, nec vlciscitur scelus valde. Ergõ Iob 11
fruſtra aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat. 12

NICOLAVS DE LIRA.

Deo non placet hominis iustitia, est dicere quod Deus non sit autor ipsius, & hoc est quod dicit Eliu, concludens contra Iob. Et non dixit, *scilicet Iob.*

1 Vbi est Deus. *Quia per dictum suum quasi negat Deum autorem suum.*

2 Qui de car. *Id est, reuelationes ad instructionem hominum; quæ dicuntur carmina, eo quod tales reuelationes scriptæ sunt frequenter per modum carminum. Et dicuntur dari in nocte, quia frequentius tunc dantur, quam de die, quando anima non est impedita exterioribus tumultibus.*

3 Qui do.nos. *Dando nobis intellectum, quo carent bruta animalia.*

4 Et super. *Hoc dicit ad remouendum errorem illorũ, qui dixerunt homines doceri per garritum & volatum auium de aliquibus futuris.*

5 Ibi cal. *Scilicet homines mali propter malitiam suam flagellati.*

6 Et non exau. *Scilicet Deus;* propter superbiam malorum, *quia non pœnitent verè, de malis suis: hoc autem non esset si Deo placeret iniquitas & displiceret iustitia, quod imponebat Eliu Iob hoc sentire.* vnde adhuc subditur: 7 Non enim fru. *q. d. frustra audiret clamantem, nisi videret eum verè pœnitentem: & quia talia non possunt eũ latere, ideo subditur,* Et omnipotens causas singulorũ intuebitur. 7 Etiam cum dixe. *Id est corde tuo tenueris.* 8 Non consid. *Scilicet facta hominum, eò quod videntur aliquando mali regnare ideo subdit,* 9 Iudicare co. *Id est præpara te ad eius iudicium futurum expectandum, & tunc videbis omnia puniri secũdum rectum iudicium. Cuius causam subdit, dicens,* 10 Nunc enim, *id est in præsenti vita.* 11 Non infert furorem *Id est totam pœnam debitam pro peccatis: quia pœna præsentis vitæ sunt quędam medicinę ad correctionem, & ideo frequenter obstinatis, apud quos non valet correctio, parcit á pœna vitæ præsentis, saltem in parte; reseruans eis maiorem pœnam in futuro: & in hoc conueniebat iste Eliu cum ipso Iob, quia tamen in pluribus aliis discordabat, ideo inuehitur contra ipsum dicens,* 12 Ergo Iob fruſtra aperit os suum. *Reputabat enim eum irrationabiliter multiplicasse verba.*

MORALITER.

✠ 1 *Qui dedit carmina in nocte?* Nam carmina consolationis dat in nocte tribulationis; & contra tyrannos; subditur, 5 *Ibi calma.* Prouerb. xxj. b. *Qui obturat aurem suam, &c. & ipse clamabit & non exaudietur,* scilicet à domino.

CAP. XXXVI.

a *Ddens quoque Eliu.* ✠ NICE. De iustitia Dei, potestate, & sapientia disserit.

Lib.26, ca. 18. GREG. Multa iam dixerat, & sustineri adhuc paululũ sperat: quia

CAP. XXXVI.

¶ quasi nihil adhuc dixerit prolixa incipit.

a ADDENS quoq; Eliu, hæc locutus est: Sustine me pau- 1
2

quia arrogãtes graue se damnum perpeti iudicant, si scientiam suã loquẽdi breuitate constringant. Tanto enim semetipsos credũt doctiores ostendere, quanto se potuerint multiplicitate loquacitatis aperire.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXXVI.

1 ADdens quoque Eliu. *Postquàm Eliu disputauerat contra Iob de hoc, quòd dixerat 'Deum iniustum, & seipsum iustum singulariter de vtroque; hic iterum communiter de vtroque disputat contra ipsum, quasi resumens disputationem*

☞ a *Adhuc tationem à principio. Et primò proponit intentum; secundo prosequitur, ibi,* Deus potentes. *Circa primum dicitur:*

Addens quoque Eliu, *Videns enim, quòd Iob tacebat, resumpsit disputationem, addens quæ sequuntur; Et primo excitat eius attentionem, dicens,*

Sustine me pau. *Et subdit rationem dicens:*

MORALITER.

✠ 1 *Sustine me pau.* Frequenter arrogans, vt reuerentius audiatur

✠ 1 Adhuc diatur, zelo veritatis loqui se dicit, licet amore propriæ laudis moueatur, ideo subdit:

A a *Adhuc enim ha.* GRE c. Arrogantes quia sæpe sentiunt silentij reuerentiam non deferri, dum sibi silentium exigunt, quod non merentur, specie tenus Deum præferunt.

Lib. 26. ca. 18. Ibidem.

b *Repe. scien.* Doctores sancti crebrò repetunt, si qua obscurius dicunt, vt cordibus auditorum voce hæc iterationis infundant: quod arrogantes imitari appetunt, nō quò auditoribus prosint, sed quò eorum iudicio videri eloquentes volunt.

¶ Sub prætextu Dei sibi reuerentiam quærit.

a b c d lulum, & indicabo tibi. Adhuc enim habeo quod pro Deo loquar. Repetam sciẽtiam meam à principio, & operatorem meum probabo iustum. Verè enim absque mendacio sermo-

a ¶ In dicendis.

b ¶ Quasi diceret: potentia in natura sua mala non est, sed nequitia & superbia quæ procedit ex ipsa.

c nes mei, & perfecta scientia probãbitur tibi. Dẽus potentes

¶ De hoste non consulitur lex, sed de ciue peccante: sic in iudicio impius non iudicabitur, sed peccator.

f non abiicit, cùm & ipse sit potens †: Sed non saluat impios,

a ¶ Et. b ¶ Sed tunc magis respicit, cum finit tribulari.

g & iudicium pauperibus tribuit. Nõ † aũfert à iusto oculos

a ¶ De hoc regno in æterno locat.

B h suos, & rẽges in solio collocat in perpetuũ, & illi erigũntur.

b ¶ qui hic humiliati sunt.

i Et si fuerint in catenis, & vinciantur funibus † paupertatis,

k indicabit eis opera eorum & scelera eorum, quia violenti

l fuerunt. † Reuelabit quoque aurem eorum vt corripiat, &

m loquetur vt reuertantur ab iniquitate. Si audierint & obser-

uauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos

a ¶ Hic feriuntur, & post supplicia non euadunt.

n in † gloria. Si autem non audierint, trãnsibunt per gladium,

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

Ibidem. c *Et opera.* Ne nomine, scientiæ tumor pateret, palliat, subinferens de Dei iustitia. Hoc ait, vt dum quasi de Dei iustitia loquitur, apud humana iudicia, quicquid arroganter effluit, excusetur.

Ibidem. d *Vere enim.* Quod de semetipso sublimiter æstimauit, tacere non potuit, & rectum quod sensit, laudando præcurrit. Iustum namque non pro sua laude, sed vt attentos faciant suos auditores, laudant aliquãdo quod dicunt: vnde & superbi sua laudant, sed alio corde.

†Reuelauit

† delectationibus

Ibid. c. 19. e *Deus po.* Eos videlicet qui fastigium potentiæ alienis intenti vtilitatibus, & non suis laudibus elati administrant, qui prodesse

2. Reg. 15. c appetunt, non præesse. Vnde in lib. Reg. *Spiritus domini malus irruebat in Saulem.* Si domini, cur malus? si malus, cur domini?

C Malus, voluntate quam habet à se: domini, potestate vt creatu-

Rom. 13, a. ra, vnde iustus, quia omnis potestas à domino Deo est: Et quia nequaquam, iusta potentia, sed praua actio damnatur.

⁂ In vsu vitæ mortalis quędam ex semetipsis sunt noxia sicut peccata & flagitia: quædam verò ex his, quæ circa ipsa versantur nobis nocent, sicut temporalis potentia. Dum enim tenetur quod non nocet, ex rebus iuxta positis committitur quod nocet: sicut sæpe rectum mundumque iter pergimus, & tamen ortis iuxta viam vepribus, per vestimenta retinemur; in via quidem munda non offendimur, sed à latere nascitur, quo pungamur. Magna est etiam potentia temporalis quæ habet apud Deũ meritum suum de bona administratione regiminis: nonnunquã tamen eo ipso, quo præeminet cæteris, elatione cogitationis intumescit.

Ibid. c. 20 f *Sed non sal.* Id est elatos destruit. Humiles verò per iudicium liberos reddit, vel iudicium pauperibus tribuit: quia hi qui nunc nequiter opprimuntur, ipsi tunc super oppressores suos iudicare venient. Nota quia quædam ex se noxia sunt vt peccata, quædã ex adiacentibus, vt coniugium ex cura seculi, potentia ex elatione qua similis est diabolo. Sed bene præest qui vitiis potius dominatur quã fratribus, quia pro vitiis prelatus est, nõ pro natura.

D Nota.

g *Non aufert à iusto.* Ibid. c. 21. Abstulisse à iustis oculos creditur, quia ab iniustis hic fine vindicta lacerãtur, de quibus sequitur.

h *Et reges.* Reges sunt, quia tentationũ suarum motibus non cõsentiendo succumbere, sed regendo præesse nouerunt. Hi in regni solio in perpetuum collocantur, & eò illic accipiũt dignè alios iudicare, quò hic nesciunt sibimetipsis nequiter parcere. Subdens autem in perpetuum, non de terreno solio dicere se apertè insinuat.

Reges quo modo perpetuantur.

† corde.

† auferet

E

† miseriæ vel afflictionis

i *Et si fuerint in catenis.* Ibid. c. 22. Catenæ obligationes sunt ipsa adhuc retentio peregrinationis. Ligatus his catenis Paulus dicebat: *Desiderium habens dissolui, & cum Christo esse.* Et funibus paupertatis se vinctum esse cernebat, quando veras diuitias intuens dicebat: *Vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, quę diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis.* Vel, per catenas & funes, temporalis pœna accipitur, vt pœnæ trahant quos præmia non inuitant. Bene autem subdit:

Philip 1 c.

Ephe. 1. d.

F

k *Indica. eis ope.* Cum enim supernam gloriam magis amando cognoscimus, grauiora fuisse sentimus.

l *Reuela.* Aurem reuelare, est intellectum cogitationis aperire. Reuelata autem aure vnusquisque corripitur, quando intrinsecus ęternorum bonorum desideria percipit, & quæ mala extrinsecus perpetrauit, agnoscit.

Ibidem.

m *Si audie.* Per bonum recta actio, per gloriam superna retributio signatur; Qui verò obedire præceptis cælestibus studet, dies suos in bono complent, annos in gloria: quia & cursum præsentis temporis in bono opere, & consummationem suam perficiunt fideli retributione.

Ibidem.

n *Si autem non audierint.* Quia & vindicta eos in tribulatione percutit, & finis in fatuitate concludit. Fatuitas quippe est, quòd sic illos iniquitas obligat, vt à culpa eos nec pœna compescat.

Ibidem.

☞ a *Simul*

NICOLAVS DE LIRA.

⁂ 1 Adhuc enim. *Id est adhuc habeo alias rationes ad declarationem diuinæ iustitiæ.* 2 Repe. scien. *Scilicet de duobus, de quibus contra te disputani, iterum disputabo; ideo subdit,* 3 Et opera. *Id est, ipsum Deum.* 4 Probabo iustum. *Te puniendo, & per consequens te iniustum.* 5 Deus poten. *Hic prosequitur intentum, & primo probat Iob esse iniustum; & secundo Deum iustum, ibi,* Ecce Deus excelsus. *Prima in quatuor, quia primò ponit suam rationem; secundo ex hoc elicit quandam aliam conclusionem, ibi.* Si audierint; *tertio remouet quandam obiectionem, ibi,* Simulatores; *quartò ponit quandam monitionem, ibi,* Igitur. *Circa primum sciendum, quòd similitudo per se est causa dilectionis, secundum illud Eccle. xiij. c.* Omne animal diligit simile sibi, &c. *Per accidens tamen est aliquando causa odij. inquantum æstimatur impeditiua proprij boni: vnde & figuli rixantur adinuicem, inquantum vnus impedit lucrum alterius, secundũ q̃ dicit Philosophus ij. Rhetoricæ. Hoc autẽ non habet locũ in Deo, cui opera nostra bona vel mala nõ possunt valere aut nocere, sicut dictũ est ca. prec. Facit ergo Eliu talem rationẽ: Deus, cum sit potens, potẽtes diligit, & sic eos à potẽtia non deiicit nisi propter eorũ culpã; & ex hoc concluditur Iob esse iniustus, quia à potẽtia sua per Deũ deiectus est, & hoc est quod dicit:* Deus potentes non abii. *à statu suæ potestatis.* 6 Sed non saluat, *Id est, damnat.* 7 Impios, *Propter suam nequitiam.* 8 Et iud. *Faciendo vindictam de oppressione eorum per potentiam.* 9 Non auf. *Sed eum respiciet oculis suæ misericordiæ.* 10 Et reges in so. *Si bene vtantur sua potestate.* 11 Et si fuerint in. *Deiecti à suis aduersariis propter peccata, quæ incurrerunt.* 12 Indicabit eis ope. *Quia vexatio dat intellectum.* 13 Reuelabit quoque au. eo. *Per speciales instinctus reuocando ad bonum.* 14 Si audierint. *Hic elicit quandam conclusionem ex dictis, quia ex quo diligit potentes, vt dictum est, nec deiicit eos, nisi propter peccata: ex hoc concludit Eliu, quod remotis peccatis per pœnitentiam, reducet eos ad pristinam gloriã, & hoc est quod dicitur:* Si audie. *corde.* 15 Et obserua. *Opere.* 16 Cõplebunt dies suos. *Sicut legitur factũ de Manasse rege Iuda ij. Para.* 17 Si au. non audie. *Obstinati in malo.* 18 Transi. per gla. *Id est educentur de carcere vt interficiantur.*

Diuisio.

Esa. 28, c.

⁂ 1 Et

MORALITER.

✠ 1 *Adhuc enim habeo.* Deus enim veritas est.

5 *Deus potentes non abiicit.* Qui prodesse cupiunt, non præesse

6 *Sed non sal.* Qui motus habent contrarios.

9 *Non aufert.* Licet à mundanis hominibus hoc iudicetur, quãdo ab impiis durè tractantur, nam à Deo sibi meliora pro merito patientiæ reseruantur; ideo subditur.

10 *Et reges in solio collocat in per.* Gregorius: *reges sunt qui tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed bene regendo præesse nouerunt:* & isti in solio gloriæ collocantur, ideo subditur,

11 *Et si fue. in catenis.* Mundanæ tribulationis,

16 *Comple. di. su. in bono.* Gratiæ.

† *Et annos su. in gloria.* Supernæ patriæ.

17 *Si au. non audi.* Id est patienter non sustinuerint.

12 *Transi. per gla.* Duræ sententiæ.

✠ 1 *Et*

a ¶ Quia flagellis peccata exaggerant. ¶ Deterius hypocritæ.
a & † consumentur in stultitia. Simulatores & callidi prouocant
a ¶ Confessio est validus clamor ad Deum.
b iram Dei, neque clamabunt cum vincti fuerint. Morietur in
c ¶ quæ improuisa surgit. a ¶ Non viriliter viuit, quem laus corrumpit.
† tempestate anima eorum, & vita eorum inter † effœminatos.
a ¶ Quam hic patitur, vt æterna quærat: vnde addit, & reue.
d e Eripiet pauperem de angustia sua, & reuelabit in tribulatio-
a ¶ Quam prosperitas claudit. b ¶ Propter flagella putat graui iniquitate grauari, cuius profunditatem subdit, non habente fundam.
f ne aurem eius. Igitur saluabit te de ore angusto latissimè, &
g non † habente fundamentum subter se. † Requies autem mensæ
h a ¶ Verba Iob: retributione æternorū vult consolari. Quasi à se gratuito promittit, quod ei iure competebat.
i tuæ erit plena pinguedine. † Causa tua quasi impij iudicata est,
a ¶ Iusti tanto tunc potentius omnia iudicabunt, quanto magis hic iudicati sunt. b ¶ Si ira correctionem superat, ante opprimit quàm corrigat: & sub specie zeli, iustitiæ, furor est.
k l causam iudiciumque recipies. † Non te ergo superet ira, vt aliquem
a ¶ Vel locorum, quod in veteribus libris, id est quia vbique coleris. Si legis, donorum, expositione non eget.
m n opprimas, nec multitudo donorum inclinet te. † Depone ma-

[Margin: † morietur absque cognitione. Ibid. — † pueritia. — † habentis. — † Iudicium vel impii imples causæ & iudicium (sub. impii) sustentatur sub. (à te) †¦ Quoniã ira forte incitauit te in percussione, & multitudo munerum, aut villarũ declinare te fecit. Ibid. — † scortatores. — † Positio, id est, quod positum erit super mensã tuam. — Ibid. † Nunquid constabit potētia tua nulla tribulatione, & omnia robora fortitudinis? Alii sic vertũt: nō æstimabit opes tuas?]

A a *Simulatores & calli.* GREG. Cum *simulatores* diceret, aptè subiũxit: *& callidi.*: quia nisi ingenio calleãt, quod videri appetũt, cõgruè simulare non possunt. Ante iudicem itaque de ignorantia excusationem habere non possunt: quia dum ante oculos hominum omnẽ modũ sanctitatis ostentant, ipsi sunt testimonio, quòd bene viuere non ignorant. (li.26.c.23.)

b *Neque cla.* Simulator quasi vincitur, cum flagello percussionis astringitur: qui tamẽ cum sic percutitur, iniquum se prodere refugit quia sanctus videri cõsueuit. Vel, vincti ducuntur, B & non clamabunt quia humanæ laudis importunitate superati, sanctos se dici, etiam cum in peccatis moriuntur, putãt. Iniquus, qui nõ appetit videri sanctus, in flagello nõ erubescit fateri quod est; quod non hypocrita, sed extrema percussione moriturus, talis vult remanere iudicio hominum, qualis videbatur. Vel, ideo etiam tunc non confitetur, quia putat se esse quod dicitur, iudicio Dei intus deceptus, qui alios foris fallebat.

c *Morietur in tempe.* Quasi tranquilli namque videbantur viuere, cùm de sanctitatis curarent laude gaudere: Sed turbo eos subitus internæ percussionis deiicit, quos arrogantia externi fauoris extollit. Quia de damnatione reproborum dictum est, de C ereptione humilium sequitur:

d *Eripiet pau.* Pauper de angustia sua eripitur, cùm vnusquisque de afflictione liberatur.

e *Et reuelabit in trib.* Aurem in tribulatione reuelare, est auditum cordis verberum plagis aperire.

f *Igitur sal.* Omnis qui viam vitæ deserens, in peccatorum tenebras se deiicit: semetipsum quasi in puteum, vel in foueã mergit. Si verò diurna perpetratione, & consuetudine iniquitatis opprimitur, ne ad superiora possit exurgere: quasi angusto ore putei coarctatur. Latissimè autẽ de ore angusto soluitur, qui post iniquitatum iugum ad libertatem boni operis pœnitendo reducitur: vt nullis difficultatibus ad bona agenda angustietur. (Ibid. c.24.)

** *De ore angusto latissimè* GREG. Latissimè de ore angusto saluatur, qui & post iniquitatis iugũ ad libertatẽ boni operis pœnitẽdo reducitur. Quædã nãque quasi cõclusi oris angustia est, ab opprimẽte mala cõsuetudine exurgere velle, nec posse; iã quidem desiderio ad superna tẽdere, sed adhuc actu in infimis remanere; preire corde, nec tamẽ sequi opere, atq; in semetipso cõtradictionẽ perpeti semetipsum. Cum vero ita tendens anima manu gratiæ exaltãtis adiuuatur, ab angusto ore ad latitudinem peruenit: quia victis difficultatibus, opera bona perficit, quæ concupiscit. (Ibid.) D

g *Nō habẽte fundã.* (Ibid.)
1 Peccatum fundamẽ-
2 tum non habet, quia
3 nõ ex propria natura
4 subsistit, sed in bono
5 naturę coalescit. Vel,
6 fundamẽtum pro fũ-
7 do posuit, inferni vo-
8 raginẽ significare vo-
† lens, cuius os pecca-
9 tum, per quod tẽditur ad
† infernum; Vel, pec- E
10 catum fundum non
11 habet, in quo lapsa a-
12 nima quotidie ad de-
13 teriora deiicitur; qua
14 si, in puteo, quo ceci-
15 dit, fundum non in-
16 uenit, quo figatur.
17 h *Requies autẽ mẽ.*
18 Requies mensæ est refectio satietatis internæ, quæ pinguedine plena dicitur, quia internæ voluptatis delectatione preparatur.

i *Causa tua.* Bonorum causa iustitia est, quorum causa quasi impij iudicatur, quia eorum hîc iustitia paterno flagello fatigatur.

k *Causam iudic.* Quia ex ea iustitia, qua modo viuunt, tunc in culmine iudiciariæ potestatis enitescunt. Et hæc quasi noua Eliu respondet, qui mos est arrogantis: quia qui ad blanda descendit, vilescere se putat, vnde mox increpat vt timeatur. F

l *Non te ergo.su.ira.* Arrogantes, qui pro hominum laude volunt benigni apparere, iræ motum deputant, quicquid geritur cẽsura disciplinæ: & dum pro hominũ laude benigni volunt apparere, à bonis rectoribus opprimi æstimant, quos inuitos cernunt à vitiis coerceri. (Ibid. c.26. Notatur hic mos & modus arrogantium)

m *Nec multi.do.* Quia vbique reuerẽtia coleris, caue ne de eiusdem reuerentiæ fascibus extollaris. *Inclinet* autem, ideo dixit, quoniam omnis qui temporaliter extollitur, eo ipso quòd extollitur, inclinatur. Hæc autem verba arrogantibus intra ecclesiam congruunt, acsi ecclesiæ sanctæ dicatur: Caue ne si vniuersitatis veneratione extollaris, ab interna intentione corruas.

n *Depo. magni.* arrogantes subductis ad superna martyribus, velut consolantes ecclesiam, illudunt dicentes: Nequaquam te magnitudinem habere confidas, quia subductis prioribus patribus iam non habes de quorum vita glorieris. (Ibid.)

a *Et*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et consum. in stult. *Id est, propter stultitiam suam.*
2 Simula. *Hîc consequenter remouet quandam obiectionem, quæ posset sibi fieri; quia dixerat, quòd Deus potentes non abiiciat à sua potestate, nisi propter culpam: posset obiici quòd aliquando potentes & iusti deiiciuntur, sicut dicebat Iob de seipso. Hoc remouet dicens, quòd talis iustitia non fuit vera, sed tantum simulata: & per consequens iræ Dei prouocatiua, quia* simulata sanctitas duplex est iniquitas, *secundum Hiero. & hoc est quod dicitur:* Simula. *scilicet, sanctitatis.*
3 Et calli. *Per hoc malitiosè credentes obtinere durationem suæ potestatis.*
4 Prouo.iram. *Eos deiicientem.* 5 Neque cla. *Ad Deum, recognoscentes culpam suam.* 6 Cum vincti fue. *Id est deiecti ab aduersariis & incarcerati.* 7 Morietur. *Quia non tantùm hîc in corpore, sed etiam in anima post mortem, quam punitionem ponebat Eliu, vt patet ex supradictis.* 8 Et vita eor.int. effœmi. *Id est inter illos qui non possunt se defendere à malis irruentibus.*
9 Igitur. *Hic consequenter Eliu monet ipsum Iob, quia dixerat quòd deiecti à potestate per culpam, si pœniteant, reducuntur ad pristinam gloriam, ideo monet Iob, quòd si pœniteat, quod erat in sua potestate quod iuste viuat de cætero, vt sic permaneat in gloria sibi restituta, & hoc est quod dicitur*, Igitur saluabit te *Si pœniteas.* 10 De ore. *Id est de tribulatione, quæ est quoddam foramen angustum, per quod homo intrat quãdam latitudinẽ diuersarum miseriarũ: quia* abyssus abyssum inuocat. *Vel aliter:* 11 Latissimè. *Id est de arctitudine tribulationis eruet te ad latitudinem prosperitatis, & quod sequitur,* (Diuisio.)
12 Non ha.fundam. *Refertur ad angustiam tribulationis, quæ nisi per pœnitentiam euadatur, ducit ad pœnam gehennæ quæ est sine fundamento, id est sine fine. Vel:* Non ha.fundam. *s. in quo possit quiescere: quia semper sic potest procedere de malo in malum vsque ad mortem, & tunc incidit in pœnam, quæ non habet consummationem.*
13 Requies. *i. poteris comedere secure & abundanter.*
14 Causa. *i. causa quare percussus es diuino indicio, est impietas quã commisisti, non autem potentia in qua fuisti, & ideo subditur:*
15 Causam. *Id est potestatem & autoritatem iudicandi, sicut prius, habebis, dum tamen fueris emendatus. Et quia hæc emendatio erat in sua potestate, ideo docet eum qualiter debeat vti restituta sibi potestate dicens:* 16 Non te er.sup. ira. *Peruertens iudicium ex passione.*
17 Nec mul.donor. *Ad peruertendum iudicium ex cupiditate.*
18 Depone magni. *Id est superbiam.*

1 Absque

MORALITER.

1 *Et con.* Quia cum pœna temporali superueniet eis ęterna.
2 *Simulato.* Id est simulatores iustitiæ & deceptores proximi.
4 *Prouocant.* Contra se. 5 *Neque cla.* Recognoscentes se peccasse, sed morientur in sua iniquitate. 8 *Et vita eor.int.effœmi.* Id est molles ad opus bonum. † *Eripiet pau.* Nam humiliter patientem frequenter eripit de angustia corporali, & de ignorantia mentali. 9 *Igitur sal.* Quod fit cum ad libertatem gratiæ Deus reuocat hominem de mortali peccato.

† *Et non ha. fundam.* Id est terminum: quia mortale peccatum ducit ad pœnam terminum non habentem.
13 *Requies au.mensæ tua.* Quia reuocatus ad gratiam, aptus est ad cibum eucharistiæ: & quia talis aliquando cum gratia iustificante iudiciariam consequitur potestatem, Sequitur,
15 *Causam tuam.* Sed quoniam ex tali mutatione frequenter homo superbit, & alios deprimit, & ideo subditur,
16 *Non te.* Id est, nullum opprimas ira vel auaritia aut superbia, vel etiam officij negligentia, ideo subditur: *Ne protrahas noctem*, differendo facere iustitiam, quæ statim potest fieri.

1 *Ecce*

☞ Aa li.26.c.28. Allegoricè

Et omnes robu. GREG. Acsi dicatur ecclesiæ ab arrogantibus: Illi veraciter robusti tibi inhæserant, qui in te hoc quòd docendo locuti sunt, viuendo tenuerunt: Nũc verò qui tibi pręsident, visione robusti sũt, nõ fortitudine. Magnitudo nãque ecclesiæ in robustis est, qui pro veritate vsque ad mortem certauerunt: quibus modò omnia se perdidisse cogitat, modo quid fuerat, modo quid nunc est, modo an debeat resurgere, modo an victus manere possit. Rectè dicit talia Eliu si sciret cui: Non hoc enim Iob cõgruit, ad cuius etiam contumeliam addit:

c *Caue ne declines ad iniqui.* Iniquitatem post miseriam sequitur, Ibid. c. 29.

a gnitudinem tuam absque tribulatione, & omnes robustos
b fortitudine. † Ne protrahas noctem, vt ascendant populi pro
¶ Sed.
c d eis. Caue ne declines ad iniquitatem. Hanc enim † cœpisti
¶ Alias loqui.
e f sequi post miseriam. Ecce Deus † excelsus in fortitudine sua,
a ¶ Etsi aliqui dicunt eum esse Ioannem, Eliam vel Ieremiam. b ¶ Moyses, Iosue, prophetæ sunt legislatores.
& nũllus ei similis in legislatoribũs. Quis † poterit scrutari
a ¶ Iudicia, quod hunc eligit hunc reprobat: Iudæa reprobatur. Gentilitas eligitur.
g h viãs eius, aut quis audet ei dicere, operatus es iniquitatem
¶ Iudicia. a ¶ De cuius potentia.
i memento quòd † ignores opus eius, de quo † cecinerũt viri.

1 qui post mala, quæ per
2 correptionẽ sustinet,
3 feruenti corde impa-
4 tientiæ se facibus in-
5 flammat. Quod bea-
6 tum Iob perpetrasse
7 Eliu credidit, quia eũ
intra flagella positum
liberis effari vocibus
8 audiuit: nescions quia
9 õmne quod dixit, non
10 hoc de iniquitate im-
11 patientiæ, sed de vir-
12 tute veritatis protulit;
13 quia ab interni iudicis
sententia nec cùm se iustificaret errauit.

† elegisti propter afflictionem vel, præ afflictione.
† eruet † visitat super eum, id est, quis audeat docere eũ, quid agere debeat? † cecideruntIbid.

d *Ne declines.* Hoc superbi ecclesiæ miseriam vocant, quòd exIbid.
pectante Deo condemnantur.

e *Hanc enim cœpisti.* Incerta & ignota, sicut certa & nota damIbid.
nat: nescit enim vtrum ex impatientia, vel ex virtute dixerit Iob, E
quæ ab eo audiuit.

✠✠ Discreta nobis solicitudine opus est in magnis dictis arrogãtium, quasi hortum ingressi de spinis rosas attingentes & capere quod redolet, & cauere quod pungit: ne si fortasse improuidè dictorũ flos legitur, incautis legẽtibus manus morũ spina laceretur. Eliu doctus & arrogans profert aliquãdo quod redoleat, aliquãdo & pungat: sic igitur sumendum est de eius doctrina quod fragrat, vt tamen solicitè cauendum sit de elatione quod vulnerat.

f *Ecce Deus ex.* IDEM Eliu qui multa superius moraliter intulit, lib.27.c.1.
nũc ad prophetiæ arcana se sustulit. Nec mirũ cur arrogãs imperi prophetico spiritu potuit, cum Saul etiã in numero prophetarum fuit, & asina verba rationabilia acceperit. Sic Eliu redemptoris aduentum humilem non humilis conspicit dicens: *Ecce Deus ex.* Acsi diceret: F

Qui humilis videbitur in infirmitate, celsus manet in fortitudine.

g *Nullus ei simi.* Legislatores dicere possumus, quòd ex lege admonuisse recta populum scimus: sed huic nullus horum similis est, qui homo, sine peccato est; filius, sine adoptione. Ibid.

h *Quis poterit scrutari vias eius.* Acsi dicat: Cuius scrutari actio Ibid.
non potest, quo pacto reprehendi potest? Nemo enim bene iudicat quod ignorat: vnde subdit,

i *Memento quòd ignores opus eius.* De domino viri cantauerunt, Ibid.cap.2.
☞ quia

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Absque tribu. *Id est ne incidas iterum in tribulationem.*

2 Et omnes robu. *Depone, scilicet per sententiam, ab oppressione pauperum.*

3 Ne protrahas. *Id est tempus ad dandum hanc sententiam.*

4 Vt ascen. *q.d. in tali protractione possent robusti multitudinem sibi aggregare, per quam non posses iustitiam exercere.*

5 Caue ne decli. *Quàcunque in proximum, vel in Deum.*

6 Hanc enim cœ. *Æstimabat enim Eliu ipsum Iob se falsò iustificare, & ex flagellationibus suis iniustitiam Deo attribuere.*

7 Ecce Deus. *Hic consequenter improbat ipsum Iob in hoc, quòd videbatur Deum dicere iniustum: & primò ponit suam probationem;*
Diuisio. *secũdo inducit Iob ad attentionem, ibi,* Auscultа hæc Iob. *Prima in duas, quia primò probat propositum; secundo declarat quoddam suppositum, ibi,* Memento. *Circa primum facit talem rationem. Ille qui propter suam excellentiam nullis legibus est subiectus, nec possunt ad plenum cognosci opera eius, non potest ab aliquo dici iniustus; quia in iustitia procedit ex transgressione alicuius legis, & cognoscitur ex cõditione sui operis; Deus est huiusmodi, ergo, &c. Huius rationis ponit minorem quantùm ad duplicem sui partem, & primò quantum ad primam dicens,* Ecce Deus excel. super omnia. *Hunc enim cogitãt omnes Deum esse, qui omnibus præcellit.*

8 Et nullus ei similis in le. *Quia omnes sunt subiecti alicui legi saltem diuinæ, ipse autem nulli. Secundo declarat minorem, quantùm ad secundam partem dicens.*

9 Quis po. scru. *Id est perfectè inuestigare,*

10 Vias eius, *Id est, opera, quæ sunt quasi quædam via ad Deum cognoscendum; q.d. nullus: & ideo concludit intentum, dicens,*

11 Aut quis audet ei dicere. *Ei imponendo iniustitiam q.d. nullus.*

12 Memento. *Hic declarat quoddam suppositum, scilicet quòd nullus potest scrutari opera Dei, aliud autẽ erat satis notũ, scilicet quòd Deus nullis legibus est subiectus, sed quòd eius opera sint inscrutabilia, non est sic clarum, eò quòd inuestigamus opera Dei per intellectum: & ideo hic declarat, quòd non possunt perfectè à nobis cognosci, & primò hoc declarat in generali; secundò magis in speciali, ibi,* Qui aufert. *Circa primum dicit,* Memento quod ignor. opus. *Id est, opera eius: & ponitur singulare pro plurali: sicut Exod. viij. f.* Venit musca grauissima, *id est multitudo muscarum.*

13 De quo ceci. viri. *Id est, sapientes, qui dicuntur viri à virtute. Et dixit,* Cecinerunt, *quia modus fuit antiquorum sapientum scribere diuina metricè, vel per modum laudis: vnde & liber iste metricè scriptus est ab illo loco,* Pereat dies in qua natus sum, &c.

✠ 1 Omnes

MORALITER.

✠ 7 *Ecce Deus excel.* Secundum Greg. Eliu spiritu prophetico loquitur hîc de Christo. Nec obstat quòd Eliu fuit arrogans & superbus, nam aliquando prophetia datur malis hominibus, vt patet de Balaam Nume. xxiij. & xxiiij. & secundum hoc expositio de Christo esset hîc literalis. Sed sine præiudicio mihi videtur, quòd sit spiritualis, & sic eam hîc pono, dicit ergo:

† *Deus excel. in fortitu.* Id est in sua deitate, licet futurus sit humilis in nostra humanitate.

8 *Et nullus ei similis in le.* Nam lex Mosaica permittit aliqua mala, scilicet libellum repudij, & vsuras cum extraneis, & aliæ leges multò plura; Sed euangelium Christi nullum malum permittit, sed de omni verbo otioso reddendam rationem in die iudicij dicit & multò fortius de omni verbo & facto nociuo.

21 *Memento quòd ignores.* Hoc est opus recreationis, de quo cecinerunt prophetæ, qui dicuntur viri à virtute. Actuum x. g. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent. Et Rabbi Salomon super Zachariam dicit, quòd omnes prophetæ locuti sunt dies Messiæ.

✠ 1 *Omnes*

quia eius potentiã nobis, vel ſuperni ſpiritus, vel perfecti quique doctores innoteſcunt, & iudicia illius hi etiam, qui eum prędicãt, impenetrata venerantur. Et eſt ſenſus: De quo fortes quique locuti ſunt, eius iudicia tuæ mentis oculis abſconduntur.

Ibid. c. 3. a *Omnes ho. vi. eum.* Omnis homo eo ipſo quò rationabilis eſt conditus, debet ex ratione colligere, eum, qui ſe condidit, Deũ a eſſe. Procul autem eũ intueri, eſt iam non illum per ſpeciem cernere, ſed adhuc ex ſola operũ ſuorum admiratione penſare.

†inueſtigabilis. Ibid. ✠✠ *Vnuſquiſque intuetur procul.* Procul B illum hic etiam electi † prætexũt. conſpiciunt, qui necdum claritatem illius † ecce expãdit ſuper eas lumen ſuum & radices maris tetigit id eſt, tegit per acumen intimæ viſionis apprehendãt cui etſi iam per amorem iuxta ſunt, adhuc tamen ab illo terrenæ inhabitationis ponmare é quo dere diſiunguntur; & potiſſimum exhalantur nubes † affluenter quamuis ei bene viuendo inhæreant, à contẽplationis eius ſpecie longè ſe eſſe ſuſpirant. Quem etiam reprobi, cum ad iudicium venientem viderint, procul intuentur: quia non eum in diuinitatis forma, ſed in ſola (qua & comprehendi potuit) humanitate conſpiciunt: quia videlicet eorum oculos reducta tunc ad memoriam ſua malè geſta reuerberant, & dum humanitatem vident, cuius diuinitatis claritatem non vident miro modo ab eius viſione, quem conſpiciunt, longè fiunt.

C b *Ecce Deus ma. vin.* Quia Deus vbique præſens eſt, cum de illo, *ecce*, dicitur, etiam non videntibus adeſſe memoratur: de cuius claritudine magnitudinis quicquid ſcimus, infra ipſum eſt.

Ibid. c. 4. c *Numerus anno.* Dicere vtcunque æternitatem voluit, & ipſam æternitatis longitudinem, annos, vocauit. Cum enim breuitatem temporis dilatare volumus, momenta per horas, horas per dies, dies per menſes, menſes verò per annos extendimus. Quia ergo amplum quoddam dicere voluit ſed quid diceret latius non inuenit, ideo annos ſine numeri æſtimatione multiplicauit, dicens: *Numerus anno. eius.* Vt dum ea quæ apud ſe ſunt prolixa multiplicat, æternitatis longitudinem ſe metiri non poſſe infirmitas humana cognoſcat.

Ibid. c. 5. † Gre. legit ſtellas pluuię, nitil las, d *Qui aufert † ſtil.* Stellæ pluuiæ ſunt, qui ſic meritis vitæ lucent, vt etiam ſermonem prædicationis pluant: Tales erant prophetæ, quos cum dominus abſtulit, eorum vice apoſtolos miſit, poſtquàm exteriora ſacramenta ſiluerunt, qui in ſimilitudinem gurgitum pluerent; vel, reductis ad ſuperna apoſtolis, per expoſitorum ſequentium linguas diuinam ſcientiam largiore dominus effuſione patefecit. Vel, ſtellas pluuię dominus ſubtraxit, atque ad inſtar gurgitum imbres fudit: quia cum Iudęa prædicantes apoſtolos abſtulit, doctrinæ nouę gratia mundum rigauit. *Stellas pluuiæ.* Stellæ & non pluuiæ ſunt, qui bene viuunt, ſed nõ docent, ſicut in cœlo ſunt ſtellæ, quas non ſequitur pluuia: Alij verò ſunt pluuioſæ ſtellę: & hęc ſunt duo genera iuſtorum.

a ¶ Ipſi vident quod Deus eſt, ſed non eius iudicia b ¶ Sed. ¶ Etiam iuſtus in hac vita, malus etiam in alia.

Omnes homines vident eum, vnuſquiſque intuetur procul. 1

a ¶ Tunc aliquid quaſi ex parte cognoſcimus, quando eum dignè cognoſcere non poſſe ſentimus. b ¶ Longum eſſe ſignificat, ſed incomprehenſibile.

Ecce Deus magnus vincẽs ſcientiam noſtram. Nũmerus an- 2 3 4 5 b c

a ¶ Quia homo æternitatem metiri non poteſt. ¶ Ne pareant mundo.

norum eius † inæſtimãbilis. Qui aufert ſtillas † pluuiæ, & ef- 6 7 d e

a ¶ Copioſius. b ¶ Etſi ſter aqua abundans in teſtamen à nube guttatim cecidit, ne te ei præferas.

fundit imbres ad inſtãr gũrgitum † qui de nubibus † fluunt, f g

a ¶ Ecce quid per nubes agit in mundo.

quæ † prætexerunt cuncta deſuper. † Si vŏluerit extendere nu- 8 B

a ¶ Nubes hominibus. Deo ſunt tentorium, qui in eis in via quieſcit latens. b ¶ Verba non ſufficiunt ad credendum ſine miraculis.

bẽs quaſi tentorium ſuum, † & fulgũrare lumine ſuo deſuper, 9 10 h

¶ Id eſt malis & tyrannis. ¶ Vel, in manibus.

i k

cardines quoque maris operiet. Per hæc enim iudicat populus, 11 l

& dat eſcas † multis mortalibus. Immanibus abſcondit 12 13 m

Nubes cum aerem prętexunt, ſi in cęlum oculos attollimus, nõ ipſum cælum, ſed nubes intuemur: ſic intellectus noſter tranſire ad diuina non ſinitur, niſi prius per ſanctorum præcedentium prophetarum & apoſtolorum exempla formetur.

Ibid. † aquarum fundũt pluuiam propter vaporem ſuum. E † quam ſtillabunt nubes ſuper homines multos, vel affluenter † pluunt. † Si propoſuerit diſpergere nubes & deponere tegamentum ſuum Ibid. c. 6.

g *Si voluerit exten.* Extendit nubes dominus, dum miniſtris ſuis viam prædicationis aperiens, eos in mundi latitudinis circunquaque diffundit. Hæ nubes tentorium eius, quod in itinere poni ſolet, dicuntur: quia ad nos per gratiam veniens, intra prædicatorum ſuorum mentes operitur;

h *Et fulgura. lumi. ſuo de. &c.* Per has nubes lumine ſuo fulgurat, quia per prædicatores ſuos inſenſibilitatis noſtræ tenebras etiam miraculis illuſtrat; F

i *Cardines quoque ma.* Cùm enim nubes iſtæ verbis pluunt, cumque miraculis vim coruſcæ prædicationis aperiunt, extremos mundi terminos in diuino amore conuertunt. Ibid.

k *Per hæc enim.* Per verba prædicatorum, id eſt guttas nubium. Ibid.

Per hæc fulgura miraculorum Deus populos iudicat, quia eorum corda territa ad pœnitentiam vocat. Si quis dicat: Quid ſi Deus quoſdam poſt baptiſmum prauè acturos videt: & ideo præuenti morte ad baptiſmum non ducuntur (ſi ita eſt) tunc peccata quorundam puniuntur antequam ſint perpetrata: quod non facit Deus, qui & à perpetratis liberat: ſed occulta ſunt iudicia.

l *Et dat.* Per eaſdẽ nubes, per quas terror infligitur, etiam eſca datur: quia diſpenſatio prædicatorũ eſt, vt ſic ſciãt mẽtes affligere, vt etiã afflictas nouerint conſolatione nutrire. Non autem ait omnibus, ſed multis: non. n. omnium eſt fides, vnde ſubiungitur. Ibid.

m *Immanibus abſcon.* Immanes ſunt qui ſe elatis cogitationibus Ibid. c. 7.

☞ extol-

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Omnes ho. *Id eſt habent aliquam de eo notitiam, ſaltem quia eſt: vnde & Deum eſſe circa aliquos doctores, eſt per ſe notum. Sed quia notitia quam de Deo habemus, eſt valde imperfecta, ideo ſubditur,*

2 Vnuſquiſque intuetur procul. *Quia eius cognitio multum diſtat à perfectione diuina. Iſta tamen imperfectio non prouenit ex defectu entitatis ſeu cognoſcibilitatis diuinæ ſed ex noſtri intellectus infirmitate, qui ſe habet ad diuina, ſicut oculus noctuæ ad lucem ſolis, vt habetur ij. Metaphy. ideo ſubdit,*

3 Ecce Deus ma. *In entitate & cognoſcibilitate.*

4 Vincens ſcientia no. *Et non ſolum intenſiuè ſed etiam extenſiuè, ideo ſubditur,*

5 Numerus an. *Quia duratio eius menſuratur æternitate: quæ à nobis eſt incomprehenſibilis.*

6 Qui aufert. *Hic oſtendit propoſitum in particulari, & primo in operibus Dei ſenſibilibus; ſecundo in ſpiritualibus, ibi,* Immanibus. *Circa primum dicit,* Qui aufert ſtillas pluuiæ, *faciendo ſiccitatem.*

7 Et effundit imbres ad inſtar gur. *Id eſt, abundanter, ſecundum ſuam voluntatem: & vtrumque fecit ad preces Eliæ: vt habetur iij. Reg. xvij. xviij. Et quia pluuia deſcendunt de nubibus in pluuiam reſoluti, ideo ideo ſubditur:* de nubibus.

8 Si volue. exten. quã &c. *Aliquando enim ſic extenduntur ſuper hemiſpherium noſtrum, quod videntur tangere terram in circumitum, & in medio eleuari ſuper Cenith capitum noſtrorum, & ſic videntur diſponi ad modum tentorij.*

9 Et fulgurare lu. ſuo deſuper. *Quia in nubibus cauſantur corruſcationes & fulgura.*

10 Cardines quoque ma. ope. *Quia mare videtur incluſum intra dictam extenſionem nubium.*

11 Per hæc enim iudicat populos. *Puniendo pro peccatis aliquando, ſicut tempore diluuij facta eſt pluuia grandis quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vt habetur Gen vij.*

12 Et dat eſcas. *Quia aliquando dantur in gratiam, vt terra humectetur, & proferat fructus ad nutritionem hominũ & animalium. Et quamuis iſta quæ dicta ſunt, ſint ſenſibilia, tamẽ rationes eorũ & cauſæ non poſſumus cognoſcere ad perfectum. Et hoc idẽ dicit Philoſophus in principio Meteororũ. dices de huiuſmodi impreſſionibus:* in quibus hoc quidẽ dubitamus, hoc aũt attingimus aliquo modo imperfectè.

13 Imma. *Hic declarat propoſitum in ſpiritualibus, & ſecundo reuertitur ad ſenſibilia ca. ſe. ibi:* Poſt eum rugiet ſonitus. *Et iſte proceſſus* ✠ *eſt*

MORALITER.

✠ 1 *Omnes homines vi.* Nam omnes aliqualiter cognoſcunt eum: quia tamen hoc eſt multum imperfectè, ideo ſequitur, 2 *Vnuſquiſque intuebitur.* Sequitur, 6 *Qui aufert ſtillas pluuię.* Illud enim modicum quod habuit Iudæa de intellectu ſacræ ſcripturæ Deus abſtulit, & abundanter ſuper doctores gentium effudit.

† *Quæ prætexerunt cuncta deſuper.* Gentium multitudinem docendo fideliter.

8 *Si voluerit exten.* Per nubes intelliguntur eccleſiæ doctores: quos quos applicauit ad docendum, & fulgurauit miraculis ad doctrinam eorum confirmandum, & ſic cardines maris operuit, id eſt, principes ſeculi eorum doctrinæ ſubiecit, ſicut patet de Conſtantino, qui obediuit doctrinæ ſancti Sylueſtri, & ſimiliter Theodoſius doctrinę beati Ambroſij.

11 *Per hęc enim iudicat po.* Scilicet Chriſtianos qui per doctrinam ſanctorum iudicantur.

12 *Et dat eſ.* Qui eorum doctrina reficiuntur.

13 *Immanibus abſcon.* Quia Iudæi modo ſunt obtenebrati, & illuminabuntur circa finem mundi.

☞ extollunt, quibus veritatis cognitio denegatur.

A 2 *Et præcipit ei.* GREG. Quia veritatis lumen, quod elatis occupatisque mentibus absconditur, afflictis humiliatisque reuelatur. ✻✻ Lux quippe aduenit, cum afflicta mens ipsas, quas de perturis rebus tribulationum tenebras tolerat, agnoscit: quia nisi aliquid ex lumine interno perciperet nec hoc ipsum, quia lumẽ perdiderat, videret.

Lib. 27.

† vel propter orantẽ id est propter orationes hominum.

a lucem & præcipit ei † vt rursus adueniat. † Annũntiat de ea b amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.

a ¶ Et nõ de ea dubites.

Vel, immanibus lux absconsa est, scilicet Iudæis qui idcirco redemptori contradicere ausi sunt, quia apud se immanes extiterunt: Sed quia in fine mundi ad fidem recipiendi sunt, præcipit ei vt rursus adueniat. vel in manibus (vt sint duæ partes) lux absconditur cum apud rectum iudicem iniqui quique in suis operibus excæcantur. Cui tamen præcipitur D vt rursus adueniat, quia dum se peccatores cognouerint, gratię lumen accipiunt.

b *Annuntiat de ea ami.* Qui custodire voluntatem Dei præceptis illius nititur, eius amicus vocatur. De hac luce igitur æternæ patriæ amico suo Deus annũtiat, quod possessio eius sit, vt nequaquam infirmitatis suæ fragilitate desperet, sed exemplo capitis ad superandum roboretur, quod ad eam possit ascendere. Cuius itaque cor in subleuatione tantæ considerationis nõ expaueſcit? vnde sequitur: *Super hoc expauit &c.*

Ibid. c. 8.

† Annũtiabit de eo amicus eius, & qui ab eo possidetur etiã de excelso (sub. annuntiat.) Sunt qui hic vertũt. Annũtiabit eã sub. pluuia vociferatio eius (id est tonitruus eius qui conitruus erit in nube ascendente)

a ¶ Solus Christus ascendit, quia vnus est cum corpore. b ¶ Vel, accedere.

NICOLAVS DE LIRA.

est rationabilis, quia sicut ex sensibilibus manuducimur ad spiritualia, licet vtrąq; imperfectè cognoscamus: ita cognitis vtcunque spiritualibus, quæ sunt maximè intelligibilia, non minus intelligimus sensibilia, posteà, imo magis, in hoc.n. differt intellectus à sensu, quia sensus post excellentia sensibilia nõ potest cognoscere minora immediatè, vt pote post aspectũ solis, oculus non potest immediate discernere minima visibilia. Circa primum dicitur: Imma. ab. lu. *id est per eius virtutem & dispositionem* B *luxgratia & gloria aliquibus absconditur, vtpote reprobis: & aliquibus concedit ur, vtpote electis. Et quod de luce spirituali intelligatur, patet per hoc quod subditur:*

1 Annun. de ea amico. *Id est electis, quia charitas diuidit inter filios regni, & perditionis.*

2 Quod possessio eius sit.: *Non autẽ ipsius reprobi, lux autem corporalis visibilis est, & communis est tam bonis quam malis. Vnde dicit saluator Matt. v. g.* Solem suum oriri facit super bonos & malos.

3 Et ad eam pos. *Scilicet ad lucem gloriæ, ad quam cum Dei adiutorio per opera meritoria potest homo peruenire.* E

ADDITIO.

In cap. xxxvj. vbi dicitur in posti. Circa primum dicitur: Immanibus absc̃det lucẽ. *Super hoc quod dicitur:* Immanibus absc̃det lucẽ, &c. *sanctus Thom. in sua expositione sic dicit:* Inter omnes sensibiles effectus spiritualior est lux: vnde efficacior est ad producẽdum intelligibiliũ cognitionem, inquantum. ſ. visus, cuius cognitio per lucem perficitur, plurimum iuuat intellectualem cognitionẽ. Quia igitur ista lux sensibilis ex potestate Dei hominibus occultatur & cõmunicatur, datur per hoc intelligi, quod apud ipsũ est quędã excellentior lux. ſ. spiritualis: quã Deus in pręmium virtutis reseruat. Vnde subdit: *Annuntiat de ea.* i. de luce spiritali per corporalem figurata; Amico suo id est virtuoso, quẽ Deus amat, Quia possessio eius sit. i. quod illa lux spiritualis est thesaurus, quẽ Deus amicis suis reseruat in præmiũ & ad eum possit ascendere. ſ. per opera virtutis ipsam promerendo, & ad eã possidendã se præparando, quamuis hoc etiam posset exponi de luce corporali. Ponerunt.n. Platonici, quod animæ hominum deriuabantur ab animabus stellarum: vnde quando animæ humanæ suã dignitatẽ seruant secundũ rationem viuendo, reuertuntur ad claritatẽ stellarum, vnde defluxerunt. Ideo in somnio Scipionis legitur quod ciuitatũ rectores & cõseruatores, imperfecti. ſ. à cælo huc reuertũtur. In quo & datur intelligi, quod Eliu non ponebat vltimã remunerationẽ virtutis in tẽporalibus bonis, sed in nobis spiritualibus post hãc vitã. Hoc aũt est inter omnia maximè admirandũ q̃ homo terrenus & corruptibilis ad spiritualiũ vel cælestiũ possessionem perueniat, ideo subdit: Super hoc. ſ. quod homo posset accedere ad hãc lucem possidendã, expauit cor meum timore, scilicet admirationis & stuporis. Et amotum est à loco suo, vt scilicet non solum desideret & concupiscat quæ videntur ei connaturalia secundũ sensibilem vitam sed ad spiritualia cælestia transferatur, *hæc ille. Circa quod attendendum quod licet prędicta sint vera & propriissimè dicta, tamen secunda expositio prædicta, quam sanctus Thomas ponit, videtur magis consona proposito, nam Eliu, licet magis videatur esse eruditus circa spiritualia, quam amici Iob, non tamen attingebat ad veritatem eorum, quę de hac materia per fidem cognoscuntur, vt patebit in principio. xxxviij. ca.*

Animarum origo secũdum Platonicos.

C

REPLICA. In cap. xxxvj. vbi dicitur: Immanibus absconditur. *Postillator cum beato Greg. xxviij. moral. ca. xiiij de paruis, & ix. de magnis, & Glos. ord. exponit de luce veritatis, quæ occultatur immanibus. Vocantur autem immanes, qui se elatis cogitationibus extollunt. Et sic* immanibus *vna dictio est, à nominatiuo immanis derivata. Sed Burg. cum sancto Tho. ly* in manibus *exponendo; dicit esse ablatiuum illius nominatiui manus, rectum à prępositione* in: *quia exponũt illud dictum de luce corporali quæ in manibus Dei est, quia eius potestate communicatur, & occultatur: & quia recedunt à sancto Greg. & Glos. ordin. in voce: recedunt etiã in vocis significatione, sed tamen in ratione. Hoc autem quod sequitur:* Annuntiat de ea amico suo, *exponit vno modo de luce corporali, similiter per quadã quæ dicit Burg. vera & propriissimè dicta, quæ tamen secundum fidem nostram mihi videntur falsa, & erronea. Adducit enim opinionem Platonicorum dicentium, quod anima deriuantur à natura stellarum, & quę suam dignitatem seruant viuendo secundum rectam rationem reuertuntur ad claritatem stellarum vnde defluxerunt, & cætera quæ de somnio Scipionis allegat, quę ad errorem Origenis in suo Periarchon reduci possunt: quæ & eis similia fides catholica deridet, quæ tamen iste senex Bur. pro sacrę scripturæ expositione adducere non veretur. Fides enim vera docet animas infundendo creari, & creando infundi. Damnat autem eas à natura stellarum deriuari, & reliqua. Quæ quia manifesta sunt apud omnes catholicos doctores, non indigent ampliori pertractatione.*

F

Nec ignorabat sactus Thom. nec Burg ideo q. nõ exponũt ita scripturam, sed dicunt dicta Eliu posse sic intelligi de cõmunicatione lucis facienda amicis Dei quomodo Platonici & Cicero de reuertione animarum ad lucidas stellas cæli, vnde eas oriundas dicebat, forte metaphorice, cæleſtem originem animarum a Deo creatore admirabrates. Sed vbique nimis acriter pũgit Thomas iste, qui si non Burgensem saltem debuit reuereri sanctum Thomam. Eccl. 9. a.

CAP. XXXVII.

a *Vper hoc ex.* NICETAS. Deus tonitru & pluuia, loquitur hominibus, suæq; potestatis scientiam tradit. GRE. Pauor hic pro excessu ponitur: quia sicut in excessu, ita, in pauore animus alienatur. Locus autẽ humani cordis est delectatio vitæ præsentis: Cor itaque pigrũ & terrenis dudum cogitationibus deditum, b cum repente per excessum se ad summa suspendit, cogitationis infimæ locum mutauit tauit. Sed qualiter hoc agitur sequitur.

Vbi suprà c. 9.

b *Audite audi.* Quia peccator dum coropressum in infimis cogitationibus gestat: si diuinę gratiæ aspiratione tangitur, hoc intelligit, quod cuncta, quæ agit, districti iudicis animaduersione puniantur. Versatur in mente, quam terribiliter sententia de ore iudicis prodeat: *Discedite à me, &c.* quia ergo superbum cor prius terrore cõcutitur, vt cõcussum in amore solidetur rectè dicitur: *Audite auditionem vocis eius in terrore.*

CAP. XXXVII.

a VPER hoc expauit cor meum, & emotum est de 1 loco suo. Audite auditionem in terrore vocis eius, 2

☞ a *Et*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXXVII.

1 SVper hoc ex. *Iste pauor est admirationis, scilicet, quomodo homo terrenus efficitur ciuis cælestis. Vel potest exponi quod sit pauor timoris, videlicet quod Eliu timeret primari hac luce suis demeritis, quia nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit: vnde subditur,*

2 Audite au. *Quia lux prædicta non est præparata omnibus, sed solum dilectis, vt dictum est,* Annuntia de ea amico suo, *& ideo debet quilibet timere, ne forte non sit de numero dilectorum propter defectum bonorum operum, qui non latet Deum vnde subditur,*

✠ 1 Sub

MORALITER.

1 *Super hoc ex.* Eccl. ix. a. dicitur: *Nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit:* nec per consequens vtrum dignus sit supplicio vel præmio. Pauor autem consurgit ex consideratione supplicij, & emotio cordis ex cõsideratione præmij j. Reg. ij. a. *Exultauit cor meum, &c.* id est, extra saltauit. Vtrumque tamẽ nobis innotescit per prędicatores pœnam & gloriam nuntiantes, ideo subditur,

2 *Audite au. inter.* Quantum ad primum.

✠ 1 *Et*

a ¶ Quasi post altos & inferiores respicit: putatur enim modo ecclesia deseri, quia non facit miracula. sicut apostoli.

a ¶ Vnde, Vocem eius audis, dum compungeris, sed nescis vnde veniat aut quo vadat, Ioan. 3. a.

a ¶ Perfectio operis extra patet, sed qualitas operationis intus latet.

a ¶ Insidians euntibus.

a & ſonum de ore illius procedentem. † Sûbter omnes cœlos †
b & ipſe conſiderat, & lumẽ illius ſuper terminos terræ. Poſt eum †
c d rugiet ſonitus, tonabit voce magnitudinis ſuæ, & non † in-
c e ueſtigabitur, cum audita fuerit vox eius. Tonabit Deus in voce
f ſua mirabiliter, qûi facit magna & inſcrutabilia. Qui præcipit
g h niui vt deſcendat † ſuper terram, & hyemis pluuiis & imbri for-
i k titudinis ſuæ. † Qûi in manu omniû hominum ſignat, vt noue-
l rint ſinguli opera ſua. Ingredietur beſtia latibûlũ ſuũ & in antro
m

† vel, dilectio eius.

† retardabit ea (ſcilicet fulgur & tonitruum)

† In manu omnes homines claudet (id eſt vehemẽtia tonitrui coget homines fugere & occultare ſe prætimore)

† Super

† in.

Ibid.

Ibid.

Ibid

☞ a *Ab interioribus.* GRE G. Scriptura cum contra arcturum interiora memorat, aduerſam aquilonis partibus auſtri plagam deſignat: Interiorum ergo nomine plebs Iudaica exprimitur; Hi enim, qui Deum nouerant, quaſi ſub meridiano ſole feruentes, in fidei calore tenebantur: Gentiles autem, quia nullam ſcientiam ſupernæ cognitionis attigerant, velut ſine a ſole frigidi, ſub aquilone remanebant. Ab b interioribus ergo egredietur tempeſtas, & ab arcturo frigus: Aeſi diceret, A Iudæis ſurgit malitia perſequens, à gentibus poteſtas premens, dum quod Iudæa ex inuidia petiit, hoc Gentilis iudex ex Romana autoritate perpetrauit. Vnde contra hanc inuidiam ſubditur.

Deut. 17. c. 18.

†A meridie (vel à commotione.

†a diſpergétibus (id eſt ventis, quod aquilonaribus diſpergétibus nubes) veniet.

* etiã propter irrigationẽ (ſub. terræ) fatigabit vel aggrauabit, nẽpe Deus, nubem, diſperget nubem pluuię ſuæ.

b *Flante Deo.* Quia quo fidelium cordibus ſpirituſſanctus aſpirauit, quò maiora virtutum miracula contulit, eo infidelium mentibus grauioris inuidiæ torpor excreuit. Aqua ergo in gelu verſa fuerat, dum eunte poſt dominum mundo, Iudæorum inuidia pigra remanebat. Sed quia etiam incredulitatis tãtę dominus duritiam ſoluit. Sequitur:

Ibid. B

c *Et rurſum.* Quia poſtquam Iudęorum ſęuitiam vſque ad mortem dominus pertulit, eorum corda ab infidelitatis duritia liquefecit, & ex duris perſecutoribus magni prædicatores facti ſunt, vt tanto vberiorum electorum meſſis exurgeret: vnde ſequitur:

Ibid.

C

Ibid. c. 19.

d *Frumentum deſi.* Electi, frumenta Dei ſunt, cæleſtibus horreis recondenda, quæ nunc in tritura areæ paleas tolerant: ſed hoc frumentum nubium fluuios expetat, vt creſcat.

e *Et nubes.* Nubes lumen ſuum ſpargere, eſt prædicatores ſanctos exempla vitæ & loquendo & agendo dilatare.

f *Quæ luſtrant.* Nubes Dei cuncta per circumitum luſtrant, quia prædicationis luce mundi fines illuminant: ſed quia diuinis nutibus ſubditi nequeunt explere quod volunt, ire non poſſunt, niſi quò eos voluntas gubernantis duxerit.

Ibid.

g *Ad omne.* Sæpe enim aliter agere appetunt, aliter diſponuntur. Nam plerumque ſtudent blandè corrigere, & tamen eorum ſermo in aſperitatem ducitur: plerumque quoſdam reſecare aſperè appetunt, ſed tamen eorum vigor per manſuetudinis ſpiritum refrænatur. D

✠✠ Sicut ergo (*prædicatores*) non poſſunt ire quò volunt, ita etiam nequeunt agere ſicut volunt. Quia enim eos internus arbiter terret cum mittit, ita etiam illos modificans ſuſcipit cũ perducit, vt aliquando in cogitatione alia diſponant, ſed alia in opere peragãt; aliquãdo aliter inchoent, ſed aliter conſũment. Quia igitur iuxta hoc quod ſibi præcipitur, ſeruiũt, dicatur rectè

1 2 3 4 5 † 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

E †Et ipſæ ſub. nubes, voluunt ſe in circũitu cõſiliis eius * generatione.

Quocunque eos vol. gubern. duxerit ad om. q. præcep. il. Eo enim apertiorem viam prædicationis inueniunt, quo ad hãc non ſuis, ſed præceptoris ſui nutibus ducuntur.

a ¶ Id eſt, à minori vrſa.

† ab ârcturo frigus. Flante Deo concreſcit gelu, & rurſum laſ tiſſime funduntur aquæ. *Frumentum deſiderat nubes, & nubes ſpargunt lumen ſuum: † Quæ luſtrant cuncta per circumgitum quocunque eas voluntas gubernantis dûxerit, ad omne quod præceperit illis ſuper faciem orbis terrarum, ſiue in vna tribu, ſiue in terra ſua, ſiue in quocunque loco miſericordie ſuæ eas iuſſerit inueniri. Auſcûlta hæc Iob, ſta & conſidera mirabilia Dei. Numquid ſcis, quando præceperit Deus pluuiis,

a ¶ Quaſi quo duxerit, & ad quid, quia ſicut non poſſunt ire quò volunt, ita nec agere ſicut volunt.

¶ Per verba lux nubium paret, niſi pluuia cadat quid in nubibus ſit, neſcitur.

h *Siue in vna.* Vna tribus, Iuda intelligitur, quæ in ſcriptura præ cæteris clara & multiplex memoratur. Terra autem Dei ſimul omnis Iuda nominatur: quæ tunc ei fructum fidei protulit, cum totus ſub idolorum cultu mundus errauit. Locus autem miſericordiæ eſt ipſa Gentilitas, quę reconciliationem ex ſola miſericordia accepit. Nubes ergo ſuas dominus duxit, ſiue in terra ſua, ſiue in vna tribu, ſeu in quocunque loco miſericordiæ ſuæ: quia prædicatores veteris nouique teſtamenti, aliquando ſoli tribui Iudæ contulit, & Iſrael pene totum ex praua regum gubernatione reprobauit; Aliquando eundem Iſraeliticum populum ad antiquam gratiam poſt captiuitatem reuocauit; Aliquando loco miſericordiæ ſuæ nubes clareſcere voluit, quia prædicatores ſanctos etiam gentibus oſtendit.

Ibid. c. 20 F

i *Auſculta hæc Iob, ſta & conſidera mirabilia Dei.* Quaſi in comparatione ſui iacentem vidit, quem per verba tantæ prædicationis vt ſtaret admonuit. Sunt namque qui Dei miracula iacentes conſiderant: quia operationis eius potentiam non ſequentes admirantur.

k *Nunquid ſcis quan. præ. Deus plu.* Eliu beatum Iob de venturis

Ibid. c. 21

☞ diſcu-

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Ab interioribus egre. *Per interiora intelligitur polus antarcticus, qui ſemper eſt nobis occultus: A parte autem illa flant venti auſtrales, qui inter ventos ſunt magis impetuoſi; Non eſt tamen per hoc intelligendum, quod auſter incipiat flare à polo antarctico, ſed magis incipit à tropico eſtiuali, vt habetur 1. Meteororum. Dicitur autem auſter egredi à polo antarctico, quia tropicus eſtiualis, vnde flare incipit, eſt à parte illa reſpectu noſtræ habitationis.*

2 Et ab ar. *Arcturus eſt quædam conſtellatio, quæ alio nomine dicitur Vrſa, & voluitur circa polum arcticum, vnde flant venti boreales, qui ſunt magis frigidi: & ideo ex illa parte dicitur frigus venire.*

3 Flante Deo. *Quia flantibus ventis borealibus gelu augmentatur.*

4 Et rurſum latiſſimè fun. aquæ. *Quia cum ab oppoſito, ſcilicet ab auſtro, incipiunt venti flare, fiunt pluuiæ.*

5 Frumentum deſide. nubes. *Hic conſequenter tangit de nubibus in quibus fiunt impreſſiones prędictæ di.* Frumentum deſiderat nubes. *& hoc duplici ratione: Vna eſt, quia quando eſt nimius calor, aduritur frumentum in campo creſcens, & per nubes tunc temperatur calor, vt non areſcat, ſed magis creſcat; Alia eſt, quia per nubes funduntur aquæ ad terræ humectationem & frumenti nutritionem, & ſic frumentum dicitur deſiderare nubes, quia quælibet res naturaliter deſiderat ſuam perfectionem; & hoc modo dicitur 1. Phyſico. quod materia appetit formam ſicut turpe bonum.*

6 Quæ luſtrant cuncta. *Quia nubes non ſemper ſtant in eodem loco, ſed mouentur circa hemiſpherium noſtrum.*

7 Quocunque eas volun. guber. *Scilicet Dei.*

8 Duxerit, *Quia ſecundum eius diſpoſitionem mouentur.*

9 Siue in vna tribu ſiue in ter. *Quia aliquando contingit, quod in eadem regione vapores eleuantur, & in nubes condenſantur, & in pluuias conuertuntur: Aliquando autem contingit quod mouẽtur ad aliam regionem, antequam conuertantur in pluuiam.*

10 In quocunque loco miſericordiæ ſuæ eas iuſſerit inueniri. *Reputatur enim effectus diuina miſericordia, quando in locis calidis & ſiccis fiunt pluuiæ.*

11 Auſculta hæc Iob. *Hic conſequenter inducit Iob ad prædictorum attentionem, quaſi hominem præ triſtitia abſorptum ab intellectu rationabilium: & tamen circa idem primo nititur oſtendere ipſius Iob* arrogantiam; ſecundo reuertitur ad declarandum ex quibuſdam effectibus Dei ſapientiam, ibi,* Subito aer. *Circa primum dicit,* Auſculta hæc Iob. *diligenter,*

*ignorãtiã.

12 Sta & conſidera. *Non tranſitoriè, ſed cum magna deliberatione.*

13 Mirabilia Dei. *Aliàs miracula, id eſt, opera eius: quę non poſſunt ad plenum perſcrutari, vt ſic temerariè non reprehendas iudicia Dei. Et conſequenter reſumit aliqua de prędictis, vt aliquid addat dicens:*

14 Nunquid ſcis. *q. d. non, imo totaliter ignoras.*

15 Quando præcepit Deus pluuiis. *Id eſt, diſpoſuerit de tempore pluuioſo.*

✠ 1 Vt

MORALITER.

✠ 1 *Ab interioribus egredie. tempe.* Id eſt, diabolus commouens poteſtates.

2 *Et ab arctu. frigus.* Id eſt, ab Antichriſto timor ſeruilis, per quem multi obedient ei; ſed quia deceptis ab eo dabitur tempus pœnitendi, ſequitur,

3 *Flante Deo concreſcit.* Quia per inſtinctum ſpirituſſancti timor initialis creſcit in filialem.

4 *Et rurſum latiſſimè fun.* Quia tunc lachrymæ deuotionis & pœnitentię fluent abundanter.

5 *Frumentum deſiderat.* Per frumentum intelligitur cœtus fidelium, Matth. iij. c. *Congregabit triticum in horreum ſuum*; Qui cœtus deſiderat prædicatores, ſignificatos per nubes Eſa. lx. b. *Qui ſunt iſti qui vt nubes volant.*

† *Et nubes ſpargunt lumen ſuum.* Id eſt vitæ & doctrinæ, ſecundum inſtinctum gratiæ diuinæ, qui inſtinctus eſt nobis occultus, ideo ſequitur:

14 *Numquid ſcis quando præceperit Deus pluuiis?*

✠ 1 *Numquid*

discutit,& quasi de ignorantia humiliat. Pluuias autem nubium dicit verba prædicantium. Et est sensus: Nunquid si venturos in mundo prædicatores iam conspicis, quando ad prædicandū eos dominus repletione spiritus impellat, quibusve modis eorum vitæ claritatem mundo innotescat apprehendis?

a *Nūquid nosti semi.*

Greg. Habent enim iste nubes semitas sub tilissimas, scil. sanctæ prædicationis vias. Eos ergo per semitas astringunt qui ab intentionis eorum tramite per lata mundi desideria euagādo nō exeunt. Quæ semitæ magnæ sunt, qui quā to in præsēti vita pro ipsa viuendi custodia angustæ sūt, tā to amplius in æterna retributione dilatantur.

Lib. 27. c. 12.

†eum quiescit terra à vento meridionali.

†sūt fortes sicut speculum fusum.

†Nos enim non proponemus (sub. verba) propter tenebras) vel, nō pertingem⁹ eo prę tenebris.

Ibid. c. 23.

a vt ostēderēt lucē nubiū ei⁹? Nūquid nosti † semitas nubiū ma-
a ¶ Quod tantummodo dono sanctiſpiritus agitur.
b c gnas, & p̄fectas scientias? Nōne vestimenta tua calida sūt, cū
¶ Irrisio est.
d † perflata fuerit terra austro? Tu forsitā cū eo fabricat⁹ es cælos
a ¶ Quod non facile rubigine consumitur.
e qui † solidissimi quasi ær̄ fusi sunt? Ostende nobis quid dica-
f mus illi: † Nos quippe inuoluimur tenebris. Quis narrabit
a ¶ Qui arroganter intūmuit, iam per doctrinam subdit, etiam si locu. fue. ho.
g ei quæ loquor? Etiā si locutus fuerit homo, deuorabitur,
¶ Homines.
h at nunc non vident lucem. † Subito aër † cogetur in nubes,
i
a ¶ Sed quia vsque admodum cum pluuia currunt, quid inde fiat, subdit.
k & ventus transiens fugabit eas. Ab aquilone † aurum venit,
l

b *Et per scien.* Perfecta scientia est, & cuncta solicite agere, & scire de suis meritis se nihil esse.

c *Nonne vestimenta tua.* Hoc generaliter de ecclesia, & spirituaLiter de Iob dicitur. Per vestimenta viuenti corpori adhærentia; discipulorum vita, magistris bene viuētibus coniuncta signatur. Vestimenta enim per se calere non possunt, sed adiuncta viuentium corpori, dum exhalantes membrorum poros contegunt, emanantem ab intimis calorem exprimunt: ab eis calor ad corpus redit, dum pro bonis subditorum amplius doctores accendūtur. Et est sensus, Incassum tibi tribuis, si quos per te incaluisse æstimas, profecisse in virtutibus contemplaris: quia nisi eos spiritus sancti fauor attingeret, frigidi in sua insensibilitate permanerent.

C

Lib. 3. c. 6.

Beda. Hoc quidem verum est, quod meridianus ventus sit calidus, quo flante vestimēta hominū, vel corpora, quæ animarū vestimēta sunt, cōcalescunt. Sed quia nubes homines sāctos veritas prophetiæ nos intelligere cōpulit: ventū calidum à meridie spirante feruentē fidē, vel gratiā spiritus sancti ardentē, & clari⁹ illuminantem intelligamus, vel ipsū dominū nostrū, de quo legimus, *Deus ab austro veniet.* quo rationalem terrā perflāte virtutes animi, quæ sunt interioris hominis vestimēta, inardescunt. Et ideo vestimēta appellātur, quoniā ipsius qui eis vtitur, pulchrā faciūt animā & decorā. & ob hoc hortatur Apostolus Colos. 3. *Fratres induite vos sicut Dei &c.*

Greg. Postquā hæc fortiter dixit, per arrogantiam subiungit.

d *Tu forsitan cū eo fa. es cæ.* Possūt per cælos hi, qui in cælestibus sūt cōditi, angelici spiritus designari: Vel electorū mētes cælestibus inhærētes, qui solidissimi vt ære fusi sunt, quia ab integritate cœptæ fortitudinis, nulla mutabilitatis rubigine consumuntur.

D

Ibid. c. 24.

e *Ostende nobis quid.*

1 Tu qui iam magna in-
2 telligentiæ luce frue-
3 ris, docere nos, qui i-
4 gnorātiæ tenebris in-
5 uoluimur, debes.
f *Quis narrabit ei*
6 *quæ loquor?* Hęc despi-
7 ciēdo dicit, Acsi aper-
8 te dicat: Quæ ego ei
de suis laudibus acu-
9 te sentiens non audi-
10 ta loquor, quis hæc
narrare vel postquam
audierit potest.

†reuolutionem, vel distinctionē nubiū mirabilia perfectis scientiis (vel perfectis cognita

E

Ibid. c. 25.

g *Etiā si locutus fuerit &c.* Omne quod aliquid deuorat, hoc introrsus trahens, ad intuendum oculis occultat, & rem quæ in superficie videri potuit in profundum rapit. Homo igitur cum de Deo tacet, per rationem in qua est conditꝰ, esse aliquid videtur: At si loqui de Deo cœperit, illico quod nihil sit ostenditur, quia magnitudinis eius immensitate deuoratur. Sed tunc hominibus vere innotuit, cū se eis humanitate susceptā monstrauit, quæ quia necdum reuelata fuerat, sequitur:

†Splendidū est in nubibus.

†cogitur.

†aurum venit (i. claræ tempestates vt aurū purum (in laudem de cora terribili Deo.

h *At nunc non vident lucem.* Sed hæc lux eadem qualiter ab hominibus videatur, insinuat cum dicit:

i *Subito aer cogetur in nubes.* Per aerem mentes secularium designātur, quæ innumeris vitæ huius desiderijs deditæ, huc illucque more aeris fluide disperguntur. Sed aër in nubes cogitur, cum fluxæ mētes per superni respectus gratiam virtutis soliditate roborantur. Nubes enim tanto firmiores sunt, quāto densiores: Apostoli autem omnes aër extiterāt, sed subito aër in nubes coactus est, quia per respectum supernæ gratię fluxa corda piscātium, in soliditatem versa sunt prædicatorum, qui quoniam peracto ministerio, ad cæli secreta recurrunt, sequitur:

Ibid. F.

k *Et ven.* Vētus transiēs est vita præsēs: ventus trāsiens nubes fugat, qa vitæ tēporalis excursꝰ à carne apostolos subtrahit, & eos a terræ superficie in secreta requie, quasi in cælorū cardine, abscōdit. Sed qd de eorū laboribus in sācta ecclesia agatur, subdit:

Ibid. c. 26.

l *Ab aquilone aurum venit,* Per aquilonem peccati frigore constricta

☞

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt ostenderent lucem nubium eius? *Quod maxime fit in apparitione iridis, quæ apparet tempore pluuioso: & tamen philosophi quantumcunque sapientes pauca valde, & generaliter, & imperfecte cognouerunt de natura iridis.*

2 Nunquid nosti semitas. *quia mouentur per aërem magnum & spatiosum.*

3 Et perfectas scientias. *Dicit autem scientias in plurali. quia impressiones aeris, de quibus dictum est, & adhuc dicetur, in nubibus generantur: & ideo notitia earum dependet ex notitia nubium.*

4 Nonne vestimenta tua calida sunt, &c. *Auster enim flat à regione calida, vt predictum est: & ideo calefacit aerem. & hominum vestimenta, & corpora. Omnia ista posuit Eliu, ad designandum quod erant ignota ipsi Iob, & ideo derisorie subdit.*

5 Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos, *qui facti sunt à Deo per creationem, in qua nulla persona Deo cooperatur.*

6 Qui soli. qua. *Dicuntur autem solidi eo quod non sunt diuisibiles: sicut aër, & aqua quæ faciliter diuidūtur, & reuniūtur. Soliditas enim propriè, & aliæ qualitates elementares, non sunt in cœlis, qui sunt alterius naturæ.*

7 Ostende nobis quid dicamus, &c. *q.d. tu solus es sapiens, & nos omnes sumus inuoluti tenebris ignorantię. Quod dicit derisorie quantum ad ipsum Iob. tamen secundum veritatem homines sapientes, Etsi habeant de diuinis operibus aliquam notitiam, tamen plura ignorant, quam sciunt. ideo subditur.*

8 Quis narrabit ei. *q.d. nullus: quia illa, quæ pro maiori parte ignorantur, non enarrantur nisi valde defectiue, vnde subditur.*

9 Etiam si lc. fu. ho. deuorabitur. *sc. eius verbum à magnitudine materiæ sicut modicus fluuius à mari. Aliter punctuatur ab aliquibus sic:* Etiam si locutus fuerit, *scilicet Deus.*

10 Homo deuorabi. *id est, non poterit sustinere. Exod. xx. Filij Israel ex locutione domini pauore excussi dixerunt Moysi.* Loquere tu nobis, & audiemus, & nō loquatur nobis dominus, ne forte moriamur.

11 Subito aer, &c. *Ostensa ipsius Iob ignorantia, reuertitur ad tangendum quosdam effectus Dei mirabiles, ad concludendum defectum humanę sapientiæ respectu diuinæ excellentiæ dī.* Subito aër cogetur *id est, condensabitur* in nubes *Hoc enim videmus accidere, quod aliquando aëre existente valde puro, subito condensatur in nube.*

12 Et ven. tran. fu. eas. *Quia si vētus aquilonaris (qui dissipat pluuias, vt habetur Prou. xxv. Incipiat fortiter flare, dissipabit illas nubes, vel transferet ad aliam regionem, & tales mutationes subitę sunt nobis mirabiles.*

13 Ab aquilone au. ve. *Quia sunt ibi aliqua minera auri. Vnde libro de proprietatibus rerum dicitur, quod in mōtibus Saxoniæ, qui sūt versus Aquilonem, omnia metalla fere fodiuntur prēter stannū: & hoc*

☞ *est*

MORALITER.

2 *Nunquid nosti semitas.* Id est, virtutes prædicatorum, quasi diceret, non, quia latent in mentibus eorum.

4 *Nonne vestimenta tua calida sunt, &c.* Austro terra perflatur, quando mens hominis diuinitus inspiratur, & tunc vestimenta calida sunt, quia virtutes, quæ sunt animę vestes, ad bonos actus feruescunt.

5 *Tu forsitan cū eo fabricatus es cœlos, &c.* Hoc negatiue dicitur, nam à solo Deo processit virtus Apostolorum, qui significantur nomine cælorum, Psal. xviij. a. *Cæli enarrant gloriam Dei, &c.*

7 *Ostende nobis quid dicamus.* scilicet, q.d. tu non poteris. & causa subditur, cum dicitur: *Nos quippe inuo. tene.* ignorantiæ multiplicis.

11 *Subito aër co.* Quod fit spiritualiter quando de fluidis per peccata fiunt prædicatores, sicut de Saulo legitur Actuum ix. a.

12 *Et ven. tran fu. eas.* id est, spiritussanctus transire eos fecit ad regiones alias, Act. x ij. dixit spiritussanctus: *Segregate mihi Barnabam & Saulum, &c.*

13 *Ab aquilone.* Nam à gentilitate, prius frigida infidelitate, venit aurum sapientię, vt patet in Dionysio, Ambrosio, & similibus

☞ ſtricta gentilitas ſignatur: auri nomine animæ fidelium. Ab aquilone ergò aurum venire dicitur: quia à gentilitate dudum perfidię torpore frigida, intra ſanctam eccleſiam pretioſa Deo vita fidelium multiplicatur.

lib. 27. c. 26. 1 *Et à Deo form.* GREG. Sic à Deo dicitur, acſi ab his qui in parte Dei ſunt dicerentur. Auro igitur ab aquilone veniente, à Deo formidoloſa laudatio prodiit: quia dū claritatē ſuæ fidei Gētilitas attulit, multitudo Hebræorum iam fidelium, diuina iudicia pertimeſcēdo laudauit; quia nimirum iuſtè Iudæa repulſa eſt, dum piè eſt Gentilitas vocata: & damna ſuæ repulſionis timuit, dum lucra alienæ vocationis vidit.

a ¶ Non tantum læta, quia ſibi timet. b ¶ Etſi inueniemus, non tamen digne.

a b c & † à Deo formidoloſa laudatio. † Dignè eum inuenire non poſſumus. Magnus fortitudine † & iudicio & iuſtitia,

a ¶ Sētiri digne nō poteſt, quāto minus dici. b ¶ Recta dicit, quæ tamē non agit, vt prauus arcus in ſe iacit. c ¶ Qui vult videre in tranſitu ſapientiam Dei, aſcendat arborem ſycomorum, id eſt, mundi ſtultitiam humiliter eligat.

d e & enārrari non poteſt. Idēo timebunt eum viri, † & nōn audebunt contemplari omnes qui ſibi videntur eſſe ſapientes.

ad Deum. † ipſe autē nullos ſapiētes corde timet.

1 2 3 4 5 6 7 8 Magnus iuſtitia, qa & ſi hīc diu tolerat, quādoque tamē ſine termino reprobos dānat. d *Ideo timebūt eū viri.* Viros, qui ad intelligentiam ſunt fortes appellat. e *Et non au. contem.* Peritos quidē, ſed arrogantes his verbis inſinuat, in quo ſe tetigit. Contēplari enim Dei ſapientiam non poſſunt, qui ſibi ſapientes videntur: quia tātò ab eius luce longè ſunt, quantò apud ſe humiles non ſunt.

† Omnipotens quem † & cauſæ iuſtitiæ non reſpondebit vel, de iure ſuo, & bona cauſa non dabit rationem.

b *Dig.*

NICOLAVS DE LIRA.

eſt etiam mirabile, quia regiones aquilonares ſunt valde frigidę. Aurū autem generatur in viſceribus terræ, à calore ſolis ibidē terram penetrante, & materiam digerente, quæ magis eſt digeſta in auro quam in alijs metallis: omnia tamen iſta mirabilia & maiora procedunt ex diuina ſapientia, ideo ſubditur.

B

1 Et à Deo for. lau. *Ex diuina enim excellentia procedit, quod homines, quantumcunque ſapientes, laudant eum cum formidine, eo quod non poſſunt ſufficienter laudare ſecundum illud Eccl. xliij.* Benedicētes magnificate Deum quantum poteſtis: maior eſt enim omni laude. *Illa autem opera ſolent homines cum formidine facere, quæ neſciunt ſufficienter agere, ideo ſubditur.*

2 Digne eū in. non poſ. *Et hoc propter ſuam excellentiā, ad quā ſe habet intellectus noſter, ſicut oculus noctuę ad lucē ſolis, ideo ſubditur:*

3 Magnus for. *in rerū productione.* 4 Et iudi. *in earū gubernatione: quia omnia diſponit in pondere & menſura, vt dicitur Sap. xj.*

5 Et enar. nō po. *ſufficiēter à nobis, ſicut nec intelligi: propter q. dicit Greg.* Balbutiēdo prout poſſumus excelſa Dei reſonamus. *Et propoſitione vj. de cauſis dicitur:* Cauſa prima ſuperior eſt in narratione: & ideo deficiunt linguæ à narratione eius, niſi propter narrationem eſſe ipſius. *Et ex dictis concludit intentum dicens:*

B

6 Ideo timeb. viri. *quantumcunque fortes ſint & audaces.*

7 Et nō au. con. *quaſi perfectiā eius notitiā aſſecuti vel aſſecuturi.*

8 Om. qui ſibi ve. eſſe ſa. *id eſt, illi, qui plura ſciunt de effectibus diuinis: quia quantò ſunt ſapientiores, tanto magis percipiunt defectū ſuæ notitiæ, maximè circa diuina. Vnde & ſapiens Socrates dicebat: Hoc tantū ſcio, quod neſcio ſecundū quod refert Hieronymus in epiſtola ad Paulinū, de omnibus ſacræ ſcripturæ libris. Ex prædictis autem patet, q. Eliu in aliquibus cum ipſo Iob cōcordabat, in alijs autē intellectum ipſius Iob non bene capiebat, & frequēter opprobria cōtra Iob immiſcebat: propter quæ Iob noluit ſibi reſpondere, ſed magis tacere, volens ſe à contentionibus, ſecundum dictum Apoſtoli, ſegregare.*

MORALITER.

† 1 *Et à Deo for. lau.* Propter enim exceſſum magnitudinis ſuæ, neſcimus, nec poſſumus eum dignè laudare. Iſta verò quæ benè fieri neſciuntur, cum formidine aguntur: ſicut econuerſo, quæ fieri bene ſciuntur, ſine formidine aguntur. Vegetius libro de re militari: *Nemo facere metuit, quæ ſe bene didiciſſe confidit.*

Vegetius de re militari.

C

ADDITIO.

In cap. xxxvij. vbi dicitur in poſt. Ex prędictis patet, quòd Eliu in aliquibus, cum ipſo Iob concordabat. *Quod autem Iob nolebat reſpondere Eliu, ſicut fecit alijs ſocijs ſibi contradicentibus, poſſet eſſe duplex ratio: prima ſcilicet quia Eliu, ſicut dictum fuit, loquebatur ex arrogantia, intendendo principaliter vilipēdere ipſum Iob, vnde dicebat illi ſuprà xxxiij. capitulo.* Tace, & docebo te ſapientiā. *Et in xxiij. dicit:* Iob autem ſtultè locutus eſt, & verba illius non ſonant diſciplinam, *& ſic in alijs locis; & ideo Iob ipſi Eliu non curauit reſpondere, videns quod intētio ſua verſabatur circa vanam gloriam, vt vitaret ne fortè incideret in hoc vitium diſputādo: In quo ſecutus eſt ſapientis conſilium, dicentis, Prouerbio. xxvj. a.* Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis. *Sed alijs, qui nō ſic arroganter videbantur loqui, ſed ſolū arguēdo, ſeu increpando, Iob reſpōdit, vt ipſorum error patefieret, iuxta illud Pro. ca. ſuprà dict.* Reſpōde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur. *Secūda, quia Eliu intantum per ſuperbiam elatus eſt, quòd nec correctionem Iob deſiderabat ſed potius eius maiorem ruinā appetebat: quod eſt inhumanum, vel ſaltem inconſonū viris perfectis. Quod patet ex hoc. Nam in fine xxxiij. cap. dicebat Eliu:* Pater mi, probetur Iob vſq; ad finem. *In quibus verbis, prout communiter exponūtur, & in poſtilla, Eliu petebat à Deo, quod non deſiſteret à flagellatione ipſius Iob in præſenti vita, & etiam quod in alia vita duceretur ad aternam condemnationem, vnde gloſa ibidem dicit:* Quia aſperitas ſuperborum vſque ad maledicendum ſe extendit, contra enim Iob Deū deprecatur, *hæc in gloſſa. Vnde talia loquenti non videtur dignū reſpōdere præſertim cū talia etiā ex exceſſu iræ videtur procedere, ſicut in propoſito: nam Eliu per iram fuit primò, & principaliter prouocatus, vnde ſuprà xxxij. ca.* Iratus eſt furor Eliu filij Barachiel: *qua ratione laudabiliter Iob abſtinuit ſe à reſponſione, intendens iræ locum dare, iuxta illud Eccl. viij. a.* Non litiges cum homine linguato, & nō ſtruas in ignem illius.

F

CAP. XXXVIII.

a R *Eſpondens autem do. Iob de turb.*

lib. 28. c. 1. ✠ ✠ GREG. Poſt dāna rerum, poſt funera pignorum, poſt vulnera corporis, poſt verba maleſuadentis vxoris, poſt cōtumelioſa dicta conſolantium, poſt ſuſcepta fortiter iacula tot dolorum, de tanta tanta virtute conſtantiæ laudandus à iudice beatus Iob fuerat, ſi iam de præſenti ſæculo eſſet euocandus. At poſtquam hīc adhuc duplicia recepturus eſt, poſtquam ſaluti priſtinæ reſtituitur, vt rebus redditis diutius vtatur,

☞ ne per

CAP. XXXVIII.

¶ Aliquando blande loquitur Deus: vt ametur: aliquando terribiliter, vt timeatur.

a Eſpondens autem dominus Iob de turbine, dixit:

1 2

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXXVIII.

Diuiſio. REſpondens autem dominus. *Finita diſputatione Iob, & amicorum eius, hic ponitur ipſius domini determinatio, in qua primò arguit Eliu de præſumptione, ſecundò reprehendit ipſum Iob de indiſcreta locutione, ibi,* Accinge ſicut vir: *Tertiò tres amicos Iob de falſi aſſertione, ca. xlij. ibi,* Poſtquam autem; *& ſic determinat quæſtionem pro ipſo Iob quantùm ad concluſionem intentam, licet ipſum increpet de modo loquendi indiſcreto. Circa primum dicitur:*

1 Reſpondens autem dominus, *id eſt, pro ipſo Iob, qui tacebat, vt dictum eſt.*

2 De turbine, *quia, ſecundum aliquos, virtute diuina, vel miniſterio angelico formata fuit vox quaſi procedens de nubis denſitate, ſicut in monte Sinai: vt habetur Exodi xx. ſecundum alios verò nō fuit ibi talis formatio vocis, ſed dominus loquebatur ipſi Iob per inſpirationem.*

☞ quæ

MORALITER.

1 *Reſpondens autem.* De turbine loqui dicitur: quia fragilitas humana ex Dei locutione paueſcit & turbatur: Exod. xx. c. *Non loquatur nobis dominus, ne fortè moriamur.*

† *Accinge*

ne per elationis gladios ipsa illũ sua victoria sternat, debet omnipotens Deus increpare per districtam iustitiã, quẽ seruat ad vitã.

Greg. lib. 28. ca. 2. Quia flagellato loquitur, de turbine fuisse locutus perhibetur. Vtrum autẽ per semetipsum aut per angelũ sit ei locutus, ambigitur. Potuerunt quippe per angelum commotiones aeris fieri, & hæc quę subiecta sũt per eum verba mirabiliter dari. Rursumque potuit exteri⁹ angelus in turbine aerem excutere, & tamen interius dominus per semetipsũ vim sententiæ cordi eius sine verbis insonare.

† abscondés consilium.

a ¶ Quasi quod dicit scio, sed qui dicit nescio. b ¶ Quia per districtionem premit ne exoluatur.

a Quis est iste † inuolues sententias sermonibus imperitis? Ac-
a ¶ Dum ad sublimia excito, quæ non potes percipere, respondes, id est, te humilem vide.
b cinge sicut vir lũbos tuos, interrõgabo te, & † respõde mihi.
a ¶ Et si hoc futurum in opere, iam factum est prædestinatione.
c Vbi eras quãdo põnebã fundamenta terræ? Indica mihi si ha-
a ¶ Intrà quas omnes electi sunt, & extra reprobi: etsi intra fidei limitem esse videtur.
d bes intelligentiã. Quis posuit mẽsurãs eius si nosti, vel quis

B

✠ Tertvl. 3. contra Marcio. si creator meus per ignem & globum cum homine congressus est, & elementorum corporibus in repræsentationibus suis vsus est: satis hæc ostendunt Deũ non eguisse falsæ aut veræ carnis paratura.

Ibid. c. 3. a *Quis est iste.* Prima exprobratio, est talis interrogatio: *Quis est iste?* & hoc non dicimus, nisi de eo, quem nescimus. Nescire autẽ Dei, reprobare est: qui vtique arrogantes nescit, id est, eorum vitam non approbat. In eo verò quo ait, *sententias*, & non addidit quales, bonas accipimus, quas imperitis sermonibus addidit inuolutas: quia cũ verbis iactantiæ fuerãt prolatæ. Imperitię quippe vitium est rectum non rectè sapere, id est, cæleste donum ad appetitum terrenæ laudis inclinare.

Ibid. C ✠ Sicut enim sæpe contingit, vt bona malè, & mala benè proferantur: & Elihu arrogans recta nõ rectè protulit, quia humiles in Dei defensione sententias non humiliter dixit. Vnde & eorũ, qui intrà catholicam ecclesiam inani gloriæ student, non immeritò typum tenet: qui dum se præ cæteris peritos credunt, diuino iudicio de imperitia redarguuntur; quia sicut Apostolus ait: *Si quis se existimat scire aliquid*, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire. Quia enim prima stultitia angeli elatio cordis fuit, vera sapientia efficitur hominis, humilitas suæ æstimationis.

Hoc itaque despecto ad erudiendum Iob verba vtuntur.

Ibid. c. 4. b *Accinge sicut vir.* Lumbos accingere est, vel in opere vel in cogitatione luxuriã refrenare. Sed cũ Iob prędicatum castitate noD uerimus, cur ei dicitur: *Accinge sicut vir fortis lumbos.* i. restringe luxuriã? nisi quia alia luxuria est carnis, alia cordis, qua de castitate atque virtutibus gloriamur. Dicitur ergo ei, vt qui prius luxuriam corruptionis vicerat, nunc luxuriam restringat elationis.

✠ Olym. Ad meum congressum aspirare cupiebas, en tecũ disputo & tuæ postulationi satisfacio.

1 2 3 4

† demõstra Ibid. c. 5. Tribus modis Deus interrogat nos.

c *Interrogabo te, &c.* Greg. Tribus modis conditor noster nos interrogare consueuit. Cum autẽ flagelli

5 6

E

districtione nos percutit, & quanta nobis insit vel desit patientia ostendit. Aut quædam, quę nolumus pręcipit, & nostram nobis obedientiã vel inobedientiam patefecit. Aut aliqua nobis occulta aperit, aliqua verò abscondit, & nobis mensurã nostræ humilitatis innotescit. Beat⁹ itaq; Iob post interrogationẽ verberũ, discutitur interrogatione sermonis, vt quæ sint superna cõsideret quæ dũ minimè cõprehendit, ad semetipsũ redeat, vt quã sit iuxta nihilũ, supernorũ cõparatione, cognoscat. Humiliãd⁹ enim erat, in qui prostratus vlceribus, sic in virtutibus stabat. Præmittit ergo medicamen superuicturo & in prospera restituendo.

Ibid. d *Vbi er. q. &c.* Greg. Fũdamẽta in scriptura prędicatores, accipim⁹, quosdũ primos domin⁹ in ecclesia posuit, tota in eis sequẽtis fabricæ structura surrexit. Ne ergo Iob de virtutũ suarũpotẽtia F subleuetur, in dominici prima parte sermonis de sanctorũ prædicatorum commemoratione discutitur, vt quanto illos admirabiles venire conspiceret, tanto in eorum comparatione de se vilius æstimaret. Et est sensus: Virtutes fortium cõsidera, meque eorum ante secula autorem pensa: & cum eos, quos in tempore condidi, mirabiles suspicis, perpende quantum mihi subdi debeas, quem autorem mirabilium sine tempore esse cognoscis.

Ibid. e *Vel quis teten.* Nullus nescit Deum has lineas tẽdere: sed ideo hoc dicitur Iob, vt memoretur, quod poterat nosse, & prætermittere: acuti⁹ pẽsans, dispositionem hominis, nõ in humanis viribus, sed in manu esse Dei, Mensurarum linæ in terrarũ partiG tione

NICOLAVS DE LIRA.

quæ quidem locutio per turbinem designatur, eo quod habet obscuritatẽ annexam. 1 Quis est. *Eliu enim acceperat quasi vices determinantis quęstionem de diuina prouidentia, ad cuius determinationem solus Deus est sufficiens, & ideo arguit eius præsumptionẽ di.* Quis est. *id est, q. d. non est tantus nec talis, quod debeat se de hoc intromittere propter suam sufficientiam, ideo subditur:* 2 Inuolues sen. *Licet enim plura de Dei potestate & sapientia vera dixisset, tamen intricate dixerat, & multa verba contumeliosa contra Iob immiscuerat.*

3 Accinge &c. *Hic consequenter arguit Iob de indiscreta locutione, specialiter in duobus. Primo quia dixerat supra xiij. a.* Disputare cum Diuisio. Deo cupio. *quod dixerat non præsumptuose. sed sicut humilis discipulus disputat cum magistro, quærens amplius doceri ab eo, sicut ibidem fuit expositum, tamẽ ex modo loquẽdi poterat aliter iudicari ab assistẽtibus. sicut & iudicatum fuit, vt patet ex supradictis, quod scilicet dixerat hoc præsumptuose, & volens cũ Deo de pari disputare. Secundo quia commemorando suam iustitiam, ex modo loquendi videbatur assistentibus, quod diceret aliqua in diuina iustitię derogationẽ: Et ideo vtrũque dictum, licet fuerit verum, sicut patet ex supradictis, tamen habuit speciem mali, & fuit generatiuum scandali: ideo dominus primo repre-*
Diuisio. *hendit primum: & secundo secundum, cap. xl. Prima in tres: quia primo excitatur ipsius Iob attentio: & secundo subditur eius reprehensio, ibi,* Vbi eras; *& tertio eiusdem confutatio ca. xxxix. versus finem, ibi,* Et adiecit dominus. *Circa primũ dicitur* Accin. sicut vir. *Homo enim præparando se ad opus corporale, solet lumbos suos accingere, & ideo per hoc designatur metaphorice præparatio ipsius ad attendendum verba domini diligenter.* 4 Inte. &c. *alias ostende mihi. Supra enim xiij. c. Iob quærens cũ Deo disputare, obtulerat ei optionem partis opponentis, vel respondentis: & ideo dominus hic se determinat ad partem opponentis.* 5 Vbi eras quando. *Hic consequenter ponitur arguitio Iob de hoc, quod indiscrete dixerat se cũ Deo velle disputare: Quod fit per hoc, quod hic declaratur incomprehensibilitas diuinæ sapientiæ: & ideo fatuum est cum eo contendere, non solum in facto sed etiam in signo, sicut verba Iob prolata videbantur designare. immensitas ergo diuinæ sapientiæ & potentiæ ostenditur, primo in partibus mundi principalibus: Secundo in animalibus, ibi,* Quis posuit in viscеribus hominis &c. *Principales autem mundi partes sunt corpora cęlestia, & elementa: & ideo primo ostenditur propositum in elementis, quæ sunt nobis magis sensibilia: secundo in cœlis, ibi,* Nunquid coniũgere, &c. *vt sic sit processus ordinatus à magis notis ad minus nota. Prima adhuc in duas, quia primo ostenditur propositum in corporibus elementorum: secundo in dispositionibus eorum, ibi:* Nunquid tenuisti. *Prima in tres, quia primo ostenditur propositum in elemento terræ: secundo in elemento aquæ, ibi,* Quis conclusit, *tertio in aere, ibi,* Nunquid post or. &c. *De elemento autem ignis mentionem non facit. quia non videtur habere sphæram propriam distinctam à sphæra aeris: semper enim videtur in aliqua materia in corporibus mistis, & in aere sursum videtur in exhalationibus siccis, quę igniuntur per motum aeris, sicut patet in stella comata, & Assub ascendente, & descendẽte, & similibus. Circa primum de productione terræ loquitur ad modum ædificij, cuius artifex primo disposuit modum fundamenti, quod notatur cum dicitur.* Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? *Quasi diceret, nondum eras natus: & ideo non potes hoc scire. Secũdo, artifex disponit de quantitate ædificij fundamento superponendi, quod fit per extensionem linæ, & quantum ad hoc dicitur,*

6 Quis posuit mensuras eius &c. *Quasi diceret, non nosti. Quãtitas enim terræ non est determinata ex natura sua, sed posset esse maior & minor. & ideo eius mensura dependet ex sola Dei voluntate. Tertio cogitat artifex, quod ædificium bene posset stabiliri, & quantum ad hoc dicitur.*

1 Super

MORALITER.

† 3 *Accinge sicut vir.* Greg. *Lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continẽtiam coarctamus.* Ergo theologi, quibus Deus præ cæteris loquitur in scripturis sacris, debent præ cæteris esse præcincti cingulo castitatis.

5 *Vbi eras.* Per hanc terram significatur ecclesia, de qua dicitur: Cant. ij. c. *Vox turturis audita est in terra nostra* Huius terræ fũdamenta sunt apostoli post Christum Apocalyp. *Habens fundamẽta xij. & in ipsis xij. nomina apostolorum.*

6 *Quis posuit mensuras eius.* Quæ sunt articuli fidei, ex quibus debent cætera credibilia mensurari.

† *Vel quis tetendit super eam.* Deus, qui eam disposuit per suam prudentiam.

☞ tione tenduntur. In carne autem dominus ad ecclesiam veniens, A mensuras terræ lineis mẽsus est: quia fines ecclesiæ, occulti iudicij subtilitate distinxit. Huius terrę occultæ lineæ, vel mensuræ Act.16.b. tẽdebantur, q̃do prædicatores sancto agẽte spiritu, in alijs mũdi partibus vocabãtur vt irẽt: ab alijs autẽ arcebãtur, ne accederẽt.

lib.28.c.6. a *Super quo.* GREG. Terræ huius bases sãctæ ecclesiæ doctores accipimus, qui omne pondus ecclesiæ fixa b morum suorum gra- c uitate sustentant. d

Ibid. b *Vbi eras.* Vt animus e iniqui, puluis: ita iusti f terra, cuius fundamẽ- g tum est fides. Ergo v- h bi eras? i. iustificatus à me peccator, re- i cole vbi te inueni, & k

1.Cor. 12.b. B eris humilis. Et quia de bonis etiam homo superbit, mensuram l profectibus Deus ponit: vt per ea q̃ desunt, seruẽtur humiliter quæ adsũt, vnde subditur, *Indi. mi. si h. t. intelligent quis posuit.* Nisi Deus q̃ alij illud dedit, vt ex multis sit vnum corpus. Super animam iusti linea tenditur, dũ ei exempla patrũ monstrãtur, vt suã seruet mẽsuram, ne citra vel vltra eat: super quas bases, id est, animæ intentiones à quibus totum innititur, vnde, *Si oculus tuus fuerit nequã*

Matt. 6. c. *&c.* Hæ in fundamẽto, id est, Christo solidatæ sunt, quia tũc robustius in fundamento solidamur, cum verba Dei ex interioribus præceptis sequimur, & in intimo sensu intelligendo pensamus subdit:

Ibid. c *Quis demisit lap. ang.* Lapis angularis duplex intellectus, vt in præceptis Dei exteriora agamus, vel contemplando intima sẽtiamus. Ad quod noster animus nunquam surgeret, nisi cõditor nostram naturam susciperet, qui in se vtriusque vitæ exẽpla mõstrauit. Et ita est angularis: in vrbibus docet, curat: in mõtibus orat, nec contẽplatio studio proximorũ, nec cura eorum cõtẽplatione deseratur. Cuius incarnationis mysteriũ & angeli mirãtur.

C ✠ NICETAS. Lapis ille Christo domino accomodari debet, qui duos populos vno lapide angulari coniungit.

vbi supra. GREG. Aut quis demisit lapidem angu. eius, illũ qui dum in se, hinc Iudaicum populũ: Illic Gentilem populum suscepit in vna ecclesię fabrica quasi duos parietes iungit. Cum hoc non de mũdi, sed ecclesiæ conditione potest dici: patet & præcedentia non de origine mundi dici debere. Et cum multa dixit de constructione ecclesiæ, adiecit quomodo etiam inimicę nationes adiunctæ sunt.

Ibid. c. 7. Allegoricè. Angeli & homines simul laudauerũt, domino incarnato. d *Cum me.* Incarnationis enim Christi mysterium, etiam electi angeli mirati sunt: quia qui primi in tempore creati sunt, nõ immerito astra matutina dicuntur. Vel quia sæpe ad exhortandos homines missi, dum venturum mane nuntiant, ab humanis cordibus præsentis vitæ tenebras fugant. Quæ matutina astra etiam cum vespertinis, Redẽptoris potentiam laudant, qui cũ redẽptis in fine mundi hominibus largitatem supernæ gratiæ glorificant.

✠✠ BEDA. Astra & filij Dei angeli intelliguntur, qui in natiui- D te Saluatoris exultauerunt, sicut ait angelus ad pastores: *Ecce* lib.3.c.7. *euangelizo vobis gaud. magnum &c.* Dicuntur autem angeli astra matutina, quia inter creaturas rationales primi facti sunt, in die, qui est Christus: & filij Dei sunt non tenebrarum. Tunc voce magna *laudauerũt me omnes angeli Dei*, quẽ- 1 † fixæ admodum & in illius ouiculæ, humani generis salute laudantes 2 Deum gauisi sunt. 3 Omnes itẽ fideles astra sũt matutina propter vigiliam matutinam in qua dominus resurrexit, vel pro incipiente in eis gratiæ 4 nouæ lumine, vnde & 5 neophyti dicuntur. 6 E

Ibid. c. 7. Bene dicũtur laudare angeli, & homines iubilare.

a ¶ Occulti iudicij. b ¶ Nisi super me. c ¶ Doctores vel prophetæ.

¶ Quia & duos populos inter se. & vtrosque angelis sociauit.

a ¶ Cum vespertinis, id est, electis hominibus. b ¶ Quid mari fecit Deus. subdit.

¶ Vt non videret quid agit.

a ¶ Contra illud sæuiens.

7 tetendit super eã linẽã? Sũper quo bãses illius † solidatæ sunt? Aut quis demisit lapidẽ angulare eius, cùm me laudarent si- mũl astra matutina, & iubilarẽt omnes filij Dei? Quis cõclusit ostijs mare, quando erũpebat quasi de vulua procedens: cùm ponerẽ nubẽ vestimẽtum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerẽ? Circũdedi illud terminis meis, & põsui

e *Et iubilarent.* GREG. Iubilatio dicitur, cũ cordis lętitia, oris efficacia non expletur. Laudant itaque angeli, qui iã tantę claritatis latitudinem in sublimibus vidẽt: Iubilant vero homines, qui adhuc in inferioribus oris sui angustias sustinent. Quæ quia futura dominus nouerat, facta narrat. Sed quia cum boni iubilant, malos inuidia inflammat: quos tamen Deus temperat, de quibus protinus subditur.

† *Quis conclusit.* Mare, seculum: vuluæ autẽ nomine, occulta & malitiosa carnalium cogitatio designatur. Per hanc vuluã praui concipiunt, cum mala cogitant: Per hanc pariunt, cum mala quæ cogitauerunt, operantur. Ibid. c. 8.

g *Erumpeb.* Cum minarũ secularium fluctus de carnalis iniquitate cogitationis cõcepti in sanctę ecclesiæ interitũ sæuirẽt: Sed autore Deo, ostijs hoc mare cõclusum est, quia contra tumores persequentiũ sancti viri, quasi quædã ostia, oppositi sunt, vt eorũ miraculis iræ persequentium frangerentur, & ecclesia staret; de quo mari sequitur. Ibid.

h *Cum po.* Mare sæuiẽs nube induitur, quia crudelitas persequẽtium stultitiæ suæ velamento vestitur, & lucem veritatis videre non sufficit. Et quia superna dispensatione constringitur, ne cõtra sanctos inquantum voluerit effrenetur, sequitur. Ibid. c. 9. Mare, F

i *Et caligine il. q. pan. infan. obuol.* Pannis infantiæ pedes ac brachia constringũtur, ne huc atq; illuc dissoluta libertate iactẽtur; quia persecutores ecclesiæ, instabilitate cordis iniqui puerilia quidẽ faciũt: sed occulta dispensatione cõstricti, quò volũt, brachia nõ extendũt, & si cuncta mala perpetrare leuiter appetunt, nequaquam implere permittuntur.

k *Circun.* Quia iras persequentium iudiciorum suorum dispẽsatione modũcat.

l *Et posui vestem.* Doctores sancti, prædicatione sequentibus aperti, autoritate sua resistentibus clausi, ostia vocantur: quia & ingressum fidelibus aperiunt, & rursum se perfidis, ne ingrediantur, opponunt. Per vestem autem, cuius oppositione ostia solidantur, incarnatus dominus designatur, quia hæc ostia con- Ibid.

☞ tra

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Super quo bases illius. *Basis autem terræ est centrum mundi. Quarto artifex ponit lapidem angularem in fundamento, cui alij lapides possint ex diuersis partibus coniungi, & quantum ad hoc additur:*

2 Quis dimisit lapidem. *Lapis iste intelligitur pars terræ propinquior centro, cui aliæ partes per circumitum annectuntur.*

Angeli filii. Dei dicũtur 3 Cum me laudarent, &c. *Id est, angeli, qui in scriptura filij Dei dicuntur, vt habetur in principio huius libri. & etiam astra matutina: quia à principio simul creati fuerũt cum cœlo empyreo ante distinctionem elementorum. Et hoc inducitur hic ad ostendendum, quod productio terræ non fuit necessaria ad manifestationem diuinæ sapientiæ & gloriæ, cum iam ante ab angelis laudaretur.*

4 Quis cõcl. ost. ma. *Hic cõsequẽter ostẽditur immẽsitas diuinæ sapiẽtiæ in elemẽto aquæ, quod secundũ conditionem naturæ suæ à principio terram circũdedit: sed ex diuina dispensatione factum est, vt aquæ congregarentur in locum vnum, vt sic appareret arida ad habitationem hominum & animalium, vt habetur Gene. j. & hoc est quod dicitur:* Quis conclusit ostijs, *Id est, certis terminis,*

5 Mare, *In quo scilicet congregantur aquæ.*

6 Quãdo erũpebat quasi de vul. proc. *Id est, ex occulto diuinæ dispositionis. Describit autẽ productionẽ aquæ per motũ pueri nascentis, eo quod aqua est maxime formabilis in res viuas: vnde & semina hominum & animalium cæterorum sunt humida.*

7 Cũ ponerem nub. vesti. *Nubes enim generãtur ex exhalationibus humidis, quæ maxime eleuantur à mari: & sic nubes & caligo fiunt super mare.*

8 Circundedi illud terminis meis. *id est, terminis à me dispositis.*

9 Et posui vestem. *id est, clausuram per ripas & altas & solidas, ideo subditur.* ✠ 1 Et

MORALITER.

† 1 *Super quo bases.* Istæ bases sunt doctores hæreticis resistentes, fundati super doctrinam Christi.

2 *Aut quis dimisit lapidem.* Deus pater, mittens filium suum tanquam lapidem angularem, Iudæos & Gentiles in vna ecclesia cõiungentem,

3 *Cum me laud. simul astra. &c.* i. angeli sancti cantantes in natiuitate Christi: Gloria in excelsis Deo, &c. Lucę ij. d.

4 *Quis conclusit ostijs mare, &c.* Mare significat præsens seculũ, cuius ostia sunt natiuitas hominis, & eius mors, per quas ingreditur & egreditur mundum.

7 *Cum ponerem nub. vesti.* Nube vestitur & caligine, nam inuoluitur obscuritate multiplicis ignorantiæ.

9 *Et posui vestem.* id est. timorem seruilem,

† His

tra sæuientis maris impetum tantùm valentiora oppoſuit, quantùm ea ſua obſeruatione roborauit.

a *Et oſtia.* GREG. de oſtijs pro confirmatione repetit. Sed ſi mare ſeculum generaliter accipis, ſecundò dominus oſtia oppoſuit, prius lege frenans poſt euangelio, & hoc de vulua, id eſt, cùm ſeculũ origini vicinũ creſceret. Et tũc nube veſtiuit, quia tunc nõ apertè lucem oſtẽdit, & rudes conſtrinxit pannis, i. præceptis figuralibus, & timore: & propter immoderatas euagationes terminis, id eſt, limitibus præceptorum circũdedit. Et quia motus hominum miſſo mediatore compeſcuit, addit:

a ¶ Gloriam Chriſti & reuerentiam prædicatorum.

vẽctem & oſtia, & dixit: Vſq; huc venies, & nõ procedes amplius, & hîc confringes tumẽtes fluctus tuos. Nũnquid †poſt ôrtum tuũ præcepiſti diluculo, & oſtendiſti aurorę lõcũ ſuum?

a ¶ Etiam tu.

a ¶ Per incarnationem electos illuminat.

¶ Reprobos damnat.

†Et tenuiſti cõcutiẽs extrema terræ, & †excuſſiſti impios ex ea? †Reſtituetur vt lutũ ſignaculũ, & ſtabit ſicut veſtimentũ.

¶ Fecerat de luto ſignaculum: nunc & econuerſo. Reſt. vt lu. ſi.

b *Poſui vẽtem.* Chriſtũ, qui oſtia, id eſt, præcepta agẽdo ſolidauit, & amplius mare nõ procedit: vnde addit. *Mare vidit & fugit.*

Et hic confringes. Fracta vnda in ſe reliditur, cùm nequitia victa ab ipſo qui egit accuſatur.

c *Vſque huc venies* Quia nimirum iudicij occulta mẽſura eſt, & quando perſecutionis procella proſiliat, & quando quieſcat: ne aut non exagitata electos non exerceat, aut non moderata in profundum mergat.

d *Et hic.* Cum notitia fidei vſque ad proſequentes extenditur, turbati maris tumor ſedatur, ibiq; fluctus ſuos mare frangit, quia ad cognitionem veritatis veniens, omne quod nequiter egit, erubeſcit. Sed quia idcirco hoc ad beatum Iob dicitur, vt de tot virtutibus gloria cordis eius premeretur, hæc moraliter etiam diſſerantur.

e *Quis concluſit.* Mare eſt cor noſtrum furore turbidum, rixis amarum, elatione tumidum.

f *Quando erumpebat.* Vulua prauæ cogitationis adoleſcentia eſt, de qua dicitur: Senſus & cogitatio humani cordis, prona eſt in malum ab adoleſcentia ſua. Solus autem dominus oſtijs mare concludit, quia ptauis motibus cordis, clauſtra inſpiratæ formidinis obijcit.

g *Cùm ponerem.* Tumultuoſum cogitationibus cor noſtrũ nube veſtitur, quia ne in æternam quietem pure conſpiciat, inquietudinis ſuę confuſione tenebratur.

h *Et caligine.* Quia à contemplandis ſublimibus, adhuc teneris ſenſibus ſuæ infirmitatis ligatur. *Circundedit illud.* Terminis ſuis dominus hoc mare circundat, quia cor noſtrum adhuc corruptionis ſuę moleſtia & cura turbulentum, ſub menſura cõtemplationis humiliat: vt licet plus appetat, vltra tamen quam ſibi conceditur, nõ aſcendat. Vel, quia illicitos motus cordis reſpicit & in quibuſdam eos à conſenſu prohibet, in quibuſdam etiam à delectatione reſtringit: Nimirũ fureti mari terminos imponit, vt nequaquam in opere exeat, ſed intra ſinum mentis tentationum ſubmurmurans ſe vnda colligat. *Poſui vẽtem.* Per oſtia virtutes, per veſtem, robur charitatis accipimus. Hæc itaque oſtia, ſcilicet virtutes, mare ſæuiens diſſipat: niſi ea ex occulto mẽtis oppoſita charitas aſtringat. *Vſque huc venies & nõ procedes.* Quia dũ electus quiſq; & tentatur vitijs, & tamen facere male ſuggeſta renititur, quaſi mare clauſũ tenetur. Quod etſi intus tumultuoſis cogitationum fluctibus mentem percutit, ſtatuta tamen bene viuendi littora non excedit.

i *Nunquid poſt ortũ.* GREG. Subaudis, vt ego. Ortus diuinitatis Chriſtus antè & pòſt non habet: ortus verò humanitatis habet. Per hunc ortum, locũ ſuum aurora cognouit, quia cognouit eũ diluculũ. Vel, aurora à tenebris in lucẽ vertitur diluculi. Vel, auroræ nomine eccleſia deſignatur. Vel, quia, aurora noctem quidẽ præterijſſe nuntiat, nec tamen dici claritatem integram oſtẽtat: quia & quædam iam quæ lucis ſunt agimus, & tamen in quibuſdam adhuc tenebrarum reliquijs non caremus.

† à diebus tuis.

† excutiãtur impij.

k *Et oſtẽdiſti.* Locus auroræ eſt perfecta claritas viſionis internæ. Locum ſuum aurora conſiderat, quando ſancta eccleſia ad cõtẽplãdam conditoris ſpeciem flagrat. Bene autem poſt ortum locũ proprium auroræ oſtendiſſe ſe perhibet, quia futurę retributionis beatitudinem, priuſquã ipſe per corpus innoteſceret, in paucorum mente continuit.

l *Et tenuiſti cõcutiens.* Extrema terrę dominus tenuit, quia in fine ſeculorum, ad deſtitutam iam & alienigenis regibus ſubditã ſynagogam venit: Atque ex illa impios excuſſit, quia fidei prædicamenta renuentes, etiam à carnalis ſacrificij gloria repulit. Vel extrema terrę tenuit, quia legis doctores deſerens & excutiens, id eſt, fortiter damnãs, piſcatores ſumpſit. Recte autem extrema terræ cõcuſſit & tenuit, quia cum infirma corda humilium pio timore terruit, nequaquã ea diſtincto iudicio dereliquit: & quia extrema Iudęę in apoſtolis tenuit, ex ea impios excutit, quia ſcribas & Phariſæos impietatis ſuæ merito exigẽte reprobauit, vnde adhuc ſequitur.

✠ ✠ BEDA. *Et excuſſiſti impios ex ea.* De eccleſia loquitur, cuius fundamẽta ſuperius memorauit: de qua in extremis terræ, id eſt, in nouiſſimo ſęculo excutiendi ſunt peccatores, vt ipſe dominus loquitur per prophetã *Concutiam in omnibus gentibus domũ Iſrael, ſicut concutitur in cribro.* Nempe Deus prę magnitudine virtutis ſuæ vtraque manu tenẽs margines terræ, quaſi cribrũ huc atque illuc concutit, ſiue excutit, vt impios velut paleas & lolium excutiat à frumento iuſtorum. Proinde hæc omnia operantis non ſolùm fortitudo, verùm & iuſtitia demonſtratur.

m *Reſtituetur vt lu.* Dominus plebem Iſraeliticam lutum reperit, quam obſequijs Gentilium deditam in Ægypto ſeruientẽ lateribus inuenit: quam dum cognitionis ſuæ ſcientia impleuit, dũ in prophetia clauſum continuit, quicquid de ſe veritas in fine reuelauit, quid aliud quam ſeruandi myſterij ſignaculum fecit? Sed dum poſt diuina ſecreta plus terram quam veritatem dilexit, ad lutum Ægypti rediit. Lutum ſe poſt ſignaculum in oculis veritatis exhibuit, cum per impietatis malitiam accepti verbi myſteria perdidit, & terrena ſapere elegit.

n *Et ſtabit ſicut veſtimentum.* Groſſiora veſtimenta cum induta fuerint, quia induentis membris bene applicata non inhærent, ſtare referuntur. Iudæa igitur circa notitiam veritatis ſtetit, quia ſeruire de domino oſtẽdit: ſed adhærere ei per charitatis intelli-

☞ gentiam

Tit. 1. c. 2. Ibid. c. 3. Ibid. c. 3. Amos. 9. Ibid. c. 4. Ibid.

Ibid. in fine. Moraliter. Gen. 8. d.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et hic confringes. *quia fluctus maris confringuntur ad rupes in littore exiſtentes.*

2 Nunquid poſt. *Hic conſequenter oſtenditur immenſitas diuinæ ſapientiæ & poteſtatis in aere, cum dicitur.* Nũquid poſt ortum tuum præcepiſti diluculo, *vt appareret ſic ordinate in aëre ſecundum diſpoſitionem.*

3 Et oſtendiſti auroræ. *vt ſic appareat in diuerſis locis ſecundũ varium ortum ſolis in eſtate & hyeme & temporibus mediis. Dicitur autem diluculum principium diei, quando primo incipit lux ſolis apparere: Aurora vero, quando lux ſolis procedens irradiat vapores exiſtẽtes in aëre in orientali parte. Omnia iſta præmiſſa ſunt ad oſtendendũ inſufficientiam ipſius Iob ad comprehenſionem diuinorum operum, & per conſequens quod non ſit idoneus ad diſputandum cum Deo.*

Aurora.

4 Et tenuiſti. *Hic conſequenter oſtenditur immenſitas diuinæ ſapiẽtiæ & poteſtatis in quibuſdam effectibus diuinis in elementis: & primo in terra dicens,* Et tenuiſti concutiens extrema terræ, *id eſt faciens terræmotum tua virtute, in quo concutiuntur exteriores partes terræ.*

5 Et excuſſiſti impios. *quia aliquãdo terręmotus ſit à Deo ad punitionem impiorum.*

6 Reſtituetur vt lutum. *Lutum enim diuiſum cito reunitur, ſic ſi aliquando per terræmotus ſit aliqua ſciſſura, ceſſante terręmotu recluditur.*

7 Et ſtabit ſicut veſtimentum. *Quod ſtat in integritate ſua poſtquam eſt excuſſum: ſic & terra poſt talem concuſſionem per terræmotum.*

☞ 1 Aufe-

MORALITER.

☞ 1 *Hic confringes tumentes fluctus.* confractio fluctuum, eſt mutua contentio ſuperborum.

2 *Nunquid poſt ortum tuum præcepiſti dilucu.* ſubintelligitur ſicut ego præcepi, & ſimiliter in ſequentibus. Diluculum autem eſt diei principium, propter quod primi credentes Chriſto ſignificantur per ipſum. Ergo Chriſtus poſt ortum ſuum diluculo præcepit, quando diſcipulos ad prædicandum miſit: Et auroræ locũ ſuum oſtendit, quando matrem ſuam ſuper angelos collocauit. Et extrema terræ concuſſit, quando principes orbis fidei ſubiugauit. Et impios excuſſit, quando per Romanos populum Iudaicum captiuauit.

☞ gentiam noluit. Vbi apertè ſubditur.

A a *Auferetur ab impijs lux ſua.* GREG. Quia dū credere veritatē renuunt, cognitionem legis in perpetuum amittunt. Scriptū eſt enim: *Excæca cor populi huius, & aures eorum aggraua.* Et quia de operibus legis ſe extulerunt, ſubditur. Lib. 29 c. 5. Eſa. 6. c.

b *Et brachium excelſum.* Excelsū brachiū conteritur, quando prędicata fidei gratia ſuperba legis operatio reprobatur. Poſſunt & aliter hæc omnia dici, vt ſequitur:

Concutiens ex. Res concuſſa huc & illuc agitur, ſic Iudæa fuit, per alios dicens, quia bonus; per alios, non, ſed ſeducit turbas. vel terra eſt eccleſia, cui⁹ extrema domūs ſub antichriſto cōcutit, & tamē tenēs nō deſerit: Ibid. c 6. Allegorice.

B à qua tūc impij cadēt, q. ſpecie tenus intus ſunt, & qui ſignaculū ſunt, dum fideles videntur, ad lutum quod ante fuerunt, redeūt.

Et ſtabunt. id eſt, in malo perſiſtent.

Sicut veſtis. id eſt, breui tempore, quia cito veteraſcūt. Vel ſtare vt veſtis dicitur, vt nō poſſe ſtare mōſtretur, quia veſtis induta per corpus tēſa videtur, exuta cōplicatur: ita qui in eccleſia ſtat, exutus iacet abiectus, hæc autem obſcura iam aperit dum dicit:

Auferetur lux. id eſt, ſimulata vel vera fides, quam male viuendo tenuerant: & tunc *Brachium* eius, id eſt, Antichriſtus ipſe cōteretur. Vel homines ſaltem in extremis timore concutit, & cōuerſos tenet, & impios motus ab eis excutit: & culpæ vindictam mors comitatur, in qua homo, qui erat ſignaculū & imago Dei, lutum fit: Et hoc lutum vſque ad reſurrectionem perdurabit, vt veſtis exuta & inanis à ſpiritu: hæc pœna ſpecialis eſt ſuperbiæ, ſed quia communis, ideo proprium eius additur:

Lux tollitur. id eſt, gloria vitæ & celſitudo cordis conteritur: C ſed in morte iuſtis eſt lux.

c *Nunquid ingreſſus.* Ac ſi diceret: Vt ego, qui non ſolum mare: id eſt, ſeculum, per aſſumptam carnem & animam petij, ſed etiā per eam ſponte in morte poſitam, vſque ad vltimum profundū deſcendi. Ibid. c. 7. Deſcenſus Chriſti ad inferos.

✻ METHO. Multi in abyſſum deſcenderunt, vt quaſi vincti tenerentur, ſolus Chriſtus Dominus illud deambulauit.

✻ CHRYS. & IVLI. Geſta hæc ſunt quando in infernum Dominus deſcendit, vt, qui illic erant, ſpiritibus prædicaret.

✻ THEOPH. ALEX. Splendorem, quo ijs, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedebant, ſeſe oſtendit, commemorat: quando autem dicit, inhorruerunt, admirationem declarat. Nam & animarum, quę illuc delapſæ erant, domicilium diuinitatis ſuæ luce compleuit.

d *Et in nouiſſ.* GREG. Sicut aquarum abyſſus nulla noſtra viſione cōprehēditur, ita occulta inferni, nullo à nobis cognitionis sēſu penetrantur. In nouiſſimis ergo abyſſi Deum deambulare, eſt in loco Vbi ſuprà.

a ¶ Aliàs confringetur. b ¶ Vt ego propter hominem retrahendum in infernum.

Auferetur ab impijs lux ſua, & brachiū excelsū cōtēretur. Nūn

a ¶ Hæc ſunt profunda maris.

quid ingreſs⁹ es profundū maris, & in nouiſſimis abyſſi deam-

a ¶ Ad ſingula loca electorum.

bulaſti? Nūquid apertæ ſunt tibi portæ mortis, & oſtia † tenebroſa vidiſti? Nūquid conſideraſti latitudinē terræ? Indica mihi ſi noſti omnia, in qua via habitet lux, & tenebrarū quis locus ſit, vt ducas vnumquodque ad terminos ſuos, & intelli-

a ¶ Non debet extolli in his, quæ agit, qui neſcit quomodo huc venit, vel quomodo vel quādo exibit.

gas ſemitas domus eius. Sciebās tunc quòd naſciturus eſſes,

dum per occultationis ſuæ tenebras non videtur, deceptis mētibus viam mortis aperiunt: quę tenebroſa oſtia dominus videt, quia immundorum ſpirituum fraudulentam malitiā, & reſpicit. & premit, & nos videre facit, vt caueam⁹. Vel, tenebroſa oſtia dominus videt, cū clauſtra inferni penetrans crudeles ſpiritus perculit. *Moraliter.* Vel in profundum, id eſt, corda prauorum, etiam deſperatiſſimorum Deus intrat & compungit & vitia quaſi fluctus calcat, vnde confeſſio naſcitur, & portæ, id eſt, cogitationes prauæ domino aperiuntur, & ſic intrat, & oſtia id eſt, latētia mala cernit, quibus deſtructis virtus dilatat prius anguſtos: quæ latēdo cōſiderāda eſt, quia aduerſis preſſa latet, ſed Deus videt. Vel, cōſidera quā lati ſunt iuſti, & deſine de te gloriari. Sed ad id quod dictū eſt ſupra in alia ſententia reuertamur, & dicamus, quia ideo hoc additur, quia poſt mortē & reſurrectionem eius eccleſia creuit. vnde ait. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 †vel, vmbrę mortis. Moraliter. E

f *Nunquid conſideraſti.* Dū enim dominus anguſtias mortis petijt, fidem ſuam in gētibus dilatauit, acſi diceret: Perpende quod pertuli, & penſa quod emi. Ne cōqueraris de verbere, dū neſcis quæ tibi præmia maneant in retributione.

g *Indica mihi ſi noſti.* Iuſtitia lucis nomine, iniquitas per tenebras deſignatur, Et eſt ſenſus: Si plenam ſcientiam te habere ſuſpicaris, dic cuius mentem veniens impleat. Ibid. c. 8.

h *Et tene.* id eſt, iniquitas in quo cęca perduret.

i *Vt ducas.* id eſt, diiudices, ſi vel is, qui nunc iniquus cernitur, in iniquitate vitam finiat: vel is, qui iuſtus cernitur, extremitatem F vitę ſuæ cum iuſtitiæ protectione concludat.

k *Et intelligas.* id eſt, diſcernas cui bona actio perſeuerans, æternam manſionem præſtet in regno, vel quem vſque ad ſuum terminum ſua actio conſtringens, in æternum damnet ſupplicium. Domus quippe pro manſione ponitur: Semita pro actione quæ ad domum ducit. De tam valida autē quæſtione requiritur, quæ ab hominibus omnino ignoratur, vt aliorum finem cognoſcere non valens, idem de ſuo ſentiat.

l *Sciebas.* Ac ſi diceret apertè, quid mirum ſi terminum non intelligis, qui nec initiū cōprehendis? Vel, ſciebas, ſcilicet vt ego, qui me naſciturum noui, quia & antè eram vt Deus: ſed quia homo tunc eſſe incipit, cum in ventre naſcitur, ſe naſciturum neſcit. Cur ergo homo qui ortum ſuum præſcire non potuit de flagellis queritur, ſi qui præſciuit, ad ea natus eſt? Ibid. c. 10.

☞ a *Nun-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Auferetur ab impijs. *quia aliquando pereunt in terræmotu, vt prædictum eſt.*

2 Et brachium. *id eſt, poteſtas ſuperborum, qui aliquando in terræmotu opprimuntur.*

3 Nunquid ingreſſus es prof. maris. *Hic oſtenditur propoſitum in effectibus qui fiunt in aquis, cum dicitur:* Nunquid ingreſſus es, *ad videndum ea quæ ibi latitant.*

4 Et in nouiſſimis abyſſi, *id eſt, in remotiſſimis partibus oceani, vbi nullus vnquam nauigauit.*

5 Nunquid apertæ ſunt tibi portæ mortis. *id eſt, inferni, qui à ſanctis deſcribuntur eſſe ſub aquis in inferioribus terræ.*

6 Et oſtia. *Idem notatur per tenebroſa oſtia, quod per portas mortis.*

7 Nunquid conſideraſti latitudinem terræ, *quæ ſecūdum aſtrologos accipitur ab auſtro in aquilonem: vbi nullus vnquam hominū potuit tranſire ab vno termino in alium, quia torrida zona intermedia eſt impertranſibilis propter exceſſum caloris.*

8 Indica mihi. *Hic oſtenditur propoſitum in effectibus qui fiunt in aere, inter quos primum locum tenet diffuſio lucis de die, & tenebrarū de nocte: & quantum ad hoc dicitur,* Indica mihi ſi noſti. *q. d. tu videris hoc ſentire, in eo quod voluiſti cum Deo diſputare.*

9 In. &c. in qua via habitet lux. *id eſt, naturā & proceſſum ipſius.*

10 Vt ducas vnum. *omnia enim inferiora per effectum lucis, ſolis, & ſtellarum, generantur; & per ſubtractionem eius, quod fit in tenebris, corrumpuntur, & ſic ad ſuos terminos deducuntur.*

11 Sciebas tunc. *q. d. non: quia cognoſcere, præſupponit eſſe.*

1 Et

MORALITER.

† 1 *Auferetur lux ſua.* nā à Iudæis ablata eſt cognitio legis vera.

2 *Et brachium.* quia templum, in quo confidebant Iudæi, fuit deſtructum.

3 *Nunquid ingreſſus es prof. maris.* Per maris profundum intelligi poteſt cor impium. Eſa. lvij. b. *Impij quaſi mare feruens.* Igitur Deus ingreditur maris profundum, quando conuertit ad ſe cor prauum.

5 *Nunquid apertæ ſunt tibi portæ mortis.* ſicut apertæ sūt mihi ad inferos deſcendenti, & ſubintelligitur non: & ſimiliter in ſimilibus præmiſſis, & ſequentibus.

7 *Nunquid conſideraſti latitudinem terræ.* ſicut ego, qui per latitudinem terræ gentes ad fidem vocaui.

8 *Indica mihi ſi noſti.* q. d. tu neſcis, ſed ego ſcio in quo habitat lux gratię, & tenebræ culpæ: per quas iuſti ducūtur ad gloriam, & reprobi ad pœnam.

11 *Sciebas tunc quod naſciturus eſſes?* Chriſtus autem inquantum Deus præſciuit ſe temporaliter naſciturum, & huius vitæ ordinem & modum.

† 1 *Nun-*

☞ a *Nunquid ingressus.* GREG. In niue vel grandine, frigida ac dura intelligenda sunt corda prauorũ, quæ dominus præparauit in tẽpus hostis, in diẽ pugnæ & belli, vt cũ aduersarius noster diabolus tentare nititur, eorum motibus, quasi suis cõtra nos armis vtatur; vel, quia dominus multos electos intra prauorum vitã nouit repositos, quia de talibus sanctos facit:

In niue vel grandine thesauros habere se phibet. Ac si diceret, Nulli te de operibus præferas, qui de his quos intueris, adhuc per culpam frigidos, quantos operatores iustitiæ & defensores rectę fidei fim factur⁹ ignoras: quod qa per aduentum mediatoris agitur, Sequitur:

Per quam viam. Ipse est via qui ait. *Ego sum via:* per hanc viã spargitur lux, quia per eius pœnitentiã Gentilitas illustratur. *Spargitur* autem dixit, quia non angustata, sed latè fulgens lux prædicationis emicuit.

Diuiditur æstus. Sparsa luce ęstus diuiditur, dum dona spiritus dispariliter, quibus accẽdantur, singuli accipiunt; vel, postquam lux spargi dicitur, diuiditur æstus super terram: quia cũ lux prædicationis inclaruit, mox à perfidorum cordibus ardor persecutionis exarsit, vbique sparsus. Vel iustitia est lux; quod spargitur non est continuum, ita in hac vita lux, dum hæc scimus, hæc nescimus. Sed dic qua via, id est, quo ordine iustitiã in cordibus infundo, cum modo hac, modo illa virtute impleo? Nescis, spiritus vnde veniat, vel quò vadat. Contra lucem mox æstus tentationis surgit, quia diuiditur, quia alius hoc, alius illo vitio tentatur sibi vicino.

Quis dedit vehem. imbri. Diuiso æstu, cursum vehementissimo imbri dedisse, est inter persecutionis angustias prędicationis impetum roborasse. Hic imber est aliquando, sed cursum non habet, quia prædicatio ad aures venit: sed cessante interna gratia, ad corda audientium non pertransit.

✻✻ BEDA. Hic vehementissimus imber, Saluatoris est Euãgelium, qui emisit eloquium suũ terræ vt velociter curreret sermo eius. Hic imber in montibus Hierusalẽ de imo terræ in sublime surrexit, & eleuãtibus eũ sanctis & apostolicis nubibus in omnẽ terram sermo domini velut aqua & fluẽs copiosè cucurrit. Aura quoque sibi afflante Spiritus sancti in varijs signis atque virtutibus viam sibi fidei fecit in nationibus, terrore nominis Dei atque miraculorum tonitruo prędecedente. Idque in deserto, hoc est in nationibus doctrinam copiosè dominicæ prædicationis effudit, *vbi nul. hom. fuer. commor.* quoniam nullus prophetarum à Deo ad gentes fuerat missus.

e *Et viam so.* Per tonitruũ prædicatio superni terroris accipitur, quem dum percipiunt humana corda, quatiũtur. Tonitruus etiam dicitur Christus, qui ex patrum conueniente prophetia, quasi cõcursione nubium, nobis prolatus est; qui terribiliter insonuit, vnde & apostoli filij tonitrui vocati sunt.

f *Vt plue. su. te.* Diuiso æstu, deserta absque homine terra, compluitur: quia dispersa in Iudææ regionibus persecutione fideliũ, derelicta dudum, & quasi ab infusione rationis aliena, prędicationis guttis Gentilitas irroratur. In qua quia legislator non fuit, & qui rationabiliter Deum quæreret non fuit, quasi homo nullus fuit.

g *Vt im. inu. & d.* GREG. Inuia Gentilitas fuit, ad quam via Dei verbo non patuit. Desolata vocata est, vel ratione consilij, vel fructu boni operis, dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitrui, vt in deserto plueret & impleret inuiam & desolatam, & produceret herbas virentes: id est, exteriori prædicationi internam aspirationẽ contulit, vt corda Gentilium arescẽtia virescerent, clausa patescerent, inania complerentur, infœcũda germinarent. Vel, quisque, qui ante, non corde verbum Dei accipit, terra deserta est, quæ non habet hominẽ, id est, sensũ rationis, vel, si aliquando est, non ibi commoratur: sed & tales cõpungit Deus, & implet, & illi fructum reddunt. Hoc loco autem herbas virentes, sanctæ doctrinæ scientiam, vel congruas operationes accipimus.

h *Quis est pa.* Pater pluuiæ dominus dicitur, quia superna prędicatio non de nostro merito, sed de eius gratia generatur: Stillæ sunt prædicatores: quando enim prædicationem temperãt infirmis, quasi rorem tenerum aspergũt. Quando vero ea quæ de supernis sentiunt, virtute qua præualent loquuntur, quasi vbertim manantem pluuiam fundunt.

i *De cuius.* Dicto quæ gratia vocata est Gẽtilitas: subdit, quæ districtione Iudęa repulsa est, quia si est misericordia, & est iudiciũ; in gelu enim & glacie, torpore perfidiæ cõstricta accipimus corda Iudæorum, qui veniente domino feruorem fidei & charitatis amiserunt, & à secreto gratiæ sinu proiecti, quasi glacies de vtero creatoris egressi sunt.

k *Et gelu.* quia Iudæos quos naturaliter bonos condidit iusto iu- ☞ dicio

¶ De malis fiunt nix, id est, candidi, & grando hostem feriens & ideo nulli te præferas.

a & numerum dierum tuorum † noueras? Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti: quæ præparaui in tẽpus † hostis, & in diem pugnę & belli? Per quam viam spargitur lux, diuiditur † æstus super terram? Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonanti tonitrui, vt plueret super terram absque homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur, vt impleret inuiam & desolatam, & produceret herbas virentes? Quis est pater pluuię, vel quis genuit stillas rõris? De cuius vtero egressa est glacies, & † gelu

¶ Frigoris. ¶ Duritiam. a ¶ Vt per ea nos impugnet & purget. ¶ Nisi ego. a ¶ Quanto crescit persecutio, tanto & prædicatio. ¶ Vehementissimus est, qui facit omnia quę hic sũt sperni: æterna diligi. b ¶ Vt cor pungat. c ¶ Datiuus est. a ¶ Vt facit imber & tonitruus. b ¶ Quæ est. a ¶ Adhuc gratia Dei altius commendatur. a ¶ Qui in tenebris huius vitæ nos infundit.

† multorũ. † angustiæ. † Eurus ventus orientalis. † pruinam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et numerum dierum. *qui non potest sciri determinatè ab aliquo homine, nisi ex diuina reuelatione, cum nihil incertius sit mortis tempore. Consequenter procedit ad effectus qui sunt in medio interstitio aeris, dicens:*

2 Nunquid ingressus es thesaur. *Thesauri niuis dicuntur exhalationes humidæ, ex quarum congregatione generantur niues, & etiam grandines, quando congelantur frigore.*

3 Quæ præparaui in tempus. *Id est, ad punitionem hostium in bellis. Hoc modo fuit debellatus Sisara cum exercitu suo, vt habetur Iudi. iiij. & Philistæi orante Samuele, vt habetur j. Reg. vij. Et quia post tẽpestatem sequitur serenitas, ideo subditur:*

4 Per quam viam. *quantum ad sui claritatem in aere.*

5 Diuiditur æstus super. *quia ad diffusionem lucis sequitur intensio caloris. Consequenter procedit ad effectus ventorum, quibus impelluntur nubes & pluuiæ, dicens:*

6 Quis dedit vehementissimo imbri. *hoc habet ex impetu venti eum propellentis: sed impetus venti vlterius reducitur in dispositionem diuinam, quę non est ad plenum inuestigabilis à nobis.*

7 Et viam. *dicit viam, quia sonitus tonitrui non est sicut rei permanentis in vno loco, sed transeuntis de loco ad locum: cuius causa finalis subditur, cum dicitur:*

8 Vt plueret. *quia pluuia communiter sequitur tonitruum.*

9 Super terram absque. *id est, quæ non colitur ab aliquo homine, vt sic animalia syluestria haberent herbam ad comedendum, ideo subditur:*

10 Et produceret. *& quia fecerat mentionẽ de vtilitate pluuiæ, ideo subditur de causa effectiua ipsius, dicens:*

11 Quis est pater pluuiæ. *Ros autem & pluuia differunt tantum secundum paucitatem & multitudinem materiæ: & per consequens eadem est causa effectiua, differens secundum maius & minus.* Differunt ros & pluuia.

12 De cuius vtero egre. est gla. *quæ est causa materialis ipsius: & loquitur ad similitudinẽ animaliũ, in quorũ generatione vterus fœminæ præparat materiam.* 13 Et gelu. *id est, quæ causa ipsius effectiua:* ☞ *quia*

MORALITER.

† 2 *Nunquid ingressus es.* Huiusmodi enim Deus ingreditur cum homines prius frigidi per ipsum feruidi efficiuntur, & sic ad bellum contra dæmones præparantur: & sic in eis apparet per quam viam spargitur lux diuinæ claritatis, & diuiditur æstus feruidæ charitatis.

6 *Quis dedit vehementissimo imbri cursum?* Christus qui doctrinam apostolorum miraculis confirmando fecit efficaciter currere per

rere per mundum.

8 *Vt plueret sup. terram.* i. super Gentilitatem, in qua pauci, aut nulli rationabiliter erant viuentes: vt puta, simulacris seruientes.

10 *Et produceret herbas viren.* id est, sanctas operationes.

11 *Quis est pater: pluuiæ.* Deus, qui dat pluuiam sanæ doctrinæ, & rorem consolationis internæ.

12 *De cuius vtero?* ipsius Dei qui dat timorem filialem fluxum concupiscentiæ restringentem.

☞ dicio per eorum malitiam frigido à se exire permisit. Cœlum antiqui fuerunt patres, de quorum progenie hi frigidi processerũt: quos Deus genuisse dicitur, quia cum bonos cõdidisset, iuste eos propter malitiã à se exire permisit. Vel, glacies & gelu est Sathã, qui de calore secretorum Dei malitia frigidus exiuit: ipse gelu de cœlo est cõditus, qui in cœlestibus conditus à summis ad ima cecidit, frigore corda sequacium cõstrictus: qui aquas, id est, apostolos, in sui similitudinẽ, qui lapis est durat: cuius consilia fraudulenta à seductis nequeunt cognosci. & hoc est: *Et su.* aliud extra patet, aliud intus latet: bona est persuasionis eius species, quasi solida desuper glacies: sed profunda malitia subtus est.

a ¶ Dum gentes molliescunt, Iudæi durescunt; quod occulto agitur iudicio, vnde Apostolus. O altitud. &c.

a de cælo quis genuit? In similitudinem lapidis aquæ durantur, & superficies abyssi constringitur. Nunquid † con-

¶ Vt ego.

iudicio. 29. c 15. a *In similitudinẽ.* GREG. Aquas apostolos, lapidis nomine Gẽtiles accipimus. Et est sensus: Illa mollia & penetrabilia fidei corda Iudæorum, in insensibilitatem vertuntur gentiũ. Sed quia ex occulto Dei iudicio fiunt, sequitur.

B b *Et superficies.* Quia superiecto quodam ignorantiæ nostræ velamine, incomprehensibilitas diuini iudicij humanæ mẽtis oculo nullatenus penetratur.

Ibid. Moraliter. *De cuius vtero.* Dum mentẽ hominis Deus in suo timore formauit, concipit: dum ad apertas virtutes prouehit, gignit: sed si extolluntur, relinquit, & frigidi de vtero exeunt, id est. à visceribus pietatis. Hæc egressio in iudicio, quia modo tolerat eos in sinu ecclesiæ, vnde Iob humiliari debet. Cœlũ est eloquiũ Dei, cuius sciẽtiam sepe dat Deus: sed qui inde superbit in ipso eloquio cęcatur, & duratus ad ima corruit, & alios cõstringit: hos Deus gignit, nõ quod culpã faciat, sed quia ab ea nõ liberat: sed quia relicta vera imago virtutis tenetur, pro laude hominum aqua in similitudinem lapidis duratur

Ibidi *Et superficy. abyssi.* Aqua per glaciẽ in superficiem durescit, sed intus fluida est: sic corda eorũ fluxa: foris per hypocrisim se fortes ostendũt imitatores fortium: vel, compluta terra (ne semen luxuriet in herba) de vtero, id est, secretò: gelu, id est, tentationes

C producit, vt quo tardius, per humilitatẽ fructus surgat vberius: & cum in cælo sit mens, solis ęternis intenta, frenatur gelu humanæ infirmitatis. Si tamen has tentationes opprimit, & se in quodam rigore viuendi componit, vt si intus fluxæ cogitationes lacescunt, ad consensum operis non trahant, sed quadam duritia premantur, & abyssum cordis fluctuantem superductus rigor premit: Vel, glacies & gelu præsentis vitæ aduersitas, quę sanctos cõprimit, vt valẽtiores sint in ęstate ęterna: & qa sola, pspera soluunt, aduersa solidant. Aquæ in similitudinem lapidis durantur, id est, infirmus per tolerantiam iam passiones Christi imitatur: & quia exterius pressus melius interna custodit, superficies abyssi constringitur, id est, mens ad conseruanda profunda dona ad-

Rom. 11. d. uersitatibus munitur: vt Paulus, ne in laudibus diffluerет, aduersa tolerans arcana sua texit.

Ibid. c. 16. c *Nunquid coniungere.* Constat hoc nullum hominem posse, sed tamen de his Iob interrogatur, vt humilis ad Deum refugiat, qui solus hoc posse ostenditur. Pleiades à pluralitate vocatę sũt, quę & vicinæ sibi, & diuise sunt, per quas, quæ septem sunt, sanctos omnes denũtiat, qui inter vitæ præsentis tenebras spiritus septiformis gratiæ nos lumine illustrant: qui à mundi origine vsque ad eius terminum diuersis tẽporibus missi, quasi disiũcti sunt, & coniũcti per intentionẽ mẽtis, dum vnũ prædicãt. Acsi dicat: *Nũ quid coniungere valebis mi. stel. Ple.* sicut ego, qui vnus omnia impleo: & vnitatis sensu electorum mentes coniugo.

D

d *Aut gyrũ.* In arcturo qui per gyrũ suum nocturna spatia non casurus illustrat, neIbid. quaquã particulatim edita vita sanctorum, sed tota simul ecclesia designatur, quæ fatigationes quidem patitur, nec tamen ad defectum proprij status inclinatur. Gyrum laborum tollerat, sed ad occasum cũ tẽporibus non festinat, sed illa stante nox mũdi finitur. Hũc gyrũ quandoq; domin⁹ dissipat, quia labores Ecclesiæ ad requiẽ permutat: tunc Pleiades plenius iungit, quia tunc sancti omnes, visionis sibi specie copulabuntur, quãdo in fine seculi ecclesia ab his, quos nunc sustinet, laboribus soluetur. Habem⁹ adhuc quod de stellis Pleiadibus atq; arcturo aliud sẽtiamus. Pleiades quippe ab oriẽte, arcturus vero ex parte aquilonis surgit: Quocunq; autẽ se per gyrum arcturus verterit, Pleiades ostẽdit, & cũ lux diei iã vicina efficitur, stellarũ ei⁹ ordo distẽditur. Potest igitur per arcturũ qui

E à plaga frigoris nascitur, lex: per Pleiades vero, quę ab oriẽte surgũt, testamẽti noui gratia designari: quasi enim ab aquilone lex venerat, quæ tanta subditos rigiditatis asperitate tenebat. Nã dũ pro culpis suis alios præciperet lapidib⁹ obrui, alios gladij morte mulctari, plaga torpẽs velut à sole charitatis aliena præceptorum suorũm semina plus premebat ex frigore, quam ex calore nutriebat. Nec mirũ quod per arcturi septem stellas testa. vetus exprimitur, quia & in veneratione legis dies septimus extitit venerabilis, & per hebdomadam integram constituti sacrificij vota tendebãtur. Pleiades vero, quæ sicut superius dictum est septẽ sunt, testamenti noui gratiã tanto apertius indicãt, quanto cũcti liquido cernimus, quod per illam fideles suos spiritussanctus septiformis muneris lumine illustrat. Quacũq; igitur arctur⁹ se vertat, Pleiades semper ostendit: quia per omne quod testamentum vetus loquitur, testamẽti noui opera nũtiãtur: sub textu enim literæ, tegit mysterium prophetiæ. Redẽptor autẽ noster in carne veniens Pleiades iunxit: quia operationes septiformis spiritus simul in se cunctas & manentes habuit. Nullus vero hominũ ope-

F rationes sanctispiritus omnes simul habuit, nisi solus Dei mediator & hominũ, cuius est idẽ spiritus, qui de patre ante secula processit. Dũ vero Pleiades iũgit, arcturi gyrum dissipat: quia dum semetipsum factum hominem habere cũctas sanctispiritus operationes innotuit, in testamento veteri literæ laborem soluit, vt fideliter quisque iam cum libertate spiritus illud intelligat, cui prius in formidine inter tot discrimina seruiebat. Audiat itaque beatus Iob: *Nunquid constringere valebis, &c.* Acsi aperte diceretur: Habere quidem lumina quarundam virtutum potes, sed nunquam exercere simul omnes operationes sanctispiritus sufficis. *Aut etiam gyrum arcturi potes dissipare?* Ac diceretur: Et si iã quæ recta sunt sentis, nunquid virtute tua etiam quæ est in alienis cordibus laborẽ grossioris intelligentiæ destruis? Me itaque considera qui carnalium stulta eligo, dum me per carnis stultitiã manifesto, vt tanto magis hæc, quę putas, tuarum virtutũ fortia

☞ humi-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *quia influxus corporum cœlestium est causa effectiua omnium istorũ, vt habetur j. Meteororum, vbi dicitur quod tota elementaris regio contigua est lationi astrorũ, vt omnis virtus eius gubernetur inde. Omnia autem prædicta hic posita sunt ad ostendendum, quod non sunt inuestigabilia ad plenum naturali ratione: licet enim philosophi de causa istorum aliqua dixerunt in generali, tamen hoc fuit obscurè, & imperfectè, vt frequenter dictum est supra, ideo subdstur:*

1 In similitudinem lapis. *Nec vnquam fuit dictum perfectè à quocunque homine in speciali & declaratum, quomodo res tam mollis & fluida possit intantum solidari: & si aliquis esset qui non vidisset, nullo modo crederet dicenti: sicut & de motu ferri sursum ad magnetem cõtra naturam suam; & ideo quia causa talium determinata ignoratur, dicitur quod habent hoc à tota specie, id est, à proprietate consequente speciem sed qua sit illa proprietas determinate nullus dicit.*

2 Superfic. abyssi. *id est, oceani.*

3 Constringitur. *quia in partibus aquilonaribus quæ sunt valde frigida, superficies eius prope ripas aliquando congelatur.*

4 Nunquid coniungere. *Hic consequenter ostenditur immensitas diuinæ sapientiæ & potentiæ in corporibus cœlestibus: in quibus vnum est mirabile, quod stellæ fixæ habent situm ita determinatum & motum quod nunquam appropinquant sibi adinuicem magis vno tempore quã in alio: & quantum ad hoc dicitur,* Nunquid coniũgere valebis micantes stellas Pleiades. *Circa quod sciendum, quod Pleiades septem sunt stellæ adinuicem valde propinquę, & à vulgaribus hominibus vocantur gallina cum pullis suis: & quamuis sint multum propinquæ in situ, nunquam tamen coniunguntur, & adhuc minus possunt cõiungi aliæ stellę, quæ magis distant abinuicem.*

5 Aut gyrum. *Arctarus est quædã constellatio, quę voluitur circa polum arcticum, & vocatur maior Vrsa, cuius circumitus non potest impediri nisi à solo Deo. Aliud autẽ mirabile in cœlo est in motibus planetarum, & maxime in motu Veneris, quia aliquando oritur ante solẽ, quasi deserta à sole, velociorem motum versus orientem habẽte: & secundum hoc vocatur Hesperus siue stella matutina, siue lucifer, aliquãdo autem oritur post solis occasum, quasi deferens ipsum, velocius motu versus orientem, & sic dicitur vesperus, & quantum ad hoc dicitur:*

☞ 1 Nunquid

MORALITER.

† 4 *Nunquid coniungere valebis.* id est, patres noui testamenti & veteris, quos solus Deus coniunxit in fide mediatoris.

† ligare poteris. i. maturescere facere fructus delicatos Vergiliarum: vel, vinculũ Vergiliarũ aut ferotinos fructus orionis aperire facies.

5 *Aut gyrum arcturi poteris.* Id est, cœtum apostolicum, quem Deus quodammodo dissipauit, quando per orbem eos ad prædicandum dispersit.

5 Aut

† 2 Nunquid

☞ humilis, quantò nec veſtigia meæ infirmitatis comprehendis.

A a *Nunquid producis, &c.* Greg. Pater in tempore ſuo lucifelib.19.c.17. rum produxit: quia cum venit plenitudo temporis, miſit filium ſuum, qui natus ex virgine, velut lucifer inter tenebras noſtræ Gal. 4. noctis apparuit: quia fugata obſcuritate peccati, æternum nobis mane nuntiauit.

Moraliter. Quotidie electis lucifer oritur, & reprobis veſper. quia ſermo Dei credentibus lux, inuidētibus tenebræ.

Ibid. b *Et veſperum ſuper filios terræ conſurgere facies.* Veſperū ſuper terrę filios conſurgere dominus facit, quia B infidelibus Iudæorū cordib⁹ dominari Antichriſtum eorū merito exigente permittit: qui idcirco à domino huic veſpero iuſtè ſubduntur, quia ſua ſponte filij terræ eſſe volunt, terrena quippe & non cæleſtia requirentes, à perſpicienda luciferi noſtri claritate cæcati ſunt. Quod quia occultis iudiciis agitur, quæ in hac vita ab hominibus comprehendi non poſſunt, ſequitur:

Ibid.c.18. c *Nunquid noſti ordinem.* ordinem cæli noſſe, eſt ſupernarū diſpoſitionum occultas prædeſtinationes videre; Rationem eius in terra ponere, eſt ante humana corda talium ſecretorum cauſas aperire. Et eſt ſenſus: Cuncta quæ pateris, tantò tolerare patientius debes, quantò ſecretorum cæleſtium ignarus, cur hæc pateC ris, neſcis.

lib.30.c.1. d *Nunquid eleuabis in nebulam.* Vocem ſuam ad nebulam dominus leuat, quando per prædicatorum ſuorum linguas ad caliginoſa corda in fidelium exhortationem format: eumque aquarū impetus operit, dum bene agentia membra eius, turba reſiſtentium populorum ſæuitia prem.it. Per ſemetipſum ad nebulam vocem leuauit, quando perſecutoribus multa figuris ænigmatum velata prædicauit. Ad hanc eleuationem vocis eum impetus aquarum operuit, quia contra illum mox ſæuiens turba

3.Reg.8.b. ſurrexit: vnde, *Nebula impleuit domū domini*, id eſt, obſcuritas, & ideo ſacerdotes non poſſunt debitum miniſterij peragere.

e *Nunquid mittes fulgura.* Fulgura de nubibus exeunt, ſic mira opera ex ſanctis prædicatoribus oſtenduntur. Vadunt fulgura cū prædicatores miraculis coruſcant, & ſuperna reuerentia auditorum corda transfigunt: vnde, *Ad locum vnde exeunt flu. reuer. vt iterum fluant.* quia ſancti à viſu Dei propter nos exeunt, ſed mox ad contemplationem recurrunt; Aliter enim prædicatio ſiccaretur, quia ibi ſumūt quod propinant. Reuertētia verò dicunt, adſumus cum non ſibi, ſed Dei virtutibus tribuunt quicquid egiſſe ſe fortiter cognoſcunt. Vel mittuntur & vadunt, cū à ſecreto contemplationis ad publicum operationis exeunt: Reuertuntur & dicunt Deo, adſumus, quia poſt opera exteriora ad contemplationem recurrunt.

Ibid. c. 2. D Ecclſ. 1. b. †planetas. † cum filiis ſuis. i. ſtellis minoribus. E † Quis numerauit cęlos in ſapientia, & lagenas cęli. i. nubes plenas aquę deſcendere faciet.

f *Quis poſuit in viſceri.bus.* Galli, prædicatores ſunt, qui inter tenebras preſentis vitæ huius ſtudent venturam lucem prædicando, quaſi cantando, nuntiare. Ac ſi diceret: In cor hominis humana ſapientis, ſupernæ ſapiētiæ gratiam quis infundit? vel ipſis ſāctis prędicatoribus, quis niſi ego intelligentiam dedit? vt ſciant quando vel quibus debeant venturum mane nuntiare.

✠ ✠ Beda. Hoc in loco alij multò aliter legunt: *Quis dedit mulieribus texturæ ſapientiam, & varietatum ſcientiam?* de quibus dicitur Exod. 35. *Sed & mulieres doctæ dederunt quæ nouerant in opus tabernaculi.* Contueamur hic officiorum varietatem eſſe F contextam per diuerſas in toto mundo eccleſias, per quas alibi coniugati, alibi continētes, alibi virgines, hi per eleemoſynas, illi per crucem & mortificationem carnalium cupiditatū, illi per ſcientiam ſcripturarum multiplicibus Sancti ſpiritus gratijs, velut diuerſis coloribus totum Chriſti corpus exornant, ſibique æternæ gloriæ & immortalitatis veſtimenta conficiunt. Huiuſmodi veſtimenta iſtæ ſpirituales mulieres operantur. i. ſanctæ animæ, ſiue eccleſiæ per diuerſa regionum ſpatia conſtitutæ.

lib. 3. c. 7.

g *Quis enarrabit cælorū.* Sicut intelligentiæ, ita & locutionis

Ibid. c. 5.

☞ autor

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nunquid producis. *id eſt, facies oriri ſtellam Veneris.*

2 In tempore ſuo. *id eſt, ante ortum ſolis tempore determinato.*

3 Et veſperum. *id eſt, eandem ſtellam.*

4 Super filios terrę, *poſt ſolis occaſū. q.d. non. Ratio enim huius varietatis in ortu eius, & ſimiliter aliarū varietatū circa planetas ab homine non cōprehenditur: licet enim ad ſaluandum talia apparentia aſtrologi poſuerunt in circuitione motuum planetarū eccentricos & epicyclos, tamen non habetur ex hoc certitudinaliter, quod iſta ab eis poſita ſint cauſa talium varietatū, quia forſitan per alium modum prædicta apparentia æque bene, vel melius poſſent ſaluari. Aliud mirabile eſt, quod ex motu corporū cæleſtium ſequitur varietas effectuū in elemētis: quorum rationes in cęlo præexiſtentes nō poſſūt ab hominibus plenè cōprehēdi, nec ad effectus determinatos plenè applicari; & ideo dicitur.*

Nunquid noſti ordinem cæli, &c. *& quia in opinione vulgi tonitrua & fulgura, quę fiunt in aere ex corporis cæleſtis influxu, ſunt magis mirabilia, quia terribiliora; ideo ſubditur.*

5 Nūquid ele. *id eſt, cauſabis vocem tonitrui, qui in nube generatur.*

6 Et impetus aquarum operiet te. *quia ad tonitruum ſolet ſequi magnitudo pluuiarum, quę operit cęlum ne videatur à nobis.*

7 Nūquid mit. fulg. *i. diſpones de eis ad voluntatē tuā, quaſi eſſent in obedientia tua; omnia prędicta poſita ſunt, ad oſtendendū, quod Iob indiſcretè locutus fuerat dic.* Diſputare cū Deo cupio, *eo q. diuina ſapiētia ab homine nō poſſit perſcrutari, vt patet in effectibus prædictis.*

8 Quis poſuit. *Poſtquam oſtenſa eſt immenſitas diuinæ ſapientiæ, & potentiæ, in partibus mundi principalibus, hic conſequenter oſtenditur idem in animalibus: & primo quantum ad ea quæ pertinent ad cognitionem; ſecundo in pertinentibus ad nutritionem, ibi,* Nūquid capies; *tertio quantum ad generationem, in principio xxxix. ca. quarto quantum ad aliquorum animalium & auium mirabilem cōditionem, ibi:* Quis dimiſit onagrum. *Inter animalia autē homo tenet principatum, & ideo ab eius cognitione incipit dicens:* Quis poſuit in viſceribus hominis ſapien. *Id eſt in mente eius quę latet interius, ſicut & viſcera.*

9 Sapientiam. *quaſi diceret: Solus Deus, qui dedit ſibi lumen naturale intellectus, per quod poteſt acquirere ſcientiam eorum, quæ poſſunt ſciri & inueſtigari per rationem: & aliquando illuſtrat per ſpecialem reuelationē, quantū ad ea, quæ excedunt naturalē conditionē. Deriuātur enim aliqua prudentia ad animalia bruta, & aues ad aliqua opera determinata, ſicut aranea ad faciendum telam, & auibus ad faciendū nidos, & ſic de aliis, hoc tamen ſpecialiter oſtēditur in gallo, qui eſt auis nota & domeſtica, cum dicitur.* 10 Quis dedit gallo int. *qui ſic horis in nocte determinatis cantat, ac ſi intelligeret horarum noctis diſtinctionem. Vocatur autem talis æſtimatio naturalis in gallo,* intelligētia, *eò quod procedit ab intellectu diuino: Et hoc etiam modo, opus naturæ dicitur opus intelligentiæ, vnde ſubditur:*

11 Quis enarrabit. *ſcilicet gallo.*

12 Cælorum rationem. *id eſt motuum cæleſtium ordinem, vt ſic de-*

☞ *termina-*

MORALITER.

† 1 *Nunquid producis luciferum tempore ſuo.* Dicunt aliqui aſtrologi, quod lucifer & heſperus ſunt eadem ſtella, ſic nominata, eò quod aliquando apparet in mane, aliquando in veſpere: & ſignificat Dei filium, qui mane in ſuo aduentu primò apparuit, & ſecundò tanquam ad veſperum apparebit.

5 *Nunquid noſti ordinem cęli.* Hūc ordinem Deus nouit, & rationem eius in terra poſuit, quando militantem eccleſiam ad ſimilitudinem triumphantis inſtituit: propter quod eius filia nominatur.

6 *Nunquid eleuabit ad nebulam vocem tuam.* Hoc autem dominus fecit, cum caliginem ignorantiæ ab apoſtolis amouit: & tunc impetus aquarum, id eſt ſpirituſſancti donorum in ſuo corpore myſtico ipſum operuit.

8 *Nunquid mittes fulgura.* Deus autem fulgura miſit, quando diſcipulis autoritatem prędicandi & dęmones expellendi conceſſit, & reuerſi ad eum cum gaudio dixerunt: *Dæmones in nomine tuo ſubijciuntur nobis,* Luc. x. c.

9 *Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam.* Per hominem & gallum prædicator doctus poteſt intelligi, cui Deus dat ſapientiam & notitiam temporum prædicandi.

11 *Quis enarabit cœlorum rationem.* Chriſtus dicit Ioann. xiiij. *In domo patris mei manſiones multæ ſunt,* ſecundum meritorum diſtinctionem.

autor est Deus, quæ cum se per speciem ostendet, cessabit: vel A modò narrat cę ra. dum superna secreta electis insinuat.

lib. 3. c. 5. a *Et cõcentũ cæli.* GREG. i. hymnos & gaudia angelorum à reprobis absondit: quod tamẽ latius innotuit, cùm Christus apparẽs, & indignos assumpsit, & eos qui digni videbantur exclusit; vnde *quando puluis*, id est, peccatores, *in terra*, id est ecclesia solidati sunt, *& glebæ cõpingebantur*, id est, insusione spiritus vniti sunt charitate: vel glebæ secundũ diuersa merita, vt virgines, coniuges &c. Hæc autem ecclesia spretis Iudeis gentes rapit, non suis, sed viribus Dei.

†fũdebatur

† congregationem.

† Psal. 146.

& concentum cæli quis dormire faciet? † Quando † fundabatur puluis in terra, & glebę cõpingebantur? Nunquid capies leænæ prædam, & † animam catulorum eius implebis, quando cubant in antris, & in specubus insidiantur? † Quis prępa-rat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum vãgantes, eò quòd non habeant cibos?

a ¶ Id est occultantur in suis cogitationibus, dum opportunitas venit. Capti verò per alios magna fame esuriunt.

a ¶ Quia charitas vnum cor ad multos diuidit. ¶ Alias vagientes.

lorum vota satiauit. Ipsi quippe catuli, pro mẽtis teneritudine & B formidinis infirmitate passo dño foribus clausis propter metum Iudeorũ residebãt, sicut de illis scriptũ est: *Cũ fores essẽt clau. &c.* Ioan. 20. c. Ibid.

b *Quando cubant in antris.* Clausis foribus quasi in quibusdam abiti specubus catuli mundum rapturi cubabant, cùm apostoli necdum spiritu 1 solidati firma autori- 2 tate prædicabant: sed 3 contra aduersarios quasi in antris insidiabantur, vt animarum prædam postmodum 4 præsumentes diriperent. Sic & alij post 5 eos cubant, tẽpus do- 6 cendi præstolantes. 7

† Quando roborabat terram in medio centri, & partes eius cõiungerentur: vel, dũ foderet terram, vt esset fortis, & ad fundamẽtũ mundi &c. Ibid. c. 8.

c *Et glebæ compingebantur.* Quia nimirũ firma corpora ex puluere collecta surgunt.

Ibid. c. 7. d *Nunquid capies leæna.* Leæna est ecclesia, quæ gentes rapuit, & in suo corpore cõuertit. Huic dominus prædã rapit, vt animam catulorũ eius impleat, quia ad augmentum huius innumeros de Gentilitate diripuit, & per animarum lucrum esurientia apostolorum

f *Quis præparat coruo escam suam.* Corui nomine, peccatis nigra Gentilitas designatur. Iste coruus esca fuit, dum ipsum ecclesia quæreret: sed nũc escam accipit, quia ipse ad E conuersionem alios exquirit; Cuius videlicet pulli, id est, prædicatores ex eo editi, non in se præsumunt, sed in viribus sui redẽptoris.

✠ CHRY. Dicitur Coruus propter ingluuiem suos non alere filios, illorumque curam deserere: Illos vero penuria cibi oppressos, naturali quadam apud Deum voce vti, & paruis quibusdam, quæ intra nidum procreantur, bestiolis nutriri.

g *Quando pulli eius clamant ad.* Nihil enim sua virtute possunt.

h *Vagantes eo quod non habeãt cibos.* In hac vagatione nihil aliud quam æstuantium prædicatorum vota signantur: qui dum in ecclesiæ sinũ recipere populos ambiunt, magno ardore succẽsi, nũc ad illos colligendos desideriũ mittunt. Potest per coruum, nigra per infidelitatis meritum plebs Iudaica designari, cui dum pulli eius clamant, esca præparatur: quia dum apostoli exorant, plebs F dudũ perfida ad cognitionem fidei ducitur, & ex prædicatione filiorũ quasi ex pullorum voce satiatur. Sed & cũ pulli vagãtur, inde escam coruus inuenit, quia dum per laborem prædicantiũ cõuersam Gentilitatem Iudaicus populus respicit, ad extremum quandoque stultitiã suę infidelitatis erubescit. Coruus est prędicator euangelij, qui magna voce clamat, memoriã peccatorũ & infirmitatis suæ nigredinem gestans. Hic discipulos non plene Moraliter. pascit de secretis sublimibus, donec similes sibi, nigredinem humilitatis, & specie volatus sui ostendant: ante patitur eos inedia affici, vt clament ad Deũ, & vagantes in nido, aperto ore cibum expectent. Pro hac discretione largior copia ipsi coruo à Deo datur, non solum enim pro se, sed & pro eis quos nutrit, maiora percipit.

Moraliter. *Quis enarrabit cælorum ratio.* Tunc autem cælorum rationẽ B dominus narrat, cùm semetipsũ nobis quomodo electis spiritibus præsit insinuat: Tũc cælorum rationem narrat, cum detersa mẽtis nostræ caligine clara se visione manifestat, & tunc concẽtus cæli dormit, quia apparente in iudicio retributore operum, exhortationum verba iam cessabunt. Per concentum enim cæli, concors prædicantium sermo signatur: vnde & apertè ipsum resurrectionis tempus adiungitur.

lib. 3. c. 7. ✠✠ BEDA. Multis scripturarum locis laudare Deum elementa dicuntur, pro eo quòd in illorũ dispositione ac pulchritudine Deus vel ab hominibus vel ab angelis prædicetur. Pro hoc honore, qui ei ab ecclesiæ cõgregatione persoluitur, quis alius, quã ipse requiem dabit, quia in scriptura aliquando dormitio dicitur, Esa. 1. *Iustitia dormiuit in ea.* Vel concentum cæli sanctos angelos intelligamus, quorum *concentum* (ait dominus) *quis dormire faciet?* quis erit ille qui eos à perpetuis laudibus, quibus me benedicunt, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, incessãbiliter concinẽtes, vt quasi obdormientes taceant, possit inhibere. Cælorum quoque appellatione scripturæ sanctæ dicũtur, quorum cælorũ rationẽ, mysteriorum obscuritatibus opacã & profundam quis poterit animo perscrutari? aut quis earum vaticinia cessare præcipiet.

Ibid. c. 6. b *Quando fundabatur.* Quæ adhuc futura sunt, quasi præterita dicit: fecit enim quæ ventura sunt. Puluis itaque tunc in terra fũdatur, quando per resurrectionem in solida membra reducitur.

NICOLAVS DE LIRA.

terminatis horis cantet in nocte: quasi diceret, nullus: non enim habet intellectum ad talia addiscendum, tamen in eo apparent opera ex intellectu diuino, qui est autor naturæ, procedentia: sicut & horologia, quæ cognitione carent, tamen determinatis horis sonant, ad hoc dispositæ per intellectum hominis. Considerandum etiam est, quod vigiles de nocte solent determinatis horis cum aliquo instrumento sonare, & intermedijs temporibus silere, vt per hoc faciant horas noctis ab alijs cognosci: quod non potest dici de gallo. i. eo subditur,

1 Et concentum cæli quis dormire faciet *medijs tẽporibus inter principia horarum, vt per hoc faciat cognoscere gallum horas noctis ad cantandum: quasi diceret, nullus: quia nunquam cessat cæli concentus. Considerandum autem quod Pythagorici dixerunt, ex proportione motuum cælestium sonum harmonicũ causari; Sed hoc improbat Philos. ij. cæli & mundi, probans quod ex illis motibus non causatur aliquis sonus; & ideo per concentum cæli non intelligitur hic aliud quam conuenientia motuum cælestium. Et quia ista conuenientia est à principio mundi, ideo subditur.*

2 Quando fundabatur puluis in terra, *id est, à principio producebatur à Deo. Et dicitur hic* puluis. *quia in aliquibus partibus est discõtinuata ad modum pulueris, scilicet in locis sabulosis, & in aliquibus partibus est compacta ex humiditate eam continuante: & quantũ ad hoc subditur:* Et glebæ compingebantur.

3 Nunquid capies leænæ prædam. *Hic cõsequenter ostenditur immensitas diuinæ sapientiæ & potentiæ in pertinentibus ad nutritionem: & primo ponitur exemplum leænæ nutrientis catulos, qui cum sint voraces, mirabile est quod sibi & catulis possit capere prædam ad nutritionem eorum sufficientem: quantũ ad hoc dicitur:* Nunquid capies leænæ prædam? *sibi & catulis sufficientem secundo ponit exemplum de pullis corui, quibus corvus non quærit cibum septem diebus, scilicet donec videat eos nigrescere, & suos esse cognouerit ex nigredine: & interim nutriuntur diuina prouisione, secundum quod dicitur Psa. cxlvj.*

b Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocãtibus eum: *& quantum ad hoc dicitur:*

4 Quis præparat coruo. *id est, pro ipso coruo.*

5 Escam suam. *id est nutritionem, quam aues naturali instinctu ministrant pullis suis,*

6 Quando pulli eius, *scilicet, corui, deserti ab ipso, vt alieni.*

7 Clamant ad Deum, *Non est per hoc intelligendum, quod iste clamor procedat ex cognitione Dei quæ sit in pullis: sed quia quælibet res naturalis, eo ipso quod naturali desiderio appetit aliquod bonum, quodammodo clamat ad Deum, à quo recipitur omne bonum.*

MORALITER.

† 1 *Et concentum cæli quis dormire faciet?* ipse Deus, quando quietem cælorum motibus imponet. Et quoniam hoc erit in tẽpore resurrectionis, sequitur.

2 *Quando fundabatur puluis in terra, & glebæ compin.* tunc enim de terræ puluere reformabuntur corpora humana.

3 *Nunquid capies leęna prædam & animam catulorum eius implebis?* Sicut Christus leo dicitur, sic ecclesia leęna: cui Christus prędam cepit, quando infernum spoliauit. Huius autem catuli sunt apostoli, qui in conuersione multitudinis gentium fuerunt impleti: sed quia tunc frequenter in carceribus recludebãtur, subditur.

† *Quando cubant in antris, & in specubus insidiantur.* scilicet idolatriæ: tunc enim meditabantur de eius subuersione.

4 *Quis præparat coruo escam.* id est. pro coruo, qui dimittit pullos suos sine pastu, quousque sint nigri, sed Deꝰ interim pascit illos. Per coruum, qui est auis immunda, significãtur homines peruersi, qui nolunt bene facere iustis: sed a Deo pascuntur, eo quod à malis hominibus. vacui dimittuntur.

ADDI-

ADDITIO I.

In cap.xxxviij.vbi dicitur in postilla. Quis est iste Eliu enim acceperat quasi vices determinantis quęstionē &c. *Quod autē Eliu in hac quæstione accepisset vices quasi determinantis, non consonat litęræ: sed potius patet per literam, quod ipse tenuit locum opponentis, sicut & alij socij, nisi quia voluit supplere defectum eorum in opponendo. Dicebat enim Eliu supra xxxij.cap.* Quoniam igitur spectaui, & non sunt locuti, nec responderunt vltra, respōdebo & ego partem meam. *Ex quo patet, quod non intendebat se ingerere per modum determinantis, sed opponentis, sicut & alij: sufficientius tamen prout estimabat. Idem patet in c.xxxiij. vbi Eliu dicebat Iob:* Si potes, respondere mihi &c. Ecce & me sicut & te fecit Deus, & de eodē luto ego quoque formatus sum. *Ex quo patet, quod ipse quærebat disputare cum Iob de pari, non autem quęstionem determinare. Vnde ad declarationem huius quod dicitur contra Eliu:* Quis est iste inuoluens sententias, *attendendum est quod Eliu, in hac quæstione in multis defecerat. Primo enim, quia cum ipse conueniebat cū Iob in hoc, quod præmia virtutum, & pœnæ vitiorum erant in vita futura: non debuisset eum condemnare, seu indicare iniustum propter flagella quę patiebatur in hac vita. Credentes enim præmia & punitiones in futuro seculo. nō debent condēnare patientes tribulationes in hac vita. Quia vt dicitur Eccle.ix. a.* Vniuersa æquè veniunt iusto & impio. *vnde ex hoc proprie dicitur Eliu inuoluens sentētias, eo quod sententiā ipsius Iob, asserentis in alia vita esse vera præmia & punitiones, inuoluebat cum sententia amicorum ipsum Iob condemnantium, quæ quidem sententię non consonant adinuicem, vt dictum est: & ideo inuoluere tales sententias iudicatur hic à Deo esse erroneum, cum dicit,* Quis est iste inuoluens sententias.

Item has sententias sic inuolutas miscuit Eliu cum sermonibus imperitis. Primo quia multa erronea asseuerat, sicut cum dixerat supra xxxiij.cap. Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos. *quod propriè intelligitur secundum expositionem Ra. Sa. scilicet quod tribus vicibus tantum recipit Deus peccatores ad pœnitentiam, & non amplius: quod tamen est falsum & erroneum, prout postillator ibidem deducit. Item ex serie illius capituli videtur Eliu asserere, quod tribus modis tantum Deus loquitur homini: Primo scilicet dando ei lumen naturalis intellectus: Secundo per reuelationem in somno factam: Tertio per infirmitatem carnis à Deo immissam, quod tamen est falsum, quia teste Apostolo ad Heb. j. a.* Multifarie multisque modis Deus loquitur. *Item sermones sui fuerunt imperiti, quia per magnam arrogantiam & superbiam processit, prout in additione immediate præcedenti fuit dictum &c.*

ADDITIO II.

In eo.cap.xxxviij.vbi dicitur in postilla. Vbi eras. Hic consequēter ponitur arguitio ipsius Iob. *Secundum postillatorem omnia ista, quæ in hoc loco & sequenti traduntur, ad immensitatem diuinæ sapientiæ & potentiæ pertinentia dicuntur: ad ostendendum quod indiscrete seu fatue se habuerat Iob cupiendo disputare, seu contendere cum Deo. Quod non videtur conuenienter dictum: nam Iob manifeste confitebatur immensitatem diuinæ sapientiæ & potentiæ, vt patet supra xxvj.vbi postquam narrauit multa de mirabilibus naturæ à Deo facta specialiter circa partes mundi principales, non solum visibiles sed etiam inuisibiles, vt cū dicitur ibi,* Spiritus eius ornauit cœlos. *quod exponitur de glorificatione angelorum beatorū, similiter & de eiectione dæmonis dixit:* Obstetricāte manu eius eductus est coluber tortuosus. *quæ pertinent ad magnalia Dei & inuisibilia: quia illa quæ ibi narrauit sentiebat esse pauca seu exigua respectu diuinorum effectuū, idcirco ibidem subdit:* Ecce hæc ex parte dicta sunt viarū eius, & cū vix paruam stillā sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruū magnitudinis illius intueri? *Ex quibus manifeste patet, quod Iob profitebatur immensitatem & incomprehensibilitatem diuinę sapientiæ & potentiæ, quæ in diuinis effectibus apparet: non ergo oportebat de hoc sibi aliquid vlterius probare. Illa enim quæ vnus disputantium per se concedit, non requiritur vt per alterum sibi probentur.*

Item quod Iob cuperet disputare cum Deo, non est de essentia quæstionis, de qua principaliter agitur, scilicet de diuina prouidentia circa actus humanos: sed quoddam est incidens, quod ex indiscreta locutione Iob videtur contigisse: inconuenienter igitur videtur, quod de tali incidente duo capitula ponerentur in determinatione huius quæstionis, nihil tangendo de his quę quæstionem determinandam principaliter respiciunt. Vnde circa hoc aliter videtur dicendum. Pro quo considerandum est, quod Iob in suis proclamationibus querulosis instanter petebat, vt Deus reuelaret sibi causam suę flagellationis, cum ipse credidisset se esse iustum: vnde supra Iob x. cap. Deo dicebat, Indica mihi, cur me ita iudices. *Ad quam interrogationem in multis alijs locis videtur tendere: quam tamen interrogationem seu inquisitionem Deus in hoc cap. & in sequenti ostendit esse irrationabilem per hunc modum. Nam constat quod diuina prouidentia disposuit omnia creata producendo ea secundum mensuram & modum debite correspondentem cuiuslibet rei existentiæ & durationi. Quod exemplificat primo de terra, quæ habitationi hominis, cui loquebatur, est deputata, de quo dicitur,* Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ &c. *q.d. illa quæ pertinent ad existentiam terræ, & eius stabilitatem fuerunt per meam prouidentiam fundata & mensurata & solidata te non existente, nec etiam nunc horum rationem ad plenum comprehendente. Eodem modo intelligendum est quod sequitur.* Cum me laudarent simul &c. *q.d. per meā prouidentiam dispositum est, vt à principio creationis me laudarent astra matutina, & filij Dei iubilarent: cuius prouidentiæ rationē tu plene non scis. Similiter hoc quod sequitur:* Quis concluserit ostijs mare &c. *& omnes aliæ interrogationes quas Deus ipsi Iob facit in his duobus capitulis, tam de partibus mundi principalibus, quam de certis conditionibus aliquorum animalium per hunc modum sunt intelligendæ: scilicet quod omnia illa per diuinam prouidentiam fiunt taliter, quod in suo esse naturali continue perseuerant: de quibus per singula fragilitas humana non sufficeret reddere rationem, nisi solum quod omnia prædicta, & quæcunque similia, per diuinam prouidentiam fiunt, modo & ordine debitis iuxta illud, Sapientiæ.viij.a.* Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. *Ex quo sequitur quod indiscretum est, seu insanum, vt homo quærat à Deo rationem suæ prouidentiæ circa singulares personas humanas, prout Iob petebat de seipso,* Cur me ita iudices. *Sed firmiter tenendum est, quod sicut sapientia seu prouidentia diuina omnia suauiter disponit, licet à nobis ipsius rationes sint incomprehensibiles: sic ipsius prouidentia intelligenda est esse iusta & rationabiliter circa actus humanos, quamuis à nobis non omnino ipsius rationes comprehendantur, iuxta illud Apostoli ad Roma xi. d.* Quam incōprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. *Et sic in his duobus capitulis concluditur, quod de prouidetia diuina circa actus humanos non est causa quęrenda, eo modo quo Iob videbatur petere: & hoc est quoddam proprium & principale circa materiam propositæ quæstionis.*

Considerandum tamen quod licet Iob de indiscreta locutione esset reprehensibilis petendo prædicta, non tamen secundum ipsius rationem deliberatam hoc petebat: dixerat enim supra xiij.ca. mentem suam sociis reuelado, Etiam si occidat me in ipsum sperabo. *Ex quo patet, quod non murmurabat circa diuinam prouidentiam, seu iustitiam ex corde intimo, sed secundum inferiorem rationem & instantiam sociorum: vnde in his capitulis potius reprehendebatur aduersary, qui negando vitam futuram, occasionem prębebant ipsi Iob, vt instanter peteret causam suæ flagellationis, quam ipse Iob. Et ideo finaliter concluditur in vltimo cap. contra eos, quod non fuerant locuti rectum coram Deo sicut Iob.*

De hoc autem quōd Iob indiscrete dicebat se cum Deo velle disputare, fuit reprehensus à Deo in fine xxxix.capit. vbi dictum fuit sibi: Nunquid qui contendit cum Deo, tam facile conquiescit &c. non autem antea &c.

ADDITIO III.

In eodem capitulo xxxviij. vbi dicitur in postilla: Cū me laudarent simul astra matutina, id est, angeli. *Hoc quod dicitur.* cū me laudarent astra matutina, *potest intelligi proprie de syderibus corporalibus, quę dicuntur matutina: quia tunc erant de nouo condita, sicut apud nos astra matutina dicuntur quæ à principio diei solent apparere. Dicuntur autem astra matutina Deum laudare, inquantum scilicet propter sui claritatem, & nobilitatem sunt materia diuinæ laudis: vnde & illis attribuit laudē eo modo quo dicitur in Psal. cxlviij.* Laudate eum omnes stellæ & lumen. *Filijs vero Dei qui sunt angeli, attribuit iubilationem, quę excellentiam quandam laudis importat, inquantum non solum materialiter, sed etiam formaliter Deum laudant. Cōsiderandum etiam, quod ratio, quare inducitur hoc quod dicitur,* Cum me laudarent. *potest esse talis: nam Deus volebat ostendere ipsi Iob fragilitatem humanę conditionis, vt eum reprimeret ab inquisitione aliorum & sublimium ad diuinam prouidentiam pertinentium, vt dictum est: & ideo excitabat eum ad attendendum differentiam inter substantias celestes quæ à principio creationis mūdi Deum laudabāt & iubilabant modo prædicto, & humanam naturam, quę post multas reuolutiones elementorum & mistorum fuit producta, vt haberet in visceribus sapientiam, scilicet scintillam rationis, vt circa finem huius ca. q.d. O Iob, cognosce fragilitatem cognitionis tuæ respectu superiorum substantiarum. Ille enim cum terra fūdaretur, & antequam esset discooperta & disposita ad hoc, vt ex ea fuisses formatus, iam me laudabant & iubilabant: vnde tu infimus & creaturarum vltimus non debes alta inquirere.*

ADDITIO IIII.

In eo.cap.xxxviij. vbi dicitur in postilla. Nunquid considerasti latitudines terræ, quæ secundū astrologos accipitur ab austro in aquilonē &c. *Secundū astronomos cōstat, q. locus terræ, cuius Zenith capitis est polus arcticus & per consequens ipsius orizon, est circulus æquinoctij, habet diem durantē per sex menses: quia sole gradiente per signa*

Latitudo terræ quomodo accipitur.

signa septentrionalia, scilicet à capite Arietis vsque ad finem Virginis, continuè lux eius fertur super terram: & per consequēs est ibi vna dies lucens per sex menses continuos sine aliqua nocte: & in orizonte oppositi seu antipodali, scilicet illius loci, cuius Cenith capitis est polꝰ antarcticus, per prædictos sex menses erunt tenebræ continuæ, cuius contrariū contingit sole gradiente per signa meridionalia. Quæ quidem consideratio est applicabilis huic, quod dicitur hic, Nunquid consideraſti latitudines terræ: *scilicet à loco supposito de directo polo arctico, vsque ad locum suppositum de directo polo antarctico, interque duo loca latitudo terræ comprehenditur. Et sequitur:* Indica mihi si nosti in qua habitat lux, & tenebrarū quis locus sit. *q. d. si tu latitudinem terræ prædictā cōsideraſti, possēs scire* in qua via habitat lux, *sc. per durationem continuam sex mensium:* & quis sit locus tenebrarum, *scilicet locus oppositus, vbi nox durat totidem mensibus: & quia inter ista loca sunt alia intermedia, in quibus secundum distantiam à polis prædictis magis & minus durat latio solis super terram, quod difficile & forte impossibile est, per singula exquisite propter fragilitatem humanæ conditionis inuestigare, ideo subdit:* Vt ducas vnumquodque, *sc. hemisphæriorū intermediorū,* ad terminos suos *scilicet proprios:* Et intelligas semitas domus eius, *scilicet lucis solis, qui cū in meridie circa summum cœli mouetur, tunc quasi perambulat semitas domus suæ. Et quia per motum cœlestium corporum tēpora generationis & durationis corporum inferiorum naturaliter mensurantur secundum Dionysium in quarto de diuinis nominibus, ideo subditur:* Sciebas tūc quod nasciturus esses, & numerum dierum tuorum noueras. *q. d. situ motus prædictos infallibiliter cognouisses à principio, naturaliter posses scire tempus natiuitatis tuæ. similiter & durationis. quod tamen est tibi impossibile vt dictum est: etiam quia non posses aliquid scire antequā esses &c.*

REPLICA. In cap. xxxviij. Circa expositionem huius literę quæ dicitur: Vbi eras. *Burgen. imponit postillatori, quod videlicet dicat Iob fatuè se habuisse in prouocando Deum ad disputandum cum eo: At postillator in toto processu semper excusat Iob sic: si dixit aliqua quæ prima facie videbantur passionalia, quod illa non dixit nisi ex suppositione, qua amici sui errabant & sic deducendo eos ad inconueniens opinioni eorum, intuenti postillatorem apparere potest clare, quod reprehensio, qua Deus reprehendit Iob, non tendit ad aliud, nisi quod ex eius locutione amici sui scandalizati sunt, quamuis Iob non intendebat eos scandalizare: & ideo reprehensio directius est contra scādalizatos quam contra Iob: sicut contra Pharisæos scādalizatos non contra Christum, cuius figuram Iob in multis gessit. Burgen etiam hic se finaliter resoluit, quod ea quæ videntur reprehensibilia Iob, nō dixit ex ratione deliberatiua, sed ex ratione inferiori ad impugnationem aduersariorum: & sic finaliter concedit quod sæpe in processu improbauit. Cætera in quibus circa librum Iob Burgen. notat postillatorem, non sunt digna pertractatione. quia ad claram literæ expositionem modice deseruiunt.*

CAP. XXXIX.

A lib. 30. c. 9. Ibices.

Vnquid nosti tēpus partus ibi. GREG. Ibices parua quadrupedia dicit, quæ in petris morantur & patiūt, & ructia de saxorū cacuminibus in suis se cornibus illęsa suscipiūt. In quibus magistrorū spiritualiū persona signatur, qui velut ibices in petris patiūt, quia in doctrina patrū, qui petræ prosoliditate vocatæ sūt, ad cōuersionē animas gignūt: ipsi velut ibices nullius casus dāna sentiūt, dū in suis cornibus excipiuntur: quia quicquid ruinæ temporalis aduersitatis accesserit, in testamentis se sanctæ scripturæ suscipiunt, & quasi cornuum exceptione saluantur. Ipsi, ceruæ vocātur qui interēptis vitijs quasi extinctis serpētibus viuunt, & de ipsa extinctione vitiorum ad fontem vitę acrius inardescunt. Bene autem Iob de tempore partus ibicum ceruarumque discutitur. Acsi dicatur ei: Idcirco te egisse aliquid sublimiter credis, quia illud tempus necdum præuides quo spirituales magistri in mundum missi, per doctrinam antiquorum patrum filios generant: Nam si illorum fructum, quasi ibicum ceruarūque partus, aspiceres, valde humiliter de tua virtute sētires. Meridiana pars ibices aues vocat, quę Nili fluentis inhabitant: Oriens & occidens, parua quadrupedia. Vel per hæc possunt auditores notari, qui opera pariunt per exēpla fortium patrum. Tempus dicit, quia prius semen Dei in corde concipitur, post formatur, tandem exit in partum: quod quādo fiat nouit Deus qui facit. D

b *Nunquid nosti.* Vt ego: Multi ante tēpus abortiua producunt. *Obseruasti,* quasi diligenter, quia paucorum est pēsare, qui labor, qui dolor sit, quæ etiam cautela. vnde & addit. Ibid.

c *Dinumerasti menses.* Per mēses qui congesti dies sunt, multiplicatę virtutes intelligūtur. quas quia priꝰ in se prædicatores cōgerunt, quasi in conceptu sanctę predicationis menses virtutum fiunt. Quos mēses solus dominus dinumerat, quia eadem bona in eorum cordibus, is q. dedit, pēsat. Et quia iuxta mensurā virtutū effectus iā sequitur fructuū: recte subiungitur. Ibid. c. 10.

CAP. XXXIX.

a ¶ Doctores.

Vnquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obseruasti? Di-

a ¶ Scilicet vt ego. b ¶ Tempus, quia sancti non mox edunt quod intus habent, sed opportune quod Deus agit in mentibus eorum.

numerasti mēses conceptus earum, & sci-

a ¶ Vnde: inclina cælos & sic descende.

sti tempus partus earum? † Incūruantur ad

a ¶ Vt nos ab æterno gemitu & dolore retrahant.

fœtum & pariunt, & † rugitus emittunt. † Separātur filij earū, & † pergunt ad pastū, egrediuntur & non reuertuntur ad eas.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

B † rugitum. † crescunt foris. † Incuruāt se in partubus suis discerpuntur. † Pinguescunt.

d *Et scisti tempus partus earum.* Subaudis, vt ego: quia nimirum dum cordis occulta conspicio, futurum foris effectū operis, intus in pondere cogitationis penso. C

e *Incuruantur ad fœtum.* Prædicatores sancti, nunc quasi ceruæ in dolore partus sunt quia nunc rugiendo in lachrymis semināt, qui incuruantur vt pariant, quia nisi ab immensitate contemplationis internæ ad infirmitatem nostram descenderent, nunquam filios procrearent. Ibid. F

f *Separantur filij earum & pergunt.* Quia ipsi, qui patrum prædicatione nascuntur, aliquando doctores suos pariendo præueniunt. Ibid. c. 11.

g *Et pergunt ad pastum.* Quia de corporibus exeuntes illa pabula internæ viriditatis inueniunt: Egressique iam non redeūt, quia ☞ angu-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXXIX.

Diuisio.

NVnquid nosti. *Hic consequenter ostenditur immensitas diuinę sapientiæ in pertinentibus ad generationem, faciendo mentionē ibicum & ceruarum, in quibus est aliquid hominibus ignotum, eo quod ibices habitant in rupibus, vbi non est hominum accessus, & ibi pariunt: Similiter ceruæ habitant in magnis nemoribus inter densitatem arbustorum, & ibi pariunt: & hoc est quod dicitur,*

1 Nunquid nosti tempus partus ibicū, *quæ sunt capræ syluestres.*

2 In petris. *id est. in rupibus petrosis & cauernosis vbi lupi non possunt accedere.*

3 Vel parturientes ceruas obseruasti? *loquitur de eis ad modum mulierum, quæ in partu indigent obseruatione obstetricum; sed diuina prouidentia in animalibus, maximè syluestribus, supplet istud officium, vnde subditur:*

4 Dinumerasti menses conceptus ea. *q. d. non; obstetrices inquirunt de tempore conceptus mulierum numerando menses, vt melius prognosticent de tempore partus earum.*

5 Incuruantur ad fœtum, *quia Deo prouidente facilius pariunt animalia quam mulieres: non tamē sine aliqua difficultate, ideo subditur,*

6 Et rugitus emittunt, *in signum afflictionis.*

7 Separantur filij earum, *satis cito à consortio matris,*

8 Et pergunt ad pa. *ad quærendum sibi victum, ideo subditur,*

9 Egrediuntur, & non reuertuntur ad eas. *quasi absoluti & emancipati a cura parentum: non sic autem est in hominibus, sed multo tempore oportet pueros esse cum parentibus pro victu, & vestitu habēdo, & doctrina: quæ non possunt habere à seipsis.*

☞ 1 Quis di-

MORALITER.

† 1 *Nunquid nosti tempus partus ibicum.* Per ibices & ceruas, quarum conceptus sunt hominibus occulti, significantur humiles, nōdum tamen perfecti, qui bonos conceptus, & actus suos studeant abscondere, timentes ex hoc inaniter gloriari.

† 1 *Quis*

☞ angustias præsentis vitæ euadentes, vltrà à doctoribus prædicationem vitæ accipere non quærunt.

lib. 30. c. 12. a *Quis dimisit onagrũ liberũ.* GREG. Nunc ad eorũ vitam, qui remotæ conuersationis secreta appetunt, verba vertuntur, quos onager, qui in solitudine moratur significat, qui aptè liber dicitur, quia magna est seruitus negotiorum secularium, quibus mens vehemẽter atteritur, dũ prospera appetuntur, dum aduersa formidantur. Liber ergo dimittitur, qui calcatis terrenis desiderijs ab appetitione rerum temporalium exoneratur. Vel onager, agri animal est, & quia domin⁹ animale corpus sumens, Gentilitati magis quam Iudææ profuit: quasi non in domum, sed in agrũ potius venit, qui liber dimissus dicitur, quia particeps factus est nostræ naturæ, nõ culpæ. Vel, onager Christus, de cuius incarnatione subditur, per quem virtus prædictę prædicationis datur:

Ibid. b *Et vincula eius.* Vincula eius tunc soluta sunt, cum infirmitates passionis illius in resurrectionis sibi gloriam sunt commutatę. Esurire etiam & sitire, & similia, nõstræ mortalitatis vinculum sunt. Soluuntur etiam vniuscuiusque vincula diuino adiutorio, cum interna desideriorum carnalium retinacula dissoluũtur. Et quia post resurrectionem suam ad fidem Gentilitatẽ vocauit, sequitur:

c *Cui dedi in sol.do.* Onagro dominus in solitudine domum dat, dum sancti à carnalibus desiderijs remoti silentium mẽtis inhabitant. Idem in Gentilitate, in qua qui ad intelligendum Deum ratione vteretur, homo pœnæ non fuit.

✻ OLYM. solitaria hic vita describitur, quæ exactoris dæmonis vocem recusat.

✻ NILVS. & postquam affectuum humorem sale condiuerit, diuinarum colloquutionum contemplatione fruitur.

Vbi su. d *Et tabernacula eius in terra.* GREG. Terra salsuginis hæc eadem solitudo, quæ priusquam veram Dei sapiẽtiam cognosceret, salsuginem protulerat, quia nullã viriditatem boni intellectus proferens peruersa sapiebat: quia etiam sancti viri, quamdiu in huius vitæ tabernaculis degunt, & ad supernam patriam desiderij sui quotidianis æstibus accenduntur, in terra salsuginis habere tabernaculum perhibentur.

Ibid. e *Contemnit multitudinem.* Multitudinem ciuitatis contemnere, est humanæ conuersationis praua studia deuitare: vt iam non libeat, terrenorũ hominũ, qui per abundantiam iniquitatis multi sunt, perditos mores imitari. Vel, contẽnit mult. i. mores despicit humanæ conuersationis. Vel certè, multos per spatiosam viã vagantes deseruit, & per angustam gradientes paucos elegit.

Ibid. c. 13. f *Clamorem exactoris.* Exactor intelligitur diabolus, qui semel homini numum malę suasionis contulit, & quotidie ab eo huius debiti reatum quærit. Vel, exactorem ventrem dicit, qui à nobis quoddam debitum exigit: quia quotidianum fructum sibi laboris humani impẽdi etiam per naturam quęrit. Abstinentes igitur viri, qui hoc loco onagri vocabulo figurantur, dum violenta gulæ desideria reprimunt, quasi clamantis exactoris verba contẽnunt: sed rectè petentis audiũt. Exactor hîc potest accipi diabolus, qui suadendo intulit culpam, & sæuiendo exigit pœnam. Huius sermo est, ante mortem astuta hominis persuasio; Clamor eius est, violenta iam rapina post mortem.

g *Circumspicit mõtes.* Ibid. c. 13. Montes, dicit elatos huius seculi, quos dominus conspicere dicitur, id est ab iniquitate sua in melius cõmutare. Isti montes pascuæ eius sunt, quia nimirum de cõuersione errantium, & humilitate superborum satiantur. Intuendum autem quod ait: *Circumspicit.* non inspicit: In Iudæa quippe incarnatus est, qui in medio gentium fuit: circumspicit mõtes, quia elatos huius seculi circunquaque positos, ex Gẽtilitatis vniuersitate collegit.

Circumspicit montes pascuæ. Montes pascuæ, sunt altæ contemplationes internæ refectionis: vel altæ sententiæ scripturæ sãctę. Ibid.

h *Et virentia quæque perquirit.* Huic onagro virẽtia quærere, est sancto viro despectis transitorijs in æternum mãsura desiderare. Arentia quippe sunt omnia quæ temporaliter condita venturo fine à iucunditate vitæ præsentis quasi æstiuo sole siccantur: Virentia autem vocata sunt, quæ nulla temporalitate inarescunt. Vel virentia sunt corda, quæ illi hæreditati inhæret, quam Petr⁹ immarcessibilẽ vocat. Quisquis ergo à domino perquiri desiderat, eternã patriã appetẽs, in interna cordis plãtatione virescat. Ibid. 1. Pet. 1. a.

i *Nunquid volet rhinoceros.* Rhinoceros est indomitæ naturæ, qui si captus tenetur, illico moritur: Designat autem potentes huius seculi. Et est sensus, *Nunquid volet rhinoceros seruire tibi?* Subaudi, sicut per eos, quos misero, seruit mihi. Ad beati quippe Iob notitiam pro humilianda eius virtute, deducitur, quã mira quandoque per apostolos agantur, qui mundum Deo subijciunt eique edomitam huius seculi potentum superbiam flectunt: vt tanto de se minus æstimet beatus Iob, quãto aggregari Deo tam faciles animas videt per alios. Lib. 31. c. 2.

✻ BASILIVS. Monoceros, quem Aquila Rhinocerota appellauit, quia habet cornu in medio capite: à diuina scriptura in vtrãque partem capitur: in deteriorem, ob indomitã & contumacẽ naturam: in meliorem, ob cornu vnicũ quod designat animũ, qui Deum solũ intuetur, eique soli fidit, contemptis rebus humanis.

k *Aut morabitur ad præsepe tuum?* Præsepe, scriptura sacra nõ inconuenienter accipitur, in qua verbi pabulo animalia sancta satiantur. Deus autem rhinocerotã ad præsepe suum religauit, vt Ibid.

☞ vitæ pabu-

NICOLAVS DE LIRA.

Onager indomabilis. 1 Quis dimisit. *Hic consequenter ostenditur diuina prouidentia & potentia in conditionibus aliquorum animalium in speciali. Et primo in onagro, qui est asinus syluestris, in quo est illud mirabile, quod non est bene domesticabile animal, cum tamen asinus domesticus non videtur posse diu viuere, absque cura hominis, cum tamen videatur eiusdẽ speciei: & hoc est quod dicitur:* Quis dimisit onagrum liberum, *à seruitute hominum.*

2 Et vincula eius quis. *q d. asinus domesticus capistro ligatur, & onager talibus non tenetur.*

3 Cui dedi in solitudine domum, *quia magis eligit habitare in deserto, quàm in optima ciuitate.*

4 Et tabernacula eius. *Id est, habitatio eius.*

5 In terra salsuginis, *Id est, in terra solis ardoribus exusta, propter quam adustionem videtur conuerti in salis amaritudinem: sal enim ex adustione terræ causatur, vt habetur in libro Meteororum.*

6 Contemnit multitudinem ciuitatis. *magis appetens in deserto habitare.*

7 Clamorem exactoris non audit, *Id est, illius qui vellet ab eo exigere laborem in portandis oneribus: quod omnino respuit.*

8 Circumspicit montes pascuæ & virentia quæque perquirit. *Id est, magis eligit de herbis camporum viuere, quam de annona sibi ab hominibus ministrata.*

9 Nunquid volet rhinoceros seruire tibi, *Hic consequẽter ponit exemplum de rhinocerote, quod est animal habens vnum cornu in fronte: & alio nomine vocatur vnicornis, & est animal valde forte, nec potest domesticari, & ad laborem pro hominibus applicari: imo si aliquãdo capiatur, ex indignatione cito moritur, ita quod non potest hominibus deseruire: & hoc est quod dicit,* Nũquid volet rhinoceros seruire tibi *sicut animalia domestica:*

10 Aut morabitur ad præsepe tuum, *ad habendum ibi pabulum bonum: quasi diceret, non: quia magis eligit viuere in solitudine.*

1 Nunquid

MORALITER.

† 1 *Quis dimisit onagrum liberum. &c.* per onagrum significatur contemplatiuus, à seruitute carnis liber effectus.

3 *Cui dedi in solitudine domũ.* Id est, extra multitudinis tumultum, vt vacare valeat circa vnum.

4 *In terra salsuginis.* id est exusta ardore solis, nam anachoretæ in locis talibus habitabant, vt patet in collationibus patrum.

7 *Clamorem exactoris non audit.* quia diabolo non obedit, qui dicitur exactor, Lu. xij. *Et iudex tradat te exactori, &c.*

8 *Circumpiscit montes pascuæ suæ, &c.* meditando loca viriditatis æternæ.

9 *Nũquid volet rhino. ser. tibi.* subintelligitur, sicut mihi. Rhinoceros habens in fronte vnum cornu, significat monarchiam imperij

☞ vitæ pabulum bene clausus accipiat, qui prius per voluptatis cā-
A pum vagabatur. Iam enim principes prædicamenta dominica li-
benter audiunt, cum legunt. Sed quia post acceptum pabulum
prædicationis rhinoceros iste fructum boni operis debet osten-
dere, sequitur.

a *Nunquid alligabis.* Principes enim dum Deum in suis actibus
metuunt, quid aliud quam loris ligantur? Cum vero eam fidem
quam dudum perse-
quendo impugnaue-
runt, nunc prolatis le-
gibus prædicare non
cessant, tanquam ara-
tri laboribus insudāt.
† Quæ ✻✻ Beda. Lorū hoc
lib. 3. c. 8. loco dictū ipsam cha-
ritatē Christi, quæ est
inter omnes virtutes præcipua, intelligamus. Hic ergo Rhinoce-
ros, populus quondā incircumcisus præputio carnaliū voluptā-
tum, & infidelitate immūdus, hoc loro charitatis Dei fortissimo
alligatur, ità vt nulla eum creatura separare possit à Christo. Cō-
ficit in corpore suo glebas conuallium, duritiā peccatorum, ara-
tro crucis, ligno & ferro dominicæ passionis atterit. Vallium
nomine humiliatos peccatis homines intellige. Quorū dura so-
lidicas auferri non potest, nisi rectorem & gubernatorem suum
obedienter insequantur, vnde ait, *confr gleb. post te.* & propheta:
Post te ambulabunt vincti cōpedibus. vbi admiratione dignos video
tales pedes, qui quantò magis fuerint compediti, tanto velocius
sine offensione gradiuntur.

Ibid. lib. 31. c. 3. b *Aut cōfr. gleb. val. post te.* Greg. Solent excultæ terræ superia-
centes glebas iactata semina premere, & nascentia suffocare. His
illi signantur, qui per duritiam suam nec ipsi semina verbi reci-
piunt, nec receptorum seminum fructus alios ferre permittunt:
C atqui postquā omnipotēs principes sibi subiugauit, dura perse-
quentium infidelium corda conuertit. Vel cōtriuit: Vel, falsorū,
qui in ecclesia, quos potestas premit, cum simplicitas ecclesiæ ri-
detur, vt quasi confractæ glebæ iam non premerent, sed ad per-
cepta verbi semina resolutæ germinarent, ita vt principes nō so-
lum credentes permaneant, sed etiam alieni cordis duritiam ze-
lantes frangunt. Vallium autem nomine mollia pauperū corda
dicit, quę glebæ, id est quidam duri superiecti impediunt.

Ibid. c *Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius.* In rhinoce-
rotis fortitudine fiduciam dominus habere se asserit, quia vires,
quas temporaliter terreno principi contulit, ad cultū suæ vene-
rationis inclinauit. Nam qui à subiectis metuitur, tanto facilius
persuadet, quanto & cum potestate indicat qui vere metuatur.

Ibid. d *Et derelinques ei labores tuos.* Labores suos huic rhinoceroti
dominus relinquit, quia conuerso terreno principi eā quā sua
morte mercatus est, ecclesiā credidit: quia videlicet in eius ma-
nu quanta solicitudine pax fidei sit tuenda commisit. Et est sen-
sus:

a ¶ Vt ego. b ¶ Sanctæ disciplinæ.

a Nunquid alligabis rhinocerōta ad arandum loro tuo, aut con-
a ¶ Sicut post me cui subditus est. b ¶ Adhuc addit sublimia de potestatibus seculi, vt Iob de suis virtutibus humilia sentiat. ¶ Vt ego.

fringet glebas vallium post tē? Nunquid fiduciam habebis
in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? Nū-
quid credes illi, quoniā sementē reddat tibi, & * aream tuam
a ¶ Horum timore pressi, malum fingunt religionem, & intus nocent. b ¶ In dolore, non in virtute.

congreget? Penna struthionis † similis est pennis herodij &
a ¶ Post speciem, de operibus dicit quibus dignoscuntur.

accipitris. † Quāndo derelinquit ouа sua in terra, vt forsitā in
puluere calefacies ea? Obliuiscitur quòd pes conculcet ea,

sua potestate extollatur, quid Gētilitatis principes faciāt, & ne-
quaquam apud se de gloria tantę virtutis extollat. Sed quia prin-
cipes magna se humilitate substernunt, praui qui dudum contra
ecclesiam aperta aduersitate sæuiebant, nunc ad alia fraudis ar-
gumenta vertuntur: vnde sequitur:

f *Penna struthio.* Herodius & accipiter reliquas aues veloci- Ibid. c. 39.
tate trascendunt: Struthio vero pennæ eorum similitudinem
habet, sed volatus eorum celeritatem non habet: A terra quippe
eleuari non valet, & alas quasi ad volatū specie tenus erigit, sed
tamen nunquam se à terra volando suspendit. Ita hypocritæ alas
per figuras sanctitatis extendunt: sed curarum secularium pondere
prægrauati, nullatenus à terra subleuantur

g *Struthionis.* Cui immane corpus, raræ pennæ: econtra hero- Ibid.
dio & accipitri. Ita enim hypocrita, si qua facit quæ leuant, plura
grauant: sed veris prædicatoribus multa virtus, parum culpæ: &
solidæ sunt eis virtutes, vt ventos fauoris premant: illi raræ quas
aura transit.

h *Quando derelinquit ouа.* Progeniem terrenam scilicet quę fo- Ibid.
uenda diu est, donec viuum volatile fiat: sed hypocrita loquendo F
generat, viuendo non fouet. Bonus etiam doctor ne insolescat,
quia & sine eo Deꝰ calefacit ouа relicta, & in eo hoc represso re-
dit ad fatuitatem struthionis. Oua in terra dereliquisse, est nul-
lum cælestis vitæ exemplum filij prebere. Sed quia eos superna
cura non deserit, sequitur.

i *Vt forsitan in puluere ca. ea.* Acsi dicat, vt ego, qui illa in pulue- Ibid. c. 6
re calefacio: quia scilicet paruulorum animas in medio peccan-
tium positas, amoris mei igne succendo.

k *Obliuiscetur quod pes conculcet ea.* In pede transitus operatio-
nis intelligitur. Struthio itaque oua sua deserens, obliuiscitur
quod pes conculcet ea: quia videlicet hypocritę eos, quos filios Ibid. c. 10.
generant, derelinquunt, & omnino non curant, ne aut exhorta-
tionis solicitudine, aut disciplinæ custodia destitutos, prauorum
exempla peruertant.

☞ a *Aut bestia*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nunquid alligabis rhi. *est animal, quod in nominatiuo dicitur rhinoceros, vel rhinoceron. Prout dicitur rhinoceron facit rhinocerōtem in accusatiuo: rhinoceros facit rhinocerota.*

2 Rhinocerota ad arandum loro tuo. *Id est, catena tua, sicut ligantur boues in aratro.*

3 Aut confringet glebas vallium. *cum vomere aratri.*

4 Post te. *Id est sequens te sicut ductorem suum. Alio modo exponitur hoc vltimum, de quodam instrumento ligneo, oblongo, & rotundo, quod trahitur super terram aratam ad comminuendum glebas nimis grossas, vt sic terra melius fructificet.* 5 Nunquid fiduciā habebis in ma. for. eius, *vt per eam custodias possessiones tuas.*

6 Et derelinques ei labores tuos, *id est, fructus à te elaboratos ad custodiendum, sicut aliquando dimittuntur canes, cum aliquo famulo, ad custodiam talium.*

7 Nunquid credes illi quo. se. red. ti. *ex frugibus sic conseruatis.*

8 Et aream tuam con *sicut cum boue, vel asino fruges congregātur in aream, & omnia ista sunt negatiue dicta.*

9 Penna

9 Penna stru. *Hic consequenter ponitur exemplum de struthione, quæ est auis in pluribus mirabilis. In corpore enim quantum ad grauitatem assimilatur animalibus: quia per alas suas non erigitur in altū, sed solum iuuatur ad fortius currendum super duos pedes suos, & hoc est quod dicitur,* Penna struthionis similis est pennis hero. *qui alio nomine dicitur gelfodius.* In struthione mirabilia.

10 Et accipitris. *gallice ostour: & vtraque auis optime & celeriter volat: & ideo mirabile est quod pennæ struthionis, quæ sunt eis similes, non deseruiunt ei ad volatum. Aliud autem mirabile in struthione, est quod oua sua abscondit in sabulo, vt ibi per virtutem solis calefiant & pullificent, cum tamen aliæ aues naturaliter sint solicitę fouere oua sua, & pullos nutrire: & hoc est quod dicitur,*

11 Quando derelinquit oua sua in terra. *sc sabulosa, vt dictum est.*

12 Tu forsitan in puluere calefacies ea? *quasi diceret, nō: sed virtute solis hoc fit, ex diuina prouidentia.*

13 Obliuiscetur quod pes, *scilicet hominis transeuntis,*

14 Conculcet ea. *quia videtur se habere ad modum obliuiscentis, eo quod non reuertitur ad fouendum oua sua.*

1 Duratur

MORALITER.

† perij Romani, quæ seruire voluit Deo tempore Constantini, & morari ad eius præsepe per sumptionē eucharistiæ, & alligari iugo Christi. & *con. gle.* id est idolorum statuas: & eius fortitudine prædicatores ecclesiæ defensati, fructum magnum fecerunt in ecclesia Dei.

9 *Penna struthionis.* Struthio, quæ pennas habet ad currendum velocius per terram, sed non ad volādum: hypocritam significat qui habet alas, scilicet apparentiā sanctitatis & deuotionis, quibus festinat ad quæstum terrenorum, sed non eleuatur ad amorem supernorum.

11 *Derelinquid oua sua in terra,* per hoc enim, quod negligit oua fouere & pullos nutrire, significatur quod hypochrita vult esse

† singularis

☞ a *Aut bestia agri conterat* GREG. Ager mũdus est: Bestia antiquus hostis, qui huius mundi rapinis insidians humana quotidie morte
Ib. 31. c. 7. satiatur. Et est sensus: Si diabolus in hoc mũdo sæuiens editos in bona conuersatione filios rapiat, hypocrita omnino non curat.
Ibid. b *Duratur ad filios suos &c.* Quem enim charitatis gratia non infundit, proximum suũ, etiam si ipse Deo hunc genuit, extra-
† Duriter derelinquit. neum respicit, Synagoga quasi non suos respicit: quos aliter vi
uere, quã docuit ipsa, deprehendit, & dure-
scẽte sęuitia se in eorũ cruciatibus exercet,
Ibid. c. 8. c *Frustra laborauit nullo timore cogẽte.* Hypocritæ torpent à cælestibus, flagrant terrenis anxietatibus. Illic itaque trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Qui sępe palatia irrumpunt, principatus pulsant, dicunt se Deum metuere, & idcirco tanto studio defendendis aliorum patrimonijs insu-
B dare.

a ¶ Quia mens eius sparsa est per exteriora, sed boni mens collecta, vires viuendi habet sibi, & his quos diligit. hypocrita vero intentus extra, frustra laborauit.

aut bestia agri cõterat. † Durãtur ad filios suos quasi nõ sint sui

a ¶ Sed de eorum exterioribus laborat. b ¶ Non dare Dei est priuare: quasi, non iniuste abstulit. sed iuste non dedit.

frũstra laborauit nullo timore cogẽte. Priuãuit enim eã De⁹ sa-

a ¶ Hoc quidem in pace tegitur, sed in tentatione aperitur, quod lupus sub specie ouis fuerit. ¶ Et nunc.

pientia, nec dedit illi intelligẽtiã. † Cũ fuerit tẽp⁹, in altũ alas eri-

Ibid. d *Priuauit eam eam De.sa.* Hoc repetit, subdendo: *Non de.* quod quia permisit, priuauit.

Ibid. *Cum tem.fue.in al.&c.* Alas, dicit pressas hypocritæ cogitationes: cum tempus fuerit in altum eleuat, quia opportunitate cõperta, eas superbiendo manifestat: Nunc autem, quia se sanctum simulat, quia in semetipso stringit quæ cogitat, quasi alas in corpore per humilitatem plicat.

Ibid. *Deri.equum & ascen.eius.* Equus vnicuique sanctæ animæ est
Allegorice. corpus suum, quæ videlicet nouit, & ab illicitis continentiæ freno restringere, & charitatis impulsu in exercitatione boni operis
Mystice. relaxare. Equitis nomine anima sãcti viri exprimitur. Deridet ergo hypocrita equum & ascẽsionem quia cum in aperto iniquitatis eruperit, electorũ despicit sanctitatem. Ascensor autẽ equi dominus est, qui iusti animam possidens regit: Deridere verò ascensorem equi, est prosilire vsque ad iniuriam creatoris.

Ibid. c. 10. Sed iam aliter rhinocerotis virtus & struthionis fatuitas exMoraliter. ponatur. Potest ergo per rhinocerotẽ, id est, vnicornem, popu-
C lus ille intelligi, qui dum de accepta lege inter cunctos homines elationẽ sumpsit, quasi inter cæteras bestias cornu singulare gestauit: de quo dicitur,

Nunquid vo.rhi. Acsi dicatur: Nunquid populum illum, quem superbire in nece fidelium stulta sua elatione consideras, sub iure tuæ prædicationis in figura sanctæ ecclesiæ inclinas? Subaudis vt ego; Quod in Paulo factum est, qui etiam *ad præsepe* Dei moratus est, quia ruminare verba euangelij non dedignatus est. *Loris* quoque Dei non tantum à veritate restringitur, sed etiam ad arandum ligatur: vt iam hominum refectioni seruiens, aratrum prędicationis trahat: qui in valle post dominum *glebas fregit:* quia in humili mente fidelium quorundam, in quo iam dominus intrauerat, cum tamen nequaquã à pristina obseruatione recederent, Paulus legis duritiam redarguendo, contriuit: ne videlicet grana seminum, quæ excisus aratro fidei sulcus cordis acciperet, per custodiam literæ pressa deperirent.

Ibid. *Nunquid fiduciam habebis, &c.* In huius rhinocerotis fortitudine fiduciam Deus habuit, quia quanto illum crudelius dura sibi inferentem pertulit, tanto pro se constantius tolerãtem adD uersa pręsciuit: cui labores etiam, quos in carne pertulerat, dereliquit, quia conuersum illum vsque ad imitationem propriæ passionis traxit, qui etiam semẽ Deo reddidit, & *aream* id est ecclesiã *congregauit.* Quæ autem in Paulo dixi-
1 mus, & in multis a-
2 lijs facta credamus.
3 Sed quia quid de elee-
4 ctis dominus egit, au-
5 diuimus: Nunc de re-
6 probis audiamus. i- † vel tem-
7 deo sequitur: *Penna* pore quo
8 *struthionis similis est* eleuatur &
9 *&c* Struthioni nomi- exaltatur.
10 ne synagoga signatur quæ alas legis habuit, sed corde in infimis repens, nunquã à terra se subleuauit. Per herodium verò & accipittem antiqui patres, qui ad ea, quæ potuerunt intelligenda percipere, valuerunt etiam viuẽdo peruolare. Pẽna igitur struthionis, herodij & accipitris pennæ similis est: quia synagogæ vox priorum doctrinam
E loquendo tenuit, sed viuendo nescIuit.

Quando derelinquit in ter. oua. In ouis aliud est quod cernitur, aliud quod speratur: Per struthionis ergo oua, synagogæ carne editi apostoli designantur. Qui cum se in mũdo despectos exhibent, sperare gloriam in supernis docent. Abiecti namque apud elatos in terra velut oua iacuerunt: sed in eis latebat vnde viuerent, & subleuati pennis spei ad cælestia volarent. Quæ oua struthio in terra derelinquit, quia synagoga apostolos audire contẽnens, vocandæ Gẽtilitati deseruit. Hæc dominus in puluere calefecit, quia viuos apostolorũ fœtus in illa abiecta dudum Gentilitate suscitauit: quos etiam synagoga genuit, à terra non suspendit.

Obliuiscetur quod pes. Tunc oua pes conculcat, & bestia conterit, cum in terra deseruntur: quia humana corda dum semper terrena cogitare, quæ ima sunt agere appetunt, ad conterendum se agri bestiæ, id est diabolo sternunt.

Frustra laborauit nullo ti.co. In labore quippe illam persecutionis anhelare, non timor sed crudelitas coẽgit.

Priuauit enim &c. Quia sciens, humilitatem perdidit, etiam veritatis intelligentiam nesciens amisit.

e *Cum tem.fue in al.&c* In altum struthio alas erigit, quãdo suo F conditori synagoga, non vt antea formidando, sed aperte iam repugnando in aduentum Antichristi cõtradicit. De malis ad grauiora venitur: primum ostendit quod bonus non sit, inde bonos despicit, tandem ad iniuriam Dei prosilit.

f *Deridet equum &c.* quia non solum humanitatẽ domini, quasi equitem secundum animã carni præsidentẽ, despicit, sed etiam diuinitati eius contradicit. Deridet ascensorem equitis, rectorem videlicet animæ corpus regentis. Sed fideles tanto maiores vires accipiunt, quanto contra solutum aduersarium pugnant.

g *Nunquid præ.&c.* Sed quia malis misti nunc sunt boni, de his Ibid. c. 11. incipit, vt audito quod fugiens toleres, audias, & quod imitans

☞ ames. Hoc

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Duratur ad filios suos. *quia sicut videtur negligens in foucdo oua ita in nutriendo pullos natos. Alij vero dicunt, quod quando fracta testa oui vel ouorum, apparent pulli, tunc eos recognoscit & nutrit: Sed pro tanto dicitur esse durus ad filios, quia non fouet oua vt inde enascantur: sed prima expositio magis concordat literæ sequenti, cum dicitur.*

2 Fru.laborauit. *concipiendo, eo quod non curat de natiuitate pullorum, & nutritione, sed dimittit.*

3 Nullo timore cogente. *Alia enim aues diligenter custodiũt oua & pullos: & si aliquando dimittant, hoc est ex timore alicuius superuenientis, qui vult matrem cum ouis vel pullis capere: sed struthio dimittit absque tali timore.*

4 Priuauit enim eam De.sa. *Id est, naturali industria ad fotum ouorum & pullorum, quæ est in omnibus alijs auibus.*

5 Nec dedit illi intelligentiam. *id est, talem industriam, quæ vocatur intelligentia, eo quod procedit ab intellectu diuino, sicut præcedenti ca. dictum est de gallo.*

6 Cum tem.fu. *fugiendi in sequentes.*

7 In al.al.eri.&c. *ad currendum velocius.*

8 Deri.equum. *quia velocius currit.*

9 Et ascen.eius. *quia non potest eum attingere. Aliter istud exponAlia expo- tur, quia libro de proprietatibus animalium dicitur, quod struthio nasitio. turaliter odit equum, & quando videt eum venientem, erigit alas contra ipsum, & eum terrens facit fugere.*

10 Nunquid præbebit. *Hic ponitur exemplum de equo, qui inter* Mirabilia *alia animalia est mirabilis in multis. Primo in fortitudine, cum dici-* in equo. *tur,* Nũquid præbebis equo fortitudinem, *qui oneratus armis ferreis cum hoc faciliter portat militem armatum. Secundo est mirabilis in libidine, quia iuba colli excitat eum ad libidinem, & si fuerit tonsa minuitur libido, & quantum ad hoc dicitur.*

☞ 1 Aut

MORALITER.

† singularis apparentiæ, vt possit dicere illud, Luc. xviij. b. *Non sum sicut cæteri hominum.*

6 *Cum tem.fue.in al.alas eri.* quia cum videt tempus aptum ad potentes huius mundi decipiendum, sanctitatem, & deuotionẽ prætendit, & sic eos decipiens illudit.

10 *Nun.præbebis equo for.* subintelligitur, sicut ego, per equum, cuius fortitudo describitur hîc, & audacia, significatur quicunque desiderans ex feruore fidei martyrij supplicia, cuius fortitudo non est ab homine, sed à Deo.

† ℨ *Gloriã*

☞ ames. Hoc etiam loco equi nomine, sanctus prędicator accipitur
A huic dominus prius se dare fortitudinem, & postmodum hinnitum asserit. Nam prædicator ante fortitudinē accipit, vitia in se extinguendo: tunc pro erudiendis alijs ad vocē prædicationis venit. Et notandum cur hinnitus equi collo circūdari dicatur, quia

Equi hinnitus collo circundari dicitur.

vox prædicationis emanat de internis, sed extra circundat. Nam quo alios ad bene viuendū suscitat, eo ad bene agendum opera prædicantis ligat, ne extra sermonem actio trāseat. Collo ergo equi hinnitus circundatur, quia ne ad peruersa opera prodeat, suis vocibus etiā vita prædicantis obsidetur.

a b c d e f g h i k l m n o

nem, aut circundabis collo eius † hinnitum? Nunquid † suscitabis eum quasi locustas? † Gloria narium eius terror. † Terram vngula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatis. Contemnit pauorem, nec cedit gladio: Super ipsum sonabit phāretra, † vibrabit hasta & clypeus. Feruens & fremens, sorbet terram, nec reputat tubę sonare clangorem. Vbi audierit buccinam, dicit vāh: Procul odoratur bellum, † exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.

a ¶ Ibant gaudentes a.&c. b ¶ Etiam cum non quæritur.
a ¶ Cum detegitur consilium.
a ¶ Quæ discrimen belli nuntiat.
a ¶ Hic patet quod de equo rationabili non agit. b ¶ Exercitio minorum interim se prępărans.
a ¶ Quod proprium est luporum.

† ferrum lāceę & hastę

† cōmotionem principum.

a *Aut circundabis &c.* Quasi exterius per gyrum, cum interius per collum ducitur, à quo exit, illud ligat: quia suis vocibus prædicatis vita tenetur ne aliter agat: & est torquis in collo fortiter agens signum virtutis.

B

Ibid. c. 12

b *Num su. &c.* locustis prædicatorum perfectio exprimitur, quæ quoties se in aerem attollere conantur, primum se cruribus impellentes subleuant, & post alis volant: Ita sancti primum actiuæ vitæ bonis operibus innituntur, & tunc demum se in contemplationis (in qua non diu durant, sed iterum se curis excipiunt) saltu suspendūt. Aliter: Locustæ matutinis horis vix à terra se sub leuant, cum vero æstus exarserit, altius volant: Sic prædicator, dū quieta fidei tēpora conspicit, humilis & despectus accipitur: Si autem persecutionis ardor incaleat, quantæ sit sublimitatis ostēditur. Et est sēsus. Nūquid suscitabis eū quasi locustas, subaudis, vt ego? qui eo illum ad altiora excitāda subleuo, quo grauiori persecutionis æstu excruciari permitto.

Locustæ.

Ibid.

c *Gloria narium eius terror.* Naribus hoc loco præsciētia designatur. Per nares enim aliquādo vsu præscimus: vnde & hoc loco equi huius naribus prædicatoris sancti prędscentia atque præstolatio designatur. *Gloria narium eius terror est,* quia visionem districti iudicis, quam iniustus venire formidat, iustus vehementer expectat: & vnde gloriatur iustus mercedem expectans, inde terretur iniustus iudicium perhorrescens: sed iustus quid interim?

C

Ibid. c. 13.

d *Terram vn. fo.* In equi vngula, laboris fortitudo monstratur. Equus vngula terram fodit, cum prædicator de corde audientiū exemplo suorum operum terrenas cogitationes eijcit, cum forti inquisitione terrenas in se cogitationes discutit, & in se cauando puteum, terram semper exhaurit.

Cap. 14.

e *Exultat audacter.* quia aduersis non frangitur.

f *In occursum &c.* Quia prauis ac male agentibus sese per defēsionem iustitiæ opponit.

Ibid.

g *Contēnit. pa. &c.* In pauore, & vētura pœna metuitur: In gladio, iam pœna sentitur de præsenti percussione. Quia ergo vētura aduersa non metuit, pauorē despicit: Quia vero nec superueniente percussione vincitur, nequaquam gladio cedit. Sed quid ab aduersarijs agatur, sequitur:

D

Ibid. c. 15.

h *Super ip.* Pharetræ nomine prauorum machinatio designatur. Iniqui enim cū dolos, quos bonis excogitant, secretis machinationibus exultāt, quasi in pharetra sagittas parant. Pharetra ergo contra equum sonitū reddit, cū contra prædicatorem prauorum machinatio consiliū suum, quod fraudulēter operit, fraudulentius innotescit: quia eos dē dolos, qui prodesse bonis debeant, ipsi instituunt, & latēter mittūt, vt præmissis minis, quasi ex sonitu pharetræ terreāt. Cū vero minime terrentur, mox persecutorū crudelitas ad supplicia manifesta per-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

†veltremorem.

† terrebis.

† Fodit in profundum (vel, in valle) & lætatur in fortitudine.

E

ducitur. vnde sequitur:

Ibid.

i *Vibrabit ha.* Contra prædicatorem post pharetræ sonitum hasta vibrabitur, quando post terrores exhibitos è vicino, iā feriens aperta pœna producitur: sed nonnunquam agitur, vt ipsi qui in persecutione sæuiunt, non tam doleant quod prædicatorem nō emoliant, quam quod per verba eius etiam alios amittant: quia igitur eum feriendo non superant, ne fortasse & alij, qui illū audiunt, se derelinquant, mox contra loquentis verba scutum responsionis parant: vnde sequitur:

k *Et clypeus.* Contra equum quippe Dei, quia prauorum consilia perstrepūt, pharetra sonat: Quia aperta pœna exquiritur, hasta vibrat: quia vero ei etiam disputatione resistitur, clypeus antefertur. Sed à feruore suo per ista non compescitur. vnde subditur.

l *Fer. & fre. &c.* Peccāti homini dictum est: *Terra es & in terram ibis.* Tubæ clangunt, cum huius seculi potestates loqui sanctos terribiliter prohibent. Quia igitur prædicator zelo fidei inflammatos quoslibet peccatores ad se trahere nō desistit, feruēs proculdubio terram sorbet. Quia vero persecutorum minas minime formidat, clangorem tubę sonare non reputat. Non solum autem in laboribus perseuerat, sed quod maius est in laboribus exultat: vnde sequitur:

Gene. 3. d

F

Ibid. c. 16.

m *Vbi audier. &c. dic. vah.* Vah sermo exultationis est. Equus ergo audita buccina, vah dicit, quia fortis prædicator cum certamen passionis sibi propinquare considerat. de exercitio virtutis exultat. Sed nequaquam ad hoc passionis bellum incōcussus veniret, nisi eandem passionem intenta meditatione præueniret. vnde sequitur.

n *Procul odo.* Acsi dicat: Idcirco quodlibet certamen exuperat, quia mētem certamini ante certamē parat. Bellum quippe procul odorari, est aduersa quęque lōgè adhuc posita cogitādo prænoscere, ne fortasse valeant improuisa superare.

Ibid.

o *Exhortatio. du.* Duces aduersæ partis erroris autores sūt. Notādum quod duces exhortari, exercitum vero vlulare dicit: quia hi, qui infidelibus & hæreticis præsunt, praua quæ tenere pręci-

☞ piunt, quasi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Aut cir.col.eius hin. *qui excitatur in equis ex appetitu coitus: propter quod dicitur Iere. v.c.* Equi amatores in fœminas, & emissarij facti sunt, vnuquisque ad vxorē proximi sui hinniebat. *Tertio equus est mirabilis in agilitate, quia quamuis habeat magnum corpus & ponderosum: tamen facit magnos saltus: & hoc est quod dicitur,*

2 Nun.fus.e.q.locust. *qua quæsiuolant per saltum. Quarto est mirabilis in audacia: & quantum ad hoc subditur.*

3 Glo,na.eius ter. *odorando enim per nares sentit imminens bellum: & in hoc delectatur, cum tamen bellum sit alijs terribile.*

4 Ter.vn.fodit. *per hoc ostendendo quod desiderat ad bellum currere, ideo subditur.* Exultat audacter &c.

5 Nec ce. gla. *imo contra gladios euaginatos currit.*

6 Super ip.sonat pharetra. *militis plena sagittis.*

7 Vibra.ha.& cly. *omnia ista ex motione equi faciunt sonitum terribilem, tamen equus talibus nō terretur, sed magis ad audaciam prouocatur uocatur: ideo subditur.*

8 Feruens. *ex impetu.*

9 Et fremens. *id est hinniens.*

10 Sorbet teram. *id est, videtur eam sorbere pedibus fodiendo.*

11 Nec re.tu.so.clan, *qui est signum congressus belli, nec ab equo reputatur terribilis, sed magis delectabilis: Ideo subditur,*

12 Vbi au buc. *ad bellum exhortantem.*

13 Dicet vah. *Id est, faciet signū exultationis.* Vah *enim est interiectio exultantis, vnde Esa xliij.* Vah calefactus sum: vidi focum.

14 Procul odora. *id est, odoratu percipit.*

15 Exhor.du. *qui acies suas dirigunt, & exhortantur ad bellandum.*

16 Et vlu.exer. *quia vnus exercitus in principio cōgressus contra alium clamat fortiter ad aduersarios terrendum. Omnia ista percipit equus naturali industria sibi a Deo data, à quo facius est in adiutorium hominis, non solum ad subuectionem, sed etiam ad iustitia & reipublica defensionem.*

1 Nun-

MORALITER.

† 3 *Gloria narium eius ter.* nam ex respiratione cælestium mortem appetit, quæ est vltimum terribilium.

4 *Terram vngu. fodit.* nam omnia terrena contemnit.

5 *In occursum pergit armatis.* Id est carnificibus ad eius iugulationem paratis.

6 *Contemnit pauorem,* id est, tormentorum horrorem.

12 *Vbi audierit bellum,* pro Christo exhortante.

1 *Dicit vah,* quod significat exultationem, sicut Esa. xliiij. c. *Vah calefactus sum: vidi focum.*

† 1 Nun-

piunt; quasi ex ratione persuadent. Turba verò eis subdita, quia sine iudicio, eorum voces sequitur, dum per confusionis insaniam perstrepit, bestialiter vlulare perhibetur.

lib.31,c.17. *Nunquid prædabe.e.* GREG. Alia moralizatio. Sub specie equi, de prædicatore, qui in bello fortis est dux fidei: vel de quoquo milite, quo modo à primæua cõuersatione proficit, mentionem facit. Vnusquisque, cui Deus presidet, equus est, cui Deus ante omnia fidei fortitudinem dat: cui hinnitus iungitur, dum quod corde credit, ore cõfitetur. Suscitatur vt locusta in exordio, quia si in quibusdã actibus terræ adhæret, in quibusdã attollitur. Initia enim cõuersionum, sunt permista nouæ vitæ per intentionem, & veteri per cõsuetudinem: nec adeò nocet illa vetus, quæ semper impugnat, hæc infirma Deus piè tolerat. Gloria naris eius est præuisio futuri iudicij, vbi gloria est de bonis, sed & terror pro admistis adhuc malis. Iudicium ergo quod est gloria, ei est & terror: sed timere seruile reputans, vt filius incipit patrem diligere.

B Et quia pro carnali actione erat timor, ante omnia carnem domat, quia cum vngula, id est, forti abstinentia terram fodit, carne pressa securius de spe cælesti lætatur.

Ibid. *Exul.au.* Audacter; quia valenter reprimit corpus; Exultat de spe æternorũ. Lætus autẽ, presso corpore hostiũ adiutore, subtilius fraudes eorum cõspicit: quas longè præuidere & eis resistere, est in occursum pergere armatis, i. malignis spiritibus, qui sunt cõtra nos fraudibus accincti, mala tegẽtes sub specie boni, quasi, ne nudi videãtur, armis sunt tecti. Contra quas frustra nititur, qui seipsum prius non vincit. Sed in occursum pergit, qui exhortando in alieno corde eorum insidias præuenit. Vnde talem victorẽ hostes acrius tentant de seipso, vt cura eius ab alijs ad se tuendum redeat, & illi deserti pereant. Sed iste fretus gratia Dei, & suam infirmitatem curat, & alios non deserit. Et hoc est:

1.Cor.10,c *Contem.pa.nec c.g.* Contemnit, quia nulla tẽtatione terretur, vt taceat: Nec cedit gladio, quia & si eum violẽta tentatio percutit, nõ tamẽ à cura proximi repellit: vt Paulus, qui grauiter percussus, non tamen silet. Equus percutitur, nec à cursu prohibetur: vnde despectus hostis acutiora spicula perquirit, vt duce in fugã verso, equi, quos regebat, dissipentur. Diuersa ergo multiplicat ex pharetra, per insidias iacit, hastã apertè vibrat: quia alia vitia virtutum specie tegit, alia vt sunt aperta proponit, vt infirmari videt. Fraudes non quærit, nisi fortè decipere quærit. Si nec sic proficit, clypeũ opponit. i. quasdam difficultates conatibus illius: & sic non potest vincere. Vel, resistit & iter proficientis intercludit. Contra hæc autem equus Dei feruens & fremens sorbet terram, i. terrena in se cõsumit, nec clangorem tubæ reputat: Clangor tubæ sonat, cùm in bene gestis è vicino aliqua culpa terribiliter tentat; Sed ille nec bona deserit, & vitium quod de bono nascitur, declinat. Sonate, autẽ reputare; sed propter malũ quod suboritur, rectè agere metueret. Ne autem dum prosperatur in virtutibus eleuetur, pulsari se tentationibus gaudet. Et hoc est.

Vbi audi.&c. Concussio tentationum infirmos prodit: agnitio infirmitatis custodia est virtutum. Ideo autem tentationem superat, quia non est improuisa.

Ibid. *Procul.odo.&c.* Id est, ex causis præcedentibus, quæ vitia subsequantur agnoscit: vt ex doctrina, arrogantia; ex iustitia crudelitas; ex zelo ira: videt etiam quæ turba malorũ proruat, si vel pauca admittat. Et hoc est:

Superbia cũ filiabus Eccle.c.6. *Exhortationem du.&c.* Alia enim sunt duces, & alia quæ mox sequũtur. Regina est superbia, quæ quẽ capit, septem principalibus vitijs, quasi ducibus suis tradit: quos duces multa vitia sequentur. Initium omnis peccati superbia. Primæ filiæ eius sunt inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, vẽtris iugluuies, luxuria: contra quæ septem datur septiformis spiritus. De inani gloria inuidia oriuntur inobedientia, iactantia, hypocrisis, incontinentia, pertinacia, discordia, nouitatũ præsumptiones. De inuidia: odiũ, susurratio, detractio, exultatio in aduersis proximi, afflictio in prosperis illius. De ira, rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, blasphemia. De tristitia, malitia, rãcor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis erga illicita. De auaritia, proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violentia, cõtra misericordiã obiurgationes cordis. De ventris ingluuie, inepta lętitia, scurrilitas, immunditia, multiloquiũ, hebetudo sensus circa intelligentiã. De luxuria, cæcitas mentis, incõsideratio, incõstantia, præcipitatio, amor sui, odiũ Dei, affectus præsentis seculi, horror vel desperatio futuri. De his septem quinque spiritualia, duo carnalia sunt, sed ita cognata sunt, vt vnũ ex altero proferatur: quia inanis gloria generat inuidiam, inuidia iram. Ex ira turbata mens tristatur, tristitia non habens in se vnde lætetur, foris quærit & facit auarum. In carnalibus de iugluuie nascitur luxuria. Hæc vij. quasi sub quadam ratione menti se inferunt deceptæ: & ideo dicuntur exhortari sequentia eorumdẽ; dum ad omnem insaniam pertrahunt, bestiali clamore cõfundunt. Inanis enim gloria suggerit præesse: vt pluribus prosit. Inuidia quasi ratione ostendit alios non superiores, vel pares ei. Ira suadet non debere illata pati, ne consuescant inferri. Tristitia quasi probat nihil habere vnde gaudeat, cum omnes proximi ita sint ei amari. Auaritia dicit rectè congregari, ne egeat & melius expendat quod alij retinent. Ventris ingluuies dicit omnia immunda in esum à Deo condita, in donis Dei contradici non debere. Luxuria cùm breue sit tempus, & nesciamus quod sequitur, dicit non debere perdere quod viuimus. Si enim Deus coitum improbaret, masculum & fœminam non fecisset.

a *Nunquid per sa.&c.* Dicto per speciem, equi quantus sit, quã fortis sanctus contrà certamina, incipit per speciem auium quantùm contemplatione volat. Per singulos enim annos accipiter pennam veterem noua nascente proijcit. Ibid.c.29

✠✠ Et quidem domesticis accipitribus quò melius plumescere debeant humida ac tepentia loca requiruntur. Agrestibus verò moris est, vt flante Austro alas expandant, quatenus eorum membra ad laxandam pennam veterem, venti tepore concalescant. Cum verò ventus deest, alis contra radios solis extensis atque percussis tepentem sibi auram faciunt, sicque capto tepore apertis poris, vel veteres exiliunt, vel nouæ succrescunt. Quid est ergo accipitrem in austro plumescere, nisi quod vnusquisque sanctorum flatu spiritus sancti tactus concalescit, & vsum vetustæ conuersationis abijciens, noui hominis formam sumit. Et est sensus Nunquid cuilibet electo tu intelligentiam, quam nec tu habes ex te, contulisti, vt flante sancto spiritu cogitationum alas expandat, confitendo aperiat, quatenus pondera vetustæ conuersationis abijciat, & virtutum plumas in vsum noui volatus sumat? Accipiter tempore austri veteres pennas deponit.

b *Nunquid ad præceptum tuum eleue.aquila.* Hoc loco aquilæ nomine subtilis sanctorum intelligentia, & sublimis eorum contemplatio figuratur; ad præceptum Dei eleuatur aquila, dum iussionibus diuinis obtemperans, in supernis suspenditur fidelium vita, In supernis nidum ponit, quia habitationem mentis suæ in abiecta & infima conuersatione non constituit.

☞ a *In petris*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Num. per, &c. *Hic ponitur exemplum de accipitre, qui habet mirabilem industriam in sui renouatione, qui flante austro, qui est ventus calidus, extendit alas suas cõtra calorem solis, vt sic aperiantur pori, & veteres pennæ & plumæ decidant, & nouæ supernascantur, cũ quibus agilius volet; & quod dicitur*: Num. per sa.tu.plu.ac. *q.d. non, sed per diuinam sapientiam ipsum prædicto modo dirigentem.*

2 Num. ad præ.&c. *Hic vltimo ponitur exemplũ de aquila, qua mirabilis est in multis. Primo in volatu, quia altius volat cæteris auibus: & ideo dicitur*: Numquid ad præceptum tuum, *i. secundũ dispositionem tuam. q.d. non, sed secundum dispositionem diuinam hoc enim facit aquila ex industria naturali à Deo sibi data. Cursus autem naturalis rerum est quædam motio creaturæ ad præceptum diuinum, secũdum illud Psalm.cxlviij.a.* Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.

3 Et in arduis ponet nidum suum? *vbi non est accessus hominum nec bestiarum, & hoc ne pulli sui rapiantur ab hominibus, vel à bestijs deuorentur. Secundo aquila mirabilis est in visu, quia acutè & de longè valde videt; ideo subditur,*

☞ Ind

MORALITER.

☞ 1 *Num.per sa.tu.plume.accipi.* Accipiter, cuius pluma renouatur, per hoc quod expandit alas suas ad austrũ significat pœnitentem, cuius conuersatio renouatur per hoc quod expandit intellectum & affectum fideliter ad amorem diuinum.

2 *Num.ad.præ.tu.ele.aqui.* Ad Dei præceptum aquila subleuatur, quando vir ingeniosus ad Dei contemplationem subleuatur.

3 *Et in ardu.po.ni.suum.* quando in eius amore firmatur.

In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque †inaccessis rupibus. Inde contemplantur escã, & délonge oculi eius prospiciũt. Pulli eius lambunt sanguinem, & vbicunque cadauer fuerit, statim adest. Et adiecit dominus, & locutus est ad Iob: Numquid qui cõtendit cum Deo, †tam facilè cõquiescit? Vtique qui arguit Deũm debet & respondere ei. Respondens autem Iõb domino dixit: †Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? Manũm meam ponã super os meũ.

a ¶ Sed nec quod videt de altis, pullis aperit.

¶ Peccatorum conuersio, iustorum est refectio: vel, Christus iam sedens in cælo.

a ¶ Vt tu, dubitans an iuste percusserim.

a ¶ Vt tu videns alios pares, alios maiores, & quod pœna est augmentum meriti.

b ¶ Si potest, quod tu his auditis iam non potes.

a ¶ qui superauit amicos superatur à Deo.

a ¶ Opus teget sermonem, hoc de se dicit, & in typo ecclesiæ, quæ meritis vitæ tegit culpas linguę, quam nullus potest domare.

Li. 31. c. 19. 2. Petri 2. a.

†vel munitionib⁹, aut turribus excelsis.

Ibid.

Matt. 24. c.

a *In petris ma.* GREG. In sacro eloquio cum singulari numero petra nominatur, Christus accipitur: cum plurali, sancti viri exprimuntur, vnde Petrus, *Vos tanquam lapides viui.* Aquila itaque in petris manere dicitur, quia in dictis antiquorum & fortiũ patrum mentis statione collocatur. Possunt etiam petræ, cęlestes potestates intelligi: quia velut petrę in arduis sitę, ab omni motu (quod non arbores, quas vẽtus huc atque illuc inclinat) mutabilitatis alienæ sunt. Vir ergo sanctus perennem angelorum gloriam præstolatur, atq; huic mũdo hospes, illa appetẽdo quæ aspicit, iam in sublimibus figitur.

b *In præruptis silicib. comm.* Qui sunt prærupti silices, nisi illi fortissimi angelorum chori? prærupti enim sunt quia pars eorum cecidit, pars remansit: Qui integri quidem stant per qualitatem meriti, sed per numeri quantitatẽ prærupti. Eosdẽ inaccessas rupes dicit: Cordi enim peccatorũ hominũ valde inaccessa est claritas angelorũ. Sed quisquis ita contẽplatione rapitur, vt intentionem suam iam choris angelorum interserat, non ei sufficit, nisi eũ etiam, qui super angelos est, valeat videre. Sequitur:

c *Inde cont. es.* Id est ex illis choris angelicis tendit oculum mentis ad gloriam supernæ maiestatis, quæ non visa, adhuc esurit; quę tandem visa satiatur. Sed quia carne grauati Deum sicuti est, videre non possumus, sequitur,

d *Et de longè oculi eius pro.* Acsi dicat, Sancti intentionis aciem fortiter tendunt: sed nec Deum propinquius aspiciunt, cuius claritatis magnitudinem penetrare non possunt. Sed ipsi prædicatores, cum auditores suos verbum diuinitatis capere nõ posse conspiciunt, ad sola incarnationis dominicæ verba vertuntur; vnde sequitur,

e *Pulli eius lambunt san.* Acsi diceret: Ipsa quidẽ diuinitatis contẽplatione pascitur, sed quia auditores eius diuinitatis arcana percipere nequaquam possunt, cognito crucifixi domini cruore satiantur. Sanguinẽ lãbere, est passionis dominicæ infirma venerari. Sed quia prædicatoris anima carne exẽpta, ad eum mox ducitur, qui pro nobis sponte sua in mortem cecidit, sequitur,

f *Et vbi. ca. fue. &c.* vt illud: *Vbicunque fuerit cadauer, ibi congregabuntur & aquilæ,* Aliter: Omnis qui peccati morte ceciderit, potest cadauer vocari. Sanctus verò prædicator, vbi peccatores esse considerat, illuc anxiè peruolat, vt in peccati morte iacentibus lucem viuificationis ostendat. Auditis itaque tot sanctorum virtutibus beatus Iob obstupuisse intelligitur, & sub admirationis terrore siluisse, nam sequitur:

g *Adiecit do. & lo. est ad Iob.* Vir sanctus hac districtione flagelli non æstimauit sibi merita augeri, sed vitia resecari, quæ quia in se nulla cognouit, percussum iniustè se credidit: & percutientem arguere, est de percussione murmurare. Considerans autem dominus, quod ea protulit, non ex tumore superbiæ, sed ex qualitate collegerat vitæ, piè illum increpat.

h *Nun. qui cõten. &c.* GREG. Acsi apertius diceret: Qui tanta de tua actione locutus es, cur audita sanctorum vita siluisti? Me autem fuit arguere, de percussione mea an fuerit iusta dubitare. Et vera hæc quidem de te dixisti, sed quòd tenderent flagella nescisti: quia si non est quod corrigas, est quò crescas. Narraui de aliis, & si tuam nouisti, illorum celsitudinem non nouisti. Auditis igitur illorum virtutibus, si quid potes, respondе de tuis: sed omnis iustus attendens aliorum bona, quasi de singularitate non superbit.

✻✻ Cordis sui oculum per elationis tenebras extinguit, qui cum recta agit, considerare meliorum merita negligit: at contra magno humilitatis radio sua opera illustrat, qui aliorum bona subtiliter pensat: quia dum ea, quæ ipse fecerit, facta foris ab aliis cognoscit, eum, qui de singularitate intus erumpere nititur, superbiæ tumorem premit.

i *Respondens autem Iob, &c.* Arguitur de silentio, vt prius de locutione, si nescit cur cæsus, silens tamen veneretur, quia à iusto, quid vir sanctus de semetipso sentiat innotescat.

✻✻ Quisquis sapientiæ radiis tangitur, sua illi manifestius fortitudo monstratur: & eo verius inuenit quantum flectatur in vitio, quo sagacius summa considerans conspicit quantum distat à recto. Vnde beatus Iob humanum genus virtutibus transiens, amicos loquendo superauit: sed loquente Deo, sublimius eruditus, seipsum cognoscendo retinuit. Diuina enim iudicia cum nesciuntur, non audaci sermone discutienda sunt, sed formidoloso silentio veneranda: quia & cum causas rerum conditor in flagello non aperit, eò iustas indicat, quo se eas facere, qui summè iustus est, demonstrat.

k *Qui leuiter locutus sum.* Acsi diceret; Sermonem meum defenderem, si hunc cum rationis pondere protulissem: At postquam lingua leuitate vsa conuincitur, quid restat nisi vt conticendo refrenetur?

l *Manum meam ponam super os meum,* id est, hoc quod districto iudici de sermone meo me displicuisse considero, ante eius oculos sub velamine recti operis abscondo.

☞ a Vnum

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Inde contemp. escã, &c. *id est, prædam ad sui & pullorum nutritionem; & quia communiter accipit prædam viuam, ideo subditur,*

2 Pul. eius lam. san. &c. *s. de præda ab ea occisa currentem; & quia aliquando, maximè tempore famis, nutritur morticiniis, ideo subditur.*

3 Et vbi ca. fue. star. ad. &c. *in quo notatur velocitas sui volatus.*

4 Et adiecit. *Hic consequenter ponitur ipsius Iob confutatio inquantum ostenditur ipsum nescire, nec posse respondere: & hoc est quod dicitur,* Et adie. do. *Auditis enim prædictis mirabilibus Iob obstupens tacuit: & ideo dominus super prædicta adiecit quod sequitur, cum dicitur,*

5 Nunquid qui con. cum Deo. *id est, qui vult cũ eo contendere disputando, sicut tu videbaris velle, dicendo,* Disputare cum Deo cupio.

6 Tam fa. con. *tacens & nesciens respondere.*

7 Vtique qui ar. De. *id est, facit argumentationes contra Deum.*

8 Debet respon. ei *hoc autem dicitur, quia Iob supra dixerat Deo,* Aut tu loquere, & ego respondebo tibi. *Et subditur humilis responsio Iob confitendo delictum suum,*

9 Qui le. lo. sum, *id est, indiscretè & stultè, quia licet verum dixisset, excessit tamen in modo loquendi, vt supra dictum est.*

10 Respon. quid pos. *q. d. nihil, confitendo stultitiã meam, ideo subditur,*

11 Manum meam po. super os me. *vt non aperiatur amplius ad sic loquendum.*

✻ 1 Vnum

MORALITER.

✻† *In petris manet.* id est, cum angelis per studium contemplationis, qui dicuntur petrę ratione suæ confirmationis, & silices prærupti, propter eos, qui ceciderunt de medio eorum.

1 *Inde contemplatur escam,* desiderans claram Dei visionem.

2 *Pulli eius lambunt sanguinem,* Pulli dicuntur discipuli, adhuc tamen imperfecti, propter quod adhuc vacant circa Christi humanitatem, meditantes eius passionem.

2 *Et vbicunque cadauer fuerit statim adest,* quia de altitudine contemplationis paratus est descendere ad leuandum peccatorem de putredine corruptionis: sicut patet de Paulo, qui post raptum ad tertium cælum descendit ad subsidium peccatorum. 2. Cor. 12. a.

† *Respondens autem Iob domino dixit.* Licet Iob vera dixerit, vt patet in fine libri per testimonium domini, tamen confitetur hic se locutum fuisse *leuiter,* vt infra vltimo cap. id est, insipienter, quia vix aut nuquam loquitur homo de diuinis, quin deficiat aliquo modo in sententia, vel verbis: & sic fuit de ipso Iob, propter quod hîc reprehenditur, & in principio cap. sequentis.

¶ Quod iustum me credidi. a ¶ Quia te docente dedici nullam hominis esse iustitiam.

a †Vnum locutus sum, quod vltrà̃ non dixissem, & alterum quibus vltrà non addam.

a ¶ Quod de flagellis dubitauit, quasi minus patiens.

b

1 te & ante flagella prauum, & post flagella me rigidum inueni.

2

3 b *Quibus vltra non addam.* Quia iam nunc quantò te loquente subtilius intelligo, tantò meipsum humilis inuestigo. Homo enim vicinior luci, sentit quid antè fuit; & quod iam gustat, amplius amat, & quod subest iudicat; & quò est dignior, sibi videtur indignior; & longè esse, quo propior.

☞ A lib. 32. c. 3. †vel, Semel locutus sũ, & non respondere possũ perinde secũdò non adijciam vt loquar.

a *Vnum locutus sum.* GREG. Loqui nostrũ, est hominibus occultum sensum aperire: Loqui verò nostrum ad diuinas aures, est motum mentis etiam expressione actionis ostendere. Beatus vero Iob locutione sua secundò se deliquisse confitetur. Vnum enim loqui illicitè, est res flagello dignas agere: Aliud verò loqui, est etiam de flagello murmurare. Et est sensus: rectum quidem me inter homines credidi, sed te loquente &

D

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vnum locu. sum quod vti. non dixis. *illud fuit quod dixit*: Disputare cum Deo cupio.

2 Et al. *illud fuit, quod commemorando iustitiam suam videbatur derogare diuinæ iustitiæ.*

3 Quibus vl. non addam. *diligenter de cætero ab his & consimilibas præcauendo.*

ADDITIO.

B *In cap. xxxix. vbi dicitur in postilla:* Nunquid nosti tempus partus ibicum, &c.

Secundum quosdam expositores Hebræorum ratio quare hic sit mẽtio de partu ibicum, magis quàm aliorum animalium est, quia ibices sunt ficcissimæ cõplexionis, & habẽt viscera stricta similiter & meatus: & ideo partus earum, in quo dilatatio viscerũ & meatuũ maximè requiritur, est in eis valde difficilis secundum earũ naturam; vnde & indigerent maximè alicuius artificij seu inuamneti, quod tamẽ non habent, quia nullus obseruat tempora parturitionis earum, & tamen diuina prouidentia supplet, dans eis instinctum naturalem, qua B *seipsas adaptent ad partum, de quo dicit,* Incuruãtur ad fœtum & pariunt. *Eadem etiam ratione. s. propter siccitatem complexionis ibicũ, filij earum citius gradiuntur super terram, & separantur à matribus, eò quod carent humiditatum superfluitatibus, quæ impedit motũ progressiuum: vnde dicit,* Separantur filij earum & pergunt ad pastum, &c. *vnde ex prouidentia diuina circa tales procedit, quòd tam citò de pastu sibi possint prouidere.*

Ibicũ partus.

CAP. XL.

a *Respon. autem.* OLYMP. Deus summam testatus beneuolentiam amicè Iobũ victorẽ de satana cõpellat. ORIG. & mercedem illi post hanc vitã persoluendam arrhabone confirmat dũ eum de turbine alloquitur & iubet bono esse animo, & lumbos percingere. Nemo enim dignus est qui cũ Deo loquatur nisi qui sit lumbis compressis & qui ad spiritalẽ vitã peruenerit.

vbi sup. c. 5.

GREG. Quid sit dominum de turbine respõdere, quid beatum Iob lũbos accingere, quid interrogare Dei, quid hominis indicare: primo iam domini sermone tractatũ est.

Ibid.

b *Nunquid ir.* Quisquis contra flagella semetipsum defendere nititur, flagellantis iudicium euadere conatur, vt Saul.

Ibid.

c *Vt tu.iu.* quia sine culpa se feriri scit, ne insolescat corripitur; & ad occulta iudicia reuocatur, vt credat iustum quod à Deo fit etsi causam non videat.

✠✠ Magna satisfactio percussionis, est voluntas iusta conditoris. Quisquis enim iam percussionem tolerat, sed adhuc causas percussionis ignorat, si iustum credens hoc ipsum contrà se iudicium amplectitur, eo ipso ab iniustitia sua correctus est, quo percussum se iustè gratulatur. In vindicta enim sua Deo se sociãs, sese contra se erigit: & magna est iã iustitia, quod voluntati iudicis concordat in pœna, cui discrepauit in culpa.

F

CAP. XL.

RESPONDENS autem dominus Iob de turbine dixit: Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & indica mihi. Nunquid irritum facies iudicium meum, & condemnabis me vt tu iustificeris? Et si habes brachium sicut Deus, & si voce simul tonas, circunda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto glorioſus, et speciosis induere ve-

a

b

¶ Dum ex tuis meritis contra mea flagella disputas.

¶ Quia Iob homines superat, eum Deus ad considerandum maiestatem suam prouocat, vt de se nihil sentiat.

c d e f

1 2 3 4 5 6 7 8 9

2 d *Et si ha.* GREG. Deũ brachiũ habere, est operantẽ filiũ gignere. Ibid. c. 4.

3 e *Si vo. si. to.* Vocetonare est consubstãtialem sibi filiũ mundo terribiliter denũstrare.

8 ✠✠ Cum in Deo oculus scapulę atq; ałę nominantur, effectus operationis ostenditur: cum verò manus, brachium, dextra, vel vox in Deo dicitur, per hæc vocabula consubstantialis ei filius demonstratur. Ibid. c. 7.

f *Circunda ti.* Subaudis vt ego. Ipse enim circundat sibi decorem, de quo scriptũ est: *Dominus regna. de. ind. est.* Ipse apud nos in ☞ sub lme Psal. 92. 2.

NICOLAVS DE LIRA CAP. XL.

✠✠ 1 RESpon. au. *Postquam dominus increpauerat Iob de hoc, quod dixerat,* Disputare cum Deo cupio: *hic consequenter increpat eum de altero. s. quod derogare diuinæ iustitiæ videbatur, suam iustitiam nimis commemorando; & primo ponitur ipsius Iob increpatio: secundo ipsius humilis responsio xlij. cap. Prima in duas, quia primo dominus proponit propositum: secundo prosequitur intentum, ibi,* Si habes brachium. *Circa primum primo excitat Iob ad attentionem, & patet litera ex dictis suprà in prin. xxxviij. cap. & consequenter proponit intentum dicens.*

Diuisio.

2 Nunquid irri. fa. iu. me. & con. me. vt iu. *Id est, debes tu commemorare iustitiam tuam per talem modum, quod iudicium meum per hoc videatur hominibus irritum & falsum, & per consequens videar condemnabilis? q. d. non: & tamen tu hoc feci sti, quia per verba tua, quibus iustitiam tuam expressisti, amici tui sic intellexerunt, quod tu argueres iudicium meum tanquam iniustum.*

3 Et si ha. bra. *Hic consequenter propositum probat, q Iob sit increpabilis ex verbo prædicto: hoc autem probat per excellentiã diuinæ sapientiæ & potentiæ, quæ tantum excellit potentiam & sapientiam humanã, quod nullus homo debet se iustificare per talem modũ, quo aliquis quis possit opinari, quod talis iustificatio cedat aliquo modo in derogationem diuinæ iustitiæ. Excellentia autem diuinæ virtutis maximè relucet in mũdi creatione, & gubernatione, & quantum ad hoc dicitur:* Et si ha bra. *id est, virtutem quæ per brachium designatur.*

Nota.

4 Sicut De⁹ *qui sua virtute mundũ de nihilo produxit & cõseruat ita quod subtracta manutenentia ipsius omnia redigerentur in nihilũ.*

5 Et vo. si to. *Id est, si vox tua sit tantæ virtutis sicut vox Dei, per quam omnia facta sunt de nihilo, sicut dicitur Psal. cxlviij.* Quia ipse dixit, & facta sunt.

6 Circun. ti. de. *Id est, fac tibi mundũ totũ sphæricum, quod sit tibi ad decorem, sicut vniuersitas creaturarũ ipsi Deo: quia per pulchritudinem ordinis in creaturis apparet decor diuinæ sapientiæ & virtutis.*

7 Et in su. eri. *quasi præsidens omni creaturæ, quod est propriũ Dei. Secundo apparet excellentia diuina in præmiatione beatorum: & quantum ad hoc subditur:*

8 Et esto glorioſus. *id est, clarè à sanctis angelis cognitus, & reuerenter laudatus. Gloria enim est notitia cum laude.*

9 Et spe. indu. ve. *id est, societate sanctorum angelorum adornatis. Sicut enim vestes pretiosæ faciunt ad ornatum hominis, sic societas angelorum ad ornatum Dei, inquantum decor suæ sapientiæ & gloriæ maximè relucet in eis.*

✠✠ 1 Disper-

MORALITER.

✠ 1 *Respon. au.* Licet autem beatus Iob vera dixerat, vt dictum est: tamen in modo loquendi defecit, per quem poterat æstimari, & æstimatum fuit ab Eliu, quod nimis se iustificabat, & diuinæ iustitiæ derogabat; propter quod increpando dicitur ei.

2 *Nunquid irri. fa. iu. me. & con. me. vt iu.* Quod consequenter inconueniens ostenditur per excellentiã potẽtiæ diuinę, ad quam nullus potest attingere. Per hoc ergo docemur loqui tumidè & sobriè

☞ A sublime erigitur, cùm nostris mẽtibus in sua natura esse impenetrabilis demonstratur. Ipse gloriosus est, qui dũ seipso perfruitur, accedentis laudis indigẽs nõ est. Ipse speciosis induitur vestibus, quia sanctorũ angelorũ choros, quos cõdidit, in vsum sui decoris assumpsit, & velut quandã vestẽ gloriosã sibi ecclesiam exhibet, non habẽtem maculã aut rugã. Sed quia speciosarũ vestiũ nomine, iustos sibi quomodo adiungat, insinuat, iniustos etiã quomodo à se disiungat, ostẽdit, dicens.

Esa.49.c.

Ephe.5.f. † indignationem iræ tuæ.

B

lib.32.c.7.

a *Dispergesu.* GREG. Subaudis vt ego, quia eos & trãquillitatis tẽpore vnitos cõtra me tolero; & districtus quãdoq; veniens in meo eos furore dispergo.

Ibid.

b *Et respi.om.ar.hu.* Acsi dicat, vt ego. Duobus autem modis peccator à domino respicitur, dum aut à peccato conuertitur, aut ex peccato punitur. Vtrisque autem modis peccator in humilitate arrogans sternitur.

Peccator duc b⁹ modis respicitur à Deo.

Ibid.

c *Respi.cun.su.* Subaudis vt ego. Superbi enim ex respectu domini confunduntur, aut hic damnantes crimina, aut illic supplicia de iustitia sentientes. Impiorum verò locus superbia est, quia cùm scriptum sit, *Initium omnis peccati superbia*, vnde oritur impietas,

C

Eccle.10.b

ibi continetur superbia. Impius ergo in loco suo conteritur, quia ipsa superbia, qua eleuatur, opprimitur.

Ibid.

d *Abscon.eos in pul.si.* Acsi dicat, vt ego. Superbos.n.atq; impios iusto iudicio dominus in puluere abscondit, quia eorũ corda ipsis, quæ despecto amore creatoris eligũt, terrenis opprimi negotijs permittit. Sed cũcta hæc qua intentione premiserit, ostẽdit dicẽs.

✻✻ Ima respicit, cuius facies foueam attendit: & bene de superbis dicitur, quod eorum facies in foueam demerguntur, quia ima petunt, dum superbiendo altiora appetunt; terrenam quippe gloriam quærunt, & infima sunt quæ prospiciunt, dum superbiendo alta sequuntur. Vnde miro & diuerso modo res agitur, vt humiles cælum petant, dum se inferius deiiciunt: superbi infima sequentes amisso cælo ad inferni barathrum tendunt. Iusto enim iudicio agitur, vt quos hic voluntaria auersio excæcat, illicab intuitu veri luminis digna supplicij fouea abscondat.

a ¶ Ipse, qui idem est in iudicio, sed conscientia vniuscuiusque ei modificabitur iratus vel placatus. 1

a stibus. Dispẽrge † superbos in furore tuo, & respiciens omnem 2

b arrogantem humilia. Respice cunctos superbos & confun- 3

a ¶ Vnde dicet, nescio vos. 4

d de eos, & contere impios in loco suo. Absconde eos in pul- 5 6

a ¶ Intentiones cordis. b ¶ Quo altius eriguntur in gloria terrena, quæ est in imo, in barathrum merguntur. 7

e uere simul, & faciẽs eorum † demẽrge in foueam, & ego con- 7 8

a ¶ Minus diligitur ereptio finescitur periculi magnitudo. 9

f fitebor, quod saluare te possit dextera tua. Eccè Vehemoth 9 10 11

e *Et ego con.* acsi diceret: Si potes terribilia facere, hæc quæ ipse protuli tibi, & non mihi deputa bona omnia quæ feci sti. Si verò peccantes alios non potes perdere, liquet quod à reatu nequitiæ tua te non vales virtute liberare. Quia autem præmissis verbis dominus potẽtiã suæ magnitudinis intulit, nũc in sequentibus nequitiã antiqui hostis ostẽdit, vt bonus famul⁹ & auditis prius virtutib⁹ domini, sciret quãtũ diligeret, & cognita

Ibid.c.8.

E

† alliga (vel obuolue in abscõdito.

post caliditate diaboli disceret quantum timeret. Verbis enim sequentibus fideli famulo dominus cũctas hostis machinationes insinuat, omne quod opprimendo rapit, omne quod insidiãdo circumuolat, omne quod minando terret, omne q̃ suadendo blanditur, omne quod desperãdo frãgit, omne q̃ promittẽdo decipit. Cuncta ergo tergiuersationis eius certamina exorditur, dicens.

Ibid.c.9.

f *Ecce Vehemoth quem, &c.* Omnia simul facta dicuntur, quia cum primò fecit cælum & terram, in substantia simul facta sunt quæ de eis originẽ habent: sed non in specie, quæ post sequẽtibus diebus ostensa sunt: Sol & luna de cælo, virgulta & huiusmodi de terra; non sic homo, & Vehemoth, quia nõ alter ex altero; Si ideo simul, quia in actione Dei (quæ tempore caret) idem diceretur de omnibus; sed simul per imaginem sapientiæ.

F

Ibid.c.9.

Ecce Vehemoth, &c. Sub Vehemoth nomine antiquum hostem insinuat: interpretatur autem animal, qui cum homine factus est, non vnitate temporis, sed cognitione rationis. Quia ergo in cuncta rerum natura nullũ rationale animal est nisi angelus & homo, quicquid ratione vti nõ põt, cũ homine factũ nõ est; dicatur ergo,

Ecce Vehemoth, quem fe.te. vt dum homo eum, qui in ratione secum factus est, perisse considerat, vicinum sibi casum superbiæ ex ipsa propinqui sui perditione pertimescat. Sed quia Vehemoth cum quo sit factus dictum est, perditus quid agat audiamus.

NICOLAVS DE LIRA.

Diuisio.

1 Disperge. *Hic consequenter ostendit excellentiam diuinæ virtutis, quæ tertio modo apparet in punitione malorum, & hoc ostenditur primo in malis hominibus: secundò in dæmonibus, ibi*, Ecce Vehemoth. *Circa primum dicit*, Disper super. *id est, peccatores, si habes brachium sicut Deus.*

2 Et respi. om. arro. *i. solo nutu vel respectu deijce à sua potentia. Dicitur autem arrogans, qui maiora præsumit & attentat, quàm facultas sua & decentia se extendat.*

3 Respi.cun. su. *non oculo clementiæ parcentis, sed oculo iustitiæ punientis. Ideo subditur.*

4 Et confun. eos. *reddens eis confusionem propter eorum superbiam & gloriationem.*

5 Et contere impios in lo.suo. *Id est, vbi & quando magis securi non verebantur suam impietatem operari.*

6 Absconde eos in puluere simul. *corpora eorum per mortem redigendo in puluerem.*

7 Et facies eorum. *id est, animas quæ per facies designantur, eò quod in facie relucent omnes sensus, & in anima sunt omnes notitiæ intellectiuæ.*

8 Demerge in foueam. *Id est in profundum inferni.*

9 Et ego confitebor, *si possis facere prædicta.*

10 Quod saluare te pos.dex.tua. *id est, quod non indigeas alicuius auxilio: quod est proprium ipsius Dei.*

Diuisio.

11 Ecce Vehe. *Hic consequenter ostẽditur excellẽtia diuinæ virtutis in punitione dæmonis. Et primò sub similitudine animalis terrestris: secundo sub similitudine piscis, ibi*, An extrahere. *Circa primum sciẽdum, quod Iudæi dicunt hic, quod* Vehemoth *est nomen cuiusdã animalis incredibilis magnitudinis, intantum quòd in vna die depascit herbas mille montiũ, & in crastino renascitur herba in tãta magnitudine, sicut erat in precedẽti die. Et ad hoc inducit Ra. Sa. super istũ locum autoritatem Psal. xlix. in quo vbi habemus*, Iumenta in mõtibus & boues, *Hebræi dicunt*, Vehemoth in montibus mille: *& translatio Hieronymi sumpta immediatè de Hebræo habet*, Pecudes in montibus milium. *Dicunt enim Hebræi, quòd Vehemoth est nomen æquinocum, & vno modo signat idẽ quod animalia, & sic est nomen communis generis, & plurale: Alio modo signat prædictum animal immensæ magnitudinis, & sic est nomen speciei & singulare. Dicunt etiam Hebræi, quòd in resurrectione Deus interficiet illud, & iusti carnibus eius vescentur: & sic patet quod Iudæi inciderũt in errorem Saracenorum dicentes, quod resurrectio fiat ad vitam animalem cibis indigentem; quod improbani, Genes. j. cap. per scripturam noui ac veteris testamen. Habet dictum etiam eorum de magnitudine illius animalis multa, quæ statim videntur inconuenientia de pastu illius. Propter quod expositores catholici exponunt hoc de dæmone sub similitudine elephantis, & ceti, qui est idem quod Leuiathan. Vnde positis proprietatibus elephantis dicitur in litera*, Ipse est principium viarũ Dei: *quia tota natura Angelica à principio fuit creata in cælo empyreo. Similiter positis proprietatibus Leuiathan dicitur*, Ipse est rex super omnes filios superbiæ. *Ex quibus dictis satis patet, quòd Deus sub similitudine illorum animalium loquitur de dæmone: qui licet antequam caderet per peccatum, esset superior homine: deprauatus tamen per peccatum, factus est inferior, & cecidit quodammodo in bestialem monstrositatem; vnde & in animalibus monstrosis solet apparere; inter animalia autem terrestria, elephas est valde monstrosus, & cetus inter marina: & ideo per ipsa hic intelligitur diabolus. Ratio autem quare hic elephas vocatur Vehemoth, quod nomen in Hebræo significat animalia in plurali, est: quia propter magnitudinem habet excellentiam super omnia animalia, ita quod corpora plurium animalium simul iuncta non adæquant eius quantitatem. Igitur exponatur litera de dæmone, sub nomine elephantis designato: quia in parabola sensus literalis est, non ille qui immediatè per voces signatur, sed qui per res signatas, sicut Iudi. ix. b. dicitur*, Ierunt ligna ad rhamnum: *Sensus literalis est de viris Sichem signatis per ligna, & Abimelech qui per rhamnum signatur; Sic in proposito sensus literalis est de dæmone, qui parabolicè per elephantem designatur, cum dicitur*, Ecce Vehe. quem fecit tecum. *si referatur ad elephantem sic exponitur, quod elephas factus fuit sexta die cum aliis animalibus gressibilibus, & eodem die factus fuit homo: & sic Iob hic accipitur pro ipso Adam, in quo etiam sanctus fuit Iob quodammodo, scilicet tanquam in principio totius naturæ humanæ. Si autem referatur ad dæmonem, qui per Vehemoth intelligitur, sic exponitur.*

☞ a Fœ-

1 Quem

MORALITER.

✠ sobriè, cùm loquimur de conditionibus naturæ diuinæ.

11 *Ecce Vehemoth.* secũdũ doctores nostros dominus hic de diabolo loqtur sub elephantis metaphora, q̃ Vehemoth nominatur.

✠ 1 *Quem*

A a *Fœ.qu.bos.* GREG. Boues fœno non nisi mundo vescuntur. Fœnum ergo sicut bos appetit comedere, quia suggestionis suæ dente conterere mundam vitam spiritualium quærit: quod quidem prçualet in his, quę mundam vitam per studium ducunt, sed ex illa placere Deo non appetunt; hi apud humana iudicia electi sunt, sed apud subtile examẽ Dei, fœnũ. Quia igitur omnipotens quod hostis noster agat insinuat, nunc quomodo præualeat innotescit: vt calliditatis eius nequitia, quò apertius cognoscatur, facilius superetur, sequitur,

lib.32 c.10.

†Velociter mouet.

a ¶ Carnales. b ¶ Sed qui parent mundo de sordibus pro minimo est ei

c ¶ Hoc primo post esum fœni, quia postquam spiritum cepit, mox ad carnis corruptionem se extendit.

a b quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet. Fortitudo 1 2

a ¶ In die ortus, i. conuersionis, non est præcisus vmbilicus, id est, resecta luxuria.

eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris 3 4

a ¶ Quia tunc cum potestate miracula.

c eius. † Stringit caudam suam quasi cedrum, & neruũ testi- 5 6

a ¶ Male impliciti, & tecti non possunt solui. b Quia infirmus nequius incidit.

d e culorum eius perplexi sunt. Ossa eius velut † fistulæ æris. 7

Seminariũ hominis.

b *Forti. eius. &c* Seminarium coitus viris in lumbis esse, fæminis in vmbilico perhibetur; quia igitur potestati diaboli vterq; sexus B valde ex infirmitate luxuriæ substernitur: & fortitudo eius in lumbis contra masculos, & virtus illius contra fœminas in vmbilico perhibetur. Bene autem in lumbis, vel vmbilico *eius*, non *eorum* fortitudo dicitur: quia nimirum eius propriè corpus fiunt, qui suggestionum turpium blandimentis decepti, ei per luxuriæ fluxa succumbunt.

※ ⁂ Cur cũ Behemoth istum fænum comedere intulit, prima deceptionis eius argumenta, luxuriæ damna subiunxit? Quia liquidò omnibus patet, quòd postquam semel hominis spiritum superbia cæperit, mox se ad corruptionem carnis extendit. Quod in ipsis quoque hominibus primis agnoscimus: qui dum post perpetratam superbiam pudenda membra contegunt, patenter indicarunt quia postquam apud semetipsos intus arripere alta conati sunt, mox in carne foris erubescenda pertulerunt.

Ibid. c. 12. & 16 17. Antichristus.

c *Strin.cau.&c.* Cedri nomine superba prauorum potentia designatur: Cauda autẽ Vehemoth illa antiqui hostis extremitas dicitur, cum vas proprium perdirũ illum hominem ingreditur, qui C specialiter Antichristus nuncupatur. Quem quia modo honoribus seculi, modo signis & prodigijs fictę sanctitatis in tumore potentiæ eleuare permittitur, rectè voce dominica cauda illius cedro comparatur; Sicut enim cedrus arbusta crescendo deserit: ita tunc Antichristus mundi gloriam temporaliter obtinens, mensuras hominum, & honoris culmine, & signorũ potestate transcendet. Bene autem *caudam stringere* dicitur, quia tota eius virtus in illo vno damnato homine congesta densatur: vt tanto per illum fortia & mira faciat, quantò illũ collectis viribus instigat. Hoc etiam per seipsum sine homine agit, prima suggestio eius mollis est, quæ facilè potest conteri, sed recepta, vsu roboratur: Caput est herba, cauda cedrus; dente delectationis vulnerat; cauda stringit & ligat; consensu enim & vsu ita indurauerit & excreuerit, vt etiam volens non facilè queat dissolui. Illis etiam quos cepit, iam proximis mortis, grauiores culpas ingerit: Stringit ergo caudam, dum per parua vitia in fine deteriores facit. Aliquando receptũ, D gratia Dei expellit, sed cum expellitur, acrius sæuit, & discerpens exit; tunc enim mentem pœnis dilaniat, cum egredi compellitur, & in hoc caudam stringere dicitur; sed quia quale sit iniustorum caput dixit, de membris eius, sequitur:

Tribus modis peccatũ admittitur, .s. serpẽtis suggestione, carnis delectatione, spiritus cõsensione

Ibid. c. 13.

d *Ner. te. &c.* Tot testes habet, quot iniquitatis suæ prædicatores possidet. Testiculorum eius nerui perplexi sunt, quia videlicet prædicatorum illius argumenta dolosis assertionibus innodantur, vt recta videantur, quæ peruersa suadent, nec solui possunt. Vel, testiculi eius eius sunt, qui corda innocentium actionis suæ exemplo corrumpunt, & suo exemplo alijs fœtus erroris ministrant: quorum nerui perplexi sunt, & malè impliciti, dum correctione solui nequaquam possunt. Vel, testiculi sunt prauæ cogitationes & suggestiones, quibus stuprata anima iniquum opus gignit: Harũ nerui, id est, callida argumenta ita sunt perplexa, vt si quis peccata velit fugere, sine aliquo peccati laqueo non possit, nec potest ab vno solui, nisi alio alligatus. Vt, si quis iurat alicui, quod secreta illius omni silentio contegat, si post inuenit graue crimen illius quod velit facere: timet prodere, ne sit periurus; silere, ne consentaneus. Vel, deserens mundum, si non cautè à prçlato, aliquando iubetur agere quæ sunt mundi, dimittere quæ sunt Dei: si obedit Deum deserit; Si non obedit, Deum in suo prælato contempsit, & iam ad suas voluntates redit. Vel, qui pretio ad regimen ecclesiasticum ascenderit, pulsatus tribulatione attendit quod malè intrauit; sed volens dimittere, timet culpam gregis destitutione, volens retinere, timet ne grauior sit culpa quod emit possidere; quippe neutrum sine reatibus criminis videt. Si autem sine peccato nullus euadendi est aditus, minora eligantur, & perplexitas Vehemoth soluitur: dum ad maximas virtutes quis per minora commissa trahitur.

*baculi ærei.

E

F

Ibid. c. 14.

e *Ossa eius.* Ossa, sunt cõsilia, in quibus eius vis tota, qui non vi, sed callidè interficit. Per testiculos, i. suggestiones apertè noxia inserit, per ossa quasi ex bono consulit, vnde fistulis æris cõparantur, quæ suauitate cantus aures mulcent, & cor emolliunt: ita dolosa illius consilia blandum sonum de exterioribus reddunt, quæ & habere potest homo & bonus esse; & sic cor ad voluntates trahunt, vt, laudando quàm bene ex se egit, vt nõ debeat aliis subdi ad superbiam intendit: sed durius tentat, cùm sub specie virtutis quasi infirmis laqueus occultatur. Vnde *cartilago eius est quasi lamina ferrea.* Cartilago habet speciem ossis, sed non firmitatem, id est, quædam vitia habent speciem recti, sed non virtutem: vt, sub specie zeli latet ira, & sub mansuetudine dissolutio:

Ibid. c. 15.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quem fe te. *i. sicut & te feci: & hoc dicitur ad excludendum errorem eorum, qui malitiam dæmonis considerantes, negauerunt ipsum esse creaturam boni Dei.*

Quem fe. te. *i. habentem tecum similitudinẽ in natura intellectuali, in qua etiam elephas, per quem dæmon intelligitur, habet quandam conuenientiam cum homine. Dicitur enim viij. de animalibus, quòd omnium animalium syluestrium maximè domesticabile est elephas: in multis enim eruditur & intelligit, & docetur adorare regem; quod non est sic intelligendum, quod habeat intellectum, sed propter bonitatem æstimatiua habet intellectui aliqu d simile.*

2 Fœnum quasi, &c. *non enim vescitur carnibus, sicut & lupus & leo, sed herbis, granis, & terrænascentibus sicut & bos: & per hoc intelligitur, quod dæmon, qui per elephantem signatur, delectatur & pascitur in hominibus implicatis terrenis cupiditatibus. Consequenter agitur de virtute elephantis generatiua, cum dicitur,*

3 Forti. il. in lum. eius. *semen enim in animalibus masculinis: defluit à renibus ad membra genitalia:*

4 Et vir. il. in vm. ve. eius. *In coitu enim supponit vmbilicum dorso fœmellæ: & ideo habet ibi fortitudinem neruorum, ne lædãtur ex cõcussione corporum tam magnorum.*

5 Strin.cau.suam.si. ce. *quia in animalibus prædicto modo coeuntibus masculus stringit caudam suam inter tibias posteriores.*

6 Nerui testi.eius perple.sunt. *quia testiculi animalium generantium habent quasdam reuolutiones neruorum, vt habetur 4. de animalibus: per ista intelligitur, quod dæmon in peccato luxuriæ maximè delectatur; non quia delectationem in coitu propter se habeat, licet aliquãdo dæmones sint incubi, & succubi: sed quia illos, quos in peccato luxuriæ plus quam in alijs peccatis irretit, ita fortiter tenet, quod nõ possunt manum eius faciliter euadere; & sic q dicitur,* Fortitudo illius in lumbis eius, *refertur ad luxuriã virorũ, quæ magis viget in renibus;* Et virtus eius in vmbilico vẽtris eius *ad luxuriam mulierum.* Stringit caudam suam quasi cedrũ *quia quos in hoc peccatũ deijcit, assuefactione ligatos tenet;* Nerui testiculorũ eius perplexi *sunt, quia illos, qui hoc vitium relinquere volũt, diuersis occasionibus impedit & retinet. Consequenter agit de fortitudine elephantis dicens,*

7 Ossa eius velut fistulæ. *per hoc intelligitur fortitudo ossium eius, & tibiarum ad sustinendum corporis pondus: ideo dicuntur inflexibiles ad modum æris & ferri; & per hoc in dæmone intelligitur obstinatio in peccato, quia liberũ eius arbitrium non est flexibile ad bonũ.*

MORALITER.

1 *Quem fe. te.* i. similem tibi per intellectum.

2 *Fœnum quasi bos co.* Per fœnum vita carnalis intelligitur Esa. xl.b *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni:* Ergo Vehemoth fœnum comedit, quia carnales homines incorporando sibi consumit.

3 *Forti. eius in lum. eius, &c.* Luxuria viget in lũbis virorum, & in vmbilico fæminarum: ergo quia per vitium luxuriæ vtriusq. sexus multi diabolo subijciuntur, virtus eius & fortitudo in lumbis & in vmbilico denuntiatur.

5 *Stringit caudam. su. sicut cedrum.* quia fortiter tenet, quos capit per luxuriæ vitium.

7 *Ossa eius ve. fi. æris.* Per duritiam æris & ferri significatur obstinatio diaboli, in qua desiderat sibi peccatores assimilari.

☞ Salutio: per hoc ergo facit sperari præmia, vnde sequũtur supplicia: sed facilius culpa corrigitur quę erubescitur, quę autẽ virtus putatur, difficilius: vnde laminæ ferreæ comparãtur. Habet hæc bellua carnes, habet ossa: sed ossa eius quoslibet valentiores in corpore eius accipimus, in quibus dum iniquitas vehementer induruerit, per eos tota corporis compago subsistit. Qui quoniam potestate videri admirando appetunt, & tamen auditoribus nõnunquam exhibent linguæ dulcedines, æris fistulæ comparãtur: quia more metalli insensibilis sonũ beneloquẽdi habent, sed sensum bene viuendi non habẽt.

† ossa illius (sub. minora) sicut virga ferrea. † applicauit.

a ¶ Debiliores nequius agunt. b ¶ Vt videatur, quia non est. c ¶ Ferro cætera metalla conciduntur. d ¶ Si ergo huic superbienti non pepercit Deus, quid fiet superbo homini.

b † cartilãgo illius quasi laminæ ferreæ. Ipse est principium viarum Dei. Qui fecit eum † applicabit gladium eius: huic mõtes herbas ferunt. Omnes bestiæ agri ludent ibi: sub † vmbra dormit in secreto calami in locis humentibus. Protegunt † vmbræ vmbram eius, circundabunt eum salices torrentis.

a ¶ Multum potest ex conditione, sed reprimitur ab authore. b ¶ Omne quod applicatur, in seipso reducitur.

a ¶ Ex successu huius seculi procedit elatio & desideria multa, & curæ quasi fœnum, quo fames diaboli pascitur. b ¶ Quia cor superborum omni vitio substernitur.

c ¶ Vbi nihil eum commouet. Solis calore recedente fit vmbra, i. torpor & frigiditas peccati, quies diaboli.

a ¶ Vbi species quasi cortex arboris: sed non soliditas. b ¶ Vbi bene vestigia imprimuntur, vbi pes labitur. c ¶ Si hæc mala iusti increpant, occurrunt aliqui, ne alij corrigantur.

B a *Cartilago.* GREG: Cartilago ossis speciẽ habet, sed ossis fortitudinem non habet. Cartilãgo ergo eius similis ferro dicitur, quia hi, qui in eius corpore ad ostensionem virtutum non sufficiunt, contra vocem fidelium acrius accenduntur. Quia enim cum eos se facere signa & prodigia non posse considerant, fideles se illi per crudelitatem probant, qui rectè laminis ferreis comparantur: quia dum circumquaque se in crudelitate dilatare ambiunt, quasi in ferri laminas se extendunt: sed Vehemoth iste, qui per membra sua extremo tempore, vel per se semper contra electos Dei tanta se arte iniquitatis exercet, cuius sit naturæ, cuius sit conditionis, acsi causas tantæ astutiæ tantæque fortitudinis redderet, adiunxit:

Lib. 32. c. 15

† arbores vmbriferæ (vel tegent eũ arbores vmbriferæ vt sint vmbra eius.

Eze. 18. c.

Ibid. c. 18. b *Ipse est prin. vi.* vnde propheta: *Tu signaculũ similitudinis Dei.* Quid namque boni non habuit, Signaculum Dei similitudinis si fuit? De sigillo quippe annuli talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodem essentialiter habetur. Item omne lignum paradisi non est simile ei, &c. Agmina etiam etsi excelsa, non sunt huic prælata nec æquata: Item omnis lapis pretiosus operimentum tuum, quia omnes angelos ornamentum habuit, quos transcendit. Hunc summum, puluis tamen, i. homo Christus, vicit, cui est & hæres quicunquæ vincit. Vias Dei, actiones accipimus: Principium ergo actionum Dei Vehemoth dicitur, quia nimirum cum cuncta crearet, hunc primum condidit, quem eminẽtiorem reliquis angelis fecit. Tot antiqui hostis virtutibus auditis, tanta conditionis eius magnitudine cognita, quis non percussione desperationis succumbat? Sed quia elationem nostram ostensa hostis potentia reprimit, etiam infirmitatem nostram fouet adiungens:

Ibid. c. 19. c *Qui fecit eum.* Gladius Vehemoth ipsa nocendi malitia est: sed ab eo à quo bonus per naturã factus est, eius gladius applicatur: quia eius malitia diuina dispensatione restringitur, ne ferire tantum mentes hominum quantum appetit, permittatur.

✠ ✠ Per hoc aperte cognoscimus, cum quanto hoste pugnemus. Superest igitur vt vnusquisque nostrũm tantò se plenius auctori subiiciat, quantò se contrà verius violentas aduersarij vires pensat. Quid namque nos nisi puluis sumus? quid verò ille nisi vnus ex cælestibus spiritibus &, quod adhuc maius est, summus? Quid ergo de propria virtute audeat, quando contrà angelorum principẽ puluis pugnat? Sed quia supernorum spirituum conditor terrenũ corpus assumpsit, recte iam superbientem angelum humilis puluis vnicit; Inhærendo quippe veræ fortitudini vires accipit, quas transfuga spiritus, cum semetipsum sequitur, amisit, & dignum est vt vincatur à puluere, qui fortem se credidit deserto creatore. Valde autem anhelat sęuiens, quod cum ipsum imà cruciãt, homo ad summa conscendat: sed loca mentium mutauit ordo meritorum, sic superbia meruit deiici, si humilitas exaltari:

D

1 d *Huic montes herbas fe.* Quę est herba montium, nisi voluptas fluxa, quæ ex corde gignitur superborum: Elati nanq; seculi huic 2 Vehemoth herbas ferunt, quia suas illi offerunt fluxas & lubricas voluptates: & ex eo illum reficiũt quod 3 nequiter operantur. 4 5 6 7 8

Lib. 33. c. 1.

† arboribus vmbriferis

E e *Omnes be. agri lu. ibi.* Bestiæ, immundi spiritus sunt; ager mundus. Agri verò bestiæ in herbis montium ludũt, quia proiecta de superioribus in hoc mundo dæmonia prauis superborum operibus delectantur; Sed quia audiuimus quid iste Vehemoth comedat, nunc audiamus vbi interim per prauum desideriũ requiescat.

Ibid. c. 2.

f *Sub vmbra dor. in secre. cala.* Hoc loco, appellatione calami, mentes secularium temporali gloriæ deditę designantur: Qui tantò apud semetipsos intus inanescunt, quantò alti & nitidi exterius ostenduntur: quia dum ad exteriorem gloriam per superficiem tendunt & defluunt, nulla intus firmitate solidantur. In secreto ergo calami dormire perhibetur, quia quorum studia ad appetitum temporalis nitoris atque altitudinis cõmouet, corda eorum quasi quietus tenet. Dormire enim in cordibus sanctorum non potest: quia etsi quandoque in eis ad breue momentum se collocat, ipse eum cælestium desideriorum æstus fatigat: & quasi toties vt recedat pungitur, quoties ab eis amore intimo ad æterna suspiratur.

Ibid. c. 3.

g *In locis humenti.* Loca humentia sunt terrenorum hominum mentes, quas humor carnalis concupiscentiæ (quia replet) fluidas facit. Loca quoque humentia sunt opera voluptuosa, vel membra genitalia. Quòd si ita est, quid aliud locis humentibus nisi luxuria designatur, vt & per calamum superbia gloriæ, & per loca humentia luxuria corporis designatur. Hæc duo nimis dominantur in homine, vnum est spiritus, alterum carnis.

F

Ibid.

h *Protegunt vmbræ vmbram eius.* Vmbræ sunt diaboli, omnes iniqui; qui dum imitationi iniquitatis eius inseruiunt, quasi ab eius corpore imaginis speciem trahunt. Sicut autem vmbræ eius sunt pluraliter reprobi, ita singulariter vmbra eius est vnusquisq; peccator. Sed vmbræ Vehemoth istius, vmbram eius protegunt; dum peccatores, in quo sibi malè conscij sunt, in eo & alium peccantem defendunt.

Ibid. c. 4.

i *Circundabunt eum salices.* per sterilitatem salicum vita peccantium (qui verbis viresc unt) sine fructu signatur; Per torrentem, huius mortalis vitæ cursus exprimitur. Circundant ergo Vehemoth salices torrentis: quia amatores vitæ mortalis à bonis actibus, quasi à fructibus, alieni tantò illi arctius inhærent, quantò eos largius delectatio transitoriæ voluptatis infundit; hos enim quasi in radicibus torrentis rigat, dum in suis cogitationibus amor vitæ carnalis inebriat. Sed quia quid ei à suis clientibus im-

Ibid. c. 5.

☞ pendatur

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Ipse est prin. vi. de. *hoc interponitur ad intelligendum, quòd ea quæ dicuntur hic, de damone intelliguntur, sub metaphora elephantis. est enim damon, principium viarum Dei: quia inter creaturas, angelica est prima; & inter angelos, ille, qui fuit primus simpliciter, peccauit per superbiam, & fuit aliis cadentibus occasio peccandi.*

2 Qui fecit eum. *scilicet Deus,*

3 Appli. gla. eius. *s. potestatem nocendi, (quæ inest ei à Deo, quamuis voluntatem nocendi habeat à seipso) non tamen potest eam exequi nisi à Deo permittente: sicut patet in principio huius libri. Consequenter describitur conuersatio elephantis, cum dicitur:*

4 Huic montes her. *quia sicut dictum est suprà, vescitur terrenaſcẽtibus: & per hoc quòd sit hic mentio de mõtibus, intelligitur quòd potestas dæmonis maximè est in superbis hominibus;*

5 Omnes be. agri. lu. *sicut dictum est suprà, elephas nõ viuit de præda aliorum animalium, sicut leo, & ideo alia bestia non formidant habitare cum eo: & per hoc designatur, quòd homines bestialiter viuẽtes sint ipsi dæmoni familiares.*

6 Sub vm. &c. *Est enim elephas animal calidũ, & in regionibus calidis nascitur: & ideo contra calorem corporis & temporis libenter requiescit iuxta fluuios, vbi in locis paludosis crescunt calami, vt habetur v. de animalibus.*

7 Prote. vmbræ vm. eius. *quia quærit loca iuxta calamos, vbi sunt arbores magnæ: quarum vmbræ cadunt super vmbras calamorum, ideo subditur:*

8 Circunda. eum sa. tor. *quæ sunt altiores calamis, & faciunt vmbram densiorem.*

✠ 1 Absor-

MORALITER.

✠ 1 *Ipse est prin. via. Dei.* i. creaturarum, nam angelica natura est inter creaturas dignitate prima: propter quod ex eius casu nobis timor incutitur ne cadamus.

3 *Qui fecit eũ appli. gla. eius.* Nihil enim potest agere, nisi ex diuina permissione.

4 *Huic montes her. fe.* nam superbi ipsum pascunt.

5 *Omne bestiæ agri lu. ibi.* quia bestialiter viuentes lætitiam faciunt illi.

6 *Sub vm. dormit in secreto ca. &c.* Per hoc significatur, quod in otiosis & delicatè viuentibus quiescit & delectatur.

✠ 1 *Absor-*

A pendatur audiuimus, nunc etiam quid in illis agat audiamus:
☞ a *Absor.flu.* GREG. Nomine fluuij decursio humani generis signa-
Lib.33.c.6. tur: Appellatione Iordanis, hi qui iam imbuti sunt sacramẽto ba-
ptismatis, quia in hoc flumine contingit sacramentũ baptismatis
inchoari. Quia igitur humanũ genus in ima defluens (vsque ad
redemptoris tempora) quasi quendam in se fluuium traxit, bene
nunc subditur:

b *Et non mir.* Neque enim pro magno diabolus habuit, quod infideles tulit. Quia verò post mediatoris aduentum quosdam qui rectè viuere negligunt etiam fideles rapit, rectè subiungitur:

B c *Et habet si.* Vel, qui fidem veritatis cognouerunt, sed viuere fideliter negligunt, fluuius dici possunt, quia videlicet deorsum fluunt; Iordanis descensio eorũ dicitur. Sunt etiam nonnulli, qui vias veritatis appetentes, semetipsos abiiciunt, atq; à vitę veteris elatione descendunt. Et est sensus: Absorbebit fluuium, quia pro magno nõ æstimat cum eos deuorat, qui per ipsa suæ vitæ studia deorsum currũt: sed illos magnopere rapere nititur, quos despectis terrenis studiis iungi iam cælestibus contemplatur; Sed contra hunc consolationis adiutorium præstat is, de quo subditur:

Ibid. c. 7. d *In oculis eius.* Cum Vehemoth insidias atque effrenatas vires, vnde terret, indicasset: filij sui vnde refouet commendat aduentum, & quo ordine ab illo Vehemoth iste sit perimendus insinuat, qui de se in nece diaboli hamum fecit. Assumpsit enim corpus, vt in eo Vehemoth, quasi escam suam, mortem carnis appeteret: sed ibi erat diuinitas, quæ raptoris faucem perfo-
C ret. In oculis autem suis hamo captus est; quia & nouit, & momordit, & prius cognoscendo confessus, confitendo pertimuit, & tandem pòst non timuit, cum in illo quasi escam propriam, & mortem carnis esuiret. Igitur quia caput nostrum, quid per se fecit, dictum est: nunc per membra sua quid faciat sequitur.

Ibid. c. 8. e *Et in sud. perf.* Per nares odor trahitur, & ducto flatu hoc agitur, vt res, etiam quæ longè est posita, cognoscatur. Naribus ergo Vehemoth callidæ eius insidiæ designantur, per quas sagacissimè nititur occulta cordis nostri bona cognoscere, & hoc pessima persuasione dissipare. In sudibus itaq; dominus noster nares eius perforat, quia callidas eius insidias acutis sanctorũ sensibus penetrans eneruat. Sed quia Vehemoth iste per varia fraudum argumenta distenditur, adhuc iuncto & alio nomine notatur; nam D
sequitur,

f *An extra.po.* Leuiathan additamentum eorũ dicitur, hominũ Ibid. c. 9.
s. quibus semel culpam præuaricationis intulit: & hanc vsque ad
æternam mortem quotidie pessimis suggestionibus extendit. Potest etiam per irrisionem vocari Leuiathã, primo itaque homini diuinitatem se additurum perhibuit, sed immortalitatẽ tulit. Additamentum ergo hominum per irrisionem dici potest, quibus dũ hoc quod nõ erat, addere spopondit: etiam hoc quod erant fallẽdo subtrahit. Sed hamo captus est, quia in redemptore nostro, dum per satellites suos escam corporis momordit, diuinitatis illum aculeus perforauit. Huius hami linea illa est per euangelium patrum propago memorata, qua iste hamus in hæc profunda aquarum mirè suspensus est, vbi cetus aperto ore penè omnes vorabat; In extremo lineæ hamus est Christus. E

g *Et fu.li.* Quia fune peccata signantur, per prophetam dicitur: Ibidem.
Væ qui trahitis iniquitates in funiculis vanitatis. Iniquitas in funi- Esa. 5. e.
culis trahitur, dum per augmentum culpa protelatur. Rursum fune fides exprimitur, Salomone attestante, *Funiculus triplex difficile* Eccle. 4. e.
rumpitur; quia fides, quæ de cognitione trinitatis ab ore prædicãtium texitur, fortis in electis permanens, in solo reproborum corde dissipatur. Hic itaque funis nomine, siue peccatum, siue fidem nil obstat intelligi. Incarnatus enim dominus fune Leuiathan linguam ligauit, quia in similitudine carnis peccati apparẽs de peccato damnauit peccatum, & omnia eius errorum prædicamenta damnauit. Vel, fune Leuiathan lingua constringitur, quia dum per prædicatores sanctos in mundo fides innotuit, erumpere mundi doctrina cessauit. F

h *Nun.po. cir.* Per nares insidiæ, per circulum diuinæ virtutis Ibid. c. 10.
omnipotentia signatur. Circulus ergo ei in naribus ponitur, dum circundata protectionis supernæ fortitudine eius sagacitas retinetur, ne contra infirmitates hominum tantum præualeat, quantum perditionis argumẽta latenter explorat. Potest etiam circuli nomine occulti iudicij adiutorium designari: vnde, Circulus dicitur potestas iudicij, quia vndique stringit sicut falx, quia inter se colligit & nullatenus euitatur.

i *Aut ar.per.* Ab intellectu circuli armilla non discrepat, quia Ibidem.
ipsa quoq; hoc vbi ponitur ambiendo constringit. Armilla ergo
☞ dominus

NICOLAVS DE LIRA.

1 Absorbebit flu. &c. *Elephas enim propter magnitudinem corporis, & caliditatem complexionis, consueuit multum bibere: vnde vij. de animalibus dicitur, quod quidam Elephas bibit metretas Macedonicas xiiij. in mane. & iterum alias viij. in sero: & ideo hic est hyperbolica locutio, cum dicitur*, Absor. flu. *sicut de homine multum potante dicitur, quod si Sequana, vel alius fluuius transiret per os eius: non esset satiatus. Per ista designatur, quod diabolus quiescit et habitat in hominibus otio deditis, tanquam in locis vmbrosis, quæ sunt apta quiescentibus, & otiosis: & quod confidit de facili sibi incorporare, quasi potando, omnes homines instabiles, qui per fluuium designãtur; verumtamen quia non superat omnes, sed à sanctis hominibus superatur, & maximè à Christo, ideo subditur,*

2 In ocu. eius qua. ha. ca. eũ. *in quo exprimitur vnus modus capiẽdi Elephantem, per hoc q̃ desubtus canatur terra, & suprà illam cauationem ponitur pabulum: quod videns illuc accedit, & terra frangitur expondere, & sic cadit in foueam: & capitur sicut pisces hamo capiuntur, quia venator superueniens eum pungit lancea, ideo subditur:*

3 Et in su. id est, *in acutis gladys.*

4 Perfo. na. eius. *quę sunt partes magis sensibiles: per hoc autem designatur, q̃ Christus superauit diabolu, ostendens ei infirmitatem humanæ naturæ, quam credens sicut escam deuorare, fuit captus. Per sudes autem eius nares perforantes, possunt intelligi Apostoli, & alij sancti, quibus Christus dedit super dæmones potestatem.*

5 An extra. po. *Hic consequenter agitur de dæmone sub similitudine ceti, qui est maximum animal marinum. Dicit enim Plinius, q̃ tantum spatium occupat, quantũ quatuor iugera terræ: mediam autẽ partem iugeri par boum in die arare consuevit, vt habetur j. Reg. xiiij. Et ad designandum magnitudinem ceti, vocatur hic Leuiathan: quod in Hebræo sonat additamentum eorum, quia notabiliter excedit quantitatem omnium aliorum animalium terrestrium & marinorum; igitur sub similitudine animalis tam monstrosi, primò ostenditur ipse dæmon ab homine insuperabilis; & secundo omnibus creaturis terribilis. ca. se. Prima adhuc in duas, quia primò ostenditur insuperabilis ab homine,* Diuisio.
secundo superabilis à Deo, ibi, Memento bel. *Circa primum dicitur:* An extrahere poteris. *s. de mari.*

6 Leuiathã ha. *q. d. nõ: quia non potest sic capi sicut pisces alij: & dato quòd sic caperetur, tamen non posset sic extrahi, propter pondus sui corporis.*

7 Et fune ligabis linguam, &c. *q. d. non: hamus enim, in quo capitur piscis, appenditur in fune, & sic lingua piscis capti ligatur cum illo fune.*

☞ 1 Nun-

MORALITER.

✠ 1 *Absorbebit fluuium & non mi.* Per fluuiũ, & Iordanem significantur instabiles personæ, quas æstimat de facili per peccatũ absorbere.

2 *In ocu. su. &c.* Multos enim capit per aspectũ impudicũ. Matth. v. d. *Qui viderit mulierem ad concupiscendum iam mœchatus est eam in corde suo.*

† *In su. per. na. eius.* Per sudes intelligi possunt subtiles tentationes, per quas aliquando capiuntur sapientes, qui per nares designantur, eò quod per nasum discretio significatur.

5 *An extra. po. Le. ha.* & subintelligitur, sicut ego. Loquitur autem hic dominus de diabolo, sub similitudine ceti, qui Leuiathan nominatur: hunc autem dominus extrahit quando de cordibus peccatorum hamo sanctæ prædicationis educit; & circulum in naribus eius ponit, & maxillam eius perforat, quando ipsum à tentationibus fidelium reprimit & refrenat.

a ¶ Acutis verbis explorationem diaboli, per miracula diuinitatem odorantis pertulit dicens: Non in solo pane viuit homo, &c. Luc. iiij. a.

a ¶ De aquis humani generis. b ¶ Vt ego qui filium mitto.

a ¶ Quod si aperte iam non est potens, per insidias mordet, dominus ponit cir. in na. eius.
b ¶ Potentia iudicij insidiæ eius coarctantur.

1 tis. Ecce absorbebit fluuium, & non † mirabitur, & habet fi-
2 3 ducia quòd influat Iordanis in os eius. In † oculis eius quasi
4 5 hamo capiet eũ, & in sudibus perforabis nares eius. An ex-
6 g trahere pòteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam
7 eius? Nunquid pones circulum in naribus eius, aut † armilla

1 festinabit
† i. oculis suis capitur ipse, laqueis perforatur eius naris,
† spina.

dominus maxillam Leuiathan perforat, quia misericordiæ suæ potentia, sic malitię antiqui hostis obuiat, vt aliquando eos etiã, quos iam cepit, amittat: & quasi ab ore illius cadunt, quia post perpetratas culpas ad innocẽtiam redeũt; vel, in ore habet, nõ eũ qui peccat, sed eum qui tẽtat: sed perforata est maxilla; quia vnde cõterit iustos, inde eos perdit, quia sic humiliantur in bonis, vt Paulus. Sequitur.

a *Nunquid mul. ad te.* Greg. Subaudis vt mihi. Si ad personam filij hæc referuntur, incarnato ei mollia loquebatur, cum diceret, *Scimus quod es filius Dei: & si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorũ.* Vel, ad dominum preces multiplicat, cum extremo die iudicij iniqui, qui eius corpus sunt, sibi parcere deprecatur.

b *Nunquid feriet tecum.* Subaudi vt mecũ. In pacto discordantium partium voluntas impletur, vt ad votum suum quæq; perueniat, & iurgia desiderato fine concludat. Antiquus itaq; hostis à Dei innocentia malitia sua discordat: sed ab eius iudicio etiam discordando non discrepat. Nam iustos semper maliuolè tentare appetit, sed tamen hoc dominus, vel misericorditer fieri, vel iustè permittit. Hæc ergo tentationis licentia pactum vocatur, in qua & desideriũ tentatoris agitur, & tamen per eam miro modo voluntas iusti redemptoris impletur.

c *Et accipies eum.* Subau. vt ego. Ex pacto quod cum domino ferire dicitur, seruus accipi perhibetur: quia inde obtemperat nutibus diuinæ potentiæ, vnde exercet iram nequissimæ voluntatis suæ. Seruus ergo ex pacto est, quia dum voluntatem suam implere permittitur, à superni consilij voluntate ligatur, vt electos Dei volens tentet, & tentando nesciens probet. Notandum autem est quòd à domino non solũ seruus, sed sempiternus seruus accipi dicitur. Leuiathan ergo post præsentis vitæ terminum cũ suo corpore flãmis tradetur, quos, s. cruciatus dum iusti conspiciũt, in Dei laudibus crescũt: quia in se cernũt donum quo remunerati sunt, & in illis inspiciunt suppliciũ, quod euaserunt. Igitur si vtilitati iustorũ, & hîc Leuiathan istius tentatio, & illic damnatio proficit: sempiternus seruus est, dum Dei laudibus nesciens seruit, & illic eius pœna iusta, & hîc voluntas iniusta.

✠ Ita enim tunc pulchra erit vniuersitas, dum & gehenna iustè cruciat impios, & æterna felicitas iustè remunerat pios. Sicut enim niger color in pictura substernitur, vt superiectus albus vel rubeus pulchrior ostendatur: ita tunc etiam malos bene ordinans Deus, feliciora exhibet gaudia beatorum, ostensis ante oculos supplicijs reproborum. Et quamuis illud ex visione Dominica eorum gaudium non sit quò crescat: magis tamen auctori suo, esse se debitores sentiunt, quando & bonum cernunt, quod iustè remunerari percipiunt, & malum quod misericorditer adiuti vicerunt.

d *Nunquid illu.ei.* Aduersarius noster prius Vehemoth; postmodũ Leuiathan dicitur; 1 nunc aui in perditioni suæ illusione comparatur. Vehemoth autem, 2 & bellua intepretatur, 3 quia ad speciẽ cælestium nulla iã respiratione se erigit, bruto sensu bellua est; Draco per nocendi malitiã; Auis, quia de naturæ suæ subtilitate superbè extollitur, Huic quasi aui 4 dominus illusit, dũ ei in passione vnigeniti sui ostendit escam, sed laqueũ abscondit. Vidit quod ore perciperet, sed nõ vidit quod guttur teneret: & more auis illusus, diuinitatis eius laqueũ pertulit, dum humanitatis eius escam momordit. 5

c *Aut ligabis eum.* Subaud. vt ego. In seruis, etsi despecta est conditio, virilitas viget: In ancillis autem cum conditione pariter sexus iacet. Bene autem Leuiathan non seruis sed ancillis ligare se asserit, quia ad redemptionem nostram veniens, & suos contra mundi superbiam prædicatores mittens: relictis sapientibus, insipientes; relictis fortibus debiles; relictis diuitibus pauperes elegit. Sed quia quos contra eum dominus mittat insinuat, nunc etiam quid ipsi agant, qui mittuntur adiungit.

f *Concident eum.* Leuiathan toties conciditur quoties diuini verbi gladio sua ab illo membra separãtur. Ipsos autem amicos nominat, quos superius ancillas vocat; ipsos etiam negotiatores appellat. Sãcti enim prædicatores prius ancillæ sunt per formidinem; postea amici per fidem; ad extremũ, negotiatores, dum prædicationem prærogant & Apostolis fidem reportant.

g *Nunquid implebis sagenas pelle.* Per sagenas, vel gurgustium piscium, ecclesiæ fidelium, qui vnam catholicam faciũt, designantur; quæ ex omni genere piscium congregant, quia malos cum bonis, superbos cũ humilibus, iracũdos cum mitibus, fatuos cum sapiẽtibus capiũt: In pelle verò Leuiathan istius, quæ est exterius, subditi ad hæc extrema seruientes; Capite autem, præpositi designantur. Dicit ergo: *Nũquid im.sa.pel.eius & gur.piscium capite illius.* Subaudis vt ego. Qui intra ecclesiam fidelium prius quasi pellem diaboli extremos atque infimos colligo; postmodum caput illius, id est, prudentes, mihi aduersarios, subdo. Prius enim collegit indoctos, postmodum philosophos.

✠ Orig. Homines, qui corporibus, vti nauigijs, vtuntur per se

☞ extrema

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nun.mul. &c. *vt ei parcas & non capias eum: quasi dicat non, quia non habet te timere.*

2 Nunquid feriet tecum pa. *vt seruiat tibi, sicut domino suo.*

3 Nunquid illudes ei quasi aui. *capiendo eum in decipula, sicut capitur auicula.*

4 Aut ligabis eum ancil. tu. *Sicut ligatur auicula capta, vt pueri, qui custodiuntur ab ancillis, ludant in ea. Per ista prædicta intelligitur, quod tanta est potestas dæmonis, & nulla virtute hominis, carminibus, herbis, lapidibus, characteribus, & similibus, potest astringi seu arctari ad aliquid agendum: licet aliquando hoc fingat vt homines talibus intentos in erroribus detineat.*

5 Concident cum amici, diu. *Interrogatiuè legatur. q.d. non: alia enim animalia terrestria & aquatica aliquando capiuntur virtute humana, & sic carnes eorum communicantur alijs per liberalem distributionem inter amicos, vel per vinditionem inter negotiatores.*

6 Nunquid imp.sa.pel.ei. *Id est, capies eum cum sagena, quia pellis piscis capti in sagena inuoluitur intra ipsam; quasi diceret, non: quia non potest sic capi.*

7 Et gurgustium pis.cap.ill. *Est autem gurgustium instrumentum de vimine factum, sic nominatum à gurgite fluuio, in quo ponitur ad capiendum pisces: quia aliquando intrant illuc, & non possunt exire. Caput autem ceti est tanta magnitudinis, quod non posset ingredi talia instrumenta.*

☞ 1 Pones

MORALITER.

1 *Nunquid mul, ad te pra.* Subintelligitur sicut ad me: ad Deum enim preces multiplicauit, cum ab eo persequendi Iob licentiã impetrauit suprà cap 1.

3 *Nun fe.te.pa.* Subintelligitur sicut mecum. Cum domino nanque diabolus pactum ferit, inquantum sine permissione eius nihil facit: est etiam seruus eius sempiternus, inquantum est executor iustitiæ eius.

3 *Nunquid il.ei qu. a.* Sicut ego. Christus enim eum in eruce delusit, quia volentem se capere cepit.

4 *Aut liga.eum an.tu.* Sicut ego, qui ligaui eum ancillis meis, virtutem eius subiciendo virginibus sacris, vt sanctæ Margaretæ & pluribus alijs.

5 *Concid.eum amici.* Isti sunt Apostoli, quibus dicit dominus Iohan. xxv. b. *Iam non dicam vos seruos, sed amicos, &c.* Ipsi verò diabolum conciderunt, quia plura membra eius ab eo seperauerunt; Et idem significatur per hoc quod subditur,

† *Diuident illum negotia.* Nam apostoli sunt negotiatores euangelici.

6 *Nunquid imple.sa. pel.eius.* Sicut ego. Gurgustium & sagena sunt piscantium instrumenta: propter quod sicut ecclesia sagena dicitur Matth. xiij.f. *Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, &c.* sic dici potest gurgustium. Per pellem, quæ caloribus & frigoribus exponitur, minores plebis; per caput, maiores significantur: ergo pelle dæmonis sagenas impleuit, quando multitudinem infidelium ad fidem vocauit; & eius capite gurgustium, quando cœpit per fidem Constantinum. Sed quoniam hæc non humana virtute, sed diuina facta sunt, sequitur.

✠ 1 Pones

perforabis maxillam eius? Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? Núquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum? Nunquid illudes ei quasi aui, aut ligãbis eum † ancillis tuis? † Concident eum † amici, diuident illum negotiatores? † Nunquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustium piscium capite illius?

¶ Scilicet, vt mihi. ¶ Vt mecum.

a ¶ Animal est, dum per luxuriam tentat, serpens dum per malitiam, auis dum per superbiam.
b ¶ In seipso, cuius pestis arctatur, vel in membris, quæ terrore restringuntur.

¶ Stultis. ¶ Prudentibus.

Li.33.c.12. Ibid. c.13. Ibidem. Nota. Ibid.c.14. Ibid.c.17. Ibidem: Gurgustiũ.

† vel puellis. Matth 8.

† Cœnabunt super eum socij. † Nũ succides eui, tris pellem eius, & cultro piscatorio pellem eius. Chal. interpr. Nunquid implebis tabernacula sub. quæ faciũt piscatores in ripis fluminum, pelle eius, & vmbracula piscatoria capite eius?

extrema, draconis perimere non possunt. Seu aliter, Piscatores
☞ A ij sunt qui in ecclesia docendo prosunt, nauigia ipsæ ecclesiæ,
A Draconis caput superbia quem draconem Apostoli deuicerunt
Christum imitati.

Li.33.c.17. a *Pones super eum ma.* GREG. vt ego, Qui forti illum potentia reprimens, non plus quàm expediat sæuire permitto; Vel, manū super eum ponere, est
B virtutis potestate superare, vt sit sensus: Nunquid illum virtute propria reprimes? Vnde subditur:

Ibid. c.18. b *Memento bell.* Acsi diceretur: Si occulti hostis bellum cōtra
C te cōsideras, quicquid à me pateris, nō accusas. Diuinæ enim dispensationis medicamine agitur, vt exterioribus doloribus internū vulnus † adimatur, & flagellorū sectionibus repellatur ea quæ
† aduratur mentem occupare poterat, interior putredo vitiorum. Quia verò Leuiathan de diuina misericordia, falsa sibi promissione blanditur: postquā terrorē fortitudinis eius intulit, & beati Iob animū in eius circunspectione commouit, dicens, *Memento bel. nec vl.* D
ad.lo. vt irremissibilem reatum eius ostenderet, illico adiunxit:
c *Ecce spes eius fru.eum.* Quod sic de eo debet intelligi, vt referri etiam ad corpus illius possit: quia iniqui, qui districtionē diuinæ iustitiæ non metuūt, incassum sibi de misericordia blandiuntur; moxq; ad cōsolationē nostram futurum eius interitum prænūtiat.

a ¶ Si vires diaboli bene attendis, quot modis nocet, non murmura de his quæ pateris, quia prosunt & ab eo liberant.

a b c d Pones super eum manum tuam. Mēmento belli, nec vltrà addas loqui. Ecce spes eius frustrabitur eum, et † videntibus cunctis præcipitabitur.

1 d *Et videntibus.* Cūctis videntibus præci- E
2 pitabitur, quia æterno
3 iudice terribiliter ap-
4 parente, astantibus
5 legionibus angelorum, atque electis omnibus ad hoc spectaculum deductis, ista bellua crudelis in medium captiua deducetur: & iam cum corpore suo, id est cum reprobis omnibus æternis in- F
cendiis mancipabitur. Et bene *videntibus cunctis præcipitabitur*: quia visa mors eius tunc gaudium exhibet, cuius vita nunc tolleratur. Sed ne quæramus dicentes: Domine qui Leuiathan istum tantæ esse fortitudinis non ignoras, eum in certamine nostræ infirmitatis cur suscitas? adiunxit, *Non quasi crudelis suscitabo eum.*

† ad aspectum eius proiicietur sub homo correptus.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Pones super eum ma. tu. *id est virtutem tuam, ad faciendum de eo voluntatem tuam; quasi dicat non; cum sit omnino virtute humana insuperabilis, nisi cum impingit ad terram, vnde non potest se mouere, vt dicetur parte sequenti: vel quando ex improuiso vulneratur ab insidiantibus sibi, vt dictum fuit.*

2 Memento belli. *Hic consequenter ostenditur, quod quamuis dæmon sit insuperabilis ab homine, superabilis tamen est a Deo. Ideo subditur.* Memento bel. *quod dæmon habuit contra te, vt habetur in principio huius libri; perdendo substantiam tuam, & prolem, & percutiendo carnem tuam, & in nullo potuisti resistere.*

3 Nec vltrà ad.loqui. *Aliquid, quod sonat in derogationem iustitiæ & sapientiæ meæ, cum possim ipsum dæmonem solo nutu deiicere. Ideo subditur:*

4 Ecce spes eius frustrabitur eum. *In quo tangitur deiectio dæmonis sub similitudine ceti. Cetus enim sperans deuorare pisces, insequitur eos fugientes ad littora maris, vbi aqua non est ita profunda quod cetus possit ibi natare, & sic impingit ad terram, de qua non potest se retrahere: quod videntes homines accurrunt vndique, & interficiūt ipsum, quia non potest se mouere. Per hoc designatur, quod dæmon sperans sibi incorporare sanctos, à sua spe frustrabitur: quia ab eis virtute Dei superabitur, & videntibus cunctis præcipitabitur, quia in extremo iudicio cum damnatis in infernum deiicietur.*

5 Et videntibus, *Omnibus, qui tunc erunt in iudicio congregati.*

☞ CAP.

MORALITER.

✠ 1 *Pones super eum ma. tu.* quasi dicat ad hoc virtus tua non extenditur.

2 *Memento belli.* Quo diabolum à principio de cælo deieci.

3 *Nec vltrà ad.loqui,* De potentia Dei, & eius iudiciis insipienter, sicut Iob fecerat, vt prædictum est.

4 *Ecce spes eius fru.eum.* Licet autem diabolus non habeat spem reuertendi ad patriam, tamen sperat triumphare de sanctis: & quia superabitur ab electis, ideo dicitur, *Ecce spes frustra.eum.* quando videbit se delusum.

5 *Et videntibus cunctis præcipitabitur,* Quando peracto iudicio finali in inferni foueam retrudetur.

✠ MO-

ADDITIO I.

In cap.xl.vbi dicitur in postilla: Si habes brachium. Hic consequenter probat propositum, quòd Iob sit increpabilis.

Hoc quod dicitur: Si brachium habes sicut Deus. *Notandum est secundum sanctum Tho. quod cùm fuerint duo æquales, si appareat alteri culpam imponi, non est reprehensibile, si alter eorum se à culpa expurget, quamuis alter culpabilis in hominum opinione remaneat: quia homo naturaliter plus se quàm alium diligit. sed vbi est tanta distantia quanta est Dei & hominis, potius debet homo pati culpam iniustè in se referri, quàm quod iniustè in Deum referatur &c. ideo dominus ad arguendum Iob ponit excellentiam Dei super homines. Sed mirandum est de hoc quod dicit:* Si habes brachium sicut Deus, & si voce simili tonas &c. *Nam Iob, licet de sua iustitia videatur aliqualiter præsumpsisse, seu incautè eam commendasse, intantum quòd iudicium diuinum per hoc videretur hominibus irritum (prout sonant verba suprà posita, cum dicitur,* Condemnabis me vt iustificeris) *nunquam tamen legitur ipsum Iob se iactare de potentia propria, præsertim vt eam diuinæ potentiæ æquipararet, prout hęc verba videntur sonare, cum dicitur,* Si habes brachium sicut Deus &c. *sed potius suprà cap. xij. manifestè profitetur diuinam potentiam esse insuperabilem seu incomparabilem. Dicit enim ibidē:* Apud ipsum. *i. ipsum Deū,* sapientia & fortitudo. *& sequitur:* Si destruxerit, nullus est qui ædificat: si incluserit hominē, nullus est qui aperiat *& c. in quo loco multa alia ad diuinā omnipotentiam singulariter pertinentia clarè confitetur. Vnde non videtur rationabile, quod ei imponeretur illud credere seu asserere: cuius oppositū ipsemet Iob fatebatur. Ad quod videtur dicendū, quod dominus in his locutionibus cū Iob procedit quasi per modū opponentis, qui intendit cōcludere suū aduersarium de aliquo quæsito. Contingit enim in talibus, quod opponens proponit aduersario aliquam diuisionem sufficientē circa idem quæsitum: cuius diuisionis licet alteram partē non admitteret aduersarius, tamen vtramque vult opponens destruere, vt aduersarius remaneat tāquàm victus: vnde in proposito quia Iob videbatur irritū facere diuinum iudicium ex incauta commendatione propriæ iustitiæ. Quod autem aliquis audeat irritare iudicium alterius contingit dupliciter, vel ex excellentia scientiæ, secundum quam potest manifestare iniustiam alterius, vel ex excellentia potentiæ secundum quam euacuat alterius iudicium. Et quia dominus in præcedentibus capitulis iā ostenderat defectum scientiæ ipsius Iob, interrogando eum de multis ad scientiā pertinentibus, vt cùm dicit,* Quis posuit fundamenta terræ? *Si nosti, nunquid nosti hęc vel illa? Circa quas interrogationes ad scientiam pertinentia duo capitula præcedentia versantur, conuincendo ipsum Iob de scientię defectu. In præcedenti autem capitulo intendit conuincere eum de defectu potentiæ, dicens;* Si habes brachium sicut Deus. *non quia Iob ista aliquando asseruisset, sed vt vtrumque membrum prædictæ distinctionis ad conuincendum Iob totaliter destrueret, vt dictum est.*

ADDITIO II.

In eo. ca. xl. vbi dicitur in postilla: Ecce Vehemoth. *hic autem ostenditur excellentia diuinę virtutis.*

Hoc quod dicitur: Ecce Vehemoth &c. *continuatur ad præcedentia notabiliter vt in glo. sic.* Quia ante, præmissis verbis dominus potentiam suæ magnitudinis intulit, nunc in sequentibus nequitiā antiqui hostis ostendit: vt bonus famulus & auditis prius virtutibus domini, sciret quantum eum diligeret, & cognita pòst calliditate diaboli disceret quantùm timeret. *Hæc in glossa.*

ADDITIO III.

In eo. c. xl. vbi dicitur in postil. Ipse est principium viarum Dei. *Licet Sathan, de quo sub figura Vehemoth hic principaliter intenditur, sit inter primas creaturas Dei, non ex hoc proprie diceretur principium viarum Dei: vnde & aliter, & conuenientius hæc verba exponi vidētur a sancto Tho. in sua expositione sic, vt per vias Dei intelligantur opera prouidentiæ eius. Circa quod considerandum quod Deo solum vnum opus est proprium, sua bonitati conueniens, scilicet bene facere & misereri: sed quod Deus puniat, aut aduersitates inducat, hoc contingit propter malitiam creaturæ rationalis, quæ primo in diabolo fuit inuenta, & per eius suggestionem ad hominem deriuata; ideo signanter dicit, quòd* ipse est principium viarum Dei, *id est, quod Deus diuersis viis vtitur, scilicet benefaciendo & puniendo, & ne credatur sic esse principium viarum Dei, quod per seipsum sit potens ad nocendum, ideo subdit,* Qui fecit eum, applicauit gladium eius.

CAP. XLI.

a *Non quasi.* GREG. Et velut si mox à nobis rationis causa quæreretur. Quomodo eum non quasi crudelis suscitas quem scimus? quia tantos inuadere & deuorare permittis.

b *Quis enim resistere potest.* Acsi dicat, Non n. quasi crudelis suscito: quia de eius fortitudine & electos meos potenter eripio: (Propter hanc enim potentiam dictum est, *Quis enim resistere.*) Et rursum, superbos non iniustè, sed rationabiliter damno, Ad hoc enim refertur,

c *Quis ante dedit mi. vt reddam ei.* Acsi dicat: Ad parcendum reprobis nulla ratione compellor, quia eis debitor ex sua actione non teneor.

d *Omnia quæ sub cælo sunt.* Liquet quod & ea quæ sub cælo sunt, & quæ super cælos sunt eius voluntati seruiunt. Sed quia de Leuiathan loquitur, qui iam non ętherei cæli sede continetur: cuncta quæ sub cælo sunt asserit sua esse, vt eum quoque qui de cęlo cecidit, suæ edoceat potestati seruire. Acsi dicat: Leuiathan iste beatitudinem quidem meam perdidit, sed dominium non euasit.

e *Non parcam ei.* Hoc de eius corpore. i. iniquis omnibus, intelligitur. Sunt namque nonnulli intra ecclesiam, qui prolixas ad Deum preces habent, sed vitam deprecantium non habent: Per hoc aũt quod verba potentia ad deprecandũ cõpositа referuntur, aperta inanitas orationis intelligitur & ostenditur. Veraciter namque orare, est amaros in oratione vel in compunctione gemitus, & non composita verba resonare.

✠✠ BEDA. Hoc fortassis de diabolo, de cuius verbis hic loquitur, intelligere possumus, quòd quamuis sit rebellis in Deum & contumax, suum tamen tremens sentiat creatorem: & quamuis immemor conditionis suæ, tamen tanquam seruus nequam, saltem coactus, dominum suum obsecrare se simulet.

f *Quis reuelabit faci.* Subaudi, nisi ego? Leuiathan aliter religiosos, aliter huic mundo deditos tentat. Nam prauis mala, quæ desiderant apertè obijcit; bonis autem latenter insidians sub specie sanctitatis illudit, & in eo quod iniquitatis opus molitur, sæpe specie sanctitatis induitur. Et, nisi per Dei gratiam, simulationis eius detegi indumenta non possunt, qui seruorum suorum mentibus gratiam subtilissimæ discretiõnis inspirat: vt reuelata malitia, faciem eius nudam videant, quam coopertam ille sub habitu sanctitatis occultat.

✠ OLYM. NILVS & ORIGE. A laruis & personis, quas vicissim quasi histrio suscipit, exemplum sumit; quasi dicat nemo deteget has omnes fraudes, me excepto.

✠✠ BEDA. Figmento obuelatã faciem diaboli demõstrauit, qui se transfigurat in angelũ lucis: Reuelatur aũt facies eius à Domino, cũ artes nequitiarũ eius cõ uerso homini detegũtur.

g *Et in medium oris quis intrabit.* GREG. Subaudis, nisi ego? qui per discretas electorum mentes suggestionũ eius verba discutio, & nõ ita hęc esse vt sonuerunt, manifesto. Bonum namq; videntur promittere, sed ad perditũ finem trahũt. In medium ergo oris eius intrare, est calliditatis eius verba penetrate, vt nequaquam pensetur quid resonent, sed quod intendãt. Intrare Adam in medium oris eius noluit, quando intentionem persuasionis illius cautè pensare neglexit.

✠✠ BEDA. Potest ita sentiri, vt os diaboli infernus intelligatur, ad quem Saluator descendit, vt quasi deuoratus à diabolo homines liberaret, & ideò quod futurum erat, verbo futuri temporis dixit, *In medium oris eius quis intrabit?*

h *Portas vultus eius quis ap.* Portæ vultus eius sunt iniqui doctores, per quos via perditionis aperitur; quas dominus aperit, quia electis suis hypocritarum mentes comprehensibiles facit. Et quia Antichristus veniens ipsas etiam summas huius seculi potestates obtinebit, qui conabitur ad se corda hominum, & missis prædicatoribus trahere, & commotis potestatibus inclinare, sequitur.

i *Per gyrum dentium eius formido.* Hos dentes, quos superius portas vocauit. Peruersi etenim prædicatores portę eius sunt, quia ingressum perditionis aperiunt; Dentes eius sunt, quia eos, quos in errore capiunt, à veritatis soliditate confringunt; quorum prædicatio facilè despici poterat: sed hanc adiunctus secularium potestatum terror exaltat. *Per gyrum* ergo *dentium eius formido est,* Acsi apertè diceretur, Idcirco isti peruersi prædicatores aliquos suadentes conterunt, quia sunt circa ipsos alij, qui infirmorum mentes terrentes affligunt.

k *Corpus eius quasi scuta fu.* Omne vas, quod fusile est, durum quidem est, sed cum labitur, fragile esse solet. Corpus ergo Leuiathan, id est omnes iniqui, qui per obstinationem duri sunt, sed per vitam fragiles, scutis fusilibus comparantur, qui ne ad se corripientium verba perueniant, quasi contra aduersantium iacula scuta defensionum parant.

a ¶ Quos eligo possum eripere.

a ¶ Quanto magis frangitur, tanto tentat subtilius, sed dominus reuelat.

a ¶ Per quas intratur ad videndum eum quasi in sua potestate.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XLI.

1 *Non quasi cru. Postquam ostendit dęmonem ab homine insuperabilem, hic consequenter ostendit eum cunctis terribilem. Circa quod primò remouet dubium. & secundo prosequitur propositũ, ibi,* Quis reue. *Circa primum sciendum, quod ex conditionibus ipsius dæmonis prædictis, ac etiam dicendis sub similitudine cęti, posset aliquis credere, Deum esse crudelem erga creaturas, dando dęmoni tantam potestatem: & hoc remouet di.* Non quasi crudelis; *Cuius rationem subdit:*

2 Quis enim re.po. *id est voluntati & præcepto meo. q. d. nullus: & ideo quamuis potestas dæmonis sit magna: tamen non potest ea vti, nisi quãtum placet mihi; & sic possum eam restringere, & permittere, prout expedit saluti electorum; secunda etiam causa subditur cum dicitur:*

3 Quis an. d.mi. vt. *q.d. non sum obligatus alicui, nec possum obligari: & ideo nulli facio iniuriam, seu crudelitatem, concedendo dæmoni potestatem; tertia autem causa subditur, cum dicitur,*

4 Non parcam ei. *id est propter verba eius cõminatoria, nec etiam propter verba eius humilia: ideo subditur,*

5 Et ad depre. con. *sed puniam eam de malo vsu sua potestatis secundum cundum tenorem iustitiæ & æquitatis: qua punitio cedet ad honorem meum, & gloriam electorum.*

6 Quis re.fa. *Hic consequenter exequitur propositum, ostendens sub ceti, dæmonem esse terribilem: primo eius dispositione; secundo ex eius operatione, ibi,* Sternutatio eius. *Circa primũ dicit:* Quis re.fa. *cetus, enim in fronte dicitur habere multas plicas magnas ad modum falcis dispositas, ad quarum relevationem nullus auderet approprinquare ex terrore: & per hoc designatur quod astutias dæmonis & eius fraudulentias nullus homo posset explicare.*

7 Et in me. *Os enim ceti est ita terribile quod quælibet creatura vltra modũ horreret intrare: & per hoc designatur, quod adhuc debet esse magis horridum, incorporari dæmoni per peccati mortalis consensum.*

8 Portas vul. eius. *Portæ vultus ceti dicuntur eius duæ mandibulæ superior & inferior, quę ad modum portarum aperiuntur & claudũtur: per quas intelligitur in dęmone violentia & astutia, quibus quasi quibusdam portis peccatores absorbet.*

6 Per gyrum dentium. *per dentes ceti terribiles, intelliguntur mali homines, qui sua potestate alios ad malum inducunt, vt sic dæmoni per eos, quasi quibusdam dentibus, incorporentur.*

10 Corpus eius quasi fu. *id est de are fuso. quę sunt fortissima.*

MORALITER.

1 *Non quasi cru.* Quoniã posset aliquis imputare Deo ad crudelitatem, quod concessit dæmoni tantam potestatem: ideo remouet hoc dicens, *Non quasi cru.* Et subditur,

2 *Quis enim re.posi &c.* quasi dicat, illa potestate non vtitur, nisi quantum permitto.

3 *Quis ante de. mihi vt red. ei.* quasi dicat, nulli teneor, propter quod in dicta permissione duritiam non ago.

6 *Quis re.fa. indu. eius.* fraudulentiam ipsius: quasi dicat, ego in fine tentationis suæ, dicendo, *Vade Sathana. Matt. iiij. b.*

7 *Et in me. oris eius quid intra,* ipse Christus, qui superiorem inferni partem ingrediens ipsam spoliauit.

6 *Per gy. &c.* Terror principalis dæmoni, dentes sunt eius nempe satellites, ad deuorationem peccantium sibi deseruientes.

10 *Corpus. e.* Corpus diaboli sunt oẽs iniqui, quorũ hic obstinatio designatur, cum corpus eius compactum squamis sese præmentibus dicitur.

6 Quis

✠ Vna al-

Li 33.c.20. — Ibidem. — † Non sic crudelis erit, cum fuerit excitatus. vel nõ est fortis qui audeat eum suscitare. — † veniet Ibidem. — † squamæ. — Ibid. c.21. — Li.3.c.10. — Ibid. c.22. — Ibid. c.23. — Ibid. c.24. — † poterit Li.33.c.22. — † & †Nõ faciẽt vt obmutescã, mẽbra eius, nec verba potentia, neque gratia dispositionis eius vel, verba ad deprecationem cõpositа † cum duplici capistro. i. duplici freno in os eius impositо audeat eũ circunducere? — Vbi supra. — Diuisio. — Diuisio. — 1 Compa:

☞ a *Compactum*

a *Compactum ſqua.* GREG. Corpus diaboli (id eſt reprobi) cum
lib.33.c.24. de iniquitate ſua corripitur, quibus valet tergiuerſationibus ſe excuſare conatur: & quaſi quaſdam defenſionis ſquamas obijcit, transfigi ſagitta veritatis poſſit.

Ibid. b *Una vni con.* Iſtæ ſquamæ peccantium ne ab ore prædicantiũ aliquo vitæ ſpiraculo penetrentur, & obduratæ ſunt, & cõiunctæ. Quos enim ſimilis reatus cõcordi pertinacia ſociat, etiã defenſio peruerſa conſtipat, vt de facinoribus ſuis alterna ſe inuicẽ defenſione tueantur; & dum iniquitatibus ſuis ſuperba defenſione ſe protegunt, ſanctæ exhortationis ſpiracula ad ſe nullatenus intrare permittunt.

† clauſæ ſunt ſub. ſquamæ ſignaculo arcto.

† Vel, Sternutationibus eius accẽditur ignis.

Ibid. c *Una adhære. al.* Qui enim diuiſi, corrigi poterant, iniquitatum ſuarum pertinacia vniti perdurant: & tenẽtes ſe, ſeparari nequeũt, quia eò ad defenſionem ſuam viciſſim conſtricti ſunt, quò ſe ſibi per omnia ſimiles eſſe meminerunt. Deſcripto autem corpore, ad caput, qui agat, extremo tempore ſermo reducitur.

Ibid. c. 25. d *Sternutatio eius.* In ſternutatione inflatio à pectore exurgit, quæ cum apertos ad emanandum poros non inuenit, cerebrum tangit, & congeſta per nares exiens, totum caput protinus concutit. In hoc itaque Leuiathan corpore, id eſt, in malignis ſpiritibus, ſiue in reprobis hominibus, inflatio ſurgit à pectore, dum elatio ſe erigit ex ſeculi poteſtate; quæ velut ad emanandum poros non inuenit, quia in hoc quòd contra iuſtos extollitur, diſponente C Deo quantum appetit, prævalere prohibetur, Exurgens autem cerebrum tangit, & concutit, quia collecta elatio Sathanæ caput turbat, dum ipſum autorẽ malignorum ſpirituum per Antichriſtum in perſecutionem fidelium excitat; Tunc congeſta inflatio per eius nares egreditur, quia tota ſuperbiæ eius iniquitas apertis malitiæ flatibus demonſtratur. Et quia eius tyrannidi ſapientes mundi adhærent, rectè ſubiungitur,

Ibid. e *Et oculi eius.* Per oculos, qui inhærentes capiti, vtilitati viſionis inſeruiunt, non immeritò eius conſiliarij deſignantur: qui dum peruerſis machinationibus, quæ qualiter agenda ſunt prævident, malignis eius operariis, quaſi oſtenſum iter pedibus præbent; qui palpebris diluculi comparantur: Palpebras diluculi extremas horas noctis accipimus, in quibus quaſi nox oculos aperit, dum venturæ lucis iam initia oſtendit; Prudentes igitur ſeculi malitiæ Antichriſti peruerſis conſiliis inhærentes, quaſi palpebræ ſunt diluculi: quia fidem, quam in Chriſto inueniunt, quaſi errorem noctis aſſerunt, & venerationem Antichriſti verã eſſe mane pollicẽtur: Spondent ſe tenebras repellere, & veritatis lucem ſignis clareſcentibus ſcentibus nuntiare. Ideo ſequitur.

D Ibid. c. 26. f *De ore eius.* Qui prouident, oculi; qui autem prædicant, os vocãtur. Sed de hoc ore lampades exeunt, quia mentes audientium ad amorem perfidiæ accendunt: & vnde quaſi per ſapientiam lucent, inde per nequitiam concremant.

lib 3. ca. 10. ✠✠ BEDA. Oculi diaboli falſi prophetæ intelligendi ſunt, de quibus Eſaias loquens de Deo, ait ad peccatorem populum, *Claudet oculos veſtros*; Qui inſtigatione diaboli, dum ea, quæ ab illo inſpirati ſunt loquuntur, vicina videntur lumini veritatis, ſicut palpebræ ſunt diluculi: cum tamen nihil luminis Dei poſſideant. Nam etſi videntur initium lucis in ſe oſtendere, quæ eis de hypocriſis figmento exoritur, mendaciorum tamen tenebras ſpecie veritatis obducunt.

1 2 3 4 5 6 7 Eſa. ca. 29. † ſplendores auroræ. † ſcintillæ ignis egredientur. E

Ibid. g *Quaſi tedæ ignis.* Teda dum accenditur, odorem quidem ſuauẽ habet, ſed lumen obſcurum: ita prædicatores Antichriſti, ſanctitatis ſpeciem ſibi arrogant, opera iniquitatis exercẽt; quia etſi blandum eſt quod redolent, ſed nigrum quod lucent; olent per ſimulationẽ iuſtitiæ: ſed obſcurũ ardent per nequitiæ perpetrationem.

Ibid. c. 27. h *De naribus.* Oculorum quippe acies fumo fauciatur. Fumus ergo de naribus eius procedere dicitur: quia de miraculorum eius inſidiis caliginoſa dubietas etiam in electorum corde generatur. Bene autem in hac fumi caligine, ipſe etiam animorum feruor exprimitur, cum ſubinfertur:

Vbi ſupra. i ✠✠ *De naribus eius procedit fumus.* BEDA. Qui generet nũc caliginem, & poſtmodum cauſas ignis æterni. Superbię ſpiritus in anhelitu narium demõſtratur, quo animi ſui tumorem exhalare gaudet ſed reprimi & humiliari à domino ſuperius dicitur, *Pones circulum in naribus eius.* F

Ibid. *Sicut ollæ.* Velut olla feruens eſt vnaquæque anima, tunc cogitationum ſuarum impetus quaſi ſpumas vndarum ardẽtium ſuſtinens, quas & ignis zeli commouet, & ipſa temporalis oppreſſio more ollæ intrinſecus clauſas tenet. Vel, de naribus eius procedere fumus aſſeritur, cuius noxiis inſpirationibus praua in humanis cordibus cogitatio naſcitur, per quam acies mentis obtunditur: cuius fumi vim exprimit, cum ſubiungit: *Sicut ollæ ſuc.* Olla enim ſuccenditur, cum mens humana maligni hoſtis ſuaſionibus inſtigatur; Olla autem feruet, cum iam etiam per conſenſum in deſideriis prauæ perſuaſionis accenditur, & tot vndas quaſi feruendo proijcit, per quot nequitias vſque ad interiora opera extendit: quod adhuc apertius exequitur, dicens,

NICOLAVS DE LIRA.

☞ a *Halitus*

1 Compa. ſqua. ſe prementibus *& complectentibus. Squamæ enim ceti magnæ ſunt ad modum ſcuti: per hoc autem deſignatur multitudo malorum hominum (qui ſunt quaſi quædam ſquamæ diaboli) & connexio eorum ad male agendum: ideo ſubditur,*

2 Vna vni cõiun. & ne ſpiraculũ qd. *i. aër*, incedit per eas. *Squamæ enim ceti ſunt ita coniunctæ, quod vix aër poteſt inter eas ingredi: & per hoc intelligitur, quod mali homines ita aliquãdo ſũt ad male agendum connexi & obſtinati, quod non recipiũt inſtinctum ſpiritus ſancti ad bonum, ſecũdum quod dicitur ſuprà xxxiij.* Ipſi fuerũt rebel. &c.

Diuiſio. 3 Sternutatio eius. *Hic conſequẽter oſtenditur dæmõ terribilis ſub ſimilitudine ceti, ex eius operatione: & primo deſcribitur eius terribilis operatio; & ſecundo eius mirabilis impugnatio, ibi,* Mittet contra eũ. *Circa primũ ſciendũ, quod ſicut in deſcribendo diſpoſitionem ipſius ceti incipit à capite, ita ſimiliter incipit deſcribendo eius operationes: principalior autem pars capitis eſt cerebrũ, ex cuius commotione cauſatur ſternutatio, ideo dicit,* Sternutatio eius ſplendor ignis. *Quando enim homo fortiter ſternutat, ex commotione cerebri commouẽtur oculi: & ſic ab eis videntur quaſi quædam ſcintillæ egredi, & hoc tanto magis ſit in ſternutatione ceti, quanto caput eius & cerebrum ſunt maiora. Audiui enim à quodã experto in mari, & homine veridico, quod quod in ripa maris iuxta Portugalliã fuerit inuentus cetus, de cuius lingua particulatim deciſa fuerũt onerati xxiiij. muli. ex quo ſatis apparet magnitudo capitis, & cerebri, & etiã oculorum. Ideo ſubditur:*

Ceti lingua quanta viſa eſt.

4 Et oculi eius. *Oculi enim propter leuitatem habent quandam claritatem: & ideo oculi ceti propter magnitudinem videntur à longè per modum cuiuſdam claritatis diffuſæ ſimilis aurorę, ſeu diluculo; per ſternutationem autem ceti intelligitur tẽtatio diaboli, ex qua procedit ignis iræ, & concupiſcentiæ; & per claritatem oculorum, proſperitas temporalium, quam diabolus peccatoribus repromittit. Conſequenter deſcribitur effectus oris, cum dicitur:*

5 De ore eius lampa. proce. quaſi te. ig. accen. *Eſt autem teda genus ligni luminaribus apti: & dicitur à tædet per antiphraſim; cetus enim habet maximum calorem interius, qui neceſſarius eſt ad mouendum tantam molem corporis. Eſt etiam animal reſpirans, ſicut delphinus, & ideo de ore eius egreditur aër multum calefactus, propter quod igni comparatur: & quia non ſolum reſpirat per os, ſed etiam per nares, Ideo ſubditur,*

6 De naribus eius proce. fu. *id eſt, aer calefactus et aduſtus.*

7 Sicut ollæ ſuccen. atque feruen. *Sicut enim aqua in olla calefit, per hoc quod ignis opponitur ollæ: ita aer reſpiratus in pulmone per calorem cordis propè exiſtentem.*

MORALITER.

☞ 1 *Halitus*

✠ † *Vna alteri adhærebunt.* Nam ad faciendum malum fortiter colligantur.

3 *Sternutatio eius ſplendor ignis.* Per ſternutationem dæmonis intelligitur tentatio fortis excitans ignem concupiſcentiæ multiplicis.

4 *Oculi eius vt palpebræ diluc.* Per oculos eius deſignantur reuelationes falſæ, quas tanquam veras recipiunt prophetæ diaboli. & hoc ſignificatur pel palpebras diluculi.

5 *De ore eius lampades proce.* Os dæmonis ſunt falſi prophetæ, per quos loquitur doctrinam peſtiferam acendentem ignem concupiſcentiæ, & diſponentem ad ignem gehennæ.

✠ *In collo*

a ¶ Dura contra iacula: ſed ſuo lapſu fragilia.

a ſcũta fuſilia, & † compactum ſquamis ſe prementibus.

a ¶ Quia ſibi timet, dum ſimul increpatur.

b Vnâ vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per

c eas. Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquam ſepara-

a ¶ Extrema commotio per Antichriſtum. b ¶ Lucens miraculis. c ¶ Cuius ſapientes mundi, ſunt conſiliarij.

d buntur. † Sternutatio eius ſplendor ignis, & oculi eius vt † pal-

e a ¶ Promittentes meliora, vt ſerpens in paradiſo.

f pebræ diluculi. De ore eius lampades procedũt † quaſi tedæ ignis

g a ¶ Pro his certior viſus, caliget in electis. b ¶ qui & electorum oculos turbat, ſed non excæcat.

h accenſæ. De nar ib⁹ eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ atq;

i fer-

uētis. Halit⁹ eius prunas ardere facit, et flāma de ore eius egre-
ditur. In collo eius morabitur fortitudo, & † faciē eius præ-
cedet egestas. † Membra carnium eius cohærentia sibi. † Mit-
tēt contra eūm fulmina, et ad locum alium non ferentur. Cor
eius indurabitur quasi lapis, et † stringetur quasi malleatoris
incus. Cum sublatus fuerit, timebūt † angēli, et territi purga-

a ¶ Prius bona subtrahit, vires minuit, vt tunc notitiam suæ iniquitatis infundat.

a ¶ Sed ne inde terreamur, subdit.

a ¶ Apparuit angelis i prædicatoribus, quod ex sequenti percipitur: subdit enim: prædicatum est gentibus.

a *Halitus eius.* GREG. Quid prunas, nisi succensas in terrenis concupiscentiis reproborum mentes ad illicita inflammantes appellat? Tanto igitur halitu in prunis flat, quanto à visu suggestionis occultæ humanas mentes ad illicita inflammat.

lib. 33. c. 28.

b *Et flamma &c.* Flamma oris eius est ipsa instigatio occultę locutionis.

c *In col. eius.* Collo Leuiathan elationis extensio designatur: quia contra Deum se erigens cum simulatione sanctitatis, etiam tum ore potestatis extollitur. In collo autem eius fortitudo demorari dicitur, quia elationi illius etiā subiuncta potentia suffragatur. Nam quicquid superbè tunc extollitur, etiam cum virtute secularis potentiæ exequitur. Et quia qui peruersis moribus amicitiis eius innotescit, prius mentis diuitias amittit, Sequitur:

li. 34. ca. 2.

† Frusta

B

† forte est sicut lapis molaris inferior.

d *Et faciem eius.* Per faciem notitia designari solet. Leuiathan ergo faciem egestas antecedit, quia negligentium mentes antè tentando virtutibus spoliat, quàm eius insidias, is qui tentatur, agnoscat. Per hoc ergo quod dictum est, *In collo eius mo. for.* virtus violentiæ ostenditur, per hoc verò quod subditur, *Et faciem eius præcedet.* fraudis subtilitas designatur. Vel. *faciē eius præst. ege*

Ibid. c. 3.

C Quia priusquam in illo damnato homine quem assumet appareat, à sancta ecclesia miraculorum diuitiæ subtrahuntur. Nam prophetia absconditur, curationum gratia aufertur.

e *Membra carnium eius.* Carnes Leuiathan sunt omnes reprobi, qui ad intellectum spiritualis patriæ per desiderium non assurgunt. Membra verò carnium, sunt hi, qui eisdem peruersè agentibus, & sese ad iniquitatem præcedentibus coniunguntur, ac sic reproborum vnitas bonorum vitam tantò durius premit, quantò se ei per collectionem durior opponit.

Ibid. c. 4.

f *Cohærentia.* Sed si diuiderentur vt mare, Isaël ad terram promissam transiret. Vt pernitiosum est, si vnitas desit bonis: ita pernitiosius, si non desit malis. Sed quid tandem contra hunc diuina clementia faciat, adiungit:

Ibid.

g *Mittet contra eum fulmina.* Appellatione fulminum, tremendæ extremi iudicij sententiæ designantur: quia quos feriunt, in perpetuum incēdunt. Quæ ad *locum alium nō referentur*, quia igne suo non grana, sed paleas incendunt. Sed quia Leuiathan istum pœna non corrigit. Sequitur.

Ibid. c. 5.

h *Cor eius indurabitur.* Cor antiqui hostis vt lapis indurabitur, quia nulla vnquā conuersionis potentia molietur. Qui quia solis ictibus æternæ vltionis aptabitur, aptè subinfertur:

† ante eum vertetur in lætitiā dolor.

† Fortia sūt vnaquęque in eo, non mouebuntur.

E

i *Et stringetur quasi mal. in.* Ad hoc incus statuitur, vt crebris ictibus feriatur. Leuiathan ergo vt malleatoris incus stringetur, quia inferni vinculis coarctabitur, vt æterni supplicij cōtinua percussione tundatur. Incude alia vasa formantur, sed ipsa tot ictibus in aliud vas non transfertur.

† fortes à cōtritionibus purgabunt se (alii, fluctus turbabuntur)

k *Cum sublatus fue.* Futurum pro præterito posuit. Leuiathan ēnim ab arce beatitudinis cadente, in ruina eius etiam electi angeli *expauerunt*; vt cum istum superbiæ lapsus ejiceret, illos ad robustius standum timor ipse solidaret: & *purgati sunt*, quia isto cū reprobis legionibus exeunte electi soli remanserunt. Vel si pro futuro legatur, prædicatores angelos dicit, qui *cum sublatus fuerit, timebunt*: quia cum iudicij turbine tapitur, hi qui in corporibus reperiri poterūt, immēso terrore concussi, etiā supernæ patriæ nuntij contremiscunt. Et quia in eis hoc pauore excoquitur, si qua in eis inesse potuit leuium rubigo vitiorum, aptè subdit,

Ibid. c. 7.

F

l *Et territi pur.* A districto iudice non possunt (qui in carne sūt) tantò terrore non cōcuti, cū omnia elemēta quatiūtur: Sed tamen

☞ mentes

NICOLAVS DE LIRA.

1 Halitus eius prunas arde. fa. *id est ita magnus est & calidus, quod possit accendere prunas: & loquitur hic de ceto ad modum sufflatory magni, quo succenditur ignis in magna fornace.*

2 Et flamma de ore eius egre. *id est, aër tam adustus & calidus, quod merito flamma comparatur. Per ista autem predicta intelligitur, quod per tentationes diaboli feruores ire, inuidie, ac superbie succendantur. Consequenter describit fortitudinem colli, quod immediatè coniungitur capiti, dicens:*

3 In collo eius morabitur fortitu. *In lib. ij de animalibus dicitur, quod nullus piscis habet collum nisi generans, cuiusmodi est cetus, in cuius collo requiritur magna fortitudo ad portandum pondus tanti capitis, sicut predictum est, & ad coniungendum ipsum reliquo corpori. Et per collum ceti designantur mali homines, per quos diabolus suam malitiam ad alios derivat.*

4 Et faciem eius præcedet egestas. *In ceto enim propter magnitudinem corporis requiritur multū de nutrimento: & ideo quando vertit faciem ad quarendum cibum, euacuat illam partem maris sibi propinquam piscibus, eos deuorando: & per hoc designatur quod egestas & carentia virtutum ex suggestione damonis causatur. Consequenter describit fortitudinem aliarum partium corporis ceti, dicens:*

5 Membra carnium eius cohærentia sibi, *propter spissitudinem membrorum, & carnium: & per hoc designatur quod homines iniqui, qui sunt membra diaboli, ad malefaciendum adinuicem sunt colligati.*

6 Mittet contra eum. *Hic consequenter describitur impugnatio damonis sub metaphora ceti, & primo à Deo qui eum deiecit; secundo à creatura, quam despicit, ibi,* Cum apprehenderit. *Circa primum dicitur,* Mittet contra eū fulmina. *scilicet, Deus, à quo fulmina tāquā sagitta mittuntur: fulmina autem frequenter cadunt in mari & naues obtuunt: & eodem modo cetum frequentius percutiunt quam alios pisces propter magnitudinem sui corporis.*

7 Et ad locum alium non ferentur. *per quod designatur certitudo diuina prouidentia, sicut de sapiente sagittatore dicitur, quod eius sagitta non fertur ad alium locum, nisi intentionis sue Per hec fulmina intelligitur sententia diuina damnationis damonis, qua non fertur alibi: quia cedit ad Dei gloriam & sanctorum, & tantummodo nocet damoni, & malis hominibus, qui sunt membra eius; & quod hoc de damone specialiter intelligatur, per hoc patet quod subditur,*

8 Cor eius ind. quasi la. *in quo designatur obstinatio damonis, qui non flectitur ad bonum ex aliqua percussione diuina vltionis.*

9 Cum sublimatus fuerit, ti. an. *iste timor non est aliud quàm admiratio angelorum sanctorum de diuina virtute & iustitia in deiectione & punitione damonis: qua partim facta est à principio sui casus, & consummabitur in futuro iudicio, quādo cum peccatoribus damnatis detrudetur in inferno; nec potest talis admiratio angelorum intelligi de percussione seu interfectione ceti à Deo: quia omnis res corporalis parua & modica reputationis est, & quasi nulla respectu angeli: propter quod in eo non cadit admiratio de deiectione rei corporalis, & maximè intellectu carentis, cuiusmodi est cetus.*

Timor angelorum.

10 Et territi purga. *secundum quod dicit Dionysius, licet in angelis non sit purgatio ab immunditia, tamen est ibi purgatio à nescientia, in quantum per illuminationes diuinas, seu effectus eius mirabiles, immediatè ab eo procedentes angeli sancti aliqua cognoscunt que prius nescibāt. & hoc modo angeli in deiectione damonis de celo empyreo fuerunt purgati à quadam nescientia, videntes diuinam virtutem & iustitiam in effectu quam prius non viderant: ideo eodē modo erit in destructione damonis in inferno cum damnatis in extremo iudicio. Fuerunt etiam sancti angeli in casu damonum purgati ab eorum societate, & in extremo per totalem separationem plenius purgabuntur.*

☞ 1 Cum

MORALITER.

3 *In collo eius mora. forti.* Per collum, quod coniungit membra capiti, significantur principes peruersi, qui per potentiam suam cogūt inferiores seruire per idololatriam demoni, sicut fecit Antiochus nobis & similes ei.

4 *Et faciem eius prace. ege.* nam prius mentem hominis virtutibus euacuat, quàm ipsam plenè possideat.

5 *Membra carnium eius co. si.* nam reprobi, qui sunt eius membra, ad malè agendum sunt adinuicem colligati.

6 *Mittet contra eum ful.* id est inferni tormenta.

7 *Et ad locum alium non fe.* quia solæ paleæ ibi comburentur.

8 *Cor eius quasi lapis.* quia non emollitur, sed magis induratur tormentis.

9 *Cum sublatus fue.* peracto iudicio & retrusus in inferno.

† *Timebunt angeli.* id est sancti: iste tamen est timor tantum admirationis diuinæ iustitiæ, in diabolo & eius membris, exercitæ.

10 *Et territi purgabuntur*, non ab immunditia, sed à nescientia: nam tunc experimentaliter aliqua cognoscent, quæ prius hoc modo non cognoscebant.

✠ *Cum ap-*

☞ A mẽtes eorum ſpes propinqui regni lætificat: Interim autem quid agat, ſequitur:

Lib.34. c.8 a *Cũ appre.eum gla.* GREG. Gladij nomine hoc loco, ita ſignatur. Ille autẽ, qui per abrupta furoris rapitur, nõ apprehendere gladium, ſed gladio apprehendi perhibetur. Leuiathan ergo, quia per aſſumptum reprobum hominem, in ira omnimodæ crudelitatis effeunatur, apprehendi à gladio dicitur. Et *neque haſta, neque thorax ſubſiſtere poterit*, quia in Antichriſtum diabolus veniens tãtæ virtutis apparebit, vt ſi ſupernũ adiutorium deſit, & prædicantium acumen obtundat, & longanimitatem patientium deſtruat.

† Qui attigerit eum gladio, nõ ſtabit, haſta, lapis manu iaculatus, & lorica.

† tela, vel, machinam bellicã, quã bombardã vocant.

a buntur. † Cum apprehenderit eum gladius, ſubſiſtere nõ po- 1
b terit, neque haſta, neque thorax. Reputabit enim quaſi pa- 2
c leas ferrum, & quaſi lignum putridum æs. Non fugabit eum 3
d vir ſagittarius, in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ. Quaſi 4
e ſtipulã æſtimabit † malleũ, & deridebit vibrantẽ haſtã. † Sub 5 6
f a ¶ quod & bonis proficit. b ¶ Nunc in myſterio, & tunc aperte. c ¶ Non fuit coram Deo virtus, etſi coram hominibus. 7
g ipſo erũt rãdij ſolis, & ſtẽrnet ſibi aurũ quaſi lutũ. Feruescere 8
h
i
k

B prædicantium acumen obtundat, & longanimitatem patientium deſtruat.

Ibid. b *Cum ap. gla.* id eſt, ille perditus homo, diabolum ſuſceperit, vel ira ipſum. Qui iram in vſum iuſtitiæ ſumit, gladium tenet: Cui ira dominatur, & per abrupta rapitur, ab ea apprehendi dicitur.

Ibid. c *Reputabit enim quaſi pa.fer.* Quod ſuperius haſtam dixit, hîc inferius ferri appellatione replicauit: & quod ſuperius thoracem, hîc æs. Ferrum namque acuitur, vt aduerſarius vulneretur, æs autem rubigine penè nulla conſumitur: Ferro ergo prædicationis iacula, ære autem longanimitatis conſtantia deſignatur; *Ferrum* ergo *ve.pa.* &c. quia niſi diuina gratia protegat, etiam & prædicãtium vires, velut paleas, nequitiæ ſuæ igne conſumit, & patientium conſtantiam quaſi lignum putridum in puluerem redigit. Sed quia quantò magis erigitur, tantò magis contra eum ſancti ſe accingunt, quod tunc in reprobis non proficiat ſagitta veritatis, ſubdit: ſed ipſi ſancti contemnuntur, & hoc eſt, *In ſtipulam.* Sed quid mirum ſi vires hominum deſpicit, qui & ſuperni iudicij tormenta contemnit? & hoc eſt, *quaſi ſtipula.*

C

Ibid.c.10. d *Non fuga.eum vir. ſag.* Sagittas, verba prædicatorum accipit. Et eſt ſenſus: A reproborum cordibus eum ſagitta prædicatoris non excutit: quia quiſquis ab illo apprehenditur, verba iam prædicantium audire contemnit.

Ibid. e *In ſtipu.ver. &c.fun.* Per fundam eccleſia figuratur. Funda nãque dum in gyrum mittitur, ſicut de illa lapides exeunt, quibus aduerſariorum pectora feriantur, ita eccleſia, dum volubilitate temporum per tribulationum circumitum ducitur, fortes ex illa viri prodeunt, quibus quaſi lapidis ictibus iniquorum corda tunduntur. Leuiathan itaque, quia damnato illo homine aſſumpto quoſlibet fortes eccleſiæ velut infirmos deſpicit, in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ.

Ibid. f *Quaſi ſti.æſti.mal.* Quia per malleum deſuper venientem, cæleſtis pondus percuſſionis exprimitur: Quid eſt quod Leuiathan malleum deſpicit, niſi quod ſupernæ animaduerſionis ictus formidare contemnit? *Et quaſi ſtipulam*, quia ad iuſtæ iræ ſe pondera velut contra leuiſſimos terrores parat.

Ibid.c.11. g *Et deridebit vibran.ha.* Haſtam vibrare, eſt æternam ei mortem ex diſtricta animaduerſione præparare. Sed vibrãtem haſtam deridet, quia quicquid graue, quicquid horribile præuidet, pati non metuit. Sed quò ſe æterna tormenta euadere non poſſe conſpicit, eò in exercenda nequitia durior aſſurgit, vnde fit quod ſequitur:

† Sub eo ſunt petræ acutæ teſtacee, ſternet quod eſt acutũ ſuper lutum. vel, reclinatur ſuper clanã dentatam, quaſi ſuper lutum.

Ibid.c.12. h *Sub ipſo erunt radij ſolis.* Per ſolis radios acumina ſapientium demonſtrat. Et eſt ſenſus: Hi qui intra eccleſiam per acumina ſapientiæ quaſi radios ſolis videbantur aſpergere, & per autoritatem rectitudinis deſuper reſplendere, poteſtati Leuiathan & peruerſitate operis, & blandimento adulationis ſe inclinant, dum ſe terrenis poteſtatibus præue agentibus ſubijciunt. Lucem ergo cæli pedibus ſuis ſubſternit, dum immoderato acumine, ſapientes praua ſentiunt in ſcripturis, vel aliquo modo ei ſubduntur.

E

✠✠ BEDA. Solis radij, ſunt filij lucis, qui ab hoc principe tenebrarum efficiuntur noctis filij, dum in præuaricatione Adam peccato illius detinẽtur obnoxij, aut dum à Chriſto redemptos capitalibus peccatis ſibi ſubiugat. Dicũtur Dracones in locis abditis terrarũ maximè cõmorari, vbi metallum auri ſit: ita hic draco rufus de auro bonorum quos deiecerit, ſibi cubile ſternit.

Ibid.c.13. i *Sternet ſibi aurum* Hoc loco aurum claritas ſanctitatis accipitur. Lutum, vel terrarum rerum auaritia, vel prauarum contagia doctrinarũ, vel ſordes carnalium voluptatum. Multos enim qui intra eccleſiam fulgore iuſtitiæ ſplendere videbantur, vel terrenarum rerum concupiſcentiâ, vel errantis doctrinæ contagio, vel carnalibus ſibi voluptatibus ſubijcit: & ſic aurum ſibi quaſi lutum ſternit. Sed ſi hoc agit in eos, quos claros aliqua virtus oſtẽdit, quid de manifeſtè malis facturus eſt? Sequitur:

Ibid.c.14. k *Feruescere &c.maris.* Per mare vita ſecularĩu, per profundum ☞ altæ &

F

NICOLAVS DE LIRA.

✠✠ 1 Cum apprehen. eum gla. ſubſiſtere non pot. *Hîc conſequenter deſcribitur impugnatio diaboli ſub nomine ceti: & hoc ab homine quem deſpicit, & hoc eſt quod dicitur*, Cum apprehenderit eum gladius. *in quo primò oſtenditur quòd non timet inuaſionem de proximo: quia quantumcunque homo ſit armatus ad inuadendum, vt gladio & haſta, & ad ſuſtinendum thorace, & ſimilibus: tamen nullo modo poterit ſtare coram eo ſi aduertat, ideo ſubditur,*

2 Reputabit enim quaſi pa. fer. *Quia ferrum gladij vel lignum lanceæ non poterat ei nocere, ſicut nec paleæ proiectæ contra hominem nocent ſibi: & ſicut cetus non timet inuaſionem de propinquo, ita nec etiam de longinquo, Ideo ſubditur,*

3 Non fugabit eu. vir ſagit. *Timere ſagittarum contra eum proiectarum. Sciendum tamen, quod licet talia non timeat, tamen ex proiectione ſticulorum de longinquo, quæ non aduertit, nec per conſequens timet, vulneratur, & tandem moritur: & ſic mortuus ad litus maris proijcitur, ſicut dictum eſt ſuprà ca.ij.*

4 In ſti. verſi ſunt. *Habet enim tantam pinguedinem exterius, & cutis duritiam, quod lapides ſic proiecti non nocerent ei.*

5 Quaſi ſti. æſti. *Non enim poteſt aliquis tantum appropinquare ſibi, quod cũ malleo vel cum haſta poſſit eũ percutere, niſi quãdo inpingẽs ad terram non poteſt ſe mouere, vt dictũ eſt ca. prace. per prædicta intelligitur, quod diabolus, qui per cetum intelligitur, non timet inuaſionem hominis de propinquo vel de longinquo: quia nulla res corporalis poteſt ei nocere, niſi inquantum eſt inſtrumẽtum diuinæ iuſtitiæ, ſicut eſt ignis infernalis, qui eſt corporeus, & tamen ipſum affligit; ſicut autem cetus virtute humana non poteſt ſuperari, vt prædictum eſt, ſic nec etiam aliquibus ſpecioſis allici, vt ſe ſubiyciat ei, ideo ſubditur:*

6 Sub ipſo erunt ra. ſolis. *id eſt res quantũcunq; pulchræ nihil reputabuntur ab eo, nec etiam quantumcunque pretioſæ. Ideo ſubditur:*

7 Sternet. *i. nihil reputabit. Per hoc deſignatur, quod diabolus nullis rebus ſenſibilibus, quantumcunque pretioſis vel pulcris allicitur, vt ſubiyciat ſe homini: licet aliquando hoc fingat, vt ſibi hominem alliciat in culpa, & tandem pœna perpetua.*

8 Feruescere fa. &c. profun. ma. *quia per magnitudinem corporis cetus facit magnam commotionem maris, ex qua commotione generatur magna ſpuma in ſuperficie. Ideo ſubditur:*

✠✠ 1 Poſt

MORALITER.

✠ 1 *Cum apprehende.* Hîc agitur de impugnatione dæmonis ab homine quem contemnit, quamuis ſit armatus gladio, thorace, haſta, arcu, funda, & malleo, vt conſequenter ponitur in textu, & ſatis patet: & per hoc oſtenditur quòd nulla re corporali læditur vel terretur, niſi inquantùm eſt inſtrumentum iuſtitiæ diuinæ: ſic enim ab igne patitur corporali. Per hoc autem moraliter ſignificatur, quòd peccator obſtinatus eſt quaſi quidam diabolus, qui nullo timore à peccatorum actibus refrenatur. Ponuntur autem hîc quinque genera armorum ad inuadendum, ſcilicet gladius, haſta, arcus, vel ſagitta, funda, & malleus: inter quæ tria feriunt de propè ſcilicet gladius, haſta & malleus. Per gladium qui ſcindit, poteſt intelligi excommunicatio, per quam abſcinditur peccator à fideli communione: propter quod vocatur gladius eccleſiæ. Per haſtam quæ perforat & impellit, intelligi poteſt recluſio in carcere. Per malleum qui caſſat & confringit, aliæ corporales pœnæ, vt verberatio, quæſtionatio & huiuſmodi. Alia verò duo armorum genera, ſcilicet arcus & funda percutiunt à longè: propter quod per ipſa ſignificari poſſunt timor finalis iudicij, & horror infernalis ſupplicij. Peccator autem obſtinatus iſtorum timore non refrenatur ab actu culpæ, Prouer. 18.a. *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.* 6 *Sub ipſo erunt.* Contemnit enim ſacras ſcripturas à peccato reuocãtes quæ ſunt quædam veri ſolis irradiationes; 7 *Sternet ſi.aurum*, quia contemnit ſanctorum exempla quæ ſunt aurum examinatum;

Quinque genera armorum.

8 *Feruescere fa.* per quod intelligitur cor impij profundatum vitiis, quia impius quantum poteſt, excitat ad peiora, Eſa.57.d. Impij quaſi mare feruens quod quieſcere non poteſt.

✠ *Poſt*

☞ A altæ & abditæ eorum cogitationes exprimuntur. Quod profundum mare Leuiathan quasi ollam feruescere facit, quia persecutionis extremæ tempore contra electorum vitam studet animos reproborum per flammam crudelitatis excitare: quia verò pestifero errore persuasi, sic in istis famulantur Antichristo, vt tùc verius præbere se æstiment obsequiũ Christo: sequitur,

a faciet quasi ollam profundũ maris, ponet quasi cùm vnguen-
b
c ta bulliunt. Post eum lucebit semitã, æstimabit abyssum qua-
d si senẽscentem. Non est potestas super terram quæ compare-
e
f tur ei, qui factũs est vt nũllum timeret. Omne sublime videt:
g ipse est rex super † vniuersos filios superbiæ.

a ¶ Quã transit, admirationem ex miraculis relinquit. a ¶ Quos non sic capit, aliter inuadit, vt non dubitent hærere voluptatibus, quia finem habent supplicia. a ¶ Suo vitio liber & effrenatus. b ¶ Nec Deum, nec quod passurus est.

a *Ponet quasi cũ vnguen. bul.* GREG. Vnguenta cum bulliunt, fragrantiam suauitatis reddunt: Quia ergo Leuiathan ita seducit corda reproborũ, vt quicquid agunt ex iniquitate perfidiæ, pro veritate rectæ fidei se agere suspicentur; quasi eis bene olet id, quod zelo religionis exercent. *Et ponet.* Tantò atrociores sunt, quantò melius agere sibi videntur: vnde ad augmentum illusionis signa eos sequuntur,

b *Post eum lu. se.* Semita post Leuiathan lucet, quia quorum corda penetrat, eorum opera prodigiis illustrat: vnde in euangelio: *Surgent pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna atque prodigia.*

✻✻ Post Leuiathan semita lucere perhibetur, quia quaqua transit Antichristus, admirationem nimiam ex miraculorum suorum claritate derelinquit: & siue per se, siue per ministros suos, quolibet prodeat, mendacibus signis coruscat.

c *Æstimabit abyssum.* Abyssus pro iudicio, senectus pro finis propinquitate ponitur: Leuiathan itaque æstimabit abyssum quasi senescẽtem, quia reproborum corda sic fatuat, vt suspicionem eis de venturo iudicio, quòd quasi finiatur infundat. Abyssum namque senescere æstimat, qui terminari quandoque in suppliciis supernam animaduersionem putat.

d *Non est po. su. ter.* Post vim & fraudes, immanitatem virtutis eius breuiter subdit: Potestas eius super terram eminẽtior cũctis prohibetur: quia etsi actionis suæ merito infra homines cecidit, omnẽ tamẽ humanum genus naturæ angelicæ cõditione trãscendit; & si beatitudinem perdidit, magnitudinem naturæ non amisit; quia omnia humana superat, etsi meritis sanctorum subiaceat: ergo quò altior

1 est diaboli natura,
2 maior est vincẽti homini gloria.
3
4
5 e *Qui fact: est vt nul.*
6 Sic quidem per natu-
7 ram factus est, vt con-
8 ditorem suum castè timere debuisset, sed sua peruersitate talis factus est, vt nullum timeret. Ei quippe à quo conditus fuerat, subditus esse despexit, cuius adhuc superbia describitur.

f *Omne sublime vi.* i. cunctos velut infra se positos, quasi de sublimi respicit: quia per intentionem contra autorem nititur, æstimare sibi quemlibet similem designatur. Appetitum enim celsitudinis vertit in rigorem mentis, vt sit iam insensibilis: & est remedium superbo, vt quod non potest transgredi, despiciat. Quod etiam membris eius congruit, quia omnes per tumorem cordis elati, cunctos quos cèrnunt, superbiæ fastu despiciat.

g *Ipse est rex su.* Post multa, ostendit vnde omnia. Iste est titulus diaboli: sicut humilitas Christi; quo signo vtriusque exercitus secernitur. Superbiam idcirco dominus fini suæ locutionis inseruit, vt cum post mala omnia Leuiathan istius superbiam diceret, quid esset malis omnibus deterius indicart: & per hoc ꝙ in imo ponitur vitiorum radix esse monstratur. Sicut enim inferius radix tegitur, sed ab illa rami exterius panduntur: ita se superbia intrinsecus celat, & inde fiunt aperta mala.

Ibid. c. 17. D

Ibid. c. 18.

Li. 34. c. 14. B

† id est cetos magnos & fortes.

Ibid. c. 15.

Marc. 13. c. C

Ibid.

Ibid. c. 16.

Ibid. E

Ibid. F

Ibid.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Po. qu. cum vn. bul. *quæ bulliendo spumam superius faciunt exdere incluso: per hoc autem intelligitur, quod diabolus concitat turbationes in hoc mundo.*

2 Post eum lu. *sicut enim naues transeuntes dimittunt vestigium sui transitus per aliquod tempus: sic etiam cetus propter magnitudinem sui corporis dimittit post se longum & magnum vestigium transitus sui: per quod designatur, quod turbationes à diabolo concitatæ in hoc mundo non citò sedantur, sed habent aliquando magnum temporis tractum.*

3 Æstima. abyssum, *id est, mare oceanum.*

4 Quasi senescen. *id est impotentem ad ipsum absorbendum. Quod enim antiquatur & senescit, prope interitum est, vt habetur Heb. viij. d. & per consequens est debilis virtutis: per hoc intelligitur dæmon, qui propter damnationem suam non dimittit niti contra Deum, quasi sua pœna esset terminanda.*

5 Non est potestas su. *Animalia autem marina maiora sunt satis quam terrestria, vt dicit Plinius, cuius causam assignat humiditatis abundantiam, quæ membra corporum extendit: vnde & in regionibus humidis sunt homines maiores quam in siccis; & ideo si in mari nulla est creatura quæ æquiparetur ceto in fortitudine, multò minus inuenitur in terra, & per hoc designatur quod potestas dæmonis maior est quàm potestas cuiuslibet corporalis creaturæ. Ideo subditur:*

6 Qui fa. est vt &c. *Habet enim dæmon ex conditione naturæ suæ, quæ in eo remansit integra, quod sit superior omni corporali creatura: & sic non timeat eam, vnde subditur,*

7 Omne sublime videt. *quia præ superbia semper nititur aggredi maiora: propter quod subditur,*

8 Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. *id est excedit omnes alios in superbia: & per hoc patet, quod ea quæ dicta sunt de ceto, intelliguntur principaliter de dæmone, qui est principium superbiæ.*

5 Non

MORALITER.

✠ 2 *Post eum lu. se.* id est, post ipsum notabilirer apparebunt malorum suorum vestigia.

3 *Æstima. abyssum quasi sene.* Nam facto videtur contemnere abyssum diuinæ sapientiæ, tanquam suas nequitias ignorantem, & ad puniendum impotentem: & quoniam hæc malitia procedit à dæmone, propter hoc de ipso concluditur in fine.

5 *Non est potestas super terram,* scilicet in rebus corporalibus,

* *Quæ compa. ei.* vt patet ex supradictis in hoc capitulo: & hanc potestatem ad malum applicat quantum potest.

6 *Qui factus est vt nul. ti.* Non est autem factus talis à Deo, sed ex defectu proprio.

7 *Omne sublime vi.* ad consequendum si posset.

8 *Ipse ex rex super vniuer. &c.* nam superbi sunt de familia eius, & sub ipsius potestate.

5 *Non*

ADDITIO I.

In ca xlj. vbi dicitur in postil. Non quasi crudelis. Postquam ostendit dæmonem ab homine insuperabilem.

Quod dicitur hic: Non quasi crudelis excitabo eũ, *videtur alludere ad id quod suprà Iob xxx. c. ad Deum clamans dicebat:* Mutatus es mihi in crudelem. *ad cuius declarationem & cõtinuationem ad præcedentia & sequentia, considerandum est, quod licet Deus in præcedẽtibus ostenderat ipsi Iob, quod de prouidẽtia diuina circa actus humanos nõ erat causa ab homine omnino quærenda, prout dictum fuit, suprà xxxviij. ca. in additione: nihilominus tamen condescendens fragilitati ipsius Iob, qui vehementer desiderabat scire rationes, seu causas mediας suæ flagellationis, vt patet suprà in plurib. locis, voluit innuere sibi in hoc loco, quod processus suæ flagellationis incepit ab ipso Sathã, vt patet suprà y c. qui per Vehemoth & Leuiathan in hoc loco figuratur. Et quia de hoc videretur, quod Iob posset magis miserabiliter proclamare, eo quod Deus posset eũ affligere aliis modis præter crudelitatem ipsius Sathan: ideo Deus satisfacit sibi per hoc, quod in conflictu seu bello quod habuit cum ipso Sathan, Deo adiuuante non fuerat ipse Iob conuictus, cum tantum potestas Sathan incomparabiliter excedebat potestatem ipsius Iob, prout infra eo. ca.* Nõ est potestas super terrã quæ comparetur ei. *Et de hoc dicit,* Memento belli, nec vltrà addas loqui, *quasi dicat, Bellũ quod habuisti cũ Vehemoth seu Leuiathan semper debes habere in memoria: eo quod nõ potuisses ab eo euadere propria potestate, nisi solum diuina. Vnde,* nec vltrà addas loqui, *scilicet locutiones querulosas. Et quia fortè Iob ex memoria talis belli præteriti incideret in timorem magnum, ne fortè iterum eum affligeret, ideo prænuntiat ei securitatem, dicens:* Ecce spes eius, *scilicet Sathan, qui sperabat subuertere Iob ad hoc, vt faceret eum in facie de Deo blasphemare supra y. ca.* Frustrabitur, *quia non est consecutus intentum, &* videntibus cunctis præcipitabitur, *quia post consolationem Iob videntibus cunctis fratribus & cognatis, huiusmodi, spes Sathan frustrata fuit, seu præcipitata. Sed quia adhuc posset quis dicere, quod afflictio Iob per tam ferocissimam creaturam videretur ad crudelitatem pertinere, eo modo quo Iob dicebat vbi suprà:* Mutatus es mihi in crudelem: *ideo subdit,* Non quasi crudelis suscitabo eum, *quasi dicat,* Non quasi crudelis, *scilicet vt tu dicebas, suscitabo eum. Cuius ratio est. Nam Deus non permisit Sathan tentare, seu affligere ipsum Iob, quantum posset, seu vellet, hoc enim esset*

crudelitas,

A crudelitas; sed Deus limitauit potentiam suam, dicens: Veruntamen animã eius serua, in quo Deus reseruauit in permissione afflictionis ipsius Iob, potestatem superãdi ipsum, vt ibidem in additione fuit expositum. Et quia ista reseruatio non poterat frangi ab ipso Sathan, ideo subditur: Quis enim resistere potest vultui meo? Ratio autem quare nullus possit resistere, subdit: Et quis antè dedit mihi vt reddam ei? quasi dicat, potestas sua non est a se ipso, sed a me: & ideo subdit, Omnia quæ sub cælo sunt, mea sunt. Et quia fortè diceret quis, quod nõ esset danda talis potestas creaturæ tam crudeli, quia postquam haberet talem potestatem, per verba comminatoria seu deprecatoria posset vti potestate sua ad libitum: sicut consueuit fieri inter homines, qui postquam recipiunt potestatem a superioribus, eam retinent prædictis modis etiã superiore nolente: ideo subdit. Non parcam ei, verbis potentibus, & ad deprecandum compositis, scilicet vt permittam eũ vti potestate sua vt vellet. Et loquitur more humano seu poetico, prout in hoc libro frequenter tales locutiones occurrunt. Deo enim nõ pertinent talia proprie loquendo, & sequitur: Quis reuelabit faciẽ indumenti eius? in quo prosequitur propositum de conditionibus dæmonis sub specie ceti. Et exponatur totum vt in postilla vsque ibi: Cùm sublatus fuerit &c.

B

ADDITIO II.

In eo. ca. xlj. vbi dicitur in postil. Cũ sublatus fuerit time. ange. &c. Ubi trãslatio nostra habet: Cũ sublatus fuerit, timebũt angeli: In Hebræo habetur: Ex sublatione sua timebũt dij, quod intelligitur de viris iustis, de quibus in Psal. lxxxj. b. Ego dixi dij estis: cuius sensus est, nã quia satis suprà dixerat, quod diabolus est sic obstinatus in malo, quod nullo modo flectitur ad bonũ, de quo dicit: Cor eius indurabitur quasi lapis. Potest quis quærere quæ vtilitas fuit in productione talis creaturæ, cuius opera & mẽbra omnino sunt mala, nec ipse ad bonũ est flexibilis. Ad huiusmodi tacitã quæstionem videtur dominus respondere sic, quod casus diaboli, seu eius sublatio est valde vtilis. Generat enim seu auget in viris iustis timorem Dei: videntes enim quòd creatura rationalis in tãta puritate creata per abusum libertatis arbitrij lapsa est in tam magnam ruinam, non immerito quantũcunque sint perfecti, augetur in eis timor ne deficiãt eo modo quo supra c. xxj. dicitur: In angelis suis inuenit prauitatẽ, quãtò magis habitantes domos luteas &c. de hoc dicit: Ex sublatione sua timebunt dij. s. iusti viri, qui quidẽ timor Dei intelligẽdus est filialis. De quo Greg. in j. moral. Qui timet Deum, nihil negligit. Timere Deum est, nulla quæ facienda sunt bona præterire. Qui quidẽ iusti tentationibus dæmonũ terruti, sæpe purgãtur ab immũditia. vnde Aug. super Psal. xl. Vita nostra in hac peregrinatione nõ potest esse sine peccato, nec proficere sine tentatione: quia profectus noster per tentationem nostram fit, nec sibi quisquam innotescit nisi tentatus, nec potest coronari nisi vicerit, nec potest vincere, nisi certauerit, nec potest certare, nisi inimicum & tentationes habuerit. Hæc ille. Et isto modo iusti tẽtationibus dæmonũ territi, & in bono persistẽtes proprie dicũtur purgari; ex quo patet quod ruina diaboli fuit valde vtilis iustis diligentibus Deum: vt inde discerent quantum timerent, prout dicitur in glossa allegata in præcedenti cap. additione secunda, & etiam vt à piaculis purgarentur: & hoc est quod Apostolus dicit: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Rom. 8. c. E

D Quæstio.

CAP. XLII.

☞ Respondens autem Iob. ✠ Nicetas. Iob qui secundo se loquuturum negauerat, prudentius quam Herodes impium iuramentum exoluens, diuinum iussum suo anteponit promisso. Præstat enim diuinis parere mandatis, quã sua promissa exoluere lib. 35. c. 1.

Greg. Postquam fideli famulo dominus, Leuiathan hostis eius quã sit & fortis & callidus ostendit, dum vires illius fraudesque patefecit, Beatus Iob ad vtraq; respondit dicens:

Ibid. c. 2.

b Scio quia omnia. Contra vires quippe eius ait: Scio quia omnia po. Contra verò occultas machinationes subiunxit, & nulla te latet cogitatio. Vnde eidem Leuiathan, exprobrat dicens:

In duobus se reprehẽdit Iob: in modo loquendi: & in altitudine materiæ.

c Quis est iste &c. Absque scientia Leuiathan celat consilium: quia quamuis contra infirmitatem nostram multis fraudibus occultetur, protectoris tamen nostri sancta nobis inspiratione detegitur. Audita igitur fortitudine & calliditate diaboli, & creatoris potentia quæ illum valenter reprimit, & nos misericorditer tegit, beatus Iob quæ de se sentit aperit.

✠ Cat. Gre. Quis autem annunciabit mihi, quæ non cognoscebam? magna & admirabilia, quæ non sciebam? Nicetas. præter te nemo. Nam & vexationis meæ causam, & Diaboli pertinaciam, & tuæ prouidentiæ notitiam indicasti mihi.

d Ideo insipienter &c. Greg. Quæ dixerat, sapienter dixisse se, crederet, si verba superioris sapiẽtiæ nõ audiret: in cuius cõparatione stultum est omne nostrum quod sapit. Et quantò magis proficit contemplando Dei † scientias, eò amplius se nihil esse cognoscit. Et scientiam suam vltra modum excessisse credit, quia in verbis Dei plus quàm æstimauerat secreta eius sapientiæ agnouit. Sic & Moyses, ex quo dominum audiuit, se factum impeditioris linguæ & tardioris dicit.

Vbi sup. c. 2. † sententias

Ibid. c. 3. Audite Dei. ✠ Vel, ideo locutus sum & nõ intellexi mirabilia super me quæ nescio. † excederẽs vr indica.

e Audi & ego le. Dei audire, est desideria nostra percipere: loqui nostrum ad dominum est promptis ad illum desiderijs inhiare. Et quia quisque interrogat quoniam ignorat: interrogari hominem Deum, est in conspectu eius nescientem se cognoscere. Respondere autem Dei, est eum qui se nescientem humiliter cognouerit, occultis inspirationibus erudire. Et est sensus. Audi & ego loquar. Misericorditer desideria mea percipe: vt dum hæc misericordia tua percipiens adiuuat, ad te multipliciora consurgant.

F Respõdere ☞

✠ Nicetas. sequentia vim habent interrogationis, & responsionis; vel rogat dominum, vt si ignarus rerum eum posthac interrogauerit, dignetur respondere.

f Inter. te. & c. Gre. id est nescientẽ me ex tuæ scientiæ cõtẽplatione cognosco. Resp. stultitiã propriã humiliter cognoscentẽ doce. quia enim interrogaret ipse ex desiderio humilitatis, & Deũ sibi

Ibid. c. 3.

☞ respondere

NICOLAVS DE LITA.

CAP. XLII.

1 Respondens autem Iob. *Postquam descripta est ipsius Iob increpatio, eo quod nimis extulerat suã iustitiam, hic consequẽter ponitur eius humilis responsio confitendo propriam culpam, dicens domino:*

2 Scio quia potes, *quæcunque sunt possibilia fieri.*

3 Et nulla te latet cogitatio. *Erat enim iste Iob conscius, quòd commemorando suam iustitiam passus fuerat aliquem leuem motum elationis, qui in talibus solet oriri de facili, etiam in hominibus perfectis: & talis motus, quantumcunque sit omnibus alijs occultus, tamen Deo est notus, ideo subditur:*

4 Quis est iste, *id est, quicunque, quantuncunque astutus:*

5 Qui celat consi. *id est vult cordis sui celare secretum ipsi Deo.*

6 Absque scientia, *quasi dicat talis est nescius diuinæ virtutis, propter quod Iob recognoscit culpam suam, dicens.*

7 Ideo insipienter locutus sum, *incautè iustitiam meam commemorando:*

8 Et quæ vl.mo. exce. scientiam meam, *rationes diuinorum indiciorum nimis inuestigando: de istis enim duobus fuerat increpatus à domino, vt patet per prædicta:*

9 Audi & ego lo. *confitendo insipientiam meam,*

10 Interrogabo te, *humiliter sicut discipulus.*

11 Et ostende mihi, *me instruendo.*

4 Quis

MORALITER.

✠ 1 *Respondens autem Iob.* In qua responsione primò confitetur diuinam eminentiam, dicens.

2 *Scio quia omnia po. &c.* Secundò suam stultitiam, dicens,

3 *Ideo insipien. lo. sum.* Sic ergo Iob tenet typum peccatoris pœnitentis; qui iuxta magnitudinẽ Dei pensare debet quantitatem sui delicti: nam tanta est offensa, quantus ille qui offenditur: & quia talis suam cognoscit insipientiam à Deo postulare debet sapientiam. Iaco. j. *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet eam à Deo &c.*

4 *Audi & ego loquar &c.* scilicet humiliter petendo doceri à Deo: diuina namque responsio postulantis est instructio. Et quia Deus dat omnibus affluenter, vt ibidem subdit beatus Iacobus, ideo subditur:

1 Auditu

✠ *Auditu*

A respondere quæreret, ex magisterio inspirationis declaratur: Interrogaturũ se quippe prohibuit sed nihil interrogãdo subiũgit.

lib.15.c.4. a *Audi.au.&c.* GREG. His verbis indicat, quia quantò visus superior est auditu, tantò differt ab eo quod prius extitit, & hoc quod postmodũ per flagella profecit: Et quia interno oculo veritatis lumen magis conspexerat, humanitatis suæ tenebras dijudicans, plus videbat.

✠ CHRYS. Non quia viderit, sed quia clarius audierit:

✠ OLYM. Aut, quod dominus mysterium Incarnationis manifestius cognouerit.

Vbisup.c.8 b *Idcir.ipse &c.* GRE.

B Quantò se quisque minus videt, tantò sibi minus displicet: & quãtò maioris gratiæ lumen percipit, tantò amplius reprehensibilem se esse cognoscit.

✠ ad me recta. Ibid. ✠✠ Cũ mens intrinsecus subleuatur per omne quod est, ad eam, quam super se conspicit, regulam congruere nititur: & quia adhuc humana

C infirmitas præpedit, cernit quia eiex non minima parte dissentit: totumque ex se illi onerosum est, quod internæ regulę cõueniens non est. Quam regulam beatus Iob post flagella proficiens amplius, suscipit, & à semetipso in magna sui redargutione dissentit, dicens, *Idcirco ego &c.* Sed quia nulla est cognitio reprehensionis si non sequanturetiam lamenta plenitudinis, sequitur.

Ibid. c *Et ago pœni.in faui. & ci.* In faulla & cinere pœnitentiam agere, est contemplata diuina essentia nihil aliud quam faullam cineremque se cognoscere.

Ibid.c.6. d *Postquam au. &c.* Quia aliàs ambigeremus, iudicat Deus de verbis Iob, qui facta virtutis suæ reuoluit, & amicorum, qui contra eum, iustitiæ Dei gloriam defenderunt.

e *Di.ad Eliph.&c.* Hosti laudatus est Iob, istis antefertur, & tamẽ quia homo sine reprehensione ante oculos Dei esse non potest, compa-

a ¶ Nam olim. b ¶ Magna de misericordia agnoscit.

Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. Id-

a ¶ Ecce cilicium, quo pungitur in dolore. b ¶ De nullo dono Dei superbio: quia sumptus ex puluere per sententiam illatæ mortis in puluerem me redigere cognosco.

circò ipse me reprehendo, & agõ pœnitentiam in faulla & cinere. Postquam autem locutus est dominus verba hæc ad

a ¶ Prius vulnus facit.

Iob, dicit * ad Eliphaz Themaniten. Iratus est furor meus in

a ¶ Intus, vbi displicent multi, qui foris placent.

te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram

a ¶ Quia nihil superbe dixi, sed humiliter. b ¶ Remedium indicat.

c ¶ Quia veniam reatus non habent, nisi gratiæ septiformis spiritu vniuersali pacis, à qua fuerant excisi, aggregentur.

me rectũ, sicut seruus meus Iob. Sumitẽ igitur vobis septẽm tauros & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offer-

a ¶ Proprium electorum est, vt semper de se sentiant infra quam sunt.

te pro, vobis holocaustũ. Iob autem seruus meus orabit pro vobis faciẽm eius † suscipiam, vt non † vobis imputetur stultitia. Neque enim locuti estis † coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Abierunt ergo Eliphaz Themanites & Baldath Suites & Sophar Naamatites, & fecerunt sicut locutus

a ¶ Orando pro aliis sibiipsi profuit.

fuerat dominus ad eos, & suscẽpit dominus faciem Iob.

Alterum ob honorem
1 qui iustis defertur,
2 peccata condonari.
f *Co.me.re.&c.* GREG. Vbisup.c.6.
3 Nam quantum ad humana iudicia in verbis
4 † suis amici Iob multa
5 rectius illo dixisse crederentur: Sed quia iu-
6 stus est & misericors
7 Deus, amicos eius &
8 per iustitiam districtè E
redarguit, & per misericordiam benignè
9 conuertit. Iam sequitur:
10 11 g *Sumi. igi.vo. &c.* Internus medicus prius
12 putredinem vulneris † faciã ve-
13 nouit: & post remedia biscum pu-
14 consequendæ salutis nitionẽ ob
15 indicauit. Quia verò stultitiam
amici Iob speciem hę- vestram.
reticorum tenent, per
16 Iob offerre iubentur: quia iram domini sacrificio placare non

F possunt, nisi ad catholicam fidem (quam Iob significat) conuertãtur; vt salutem eius precibus obtineant, cuius fidem peruersis assertionibus impugnabant. Per tauros autem, ceruix superbiæ; per arietes ducatus exprimit, quæ ab hæreticis seductis plebibus agitur. Tauros ergo & arietes in sacrificio offerre, est superbum ducatum conuersionis humilitate mactare; vt edomita ceruice superbiæ, discant obediendo sequi, qui dudum docendo præire conabantur. Septem autem sacrificijs expiantur, quia ad ecclesiam reuertentes per humilitatis hostiam, dona spiritus gratiæ septiformis accipiunt.

Ibid. h *Iob au.ser.me.ora.&c.* Ita ecclesia pro hæreticis. In arca contenti saluantur: extrà, aqua omnes occidit. In vna domo, id est ecclesia comedi agnus iubetur, nec de carnibus eius extrà ferri, sanctum ne detur canibus. Mat.7.a.

i *Neque enim locuti estis coram me re. sicut seruus &c.* Sententiam

☞ quam,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Auditu au. *quasi dicat, ante flagella habui de te cognitionem aliquam, sed tamen imperfectam:*

Esai. 28.c. 2 Nunc autem ocu. *quia nunc habeo de te cognitionem perfectiorẽ, sicut visa plenius cognoscuntur, quàm solum audita. Fuerat enim Iob plenius instructus de diuina virtute per flagellationem diuinam sibi factã, vt patet ex prædictis: & quia ad cognitionem pleniorum sequitur perfectior pœnitentia de commissis, ideo subdit Iob,*

3 Idcir.ipse me. *culpam meam perfectius confitendo; & quia confessioni oris debet adesse satisfactio operis, ideo subditur,*

Diuisio. 4 Et ago pœni.in fa.&c. *id est in austeritate, & humilitate.*

5 Postquam au. &c. *Posita increpatione Eliu à domino de præsumptione, & ipsius Iob de incauta locutione: hic consequẽter ponitur increpatio aliorum trium amicorum Iob de falsitatis assertione; & primo ponitur dicta increpatio; secũdo, increpatorum emendatio, ibi,* Abierunt ergo, *tertio, ipsius Iob plena releuatio, ibi,* Et addidit. *Circa primum dicit:*

6 Dixit ad Eli. Thema. *Iste erat principalis inter istos tres: & ideo Dominus ad ipsum dirigit sermonem, dicens.*

7 Iratus est fu.me.&c. *Non dicit in Eliu vel in Iob: quia peccare ex præsumptione, & incauta locutione, sicut peccauerant Eliu & Iob. non est ita graue sicut peccare in falsitatis assertione: quod contigerat istis tribus, vt patet per supradicta, & grauitas huius facti notatur per hoc quod dicitur, Furor domini iratus contra eos: quod non solet dici in scriptura, nisi pro grauibus culpis.*

8 Quo. non estis locuti coram me re. &c. *id est dogma verum*

9 Sicut seruus me. Iob. *qui vera locutus est, tamẽ incautè quãtũ ad aliqua; & quia graues culpæ antiquitus sacrificijs expiabantur, ideo subditur.*

10 Sumi.er.vo.se.ta.&c. *ad designandum perfectionem pœnitentiæ per septenarium numerum, quo perfectio designatur.*

11 Et ite ad ser.me Iob. &c. *vt iustus offerat sacrificiũ pro iniustis.*

12 Faciem eius suscipiam, *quia leuiter tantùm peccauerat, & cum hoc perfectè de hoc pœnituerat:*

13 Vt non vobis imputetur, *ad pœnam æternam.*

14 Stultitia, *falsam doctrinã asserendo: ideo subditur,* Neq; enim locuti estis corã me rectum. 15 Abierunt ergo. *Hic consequẽter ponitur increpatorũ emendatio, quia obedierunt promptè diuino mãdato: & patet litera vsque ibi:* 16 Et suscepit dominus faciẽ Iob, *id est gratum habuit sacrificium per eum oblatum. Et eius orationem non solùm pro ipso, sed etiam pro amicis suis. ideo subditur.*

☞ 1 Dominus

MORALITER.

✠ 1 *Auditu auris audiui te &c.* id est, nunc post tuam instructionem habeo de te perfectiorem cognitionem: & per consequens clarius video meam defectionem; propter quod subditur,

3 *Idcirco me reprehendo,* ore,

4 *Et ago pœnitentiam,* corde,

✠ *In faulla & cinere,* Pro satisfactione,

5 *Postquam autem &c.* Sequitur: *Dixit autẽ Eliphaz &c.* Per hoc autem quod dominus tres amicos Iob de peccato redarguit, & remedium ostendit, dicens,

10 *Sumite er.vobis septem tau.* significatur quod confessor, qui tenet in hoc locum Dei, debet peccatoribus suorum veraciter ostendere grauitatem peccatorum, & eis dare salubre remedium: & sicut amici Iob statim obedierunt domino, sicut subditur,

15 *Abierunt ergo Eliphaz Themanites & Baldath &c.* Sic peccatores obedire debent confessori suo.

✠ *Et addi-*

quam semel iudicando dixerat, iterum replicando confirmat; atque vt manifestius beati Iob iustitia, amicorúmque eius iniustitia demonstretur, eius laus, eorumque reprehensio iterata voce depromitur, vt replicata foris appareant, quam fixa intus habeantur. Vnde & somnium Pharaonis geminatur.

A

a *Dominus quoque conuersus est, &c.* GREGORIVS. Apertè ostenditur quod pro semetipso pœnitens tantò citius exaudiri meruit, quanto deuotè pro aliis intercessit: quod tunc quisque veraciter cumulat, si hæc etiam pro aduersariis impendat. Iam antè pro amicis auditus ostenditur: hoc de ipso dicitur, qui hoc obtinuit pro aliis orando.

Iob. 35. c. 7.

† admouerunt se.

B

a Dominus quoque conuersus est ad † pœnitentiam Iob, cùm b oraret ille pro amicis suis. Et addidit quoque dominus omnia quæcunque fuerant Iob duplicia. Venerunt autem ad c eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti d qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panem in e domo eius, et † mouerunt super eum caput, et consolati f sunt eum super omni malo quod intulerat dominus super a eum. Et dederũt ei vnusquisque † ouem vnam, et inaurem h

¶ Vide ergo ordinem, excessum, correctio, correctionem, pœnitentia, pœnitentiam, venia, veniam munera subsequuntur.

¶ Orando, vel pro alijs sibiipsi prosunt.

a ¶ De his plenius dictum est in principio.

b *Et addi. quoque.* Quia per pietatem benigni iudicis tentationis nostræ dispendium vincunt suffragia consolationum: minus eum tentat probatio, quam remuneratio consolatur.

✻✻ Non minimè lector instruitur, si ipsum remunerationis ordinem contempletur: excessum quippe correctio, correctionem pœnitentia, pœnitentiam venia, veniam verò munera subsequuntur. Sed quia diuinæ dispensationis permissione percussus, etiam amicorum verbis afflictus est; diuinæ pietatis muneribus consolatus, etiam humana debet charitate refoueri, vt vndique ei consolationis gaudia respondeant, quem vndique dolorum tristitia lacerabat. vnde subditur:

c *Venerunt autem.* Tunc ergo ad Christum fratres ac sorores accedunt, quando ex ea plebe, quæ ei per cognationem iuncta est, vel qui fortes futuri sunt, velut fratres; vel infirmi velut sorores, ad eum per cognitionem fidei deuota gratulatione concurrunt: tunc in domo eius panem comederunt, cum postposita obseruatione literæ, in ecclesia mystici eloquij quasi frugis medulla pascuntur.

C

d *Et cuncti.* GREG. Nã nasciturũ Christũ nullus qui plenè didicit, legem ignorauit. Vnde & Herodi respondent: *In Bethelẽ Iudæ.*

e *Comederunt cum.* In comestione, panis, charitas: in commotione capitis, admiratio designatur.

Matt. 2. a.

f *Et mouerunt.* In hoc loco caput mouere, est sensibilitatem mentis excutere, & ad cognitionẽ fidei credulitatis passib⁹ propinquare.

g *Et consolati sunt.* Percussum mœrore cõsolari est ei post persecutionem de venia congaudere. Nam quantò quisque cernitur de restituta salute proximi hilarescere, tãto se indicat de ablata doluisse. Consolantur Christum, consolantur ecclesiam, qui ab infidelitate resipiscunt, & prauitatem, per quam repugnauerant, deserunt. In flagello autẽ consolari noluerunt, quia passionis eius tempore Hebræi Deum credere despexerunt: vnde Psal: *Consolantem me quæsiui, & non inueni.* In fine ergo Hebræi credentes conueniunt, & redemptori in potẽtia diuinitatis, quasi sano Iob, oblationum suarum vota persoluunt.

Psal. 68. c.

h *Et dederunt.* Per ouem innocentia; per inaurem obedientia id est, ornatus humilitatis gratia auditus exprimitur. Licet hæc iuxta historiam veraciter dicta sint, tamen sub typo gesta sunt sanctæ ecclesiæ. Quæ & si multos nunc percussione tẽtationis amittit, in fine tamen duplicia recipit: quãdo susceptis gentibus ad fidem etiam Iudæa consentit. Sed quia ad ostendendam virtutem obedientiæ, occasio opportuna se præbuit, libet hanc paulò vigilantius discutere, & quanti sit meriti demonstrare. Hinc Samuel ait, *Melior est obedientia quam victimæ*: quia per victimas aliena caro, per obedientiã voluntas propria mactatur: repressa ergo arbitrij sui superbia citius Deum homo placat. Virtus obedientiæ ex aduerso ostenditur, *quia peccatum ariolandi & quasi scelus idololatriæ, est, nolle acquiescere.* Obedientia ergo sola est quæ meritum fidei possidet, sine qua quisque infidelis conuincitur. Salomon: *Vir obediens loquitur victorias*, quia dum alienæ voci humiliter subdimur, nosipsos in corde superamus. Sciendum quod nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem per obedientiam bonum quod agitur, debet intermitti. Neq; enim mala in paradiso arbor extitit, quã Deus homini ne cõtingeret interdixit, sed vt per melius obedientiæ meritum homo bene cõditus cresceret, dignum fuerat vt hunc etiam à bono prohiberet, quatenus tantò verius hoc quod ageret, virtus esset, & à bono cessans, factori suo se subditum humilius exhiberet. Sed notandum quod dicitur: *De omni ligno paradi. co. de ligno autẽ scientiæ bo. & mal. ne comedas.* Qui enim àquolibet bono subiectos vetat, necesse est vt multo concedat, ne obedientis mens funditus intereat, si à bonis omnibus repulsa punitus ieiunat. Iubentur aliquando prospera huius mundi aliquando aduersa. Si quis ergo ex proprio desiderio ad prospera anhelat, cũ imperãtur, obediẽtię sibi virtutem euacuat: Si aduersa inuitus & nolens subit, obedientiæ sibi meritum minuit; Prosperis ergo ex sola iussione, aduersis ex deuotione militemus; vt Moyses de suo nihil habet: quia precibus renititur, ne Israël præferatur: Paulus ad aduersa etiam ex suo voto ducitur. Notandum verò est, quod hoc loco cum inaure ouis, cum oue inauris offertur; quia innocuis mentibus ornamentum obedientiæ iungitur, domino attestante, *Oues meæ vocem meam audiunt.* Beato ergo Iob nemo inaurem sine oue, nemo autem ouem sine inaure obtulit: quia redẽptori nostro non obedit, qui innocens non est, & innocens esse non potest, qui obedire contemnit; quia verò ipsa obedientia non metu sed charitate obseruãda est, aureã inaurem ob tulisse perhibentur, vt in ea, quæ exhibetur, obedientia, charitas fulgeat, quæ virtutes omnes quasi aurum cætera metalla transcẽdit. Sed quia nulla esse obedientia vera, nulla innocentia in hæreticorum diuisionibus esse potest: offerant ouem, sed vnã, id est, ad sanctam ecclesiam cum innocentia & obedientia venientes,

D Ibid c. 9.

† conuersionem.

1. Reg. 15. c.

E

† vel, nummum vnũ.

Obediẽtiæ laus. Prou. 21. d.

F

Gene. 2. c.

Ioan. 10. c.

☞ eam

h *Et*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dominus quoque conuersus, &c. *& patet littera.*

2 Et addidit. *Hic consequenter ponitur ipsius Iob reuelatio, non solum ad prosperitatem pristinam, sed etiam ad maiorem: quod ostenditur primo in generali cum dicitur,* Et addi. &c. *quod patebit infrà; secundò ostenditur in speciali, & quia inter bona exteriora hominis, amici sunt præcipua, ideo subditur,*

3 Venerunt autem ad e. o. fratres &c. *id est, viri & mulieres de sua cognatione: qui nominibus fratrum & sororum exprimuntur in scriptura; vnde & Abraham vocauit Loth nepotem suum, fratrem, Gen. xiij.*

4 Et cuncti. qui non e. prius. *id est: illi qui habuerant familiaritatem cum eo ex aliis causis, ante flagella: quia postea ab eo se elongauerant, reputãtes eũ à Deo flagellatum propter eius peccata, licet occulta.*

5 Et come. cum. *Quia fecerunt cum eo solenne prandium propter eius reuelationem: nomine enim panis & aquæ omnis cibus & potus intelligitur in scriptura vnde iiij. Reg. vj. e. dixit Eliseus regi Israel de Syris in Samariam ductis.* Appone eis panem & aquam, *& subditur ibidẽ,* Apposita est eis magna ciborum præparatio. *Ex quo patet, quod per panem & aquam propheta intelligebat solenne prandium: non enim est verissimile, quod rex fecerit, nisi secundum intellectum prophetæ.*

6 Et mouerunt super eum caput. *Recognoscentes se deceptos fuisse, reputantes flagella propter iniquitatem suam ei contigisse. Ideo subditur:*

7 Et consolati sunt eum super, &c. *Protestantes, quod hoc fecerat dominus ad ipsius Iob probationem, & maiorem remunerationem.*

8 Et dede. &c. *Magis ad congaudendum quam ad reuelandum; quia dona huiusmodi ad hoc parum fecissent, quia subditur:*

9 Vnusquisq;. *In Hebræo habetur.* קשיטה אחת *Kesithah chath, obolum vnum, vt dicunt Hebræi moderni. Reuelatio autem fortuna Iob facta est à domino. Ideo subditur,*

MORALITER.

✠ 2 *Et addidit quoque dominus.* Per hoc autem, quod dominus post flagellationem Iob eius bona duplicauit, significatur quòd propter patientiam in aduersis semper augentur bona spiritalia, & aliquando etiam corporalia ipsis passis.

✠ 1 Domi-

3 *Venerunt autem ad eum omnes, &c.* Per hoc autem quod amici Iob panem in domo Iob comederunt, & ipsi munera obtulerunt, significatur, quod veri amici communicare debent adinuicem bona spiritualia, & etiam temporalia, cùm fuerit opportunum.

3 *Vene-*

eam mentem deferant quam sectarum schismata non diuidant.
A Et quia ad hoc conuiuium Elia vocante Iudæi in fine vberius venturi sunt cum muneribus, bene subiungitur.

a *Dominus autem.* GREG. Magis nouissimis Iob quam principio benedicitur: quia quantum ad Israelitici populi susceptionem pertinet, vrgente fine seculi dolorem sanctæ ecclesiæ dominus animarum multiplici collectione consolatur.

lib.35.c.10.

✠✠ BEDA? Principia Christi Dei & domini nostri, legis Moysis exordia esse significantur: nouissima vero eius, Euangelium esse monstratur, vnde & Ecclesiastes ait, *meliora sunt nouissima sermonis, quàm initium eius.* Proinde meliora sunt mysteria euangelij reuelata in Christo, legis significationibus & figuris, Meliora sacrificia cordium contritorum, quàm holocaustomata pecudum, Melior manifestatio veritatis in euangelio, quàm allegorica verba in veteri testamento. Sic itaque *benedixit Dominus nouissimis Iob magis, quàm principio eius*, vt in vtroque populo Iudæorum & gentium, reuelationum gratia abundaret: quos populos secundum morum qualitates, quasi sub diuersorum animalium nominibus hæc scriptura voluit appellare.

+ Iemima. + Cerem happuch.

B Eccl c 7.

b *Magis quam.* GREG. *Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi*, quia cum vita differtur, ad melius fortitudo producitur, & per augmentum temporum crescunt lucra meritorum.

C

c *Et facta sunt.* Agnoscamus in ouibus, fideles & innocentes ex Iudæa populos, legis dudum pascuis satiatos: In camelis, ad fidem simplices ex Gentilitate venientes, qui turpes prius ostensi sunt fœditate vitiorum. Rursum quia repetit scriptura quod confirmat, in bobus Israeliticos, quasi iugo legis attritos: In asinis Gentiles. Ecclesia ergo quæ prius innumeris tentationibus pressa; vel Israeliticum populum, vel multos ex gentibus amisit, videlicet quos lucrari non potuit: duplicia in fine recipit, quia ex vtraque natione fidelium numerus multiplicior excrescit. Possunt & per boues, prædicatores; & per asinas, simplicium mentes signari, de quibus in principio latius dictum est. Septem quoque filios & tres filias recepit, quia eorum mentibus quos septem virtutibus (quas Esaias enumerat) genuerat, ad perfectionis summam, spem, fidem, charitatémque coniungit.

Ibid.c.11.

d *Quatuordecim milia.* Hæc apertè videntur duplicia; sed filij totidem redditi dicuntur quod amissi, vt hi qui extincti fuerant, viuere demonstrentur: & hi ergo dupliciter; quia ei Deus decem in carne restituit, decem qui amissi fuerant, in occulta animarum vita seruauit.

D Ibid.

a auream vnã. Dominus autem benedixit nouissimis Iob ma- 1
b
gis quàm principio eius. Et factæ sunt ei quatuordecim milia 2
c ouium, & sex milia camelorum, & mille iuga boum, & mille asinæ. Et fuerũt ei septem filij, & tres filiæ. Et vocauit nomen 3
a ¶ Id est, lux. b ¶ Odore virtutum. 4
vnius † Diem, & nomen secundæ † Cæsiam, & nomen tertiæ 5
a ¶ Lætantium cantus. 6
† Cornustibij. Non sunt autem inuentę mulieres speciosæ, si- 7
a ¶ Sed quia inter perfectos sunt & infirmi & his benigne pater dat hæreditatem cum fratribus.
cut filiæ Iob in vniuersa terra. Dedítq; eis pater suus hæreditatem inter fratres earum. Vixit autem Iob post flagella hęc, 8 9

a ¶ De his plenius dictum est in principio.

e *Et vocauit nomen.* Omnis qui misericordia redemptoris eligitur, his nominibus designatur: quia humanũ genus condendo, Diẽ, redimendo, Casian (*Nam Christi bonus odor sumus Deo*) & assumendo, Cornustibij + Cesia. fecit. Qui enim lux fuimus conditi; & nũc E fumus Casia redempti; erimus quandoq; Cornustibij. Cornustibij autem ex cornu & tibia compositum est. Ergo per Cornustibij lætantium cantus exprimitur. Prius etiam homo quasi dies ex conditione claruit; post redemptus fragantia virtutum impletur, quibus quod perdidit restituatur; tertiò in resurrectione carnis in concentu æternæ laudis assumetur; Sed antè nuptias sponsa se præparat, vt placeat: vnde benè de eisdem filiabus Iob subditur.

Ibid.c.12. 2.Cor.2.d.

f *Non sunt a.inuent.mul. spe.* Electorum quippe animæ omne humanum genus, quod in terra secundum hominem conuersatur, suæ pulchritudinis decore transcendunt, quantóque magis exterius se affligendo despiciunt, tantò intus verius componuntur.

Ibid.c.13.

g *Deditq; eis.* Ipse ergo ex perfectorum numero speciosæ memorantur: Ipsæ etiam ex imperfectorum typo, velut infirmæ, hæreditatem inter fratres accipiunt. Sorores ergo cum fratribus ad hæreditatem perueniunt, quia ihfirmi cum fortibus ad cælestia admittuntur. Vsu namque veteris vitæ, fœminæ inter mares hęreditatẽ non habent. quia legis seueritas fortia eligens, infirma cõtemnens, districta potius studuit, quam benigna sancire. Sed pio redemptore veniente, & infirmus cum perfectis ad regnum assumitur.

Ibid. F

✠✠ BEDA. Figuram sanctus Iob manifestè habuit Saluatoris, & ex hoc, quod ex ditissimo egenus fuit, *quia pauper factus est, vt nos locupletaremur*, & quia circa corpus eius omnem potestatem suam diabolus exeruit, sed nihil profecit, sicut & ipse dominus ait, *venit enim princeps mundi huius, & in me nihil inuenit.* Et quemadmodũ beatus Iob post damnũ filiorũ ditatus in filiis est: ita & Saluator post amissionẽ infideliũ Iudæorũ, ditatus in gẽtibus est.

2.Cor.8. Ioan.14.

h *Vixit autẽ.* GREG. Vacuus dierum est, & quamlibet multũm vixerit

Ibid. c.15.

☞

NICOLAVS DE LIRA.

✠✠ 1 Dominus a.benedix.nouiss.Iob. *multiplicando bona eius temporalia & spiritualia.*

2 Et facta sunt ei quatuordec. *Ante flagella habuit tantùm septem milia ouium, & tria milia camelorum, & quingenta iuga boum, & quingentas asinas, vt habetur supra ca.j. quæ omnia hic exprimuntur duplicata.*

3 Et fuerunt ei septem filij, &c. *Et sic videtur quod proles eius non fuit duplicata, quia tot habuerat antè, vt habetur primo capitulo. Ad hoc dicunt aliqui, quod hoc factum est ad meliorem ipsius fortunam: quia si proles eius fuisset duplicata. bona eius temporalia fuissent nimis diuisa & sic quilibet reportaret minorem portionem; sed hoc videtur parum valere, quia in felicitate prolis magis attenditur bonitas morum, quam abundantia temporalium bonorum. Et ideo aliter dicitur, quod pueri Iob fuerunt mortui in statu salutis, vt satis patet ex dictis supra j. cap. tales autem non dicuntur proprie mortui, sed magis vini: secundum quod dicit saluator Mat. xij. allegans verbum domini quod habetur Exo. iij. b.* Ego sum Deus Abrahã, Deus, Isaac, & Deus Iacob, *ideo subdit saluator*, Non est Deus mortuorum, sed viuentium; *& ideo ideo quia pueri Iob reseruabantur in limbo sanctorum patrum cũ ipso victuri in æternum, sic intelligitur proles eius duplicata, sicut & alia.*

4 Et vocauit nomẽ vnius Diem. *propter speciositatis eius claritatẽ.*

5 Et nomen se. Casiam. *Quæ est species aromatica: & hoc propter mulieris suauitatem.*

6 Et nomen ter. Cornustib. *est autẽ stibiũ vnguentum, quo mulieres depingunt faciem, vt appareant pulchriores, secundum illud iiij. Reg. ix. f.* Depinxit Iezabel oculos suos stibio. &c. *hoc antẽ stibium in cornu seruatur, sic ergo vocauit Iob filiam suam; per hoc designans, quod habebat maiorem pulchritudinem, quam possit haberi in alijs mulieribus per talem picturam; ideo de filiarum Iob pulchritudine subditur,*

7 Non sunt autem, &c. *Et per hoc designatur, quod non solum excedebant alias mulieres in pulchritudine corporis, sed etiam in pulchritudine morum.*

8 Deditque eis. *& per hoc designatur conuenientia virtutis & amoris in vtrisque: & quia Iob fuit flagellatus in proprio corpore, ideo post flagella ad prosperitatis eius augmentum additur longitudo dierum, cum dicitur,*

9 Vixit autem Iob post fla. hæc. *scilicet, quæ prædicta sunt.*

✠✠ 1 Cen-

MORALITER.

✠ 1 *Dominus autem benedixit.* Per hoc significatur, quod vita iusti in fine melioratur.

3 *Et fuerunt ei septem filij.* Per quos intelligi possunt mystice septem dona spiritussancti, quia suprà dictum est, quod Iob in aliquibus tenet typum Christi.

3 *Et tres filiæ.* Per quas intelligi possunt tres virtutes theologicæ: ideo subditur:

4 *Et vocauit nomen vnius Diem.* Per quam significatur fides, quæ pertinet ad cognitionem.

5 *Et nomen se. Casiã.* Quæ est species aromatica, propter q̃ significat spem, per quam respirantur cælestia: licet istæ duæ virtutes non fuerint in Christo, sunt tamen in membris eius.

6 *Et nomen ter. Cornustibij.* id est, vas vnguenti, quo mulieres pingunt facies suas ad decorandum. Per quod significatur, quod ista filia Iob erat pulchrior cæteris mulieribus, quantumcunque possent se decorare per artem superadditã naturæ propter quod hæc filia Iob significat charitatem aliis virtutibus præcellentem.

9 *Vixit autem.* quod tẽpus videtur multò maius quã illud quod præcesserat de vita Iob: quia secundum doctores Iob fuit contẽporaneus Moysi, qui tamen vixit tantùm centum viginti annis, & Iosue successor eius centum & decem: & per hoc significatur longitudo prosperitatis vitæ futuræ post breuitatem præsentis miseriæ, ad quam longitudinem nos perducat, &c.

A D-

centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum vsque ad quartam generationem : & mortuus est senex, et plenus dierum.

☞ xerit qui ætatis suæ tempora in vanitate consumit. At contra plenus dierum dicitur, cui nequaquam dies sui pereundo transeunt: A sed ex quotidiana mercede boni operis apud iustum iudicē, etiam Greg. lib. 35. c. 15. postquam transacti fuerint, reseruantur. In typo ecclesiæ, si quatuordecim per denarium ducimus, & centesimum & quadragesimū numerū peruenimus: Et rectè ecclesia per multiplicata decē, & quatuor computatur, quia vtrumque testamentum custodiēs, & tam secundum legis decalogum, quam secundū euangelii quatuor libros viuens, vsque ad perfectionis culmen extenditur. B Ne autem Iob post flagella viuere dicitur, quia ecclesia prius flagello disciplinæ percutitur, & postmodum vitæ perfectione roboratur; quæ etiam filios suos, & filios filiorum suorum vsque ad quartam generationem conspicit: quia hæc ætate, quæ anni quatuor temporibus voluitur, vsque ad finem mundi per ora prædicantium nascentes sibi soboles contemplatur; Videt filios filiorum, cum ab eisdem fidelibus ad fidem alios gignit, & alios cognoscit; Quæ senex & plena dierum moritur, quia subsequente luce ex mercede quotidianorum operum, depositō, corruptionis C pondere ad incorruptionē spiritualis patriæ mutatur; Plena dierum moritur, cui labentes anni nō transeunt, sed stantiū actuum retributione solidantur; Plena dierum moritur, quia per hęc trāseuntia tempora, id quod nō transit, operatur. Vnde apostolis dicitur: *Operamini, non cibū qui perit, sed qui permanet in vitā æternā.*

✻ Cat. Greg. Vixit autē Iob centum septuaginta annos post plagā: omnes autē anni quos vixit ducenti & quadraginta octo.

✻ Nice. Videtur septem annis plagæ acerbitatem tulisse. nam vt cætera, sic anni duplicati, cum ergo vixerat octoginta quinque qui omnes efficiunt ducentos quinquaginta quinque, à quibus si sustuleris septem plagarum, supererūt ducenti quadraginta octo. D

✻ Nicet. Aquila & Symmachus sequuti codicem Hebraicum hic librum concluserūt. Theodotio autem cum Septuaginta hæc addit. *Scriptum est autem ipsum rursus resurrecturum cum quibus Dominus resurgit. Hic interpretatur ex Syriaco libro. In terra quidem habitans Austitide, in finibus Idumææ & Arabiæ. accipiēs igitur vxorem Arabissam, gignit* 1 *filium, cui nomen Ennon, fuit autem hic è patre quidem Zara Esau filiorum filius: matre autem Bosora, vt ipse* 2 *quintus sit ab Abraham. Et hi reges qui regnauerunt in Edom, cui et* E *iam regioni ipse imperauit. Primus Balac filius Beol: & nomen ciuitatis eius Ennaba. Post Balac autem Iobab, qui vocatus est Iob. Post autem hunc Asom, qui princeps fuit de Thamanitide regione. Post autem hunc Adad filius Barad, qui concidit Madiam in campo Moab, & nomen ciuitati eius Getham. Qui verò venerunt ad eum amici Eliphaz filiorum Esau Themanorum rex Baldad Sauchæorum Tyrannus, Sophar Minæorum rex.* Quæ extare in Theodot. & septuaginta scribit Origenes epistola ad Iulium Africanum. 3

Vbi supra. Historiæ Iob veritas non est allegoris euacuanda, sed substernenda. F

✻ ✻ Greg. Hanc itaque mortem, hanc dierum plenitudinem, & in beato Iob, vno scil. membro ecclesiæ credamus factam, & in tota simul ecclesia speremus esse faciendam; quatenus ita teneatur rei gestæ veracitas, vt non euacuetur rei gerendæ prophetia. Bona enim quæ de Sanctorum vita cognoscimus, si veritate carent, nulla sunt; si mysteria non habent, minima. Quæ ergo per Spiritum sanctum bonorum vita describitur, & per intellectum nobis spiritalem fulgeat, & tamen sensus à fide historiæ non recedat: quatenus tanto fixior animus in suo intellectu permaneat, quanto hunc quasi in quodam medio constitutum, & erga futura spes, & erga præterita fides ligat.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Centum quadra. *& quod in toto hoc tempore vixerit in prosperitate, ostenditur per hoc quod subditur:* Et vi. filios fi. su. *Sequitur:*

2 Et mortuus est senex. *quod pertinet ad vitæ diuturnitatem.*

3 Et plenus dierum. *quod pertinet ad vitæ prosperitatē; vnde suprà vij. ad designandum suam aduersitatem dixit:* Sic & ego habui menses vacuos. *propter quod per oppositum plenitudo dierum designat in eo abundantiam bonorum fortunæ, quibus vsus est ad virtutem, & bonorum gratiæ, quibus perductus est ad futuram gloriam, quæ perduret in secula seculorum.*

ADDITIO I.

In cap. xlij. vbi dicitur in postilla: Ipse est rex super omnes filios superbię, id est, excedit omnes alios in superbia. *Vbi trāslatio nostra habet:* Ipse est rex super omnes filios superbiæ: *In Hebræo habetur:* Ipse est rex super omnes filios schahaz שחץ. Schahaz *verò est vocabulum obscurū, quod non significat superbiam; nec aliquod certū habet significatum secundum expositores Hebræorum, eò quod vocabulum istud non habet simile in sacra scriptura secundum eos; vnde dicunt quod debet exponi prout congruit loco in quo ponitur: & quia in hoc loco planè agitur de ceto Leuiathan, quod est maximum animal & potentissimum inter marina communiter, ideo dicunt quod interpretatio huius dictionis est pisces, & sic secundum eos dicitur:* Ipse est rex super omnes filios piscium. *Sed hæc expositio est falsa, & etiam, vt credo, ficta. Primum patet: nam aliud vocabulū simile reperitur, Esa. xxxvij. f. vbi dicitur:* Comede hoc anno quæ sponte nascuntur: & in anno secundo pomis vescere. *Et vbi translatio nostra habet* pomis, *in Hebraïs habetur* schahaz, *quæ est similis dictio huic, quæ hic ponitur: cuius sensus est secundum Hebræos, quod Deus per Esaiam prophetam prænosticabat Ezechiæ regi, quod postquam Sennacherib recessisset à Iudæa, quam dimiserat penitus deuastatam, totus populus Ezechiæ in primo anno miraculosè viueret ex his quæ nascerentur ex granis contritis ab exercitu Assyriorum sine cultura hominis, & in anno secundo viueret etiam miraculosè de fructibus arborū, quas præciderant Assyrij; & sic patet quod schahaz significat rem præcisam à sua radice: quæ quidem significatio conuenit propriè in hoc loco, vt sit sensus,* Ipse est rex super omnes filios schahaz *scilicet super omnes filios præcisionis seu excisionis; quod propriè pertinet ad diabolum per Leuiathan in hoc loco figuratum, qui excedit omnes à Deo præcisos in auersione à Deo, quæ est propria præcisio: & quia hæc præcisio primo & principaliter fuit per superbiam, ideo translatio nostra competenter se habuit interpretando hoc nomen* schahaz *per superbiam: & sic patet primum. Secundum verò probabiliter apparet: nam ipsi Hebræi omnia ista quæ hic traduntur de Leuiathan, intelligunt de ipso ceto, non de diabolo: de quo scilicet ceto multa tradunt fabulosa & penitus incredibilia prout postill. ponit supra xl. cap. & in alijs locis: & vt talia quodammodo confirment euacuando veram sententiam nostram de Leuiathan spirituali: ideo finxerunt quod* schahaz *significat pisces modo prædicto, & finxerunt quod similis dictio in sacra scriptura non inueniatur.*

ADDITIO II.

In eodem cap. xlij. vbi dicitur in postilla: Ideo de filiarum pulchritudine Iob subditur: Non sunt autem inuentæ, &c. *Per pulchritudinē corporalem, non designatur pulchritudo morum: vnde Prou. xj. c.* Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua; *& ibidem cap. vltim.* Fallax gratia & vana est pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur. *Sed per pulchritudinem filiarum Iob, potius innuitur, quod illa, quæ traduntur in gestis Iob, magis sunt referenda ad sensum spiritualem, quem beatus Greg. notabiliter & largè exponit, quam ad literalem; modicum enim cederet in veram laudem Iob vtrum pulcherrimas filias haberet, quarum similes non inuenirentur in vniuersa terra, prout litera testatur, an quod essent mediocriter pulchræ.*

Postilla venerabilis patris domini Nicolai de Lira cum Additionibus Pauli Burgen. & Replicis Matthiæ Doring. finiunt.

FINIT IOB.

VENERABILIS DOCTORIS FRATRIS NICOLAI DE LIRA in postillam super Psalterium præfatio incipit.

PRopheta magnus surrexit in nobis, *Luc. vij. c. Quamuis liber psalmorum apud Hebræos inter hagiographa computetur, tamen apud Latinos inter libros propheticos reputatur, nec immeritò: quia Dauid, qui fecit psalmos, saltem pro maiori parte, non solum dicitur propheta, sed etiam eximius prophetarum, vt dicitur in principio glossæ super librum psalmorum propter quod conuenienter dicitur de eo verbum propositum* Propheta magnus &c. *In quo quidem verbo possunt notari quatuor causæ huius libri, scilicet efficiens, materialis, formalis, & finalis.*

Ecffiiens çauſa, *Causa autē efficiens duplex est, scilicet principalis, & instrumentalis. Principalis est ipse Deus reuelans mysteria in hoc libro descripta. Instrumentalis autem est ipse Dauid, cui (secundum Aug.) omnia contenta in hoc libro fuerunt reuelata, & ab eo descripta: Secundū verò Hieronymum & Hilarium & omnes doctores Hebraicos, Dauid nō fecit omnes psalmos, sed maiorem partem. Plures autem alij aliquos psalmos scripserunt, vt Moyses, Salomō, & aliqui alij. vt magis patebit infrà prosequendo per titulos psalmorum. Psalmi tamen facti à Dauid & alijs collecti fuerūt & in vno libro congregati, qui dicitur liber psalmorum; & hoc per Esdram scribam & prophetam, vel per alium prophetam sanctum, quicunque fuerit, vt dicit Hier. in prologo super li-*

B *brū istum, qui in modernis bibliis communiter non habetur. Tenetur tamen communiter à doctoribus nostris, quòd Esdras, qui legem combustam à Chaldæis reparauit, psalmos à diuersis factos in hoc volumine congregauit. Non tamen dicitur autor libri, seu causa efficiēs instrumentalis, sed magis ipse Dauid, qui maiorem partem psalmorum fecit. Totū enim à maiori parte denominatur. Hæc autem causa efficiens duplex, scilicet principalis & instrumentalis tangitur cum dicitur:* Propheta. *Ad actum enim prophetandi concurrit Deus mentem prophetæ tangens, seu eleuans ad supernaturalem cognitionem: & mens prophetæ hoc modo tacta, seu illuminata; oportet enim quòd simul sint mouens actu & res mota: propter quod dicit dominus Num. xij. b.* Si quis inter vos propheta domini fuerit in visione apparebo ei, aut per somnium loquar. *In quo verbo tanguntur duo modi prophetandi: ad quos omnes modi prophetiæ propriè dicta reducuntur, prout infrà magis videbitur: Vnus est in vigilia qui notatur, cùm dicitur,* In visione apparebo ei; *Alius est in somno, qui notatur cùm dicitur,* Aut per somnium loquar. *In vtroque tamē modo concurrit Deus vt agēs principale, & mens propheta vt agens instrumentale: quod patet per hoc quod dicitur,* In visione apparebo ei, *scilicet in vigilia veritatem supernaturalem ei ostendens,* Aut per somnium loquar, *occulta sibi reuelans. Et sic patet primum scilicet causa effectiua.*

Materialis cauſa. *Secundo tangitur causa materialis, siue subiectiua, cū dicitur,* Magnus. *Ad cuius intellectum sciendum, quod propheta aliquis dicitur magnus, & prophetia eius magna dupliciter; Vno modo* intensiuè *& hoc tanto magis contingit, quāto clarior est cognitio ipsius prophetæ: &* se-

C *cūdum hoc Dauid dicitur propheta magnus, vnde & in principio glossæ super librum istum dicitur,* Alij prophetę per quasdam rerū imagines atque verborū tegumenta prophetauerūt, Dauid autē soli⁹ spiritussancti instinctu sine omni exteriori adminiculo suā edidit prophetiā. *Et hic modus est excellētior prophetiæ, vt infrà magis videbitur, cùm agetur de gradibus prophetiæ. Sed hic modus magnitudinis prophetiæ magis pertinet ad causam formalem (quæ consistit in modo tractandi) quàm subiectiuam. Alio modo accipitur magnitudo prophetæ, seu prophetiæ* extensiuè, *scilicet quando ad plura se extendit, & hoc pertinet ad causam subiectiuam seu materialem: Et hoc modo prophetia in hoc libro contenta dicitur magna, quia quodammodo se extendit ad omnia, quæ in sacra scriptura continentur. Secundum autem Cassiodorum super librum istum, totus Christus (quantum ad caput & membra) est subiectum in tota sacra scriptura, accipiendo subiectum pro materia: Et similiter secundum eum totus Christus est materia huius libri, differenti tamen modo à tota scriptura sacra; quia hic est subiectum seu materia per modum laudis, propter quod dicitur liber psalmorum, id est laudum diuinarum; propter quod etiam ab alijs doctoribus communiter dicitur, quòd continet totam sacram scripturam per modum diuinæ laudis. Et ideo de magnitudine materiæ huius libri potest dici illud Exo. iij. a.* Vadam & videbo visionem hanc magnam: *quod est verbū Moysi, qui interpretatur extractus de aquis, quia nullus est aptus ad considerationem veritatis in hoc libro contentæ, nisi fuerit extractus ab aquis voluptatū præsentis vitæ, vnde dicitur Esa. xxvij.* Quem intelligere faciet auditum, *scilicet, dominus. Et respondet propheta:* Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus, *id est, à corporis voluptatibus,*

Tertiò in verbo proposito tangitur causa formalis, cū dicitur: Surrexit. *Circa quod sciendum, quòd duplex est forma, scilicet forma tractatus, & forma tractandi. Forma tractatus est diuisio libri, de qua dicetur post in libri prosecutione. Forma verò tractandi est modus agendi, qui in proposito est modus Deum laudandi, vt prædictum est quicquid enim in hoc libro continetur, per modum diuinæ laudis ponitur. Laus verò diuina oratio est, seu species orationis. Oratio autem secundum Damasce. est ascensus mentis in Deum: qui quidem ascensus notatur, cum dicitur,* Surrexit: *propter quod dicitur in Psal. lvj. b.* Exurge gloria mea, exurge psal. &c. *Gloria, est clara notitia cum laude: Cognitio autem ipsius Dauid in hoc libro contenta fuit valde clara, quantum se extendit cognitio prophetica, vt iam in parte tactum est, & postea plenius tangetur. Est etiam descripta per modum diuinæ laudis, vt dictum est, & ideo bene vocatur gloria: propter quod dicit Dauid,* Exurge gloria mea; *& addit,* Exurge psalterium & cithara, *quia aliqui psalmi, ab eo descripti cantabantur in musico instrumento, quod vocatur psalterium, & aliqui in cithara, vt videbitur prosequendo: sicut & modo aliqui cantus siue notæ magis propriè cantantur in lyra & alijs instrumentis.* D

Finalis. cauſa. *Quarto tangitur causa finalis, cū dicitur,* In nobis, *id est ad vtilitatē & salutem nostram: homo enim eo quod est capax Dei per cognitionem & amorem, est ordinatus ad quendam finem supernaturalem, secundum illud Esa. lxiiij. b.* Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. *Et quia ad finem totaliter incognitum nullus potest se dirigere, ideo necessarium fuit aliqua diuinitus hominibus reuelari, per quæ diriguntur in finem supernaturalem: huiusmodi autem est sacra scriptura reuelata diuinitus, propter quod de ea dicit Apostolus ad Roma. xv. a.* Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam E scripta sunt, vt per patientiā & consolationē scripturarum spem habeamus, *quæ spes est expectatio certa futuræ beatitudinis. Liber autem psal. continet totam sacram scripturam per modum laudis, ideo est toti eccl: siæ valde vtilis ad spem & ad consecutionem futuræ beatitudinis: de quo possumus aicere illud Lu. j. g.* Erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui; *Deus enim sanctus & benedictus erexit nobis cornu salutis, id est, scripturam sacram efficacem ad consequendam salutem (quæ est scriptura libri psalmorum, vt dictū est)* In domo Dauid pueri sui, *quia Dauid pro maiori parte fuit autor huius libri, per quem si corde teneatur & opere impleatur, in præsenti gratia habebitur, & gloria in futuro. Quod nobis concedat, qui est benedictus in secula.*

An Dauid eximius fuerit prophetarum. *AD euidentiam maiorem huius libri & aliorum librorum prophetalium, quorum expositioni intendo insistere post ipsum, Antequam descendam ad textum huius libri, quæritur vtrum Dauid fuerit eximius prophetarum. Et arguitur primo quod non, quia Deut. vlti. d. dicitur.* Non surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses &c. *ergo videtur quod Moyses fuerit excellentior propheta quam Dauid. Itē Mat. xj. b. dicitur,* Inter natos mulierum non surrexit maior Ioan. Baptista, *qui fuit propheta: ergo Dauid non fuit eo excellentior. In contrarium arguitur per glossam Ps. supra allegatam, quæ dicit quòd Dauid fuit eximius prophetarū.*

Reſponſio : *Quoniam ista quæstio mota est propter intellectum prophetarum generaliter, ideo quatuor hic sunt videnda. Primum est de quibus sit reuelatio prophetica; Secundum de gradibus prophetiæ; Tertium de vario tactu spiritussancti circa mentem prophetæ;* F *Quartum de comparatione ipsius Dauid ad alios prophetas.*

Artic. 1. De quibus ſit reuelatio prophetica. *Circa primum sciendum, quod propheta secundum nominis interpretationem dicitur, quasi procul fans: quia denuntiat ea quæ procul sunt, seu remota à naturali cognitione humana; & ideo de talibus est prophetia. Huiusmodi verò sunt in triplici gradu, quia quædam sunt sic remota propter conditionem rei cognoscendæ; & aliqua ex cognoscentis conditione; & aliqua propter modum cognoscendi. Primum adhuc est in triplici gradu: Primus est propter rei cognoscendæ eminentiam, cuiusmodi sunt diuina, maximè circa personarum propria, ideo de talibus facta sunt reuelationes prophetiæ, Esa. vj. per Seraphin ter sanctus clamantia, & clariùs in nouo testamento, vt habetur. j. Ioham. v. b.* Tres sunt qui testimonium dant in cælo pater, verbum, & spiritussanctus, & hi tres vnum sunt; *Secundus gradus est propter rei cognoscendæ latentiam, cuiusmodi sunt cordium secreta soli Deo cognita: Vnde & cogitatio Simonis magi per reuelationem fuit cognita Petro, Actu. viij, d. vnde dixit ei,* In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. *Cogitabat enim gratiam spiritussancti vendere; Tertius gradus est propter rei cognoscendæ distantiam quæ distantia vno modo accipitur ex parte loci, & hoc modo Elizeus per spiritum propheticum distans per magnum spatium vidit Giezi accipientem munera à Naaman Syro, vt habetur. iij. Regum. 5. Alio modo accipitur distantia ex parte temporis, scilicet præteriti, vel futuri, Præsens enim tempus non distat à nobis: De distantibus verò secundum præteritum facta fuit reuelatio Moysi, quando prophetauit de creatione mundi, vt dicit Gregorius super Ezech. De distantibus verò secundum futuram fiunt communiter reuelationes propheticæ, vt patet intuenti sacram scripturam; Propter quod prophetia diffinitur à Cassiodoro sic,* Prophetia est diuina inspiratio, rerū cuētus immobili

A bili veritate denuntians. *Secundo aliqua sunt remota à cognitione nostra propter conditionem cognoscentis: & hoc propter aliquem cognoscentis defectum, qui suppletur per spiritum propheticum. Et hoc modo Ahias Silonites cognouit vxorem Ieroboam domum suam ingredientem, quamuis cæcus esset, vt habetur .iij. Reg. xiiij. Tertio modo aliqua sunt remota à cognitione humana, propter cognoscendi modum, sicut Salomon habuit notitiam animalium & plantarum, vt habetur iij. Reg. iiij. non per exercitiũ studij, sed per inspiratiõe spiritussancti.*

Artic. 2. *Circa secundum notandum, quòd ad prophetiam propriè dictam requiritur cognitio intellectiua, secundum quod habetur, Danie. x.a.* Intelligentia opus est in visione: *& ideo si alicui sancto communicetur aliquid ad prophetiam pertinens, absque tali intelligentia, non dicitur propheta, nisi forsitan valde largè & improprie. Quod contingit tripliciter: Uno modo sicut in visione, sicut Pharao vidit spicas, Gen. xlj. & Balthasar manum scribentem in pariete. Daniel. v. Ille dormiens, iste vigilans: neuter tamen eorum fuit propheta, quia visionem non intellexit; sed Ioseph & Daniel, qui visiones intellexerunt. Secundo hoc contingit in locutione, sicut Caiphas. Ioh. xj. f. dixit quid propheticum, dicens,* Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat; *Intendebat enim solùm dare consilium de morte Christi, quod esset expediens, quamuis esset innocens, ne occasione ipsius venirent Romani, & tollerent locum & gentem: sed à spiritussancto factum est, quòd hoc consilium sic protulit, quod mors Christi futura foret pro salute spirituali totius mundi, ipso Caipha hoc ignorante; & propter hoc non fuit propheta propriè loquendo. Sicut nec asina Balaam fuit animal rationale, quamuis per linguam eius fuerit prolatum verbum rationale, angelo linguam illius mouente,*

B *absque tamen cognitione asinæ, sicut plenius dixi super Ioh. Tertio modo contingit hoc in operatione, scilicet quando spiritussanctus impellit aliquem ad aliquid agendum, quod habet prosperum euentum, quamuis homo sic motus hoc ignoret, sicut Iudi. xj, e. dicitur Iepthe, quòd* irruit in eum spiritus domini, *scilicet ad pugnandum contra filios Ammon, tamen non fuit sibi reuelata victoria futura: & propter hoc non dicitur propheta, sed talis motus vocatur spiritussancti instinctus. qui est casus prophetiæ secundum doctores, id est aliquid deficiens à ratione prophetiæ. Et talis motus est similis motui ipsius bene fortunati, qui mouetur ad aliquid bene agendum, sine tamẽ ratione & cognitione præuia, vt habetur in libro de bona fortuna. Differt tamen: quia motus bene fortunati est à causa naturali, scilicet ab influentia orbis, vel intelligentia motricis, vt dicunt aliqui, vel ab vtraque simul vt dicunt alij: Motus autem Iephte & consimilium est à causa supernaturali, scilicet ex motione spiritus diuini. Iste tamen instinctus magis appropinquat ad rationem prophetiæ, vt videtur, quam duo alij modi prædicti. Igitur quia ad rationem prophetiæ verè requiritur intelligentia, vt dictum est, ideo secundum varietatem intelligentiæ accipiuntur gradus prophetiæ: quia ille gradus est excellentior, vbi cæteris paribus est intelligentia clarior, dum tamen prophetiæ limites non transcendat, vt magis videbitur infrà.*

Primus gradus prophetiæ. *Primus igitur gradus est, quando cum visione alicui communicata datur visionis intelligentia, sicut Ieremias vidit ollam succensam, & facies eius à facie aquilonis, vt habetur Iere. j. c. & intellexit per hoc signari exercitum regis Babylonis venturum ad comburendam ciuitatem Ierusalem. Secundus gradus est, quando non fit talis visio seu apparitio, sed auditur vox instruens de aliquo supernaturali, sicut. j Reg. iij.*

C *b. Samuel audiuit vocem domini sibi loquentis, nec tamen vidit aliquam effigiem sibi apparentem: Quod patet ex hoc, quod credidit esse vocem Eli ipsum vocantis, vt habetur ibidem. Et iste gradus prophetiæ est excellentior prædicto, quia voces sunt signa magis expressiua veritatis quam figuræ prædictæ. Tertius autem gradus est, quando non solum auditur vox instruens, sed etiam cum hoc apparet persona aliqua loquens: propter quod iste gradus est excellentior prædictis. Iste tamen gradus variatur tripliciter, quia persona instruens, seu apparens in aliqua effigie aliquando est homo sanctus, sicut .ij. Macha. xv. c. habetur, quod Onias iam defunctus apparuit Iudæ Machabeo dicens ei de Ieremia propheta similiter apparẽte:* Hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Ierusalem &c. *Aliquãdo est angelus de quo non oportet exemplum ponere, quia reuelationes vete. ac. no. testã. vt communiter leguntur sic factæ. Aliquando autem est effigies repræsentans ipsum Deum. sicut Esa. vj. a. dicitur,* Vidi dominum sedentem super solium excelsum &c. *Et sequitur ibidem.* Et audiui vocem domini dicentis mihi, quẽ mittam &c. *Et iste tertius gradus prophetiæ est excellentior secundo & secũdus primo, sicut Deus est excellentior angelo, & angelus homine.*

Tertius gradus. Secundus gradus.

Considerandum autem, quod omnes isti gradus prophetiæ veræ prædicti variantur dupliciter: quia tales apparitiones aliquando fiunt in somno, & tunc vocantur reuelationes per somnia; aliquando autem in vigilia, & propriè vocantur visiones. Et iste secundus modus qui vocatur visio, est excellentior altero. quia maior illustratio mentis requiritur ad hoc, quod ipsa distracta per operationes sensuum exteriorum in vigilia capiat intelligibilem veritatem de supernaturalibus quam in somno, in quo sensibus exterioribus quietatis, anima magis disponitur ad capiendum huiusmodi veritatẽ. Econtrario autem est in cognitione accepta via naturali, quæ accipitur per viam sensus, memoriæ, & experimenti, vt dicitur .j. Metaphi. & ideo talis cognitio non potest accipi in somno. Ad illum autem modum prophetiæ, qui fit in somno, reducitur ille qui fit in raptu vel extasi, quia pro tunc est non vsus sensuum exteriorum, sicut nec in somno. Quartus autem gradus prophetiæ propriè dictæ est, quando sine apparitione alicuius figuræ vel signi sensibilis capitur veritas intelligibilis de occultis per diuinam reuelationem: Et hoc modo factæ sunt reuelationes ipsi Dauid; vt dicitur in principio. glo. super psalmum, vt superius est allegatum; Et iste gradus prophetiæ est excellentior cæteris prædictis. Sicut enim ille diceretur melioris ingenij & clarioris, qui caperet veritatem conclusionum geometricalium sine descriptione figurarum sensibilium, quam ille qui capere non posset absque tali descriptione: sic in cognitione prophetica illa mens videtur excellentius diuinitus illustrata, quæ veritatem intelligibilem capit absque sensibilibus signis (cuiusmodi sunt figuræ & voces supradictæ) quam illa quæ capit sub talibus signis sensibilibus & sic patet secundum principale, videlicet varietas graduum prophetiæ.

Quartus gradus.

Artic. 3. De tactu spiritussancti circa mentem. *Circa tertium sciendum, quod spiritussanctus aliquando tangit mentem prophetæ de præsenti tantùm, & non de futuro, nec preterito: sicut Act. x. e. de nuntiis Cornelij dixit Spiritussanctus Petro,* Ecce viri tres quærunt te: *Et sic tunc facta est ei reuelatio de præsenti, non tamen de præterita visione Cornelij,* quia vidit angelum sibi dicentem, Mitte viros in Ioppen, & accersi Simonem &c. *quam visionem Petrus postea cognouit per reuelationem Cornely. sicut ibidem habetur. Similiter nec de descensu spiritussancti futuro super Cornelium & eius amicos verbum Petri audituros: propter quod Petrus hoc videns fuit valde admiratus, quòd non fuisset si præcognouisset. Aliquando verò*

E *spiritussanctus tangit mentem prophetæ tantùm de præterito, sicut Moysi facta fuit reuelatio creationis mundi, cùm dixit:* In principio creauit. *&c. Aliquando verò tangit tantum de futuro, sicut Gen. xxvij. d. Isaac benedicens filio suo Iacob cognouit ea quæ circa eum erant futura, tamen ipsum præsentem non cognouit, quia credebat ipsum esse Esau; nec consilium Rebeccæ præteritum, quod dederat Iacob pro petitione benedictionis paternæ. Aliquando autem tangit de præsenti & futuro simul, sicut Gene. xl. b. Iacob, qui præ senectute videre non poterat, Manassen & Ephraim præsentes per spiritum propheticum cognouit: propter quod cancellatis manibus dexteram super iuniorem posuit, & quid esset futurum vtrique fratri prædixit, Aliquando verò tangit de præsenti, præterito, & futuro: sicut Lu. j. d. dicitur, quod Elisabeth ad salutationem Mariæ repleta est spiritussancto, & exclamauit voce magna, & dixit,* Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: *Ex quo patet quod cognouit per spiritum eam habere in vtero præsentialiter Dei filium; Sequitur ibidem,* Et beata quæ credidisti, *scilicet angelo nuntianti tibi conceptionem Christi: Ex quo patet, quòd fuit illustrata de modo conceptionis præterito. Similiter fuit tacta de futuro, vnde subditur,* Perficientur ea quæ dicta sunt tibi à domino. *Spiritus enim sanctus operatur in mentibus hominum prout vult, & ideo non solum modis prædictis, sed etiam aliis potest eas tangere: tamen ille tactus, qui est de præsenti, præterito, & futuro est perfectior, quàm ille qui est de duobus tãtum; & ille qui est de duobus, quàm de vno solo; Et inter illos qui sunt de vno solo, ille qui est de*

F *futuris cotingentibus videtur perfectior, quia futura sũt magis remota à cognitione nostra quã præsentia, vel præterita, quę possunt etiã via naturali cognosci, licet nõ illo modo, quo spiritu prophetico cognoscuntur.*

Artic. 4. Cõparatio Dauid ad alios prophetas. *His prædictis descendendum est ad quartum principale, quod est de comparatione Dauid ad alios prophetas. Circa quod sciendum, quod Dauid potest comparari ad prophetas noui testamenti, cuiusmodi fuerunt apostoli, & sic Dauid non fuit excellentior prophetarum, quia apostoli fuerunt de secretis diuinis magis illuminati, & in maiori plenitudine receperunt gratiam spiritussancti, vt habetur. ij. ad. Cor. iij. Si autem comparetur ad prophetas veteris testamenti, sic adhuc non fuit excellentior prophetarum, vt dicit sanctus Tho. de Aquino secunda secundæ: sed Moyses fuit eo excellentior. Cuius rationem principalem assignat, eò quod fuit ei cõcessum videre diuinam essentiam in præsenti vita existenti, secundum quod dicit Augustinus ad Paulinam de videndo Deum: Dictum est autem suprà, quòd gradus prophetiæ excellentior est, vbi est cognitio clarior: & sic dicit quod Moyses fuit excellentior simpliciter; tamen Dauid secundum quid fuit excellentior: quia plura Christi mysteria magis expressit. Ad hoc etiam inducit rationem secundam ex parte denuntiationis propheticæ, quia Moyses prophetiam suam denuntiauit toti populo Iudæorum, non sic autem Dauid, nec alij prophetæ. Tertiam rationem ad hoc adducit ex parte confirmationis prophetię nuntiatæ, quod est per miracula: maiora enim signa fecit Moyses in Ægypto in mari rubro, & in deserto, quàm Dauid & alij prophetæ: Sed quicquid sit de conclusione, rationes tamen inductę non videntur valere ad propositum: quia claritas cognitionis actum prophetandi excludens non potest constituere excellentiorem gradum prophetiæ, quia idem constitueret & excluderet vt videtur: visio autem diuinæ essentiæ excludit actum prophetandi. sicut & actum fidei, quia vterque actus est necessariò ænigmaticus, & ideo visio diui-*

A *na essentia non potest constituere excellentiorẽ gradum prophetiæ, licet faciat clariorem cognitionẽ, seu aliquem clarius cognoscentem. Propter hoc superius dixi, quod claritas cognitionis maior constituit excellentiorem gradum prophetiæ, dum tamen talis claritas limites cognitionis propheticæ non trascendat. Pratereaſi prædicta ratio valeret, sequitur quod Moyses fuit excellentior omnibus apostolis præter Paulum, quibus non fuit concessum videre diuinam essentiam in vita præsenti: quod tamen ipse negat ibidem dicens, quòd apostoli fuerunt excellentiores Moyse, ergo ex tali visione non potest dici, vt videtur, quod Moyses fuit excellentior propheta ipso Dauid. Similiter ratio secunda non videtur valere, quia denuntiatio prophetiæ est aliquid sequens cognitionem propheticam: & ideo non videtur variare gradum prophetiæ, ex hoc quod pluribus, vel paucioribus denuntiatur. Similiter tertia non valet eadem ratione, quia confirmatio per signum sequitur propheticam: vnde & Iohannes Baptista nullum signum fecit, vt dicitur Ioh. x. & tamen à dicto doctore conceditur maior propheta ipso Moyse. Similiter nec ex gradibus prophetiæ suprà positis potest Moyses dici excellentior Dauid, quia excellentior gradus est capere veritatem supernaturalem absque quibuscunque figuris, & signis sensibilibus, qui gradus fuit in Dauid, vt dictum est per glo. psalmi præallegatam. Et idem videtur per illud quod habetur. ij. Reg. xxiij. a.* Sicut lux auroræ oriẽte sole mane absque nubibus rutilat: *quod dicitur de Dauid. Visiones enim imaginariæ & signa sẽsibilia quæcunque sunt, quasi quædam nubes claritatem solis excedentem virtutem visus nostri nobis contemperan-*

B *tes; ille enim acutioris & fortioris visus est, qui claritatem solis potest bene nudè intueri, quàm ille qui non potest absque contemperamento tali: & ideo Dauid, qui absque signis sensibilibus capiebat radium diuinæ lucis, habuit excellentissimum gradum propheticæ cognitionis. Et licet Moyses eundem gradum habuerit, secundum quod dicitur Num. xij. b. de ipso.* Palam & non per ænigmata Deũ videt, *id est absque figuris & sensibilibus signis, vt ibidem fuit expositum: tamen non habuit toties, nec ita communiter tales illustrationes sicut Dauid. Item secundum quod dicit doctor prædictus, Dauid plenius & clarius expressit mysteria Christi quam Moyses: lex autem vetus & propheta ordinabantur ad Christum sicut ad finem, vnde dicit Apostolus, Gal. iij. d.* Lex pædagogus noster fuit in Christo, *& Act. x. g. dicitur de Christo*, Huic omnes prophetæ testimonium perhibent; *Et Rabbi Moyses dicit in libro directionis perplexorum, quòd omnes prophetæ non sunt locuti nisi ad dies Messiæ: & ideo cum finis sit nobilior his quæ sunt ad finem, prophetia Dauid videtur sortiri quandam excellentiam, & hoc ex hoc quod Christi mysteria sic expressit; & ideo probabiliter videtur posse dici excellentior ipso Moyse, quamuis Moyses excellentior fuerit in aliis prædictis quæ prophetiam transcendunt, vel eam consequuntur. Batus enim Greg. expressè dicit, quòd Dauid clariorem cognitionem quàm Moyses habuerit. homilia. iiij. super finem Ezech.*

Ad primum dicendum quòd illud est verbum Iosue scribentis de Moyse, & tempore Iosue non surrexerat propheta maior Moyse: tamen non est contra illud dictum, quod postea maior surrexerit; & oportet hoc dicere saltem de prophetis noui testamenti, vt prædictum est.

Ad secundum dicendum, quòd Iohannes Baptista pertinet ad nouum testamentum: vnde dicit saluator Mat. xj. b. Lex atque prophetæ vsque ad Iohannem, *scilicet exclusiuè; vnde & prophetia Iohannis in nouo scribitur testamento, & ideo excellentior dicitur prophetis ve-*

C *teris testamenti.*

Ad maiorem autem euidentiam dicendorum, sciendum quòd beatus Hiero. ter transtulit psalterium. Primo secundum Lxx. interpretes, quod psalterium Romanum dicitur, eo quod Ecclesia beati Petri illo vtitur. Secundò fecit aliam translationem non multum distantem a prima, & tamen magis appropinquantem Hebraico, & vocatur psalterium gallicanum, eo quòd Damasus Papa ad Rogatum Hier. illud fecit cantari in ecclesijs gallicanis: propter hoc dicitur in regula fratrum minorum, Clerici faciunt diuinum officium secundum ordinem Romanæ ecclesiæ excepto psalterio: quia fratres vtuntur psalterio gallicano. Tertio ad preces Sophronij qui frequenter disputabat cum Iudæis, qui solum recipiunt illud quod est in Hebræo, fecit translationem immediatè acceptam ab Hebræo: propter quod vocatur psalterium Hieronymi iuxta Hebraicam veritatem; media autem translatio est communior inter Latinos, & ideo in expositione huius libri intendo eam prosequi; & vbi notabiliter discrepat ab Hebræo, vel à translatione Hiero. iuxta Hebraicam veritatem, tangam illud secundum gratiam à domino Deo mihi datam, Item notandum quod secundum quod dicit Hier. in prologo super librum psalmorum. xvij. sunt psalmi sine titulo, alij autem sunt intitulati: & hoc idem patet in Hebræo; Qui autem sunt intitulati & qualiter & qui non videbitur in prosecutione libri. De titulis autem istis est communis opinio Latinorum, quod appositi fuerunt ab Esdra psalmos in hoc volumine colligente & congregante, vt suprà dictum est, tamen apud Hebræos sunt authentici sicut & psalmi cæteri, sicut & primus psalmus ab Esdra per modum prologi compositus siue appositus inter psal. computatur, vt infrà dicetur.

Sed contra hoc videtur illud quod dicit Hier. in epistola ad Paulinum in descriptione viri iusti, cũ eum Dauid arbori quæ est in paradiso cõpararet, inter cæteras virtutes hoc etiã intulit, In lege domini voluntas eius, & in lege ei⁹ meditabitur die ac nocte: *hoc autem assumptum est de primo psal. ergo Dauid fecit eum & non Esdras. Dicendum quòd hoc nomen Dauid aliquando accipitur pro libro psalmorum, & sic dicit Hier. in prologo galeato qui præmittitur libris Regum, quod inter hagiographa primus liber est Iob, & secundus Dauid, & sic consequenter. & hoc modo. accipit Hie. in proposito, cum dicitur,* Cum eum Dauid ligno paradisi. cõpararet &c. *id est, liber psalmorum: vnde consequenter in eadem epistola enumerat libros veteris ac noui testamenti. Et est similis modus loquendi, cum dicitur, Dauid comparat: sicut cum dicitur, euangelium hoc dicit, id est, liber euangeliorum; & ideo non valet argumentum, quia Dauid non est hic nomen autoris libri psalmorum, quorum fuerunt multi autores, vt dicitur in expositione primi psalmi. Explicit præfatio autoris.*

D Psal. 1. a.

SEQVVNTVR ADDITIONES Pauli Burgen. ad postillas Nicolai de Lira super Psalterium cum Replicis Matthiæ Doring &c.

ADDITIO I.

In prologo, vbi dicitur in postilla: Tamen apud Latinos inter libros propheticos reputatur. *Oppositum videtur sentire beatus Hier. qui in prologo galeato trifariè distinguens sacrã scripturã, ait:* Tertius ordo E hagiographa possidet. Et primus liber incipit à Iob, secũd⁹ à Dauid &c. *quæ quidem distinctio Hieronymi tripertita tenenda videtur. Nam vt autor postillæ in principio primi psal. ait:* Hieronymus diligentius studuit circa textum sacræ scripturæ propter quod in huiusmodi magis est sibi assentiendũ &c. *præsertim cum sua opinio in hoc autoritate euangelica firmetur. Nam Luc. xxiiij. f. legitur.* Necesse est implere omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis, *vbi satis patet quòd psalmi tertium ordinem tenent in sacris scripturis distinctum à lege & prophetis.*

ADDITIO II.

In eodem prologo vbi dicitur in postilla: Sed quicquid sit de cõclusione. *Obiectiones contra rationes sancti Tho. per postillatorem factæ non videntur habere vigorem. Quod de prima obiectione patet sic. Nam visio clara diuinæ essentiæ licet in beatis in termino existentibus prophetiam seu actum prophetandi excludat, non tamen in viatoribus: alias enim sequeretur quòd Christus, qui à primo instanti suæ conceptionis habuit claram diuinæ essentiæ visionem, non fuisset propheta, quod est contra vtriusque testamenti autoritatem. Legitur enim Deut. xviij. c.* Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum: *quod intelligitur ad literam principaliter de Christo, prout ibidem cõmuniter exponitur. Similiter Luc. 24. c. Duo discipuli de Christo adinuicẽ conferentes dicebant:* Fuit vir propheta potens in opere & sermone, *& sic in alijs locis. Cum igitur Christus verus viator & verus propheta fuerit, oportet concedere quòd claritas visionis diuinæ essentiæ limites cognitionis propheticæ in vero viatore non transcendat: & si hoc est concedendum de Christo, qui licet verus fuisset viator* F *non tamen purus, à fortiori de puris viatoribus, vt de Moyse & Paulo. Ratio autem quare in statu viæ claritas cognitionis diuinæ essentiæ non excludit prophetiam, sicut in statu termini est ista: Nam viatores clarè Deum videntes, licet ex parte ipsius cognitionis non sint quasi procul existentes, cum talis visio non sit ænigmatica: ex parte tamen cognoscentium, qui in statu viæ non totaliter in vltima sui perfectione existunt, procul existere dicuntur. Vnde. ij. Cor. v. b.* Quandiu in corpore sumus, à domino peregrinamur. *Potest etiam alia ratio assignari, quare visio clara diuinæ essentiæ excludit actum fidei, non autem excludit actum prophetiæ: Nam fides est eorum quæ non videntur ab ipso credente, sed prophetia est eorum quæ sunt procul à communi hominum cognitione, cum quibus propheta conuersatur & communicat in statu viæ: licet propheta eadem clarè videat. Ex quibus sequitur, quod actus prophetandi non semper est ænigmaticus, sicut actus fidei: & ideo visio clara diuinæ essentiæ in viatore constituere debet excellentiorem gradũ prophetiæ, propter clariorem cognitionẽ: quod satis ostenditur Num. xij. vbi ipse Deus distinguens inter prophetias Moysi & aliorum, sic dicit:* Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, vel per somnium &c. *Et sequitur:* At non talis seruus meus Mo. &c. ore enim ad os loquor ei & palam & non per ænigmata. *Ex quibus verbis duo manifestè habentur. Primum quòd actus prophetandi non semper est ænigmaticus, quod patet in Moyse; Secundum quod prophetia non ænigmatica excellentiorem gradum prophetiæ constituit, vt patet rectè intuenti verba prædicta.*

Item secunda obiectio postil. non videtur valere, scilicet illa in

qua

A qua dicit, quòd ex prædicta ratione sancti. Tho. sequeretur Moysen excellentiorem fuisse omnibus Apostolis præter Paulum &c. Nam inter ministros no. testa & veteris est tam lata distantia, quod ministri noui te. præferendi sunt super antiquis, etiam ipsi Moysi; qua quidem præeminentia quò ad donum prophetiæ de quo agitur, potest considerari ex duobus: primò quia propheta antiqui prout communiter tenetur, & modus loquendi scripturarum testatur, ipsum donum prophetiæ habuerunt tantummodo in actu. seu dispositione, non autem in habitu: & ideo in illis cõsuetũ est dicere: Locutꝰ est dominus ad talem prophetam Loquere talia, & huiusmodi; Similiter, factum est verbum domini super talem, seu manus domini & huiusmodi. Qui quidem modus loquendi manifestè denotat, quod mentes talium prophetarum indigebant de singulis noua reuelatione, quod nõ contingeret si in habitu prophetiam habuisset. Habitus enim est, quo quis vtitur cum voluerit, vt dicit commentator in iij. de Anima. Apostolis verò donum prophetiæ videtur fuisse habitualiter collatum: non enim indigebant noua illustratione de singulis, quia ex copiosa effusione spiritus sancti fuerũt de omnibus etiam supernaturalibus ad doctrinam pertinentibus salutis repente edocti: testate veritate Ioan. xiiij. d. Ipse docebit vos omnia &c. Similiter Lu. xxj. ca. Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij &c. qua & similia, manifestè denotant apostolos habuisse in huiusmodi supernaturalibus quasi habitualem illustrationem per modum formæ permanentis: qua cum volebant vtebantur, non autem antiqui.

Potest etiam hoc deduci ex gestis vtrorunque. Eliseus enim qui in illo statu magnus fuit propheta, turbatus aliqualiter ex intuitu regis Israel,

B psalterium fecit applicari, vt per laudem psalmodiæ spiritum prophetiæ attingeret. iij. Reg. iij. Apostoli verò & alij quamplurimi eccl. sic primitiua non solum gaudentes contumelias patiendo, sed in medio tormentorum acerrime cruciati, spiritum propheticum retinebant. quo magnalia Dei, & supernaturalia, quæ ad prophetiam pertinent, sæpe reserabant: quod maximum signum est, ipsos habere prophetiam habitualem atque immobilem. Constat autem, quod ille qui habet aliquam perfectionem in habitu, sicut scientia, vel huiusmodi, simpliciter præcellit in eadem perfectione seu scientia illum, qui tantum in actu seu dispositione eandem habet perfectionem seu scientiam; & sic Moyses qui in actu seu dispositione tantum donum prophetiæ habuit, non potest dici excellentior in prophetia apostolis qui habitualiter eam modo prædicto habuerunt: non obstante quod aliquando clariorem cognitionem inde Moyses habuit, qua excellentior omnibus prophetis antiquorum dici debet.

An pro-phetia sit habitus.

Et nota quòd licet sanctus Thom. in secunda secundæ. q. clxxi. arti. ij. in deci. quæstionis concludat, quod prophetia non est habitus, hoc tamen intelligendum est de prophetia secundum suam propriam rationem. Ad hoc enim quod aliquis dicatur propheta, non requiritur quòd insit animæ suæ aliquis habitus propheticus per modum formæ, vt patet de antiquis qui fuerunt prophetæ sine tali habitu: sed ex hoc non excluditur quod quis posset habere donum prophetiæ habitualiter, prout dictum est de apostolis. Unde notanter concludit sanctus Thom ibidem, quòd prophetia propriè loquendo non est habitus, id est, quod de propria sui ratione non est quod sit habitus.

Secundo præeminentia prophetiæ apostolorum respectu antiquorum posset cõsiderari ex hoc, quod donum prophetiæ communiter acceptum, prout in antiquis fuit, est gratia gratis data tantum, vt patet Mat. vij.

C cap. vbi respõdetur, Nunquam noui vos his, qui dixerunt, In nomine tuo prophetauimus. Unde Hiero. super illud verbũ dicit: Prophetare, & virtutes facere, interdũ nõ est eius meriti qui operatur. Sed in apostolis donum prophetiæ fuit gratia gratum faciens, vel ex ea immobiliter deriuatum. Ex ipsa enim repletione spiritus sancti, qua in gratia gratum faciente fuerunt confirmati, omnium charismatũ dona (prout communiter tenetur) habuerunt, inter quæ donum prophetiæ connumeratur, vt patet. 1. Cor. xij. b. Et sic manifestum est donum prophetiæ in eis fuisse gratiã gratum facientẽ vel inseparabiliter se habentem ad eam; & per consequens donum propheticum in eis excellentius fuit quam in antiquis, sicut gratia gratum faciens excellentior est, quam gratia gratis data.

Ad supradicta videtur facere illud. ij. Cor. iij. d. vbi Apostolus de se & alijs primitiuæ ecclesiæ dicebat: Nos vero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, &c. prout domino concedente ibidem declarabitur.

Item obiectio postillatoris contra secundam rationem sancti Thom. vbi dicit, quod cùm denuntiatio prophetiæ est aliquid sequens propheticam cognitionem, ideo non debet variare gradum prophetiæ. &c. non videtur valere. Dignitas enim seu excellentia eorum quæ sunt ad finem, ex maiori appropinquatione seu adeptione finis sumi debet: etiamsi talis finis non sit de essentia rei. sed eam aliquando consequatur. Homo enim, qui maiorem gratiam habet. seu magis virtuosus est, excellentior est alio hoc non habente, licet gratia & virtutes non sint de essentia hominis, sed eam quandoque consequuntur. Cum igitur finis prophetiæ est vtilitas ecclesiæ (1. Cor. xiij. a. Qui prophetat hominibus, loquitur ad ædificationem, exhortationem, & consolationẽ (sequitur quod quòd qui pluribus prophetiam suam denuntiat, excellentior est illo qui D Philosoph. paucioribus, cæteris paribus. Bonum enim secũdum Philosophum quãto vniuersalius tanto diuinius. Unde denuntiatio prophetica pluribus facta excellentiorem prophetiam facit: & sic altiorem constituit gradum prophetiæ, præsertim cùm toti populo cultui diuino mãcipato suas denuntiat prophetias, vt Moyses.

Item obiectio contra tertiam rationem sancti Tho. qua dicitur, quod confirmatio per signa sequitur prophetiã, &c. non videtur valere, prout ex dictis contra secundam obiectionem satis patet. Confirmatio enim per signa, licet nõ sit de essentia prophetiæ, pertinet tamen ad eius finem certius seu efficacius consequendum. Ad hoc enim quod prophetia credatur, dantur miracula: & ideo turba videns Christum adolescentem resuscitare, quod est de magnis miraculis, magnum prophetam ipsum indicabat, Lu. vij. c. Propheta magnus surrexit in nobis. Vnde & cõfirmatio. apostolicæ doctrinæ signis à Deo factis attribuitur, iuxta illud Mar. vlt. d. Domino cooperante, & sermonem confirmante se- Ioan. Bapt. quare nullum signũ fecit. quentibus signis. Quod autem dicitur de Iohanne Baptista, quod nullum signum fecit, vt Iohan. x. a. & tamen fuit propheta, & plus quam propheta: Ad hoc possent dari rationes, Prima, quia eius vita fuit tam præclara, quòd non indigebat confirmatione miraculorum: Secunda, quia videbat dicta eius impleri euidenter in Christo, cui tanquã principaliori miracula reseruabat, prout ibidem communiter dicitur. Et potest ad hoc reduci illud verbum Christi de Ioanne, scilicet quòd est plus quàm propheta. Nam cæteri confirmatione miraculorũ indigebant, ipse verò non: licet hoc verbum alias etiam habeat expositiones.

Ad illud quod subiungit de gradibus prophetiæ &c. ex dictis patet, E quòd tam Dauid quam Moyses habuerunt propheticam illustrationem absque signis sensibilibus, quod est valde excellens in gradibus prophetiæ, non tamen est summus gradus. Nam visio clara diuinæ essentiæ in statu viæ, quam Moyses habuit, vt dictum est, excellentiorem gradum propheticæ cognitionis constituit.

Item quòd addit postil. Moysen non habuisse toties nec ita communiter illustrationes propheticas sicut Dauid, non videtur habere aliquod fundamentum in sacra scriptura: nec ipsemet aliquam allegat autoritatem ad hoc facientem: & ideo non requiritur aliqua solutio, præsertim cum oppositum ex sacra scriptura rationabiliter posset deduci: Si enim numerentur psal. à Dauid editi, & prophetiæ singulæ ipsius Moysi in pentateucho contentæ, indubitanter prophetiæ excedunt psalmos: & per consequens si in quolibet psalmo requiritur noua illustratio, pari ratione & in qualibet prophetia Mosaica. Nec enim verisimile videretur, quod ille, qui tam familiariter cum Deo se habebat, vt de illo legeretur, Loquebatur Deus Moysi facie ad faciẽ, sicut homo solet loqui cũ amico suo. Exodi. xxiij. b. haberet pauciores illustrationes quã ipse Dauid, de quo nihil tale legitur: sed potius aliud, & est satis ad propositũ. Legitur enim Deus misisse prophetam suum Nathan ad Dauid, vt ei reuelaret aliqua de voluntate diuina erga eum. ij. Regum. vij. & xij. Similiter. 1. Reg. xxij. & ij. Reg. xlii. legitur Gad propheta missus à Deo ad ipsum Dauid, vt eidem denuntiaret quædam venura. Ex quibus satis demonstratur Dauid non habuisse tam frequentes illustrationes sicut Moyses. qui nunquam legitur instructus nisi à Deo vel angelo. Et notandum quòd Gad propheta intitulatur in cap. allega. videns Dauid, id est, propheta ipsius Dauid. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns, 1. Reg. ix. Ex quibus patet, quòd Gad propheta frequenter denuntiabat ipsi Dauid aliqua prophetica, quod de Moyse simile nunquam legitur. An Moyses an Dauid maiores habuerit illustrationes.

F

Item ad hoc quod postil. ait prophetiam Dauid sortiri quandam excellentiam, ex eo quod Christi mysteria magis expressit, cùm finis totius legis est Christus &c. Dicendum, quòd licet talis excellentia sit vera, non tamen concludit excellentiam simpliciter, sed secundum quid. Excellentia enim prophetiæ Moysis ex omnibus quæ ad prophetiam efficacem communiter requiruntur, consurgit; vnde excellentior debet dici simpliciter. Excellentia tamen prophetiæ Dauid ex maiori expressione mysteriorum Christi tantum consideratur: quæ quidem consideratio est secundum quid, Nec etiam secundum hanc considerationem excellentior cæteris posset dici prophetis. Nam de Esa. ait Hieronymus in eiusdẽ prologo, quod ita vniuersa Christi ecclesiæque mysteria ad liquidũ prosecutus est, vt non eũ putes de futuro vaticinari, sed de præteritis historiã texere, hæc ille. Constat ergo quòd maior excellentia est vniuersa mysteria Christi & ecclesiæ in liquidum redigere, quam illud quod doctores tradunt de Dauid: de quo non vniuersaliter dicunt, sed indefinitè mysteria Christi exprimere, & tamen nec ob hoc Esaias dicitur eximius prophetarum; & a fortiori nec Dauid sic debet dici.

Circa quod etiam attendendum est, quod Moyses omnia Christi mysteria implicitè tradidit, seu singulariter, licet non explicitè. Totum enim nouum testamentum in veteri continetur, iuxta sententiam Gre. super illud Ezech. i. d. Tanquam rota in medio rotæ. Cũ igitur Moses fuit præcipuus veteris testa. quasi de nouo legem proponẽs, ad cuius legis obseruationem alij propheta populum inducebant, sequitur quod Moyses omnia mysteria Christi tradidit. Nec ex hoc eius excellentia diminuitur: quia non expresse tradidit, sed implicitè. Nam hoc ex defectu populi contingebat, qui rudis erat vt dicunt, & ideo non

A expediebat talia talibus exprimere; sicut & Christus apostolis dicebat, Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, *Iohan. xvj.c.*

Conclusio igitur sancti Tho. non obstantibus prædictis obiectionibus firmissimè videtur tenenda, tanquã vera, & in sano seu plano intellectu sacræ scripturæ fundata. Illa enim verba Deu. vl.d. Non surrexit propheta maior Moyse, *non debent restringi vt postillator dicit, vsque ad tempus Iosue tantum, quia si sic, potius dixisset: Non surrexit vsque in hodiernum diem; prout in similibus solet dici.* Non surrexit vltra *denotat exclusionem respectu futuri temporis, nec ex hoc excluduntur ministri noui testa. quia status antiquorũ in scripturis, sub quodam seculo quasi perpetuo sæpe nominãtur, vt Nu.* 18.*d.* Legitimum sempiternum erit vobis: *quod non se extendit ad tempus nouæ legis, vt patet intuenti, &c. Autoritas igitur beati Gregor. dicentis, quod Dauid clariorem cognitionem habuit quàm Moyses, exponenda est vt intelligatur sic, quod Dauid clarius expressit mysteria Christi modo & ratione prædictis; similiter & quod Glo. ponit Dauid fuisse eximium prophetarum, intelligendum est hagiographorum vnde 2. Reg. 23. a. vbi tota excellentia illustrationis ipsius Dauid, habetur dicens:* Spiritus domini locutus est in me &c. *ibidẽ intitulatur egregius psalmista Israel, vbi notandum quod non dixit egregius propheta, sed* egregius psalmista: *in quo propositum satis innuitur.*

REPLICA. Circa psalterium burg. amplius quam circa a-

B *lium aliquem librum laborauit addendo. In additionibus autem illis quamuis nonnulla mihi non probentur, manebunt tamen à me intacta ea quæ directè non sunt contra post. Nam hoc opere non est intentionis meæ Burg. male dicta reprehendere. sed solum postil. bene dicta defensare contra Burgen. inualida machinamenta. Vnde cùm in aggressu post. dixerat, quod liber psalmorum apud Latinos reputatur inter prophetales, quamuis apud Hebræos computetur inter hagiographa. Burgen. contradicit ex facto Beato Hier. qui Latinus fuit, qui in prologo galeato ponit psalmos inter hagiographa. Hic dico quod bene respicienti prologum galeatum, qui est prologus in libros Regum, statim clarè patebit quod illam distinctionem tripartitam non asserit beatus Hiero. nisi vt ostendat libros ab Hebræis receptos distingui contra apocryphos. Ipse autem non asseruit illam Hebræorum distinctionem, sed allegat eorum opinionem. Constat enim hagiographa sicut & prophetica multipliciter dici: secundum enim vocum proprietatem hagiographa dicuntur omnes sacræ scripturæ; Sic accipiendo Beatus Dio. cap. 1. ecclesiasticæ hierarchiæ dicit.* Venerãdissima eloquia dicũtur esse quæ in hagiographis tradita sunt, &c. *Secundo dicuntur hagiographa, vt ab vsu nominis per Hebræos contra prophetica & legalia distincta: & bene Hebræi hoc nomine abutuntur, quia hagiographum dicitur ab hagios quod est sanctus, & graphos scriptura: quasi sancta scriptura, vel à sanctis, conscripta; quod nomen cum sit commune legalibus, prophetalibus & aliis: per quandam antonomasiam Hebræi fortassis specialiter Dauid & Danielis, Iob & aliorum scriptis deputarunt. Similiter propheticus liber secundum Hug. de sancto Victore dupliciter dicitur,*

C *Vel quia scriptus stylo prophetico. s. de futuris, vel naturaliter ignotis: vel quia scriptus a propheta; In prima acceptione & Dauid & Danielis & Iob libri prophetales dici possunt, quia altissimas prophetias stylo prophetico texuerunt; Secundo modo loquendo propheta tripliciter consideratur. vt videlicet sit propheta officio, missione, vel gratia. Quamuis igitur Dauid. Daniel, Iob spiritu & gratia fuerunt prophetæ, non tamen officio, vel missione, ideo libri eorum inter prophetales nõ computantur: & quia inter legales etiam propriè computari non poterant, Hebræi nomen hagiographum eis imponebant. Illum igitur modum Hebræorum beatus Hie. non asserit nec laudat, sed allegat, vt patet studiosè respicienti prologum eius. Nec valet quod Burgen. pro confirmatione suæ intentionis adducit, Luca. 24 f.* Oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege, prophetis & psalmis de me. *Nã Christus non intendit per illa verba distinguere libros, sed materias librorum. Non enim liber psalmorum excluditur à libris propheticis, cum in eo omnia Christi & ecclesiæ mysteria sunt stylo prophetico scripta. Nec autor libri excluditur à prophetis, cum sit eximius prophetarum, quamuis non legatur missus ad prophetandum tanquam ex officio. Sed quo ad materias librorum distinguntur psalmi, prophetiæ & lex, quæ tria in eodem reperiuntur libro; Lex enim est materia de agendis, prophetia de futuris euentibus, psalmus de diuinis laudibus cantandis: Nunc autem in libris Moysi repetitur lex dirigens actus humanos in eisdem, reperitur prophetia pronuntians euentus futuros, reperiuntur etiam in ipsis cantica ad psallendum & laudandum Deum: & illa quadam præcellentia dicuntur hagiographa: quæ tres materiæ etiam reperiuntur in psalterio, & quasi in singulis libris sacræ scripturæ. Christus igitur per sua verba distinguere voluit librorum materias, nõ libros, vt dictum est. Idem in eodem aggressu posti. mouit quæstionem, an Dauid fuit prophetarum eximius. Et dicit quod sanctus Tho. vult quod non, sed Moyses. Ad quam quæstionem sanctus Thom. aliquas rationes adducit. Postil. non faciens vim de illa quæstione, pertractat rationes adductas ostendens eas non valere. Sed Burgen. assumit hic certamen pro sancto Tho. putans soluere & euacuare rationes postil. contra sanctum Thom. factas: sed potius videtur eum inuoluere quam defensare.*

Quæstio, An Dauid propheta tum eximius.

D *Ad quod videndum tangam secundum ordinem rationes sancti Tho. sigillatim, & obiectiones postil. & factum Burgen. pertractabo. Est igitur prima ratio sancti Tho. quia Moyses vidit clarè essentiam diuinã, Dauid non: igitur Moyses est excellentior propheta quam Dauid. Contra effectum huius argumenti arguit posti. primo sic, Ex eo nemo potest dici excellentior propheta, quod rationem & actum prophetandi excludit, sed clara visio essentiæ diuinæ est huiusmodi: ergo, &c. Burgens. autem dicit hanc obiectionem non valere: quia si valeret inquit, Christus non posset dici propheta, quia semper clare vidit diuinam essentiam. Sed huic Burgen. obiectioni respondet, Sanct. Thom. secunda secundæ q. 174. art. 5. in responsione ad tertium argumentum, di. Christus fuit comprehensor & viator, inquantum comprehensor nõ competit sibi ratio prophetiæ, sed solum inquantum viator, hæc ille. Vnde apparet quod sanctus Tho. sic per Burgen. non velit defendi. Clarius etiam dicit idem ibidem. q. 176 art. vlt. in solutione tertij argumenti. vnde sicut data visio excludit rationem prophetiæ à Christo secundum sanctum Thom. sic eadem clara visio excludit rationem prophetiæ à Moyse & Paulo durante visione. per consequens clara visio nullum gradum dicit pertinentem ad rationem prophetiæ, quod est propositum posti. Ea autem quæ Burgen. dicit de Moyse arguunt eum fuisse prophetis sui temporis excellentiorem, non ratione visionis clarę, sed magis familiaris locutionis Dei ad ipsum & hoc signatur cum dicitur:* Ore ad os loquor ei, palam & non per ænigmata: *quia præcepta & leges loquebatur Deus sine ænigmatibus. Postil. etiam suam obiectionem contra pri-* E *mam rationem sancti Tho. confirmat per hoc, quod si clara visio arguit excellentiorem gradum prophetiæ: igitur Moyses fuit excellentior propheta quam omnes apostoli, præter Paulum, quod sanctus Tho. negat. Hanc confirmationem Burgen. volens euacuare, ponit duas differentias inter habere spiritum prophetiæ. Primo dicit quod antiqui ipsum habuerunt in quadam dispositione & solo actu, apostoli autem habitu. Ideo apostoli habuerunt donum prophetiæ excellentius quam Moyses. Secunda differentia quia antiqui habuerunt hoc donum vt gratiam gratis datam, apostoli autem vt gratiam gratum facientem, ideo apostoli erant excellentiores prophetæ. Sed vtrunque membrorum illius distinctionis est contra sanctum Thom. Nam oppositum primæ differentiæ disputat & concludit sanctus Tho. vbi supra. q. 171. artic. 2. per totum, ostendens quod lumen propheticum se habet per modum passionis & impressionis, non per modum habitus. Idem dicit. q. 174. art. 3. in responsione ad secundum arg. & q 176 art. vlt. in responsione ad tertium argum. Sed quod addit Burgens. quod apostoli erant in actu prophetandi quando volebant, quod est signum habitus, hoc falsum videtur, Nam apostolis dictum est.* Dum steteritis ante reges & præsides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. *Quod exponẽs beatus Gre. dicit:* Vos verba editis, sed ego sũ qui loquor, *quæ frustra essent apostolis promissa pro certo tẽpore, si id facere ratione habitus esset semper in eorum potestate. Oppositum etiam secundæ dif-* F *ferentiæ. Burgen. disputat, & concludit idem sanctus Thom. vbi supra. &. q. 176. vsque ad quæstionẽ. 179. in omnibus quæstionibus & articulis, ostendens prophetiam esse gratiam gratis datam. Nec est quis doctorum notabilium tractans illud Apostoli. 1. Corint 12. vbi enumerat inter alias gratias prophetiam, qui nõ exponat illum passum de gratiis gratuitis. Ponunt enim differentias inter gratias, quia gratia gratum faciens solum vtilis est habenti: gratia autem gratis data etiam non habenti, quia ecclesiæ & his quibus directione opus est. Vnde puerile argum. facit Burgen. arguens, quia apostoli ex repletione spiritus sancti habuerunt charismatum dona: igitur illa dona omnia erant gratum facientia, vel inseparabiliter habentia ad illa. Nam secundum Apostolum. 1. Corint. 13. illa cessabunt in beatitudine, gratuita autem nõ. sed perficientur: quia gloria dicitur gratiæ consummatæ: igitur nec inseparabiliter erant in apostolis coniuncta. Fateor quod post missionem spiritus sancti illa dona fuerunt coniuncta gratiæ gratuitæ; sed ex hoc nõ sequitur: Igitur illa dona facta sunt gratificatia vel inseparabiliter coniuncta. sicut non sequitur: albedo & dulcedo coniunguntur in lacte, igitur albedo fit dulcedo. Nec est verisimile ante missionem spiritus sancti apostolos dona gratis data non habuisse, quia regressi cum gaudio, eò quod spiritus eis in nomine domini subiicerentur, audierunt dominum dicẽtem:* In hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis sub- Luc. 10. c. iiciuntur, sed gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. *Nec verisimile est illa dona post missionem spiritus sancti facta fuisse alterius rationis: manserunt igitur gratis data, quamuis perfectiori gratiæ coniuncta. Et quia omnia quæ Burgen, hic ad saluandum dicta sancti Tho. contra obiectionem primam postil. adducit, sunt contra sanctum Tho. ideo quærit saluare ea, vnde sanctus Tho. ea saluari non vult. Malè igitur ingressus est certamen pro eo: quia contra eum sentiens secum non est, &c.*

Prima ratio Sancti Thom.

Diuisio.

Nunc sequitur secunda ratio sancti Tho. arguit sic, Moyses prophetiam suam denuntiauit toti populo, non sic Dauid, nec aliquis aliorum: igitur Moyses fuit propheta excellentior. Contra illam rationem arguit postil.

A postil. sic: Denuntiatio & publicatio est accidens sequens propheticam cognitionem: ideo non variat gradum prophetiæ. Burgens. autem dicit hanc obiectionem non valere, dans instantiam de homine habente magnam gratiam & virtutem: quoniam ille est excellentior homine tantam gratiam non habente, licet gratia & virtus non sit de essentia hominis, sicque causa quandoque consequitur suum effectum. Sed illud nō est scholasticè dictum: nam homo habens gratiam, non est per se & intrinsecè excellentior homine non habente: sed bene secundum denominationem virtutis & gratiæ, quæ extrinsecus adueniunt sed hoc nihil ad propositum: nam gradus rei est ipsi rei modus intrinsecus, qui per nihil extrinsecus potest variari: albus enim homo non est magis homo quam niger, quamuis sit alius vel alter. Omnis enim qualitas adueniens variat, si intrinsecus intrinsecè, & si extrinsecus intrinsecè. Nunc autem denuntiatio prophetiæ vni vel pluribus non solum est accidens intrinsecum, sed accidens per accidens ratione prophetiæ: ideo nihil talium variat gradum eius intrinsecum: qui gradus etiam secundum sanctum Tho. attenditur penes maiorem & perfectiorem illustrationem luminis prophetici non ex maiori perfectione propheta saltem gratiali. Unde stat aliquem prophetam esse in gratia perfectiorem, qui non est perfectior propheta, vt quia Ieremias sanctificatus in vtero, nec grauiter legitur peccasse, & pro veritate multa sustinuisse dicitur: ideo ille

B propheta dicitur perfectior quam Dauid; cum quo stat quod Dauid fuit perfectior propheta, quia perfectius illustratus, vt etiam tenet Bur. Pro consolatione Burgen. qui hic putauit perfectionem accipi à fine, dico quòd stat Moysen propter denuntiationem fuisse prophetam vtiliorem sed Dauid propter illustrationes mentales excellentiorem. Exemplum familiare. Sint duo doctores, vnus excellentissimæ literaturæ, alter solū cōpetentis literaturæ, iste cōpetis literatura bene prædicat, alter balbutiens non potest prædicare: nūquid prædicans non prædicanti debet censeri doctor excellentior? certe nō, sed bene conceditur vtilior, sic in proposito. Tandē sequitur tertia ratio sancti Tho. Arguit enim sic: Moyses confirmauit prophetiam suam pluribus miraculis quam Dauid, vel quicunque alius, igitur fuit propheta excellentior. Contra illam rationem arguit postil. sicut contra secundam, quia talis confirmatio per miracula est accidens. Sed Burgens. minus erudite dicit respondendo ad illam obiectionem sicut ad priorem. Nam facere miracula cum sit accidens extrinsecum non sequens de necessitate spiritum propheticum, plura vel pauciora facere miracula, non variat rationem nec gradum intrinsecum spiritus prophetiæ. Confirmatur quia spiritus faciendi virtutes ad miracula & spiritus prophetiæ sunt dona gratis data & es-

C sentialiter distincta: ideo vnum non specificat gradum alterius. Stat igitur excellentiorem prophetam, vt puta Ioannem Baptistam, pauciora vel nulla facere miracula, & minorem prophetam facere plura: imo stat aliquem facere miracula qui nunquam fuit propheta, & econuerso esse prophetam qui nunquam fecit miraculum.

Burgens. autem inter alias, duas assignat rationes inualidas, quare Iohannes Baptista cum esset plus quam propheta, nullum legitur fecisse miraculum, ad colorandum suam sententiam. Prima est, quia vita eius fuit tam præclara, quod non indigebat confirmatione miraculorum. Patet autem

D patet autem quòd vita Christi fuit multò præclarior, cuius tota vita & omnis actio nostra est instructio. Si igitur ratio Burg. valet: Christus minus quam Iohannes debuit facere miracula: cuius oppositum docuit dicens: Opera que ego facio testimonium perhibent de me. Ioan. 5. a.

Secunda ratio Burgen. ad idem est, quòd Iohannes operationem miraculorum Christo tanquam principali reseruabat. Nec illa valet, quia ea Christo reseruare ad ipsum non pertinebat, sicut nec ad eum pertinebat facere nisi instrumentaliter & ministerialiter sicut nec ad quemcūque sanctum alium: prout dictum est in correctione primæ additionis circa octauum capitulum Exo. Nec valet obiectio Burgen. contra postil. dicentem quod Moyses non habuit toties, nec ita communiter illustrationes propheticas sicut Dauid, specialiter intellectuales. Contra quod Burgens. arguit, quod quia in scripturis plures reperiuntur prophetiæ Moysi quam psalmi quos fecit Dauid, & cum qualibet prophetia requirit specialem illustrationem, sequitur Moysen frequentius illustratum quam Dauid. Etiam quia Dauid sæpe fuit instructus ab hominibus & aliis prophetis, sicut per Nathan & Gad, quod non legitur de Moyse: igitur amplius à Deo illustratus. Ad hæc dicendum, quod posito sed non concesso, quod Moyses habuisset plures illustrationes quam Dauid, illa tamen habuit communiter per sensibilia signa visui vel auditui præsentata, non sic Dauid qui semper habuit intellectuales illustrationes, sine huiusmodi sensibilium specierum præsentatione. igitur Dauid habuit frequentius illum excellentissimum gradum prophe- E

tiæ quam Moyses. Raro enim legitur Moyses illustratus, nisi interuenerit aliquod sensibiliter visum & auditum per ministerium angelorum præsentatum. Nec obstat si Dauid aliquando fuit informatus ab aliis prophetis in agibilibus vel aliàs: hoc enim fiebat illis temporibus, quando Dauid non fuit capax prophetalium illustrationum. Vtputa in fuga à facie Saul, de qua 1. Regum 22. a. vel in cura & sollicitudine quando cogitauit de domo domini construenda, de qua 2. Reg. 7. vel in peccato de quo 2. Reg. 12. & vlt. In talibus enim dispositionibus non est mens apta ad propheticas illustrationes maximè intellectuales, quia in his oportet animum esse à sensibilium occupationibus absolutum. Sed & Moyses huiusmodi instructiones in agendis percepit ab homine, scilicet, Iethro, vt patet Exod. 18. Nec valet quod Burgen. respondet ad rationem postil. acceptam ex dictis. scilicet, Tho. Nam excellentia Dauid non est secundum quid, & extrinsecum, sed simpliciter & intrinsecum, quia secundum propriam rationem; quia sicut secundum sanctum Th. Dauid plura mysteria Christi plenius & clarius expressit, ita etiam plenius & clarius vidit, qui modi videndi constituunt eum in esse prophetiæ excellentioris simpliciter, secundum propriam rationem F

propheta, qui olim ad hoc videntes dicebantur. Et quod Burg. de Esaia non vrget, quia etsi Esaias prout dicit beatus Hieron. ratione pluralitatis mysteriorum de Christo expressorum fuit magnus propheta: ipse tamen illum gradum illustrationis intellectualis sicut Dauid communiter non habuit, sed per imagines visus vel auditus, sicut Moyses communiter prophetiam texuit. Male igitur concludit Burgens. pro opinione sancti Thom. quia per dicta à sancto Thom. negata, vt patuit suprà.

AVGVSTI. Liber iste intitulatur apud Hebræos liber hymnorum hac ratione, quia hymnus est, vbi habentur verba, & laus cum cantico, quod in psalmis inuenitur.

A Hymnorũ liber.

Intitulatur etiam secundum quosdam liber soliloquiorum: quod ideo videtur fieri, quia illud quod aliqu[i]s secum rimatur, & à nullo discit, nisi à veritate sibi interius præsidente, soliloquium dicitur (verbi gratia) quemadmodum beatus August. secum de natura animæ, & de natura Dei inuestigauit: eodem modo potest dici propheta secum inuestigasse de incarnatione filij Dei, & de reparatione humani generis. Rex Dauid & propheta cum prosperè regnaret, volens cultum Dei magnificare, cum arcam à Philisthæis redditam, longo tempore pòst incertis sedibus vagantem, tandem in Ierusalem reduceret, nudus cum cithara præcedebat: sed & quatuor milia virorum elegerat, qui non solum voce, sed etiam instrumentis musicis psalmos canerent: quibus præposuit quatuor, Asaph, Idithun, Eman, Ethan, vel filios Core, qui à patris scelere vel sacrilegio degenerantes (quem ignis consumpserat) in cultu Dei deuotissimi perstiterunt.

Psa[l]. quare compositi 2. Reg. 6. c.

Nu. 16. c.

HIERON. Psalterium est quoddam musicum instrumentum in modum Δ delta literæ compositum: & ab eo musico instrumento (per quod modulatum fuit præsens opus) nomen sibi sumpsit. Psalteriũ apud Hebræos vocatur נבל nebel, apud Græcos, ψαλτήριον apud Latinos verò organum. Multi dicunt Dauid non fecisse omnes psalmos, eò quòd quidam ex ipsis intitulantur in persona aliorum. Sed vt dicit beatus Hier, non sunt audiendi in hoc. Nam Dauid composuit omnes psalmos: modos etiã apposuit, in quo multos auxiliatores habuit, quibus præfecit quatuor. videlicet Eman, Ethan, Asaph, & Idithun. Diuino consilio hoc fuit factum, vt psalmi intitularentur in personis aliorum, vel propter interpretationem nominum tantum, vel propter negotium, vel propter vtrunque. Propter interpretationem nominum tantum, vt in persona Idithun; Propter negotium, vt in persona Aggæi & Zachariæ; Propter vtrumque, vt in persona Salomonis; Idithun, Asaph, filij Core & cæteri huiusmodi non fuerunt autores psalmorum, sed præpositi artificibus, qui psalmos personabant tribus modis, vel humana voce, vel musicis instrumẽtis, vel communiter vtroque modo. Et hoc dupliciter, vel post vocem instrumento, vel post instrumentum voce: vnde nomina illorum vt honorem de ministerio sumerent, titulis inseruntur maximè pro significatione rerum. Psalmus verò est instrumenti sonus; Canticum humanæ vocis cantus in laudem Dei; Psalmi canticum, cum post instrumentum vox; Psalmus cantici, cum post vocem instrumentum.

B

CASSIODO. Solet quæri cur præ alijs scripturis psalmi in ecclesia legantur? quod ideo est, quia antiquitus apud Hebræos mos iste in templo Dei erat. Vel, quia psalmi plus mysteriorum, quàm cæteræ scripturæ continent, & breuiter multa dicunt, in quibus omnis lex & prophetæ & euangelium constat.

CAS. Prophetia est inspiratio vel reuelatio diuina, quæ euentus rerum, vel per facta, vel per dicta immobili veritate pronuntiat, vnde prophetia visio, propheta videns. Multis autem modis hæc gratia data est. Vel per operationes hominum, vt fuit arca Noe. & sacrificium Abrahæ, & transitus maris rubri; Vel per nationitates, vt Esau & Iacob, qui futura significabant; Vel per loquentes angelos, sicut locuti sunt Abrahæ, Loth, & alijs; Vel per visiones, sicut Esaiæ & Ezechieli, & cæteris; Vel per somnia, sicut Salomoni, Ioseph, & Danieli; Vel per nubem, & vocem de cœlo, vt Moysi. Vel adhuc aliis modis. Dauid autem nullo horum, sed cœlesti aspiratione intus edoctus, spiritu in eo loquente completus est, vt in li. Reg. *Directus est spiritus domini in Dauid.* Et dominus: *Si Dauid in spiritu vocat eum dominum, quomodo filius eius est?* Spiritus autem sanctus sic datus est prophetis, vt aliquando pro peccatis recederet, & placatus rediret: Et sicut Petrus ait, *Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti homines Dei.* Non sunt autem illi à munere prophetiæ alieni, quibus data est facultas intelligendi vel interpretandi scripturas.

Multismodis prophetiæ gratia datur.

C

1. Re. 16. c.

Matt. 22. d.

2. Pet. 1. d.

HIERON. Multa genera sunt Christorum: Patriarchæ dicti sunt Christi, vt *Nolite tangere Christos meos*; In parabolis dicuntur Christi omnes qui de Ægypto egressi sunt; chrisma in Exodo fit, vnde sacerdotes vncti; Est aliud vnguentum, quo reges inunguntur: Sed hoc duobus modis, quia si Dauid est & Salomon. i. fortis manu & pacificus, vngitur cornu; Si Iehu & Azahel, lenticula, quod est vas fictile. Sed & Cyrus rex Persarum & Medorũ qui Israel relaxauit, Christus est, secundum illud, *Hæc dicit dominus Christo meo Cyro*: quod non sinunt sequẽtia de saluatore accipi, vt quidam putant. Est vnguentum propheticum, quo præcipitur Eliæ, vt vngat Elisæum in prophetam; Super omnia est vnguentum spirituale, quod dicitur oleum exultationis, quo Christus vnctus est præ participibus, qui habent chrisma baptismi. Quod si perdat quis, non desperet; quia de separando chrismate scribitur in Leuitico, quod cum lepra alicuius fuerit mundata, mittat ei sacerdos oleum in manu sinistra & cætera quæ ibi dicuntur, & ipse vocetur Christus Dei. Hoc autem restat, quòd idẽ homo frequenter vngitur, ne sit occasio ruinæ negligenti. Sufficit enim leproso, vt post primum vnguentum perditum vngatur secundò; sed ille sæpe vngitur qui semper proficit: & de oleo leprosi, venit ad vnguentum populi; inde ad sacerdotale; de quo ad chrisma pontificis; à pontifice ad regem; à rege ad patriarchas; à patriarchis ad Christum.

Christi multi.

Psal. 104. b.

Esa 45. a.

3. Re. 19. c.

D

Leui. 13.

CASS. Sicut propheta fit diuersis modis ita & diuersis tẽporib[9]. Est igitur alia de præsẽti, vt Elisabeth: *Vnde mihi hoc, vt veniat mater domini, &c.* De præterito, vt Moyses, *In principio creauit Deus cœlum & terram.* De futuro, vt: *Ecce virgo concipiet, &c.*

Luc. 1. d.

Gen. 1. a.

Eſa 7. c.

Item prophetia alia est secundum præscientiam Dei, quam necesse est omnibus modis impleri, vt: *Ecce virgo concipiet, &c.* Alia secundum comminationem, vt: *Quadraginta dies & Ninive subuertetur.*

Ionæ. 3. b.

Notandum igitur quòd propheta aliquando loquitur indiscretè de futuris, quasi de præsentibus; aliquando de præteritis; aliquando etiam propriè de futuris. Quod ideo fit: quoniam omnia dictante spiritu sancto dicit, cui sunt omnia nota, siue præterita, siue futura, tanquam presentia.

REMIGIVS. Liber iste ex centum quinquaginta psalmis, non sine altioris mysterij ratione consistit. Hic enim numerus mysteriis celeberrimus. Constat enim ex octogenario & septuagenario, quibus ex octonario & septenario principium & significatio est. Octonarius enim octauam resurrectionem significat: quia cum sex sint ætates viuentium, septima morientium, octaua resurgentium erit. Per septenarium verò, huius vitæ tempus significatur, quod septem dierũ repetitione agitur. Rectè ergo tali psalmorum numero liber iste compositus est, quia sic in huius vitæ septenario operari ac viuere nos docet, vt in octaua resurrectionis stolam gloriæ consequamur. Vel ideo quia per octonarium nouum testamentum significatur: Octoadi enim patres noui testamenti deseruiunt, obseruantes diem octauam resurrectionis Christi id est, dominicam, octauas sanctorum, expectantes octauam resurrectionem mortuorum. Per septenarium verò vetus testamentum: quia hebdomadi, id est, septenario patres veteris testamenti seruierunt, obseruantes septimum diem, septimam septimanam, septimum annum, & quinquagesimum, qui septenis annorum hebdomadibus texitur, id est, iubileum: vnde Salomon, *Da partes septem, necnon & octo.* Bene igitur hoc numero psalmorum liber iste editus est, cuius partes vtriusque testamenti doctrinam & mandata continent.

E

Hilar. idẽ.

Ecel 11. a.

AVGVST. Item per tres quinquagenas triplex fit psalmorum distinctio, propter tres status Christianæ religionis significandos: Primus pœnitentiæ, in qua & prima psalmorum quinquagena terminatur. s. *Miserere mei Deus*; Secundus iustitiæ, in qua & secunda quinquagena, *Misericordiam & iudicium cantabo tibi*; Tertius status vitæ æternæ, in cuius laudem tertia quinquagena finitur. s. *Omnis spiritus laudet Dominum.*

Trib. quinquagenis distinguitur psalterium & quare.

AVGVST. Vnus est liber psalmorum, non quinque, vt in Actibus apostolorum legitur: *Sicut scriptum est in libro psalmorum.* Hieron. tamen dicit quinque libros, i. quinque distinctiones quæ fiunt per *fiat. fiat.*

Act. 1. d.

F

Ordo psalmorũ discordat ab ordine historiæ.

Ordo psalmorum ab ordine historiæ discordat, quia antè peccauit Dauid cum vxore Vriæ, & de pœnitentia cecinit, *Miserere mei Deus*: quàm filius eius, eum persequeretur & cecinerit *Domine quid multiplicati*; sed ab Esdra propheta instinctu diuino ita ordinati creduntur.

Materia est integer Christus, sponsus & sponsa. Intentio, homines in Adam deformatos Christo nouo homini conformare. Modus tractandi: Quandoque agit de Christo secundum quod caput est, aliquando secundum corpus, aliquando secundum vtrumque. Secundum quòd caput tripliciter: quia vel secundum diuinitatem, vt. *Tecum principium, &c.* Aliquando secundum humanitatem, vt, *Ego dormiui, &c.* Aliquando per transsumptionẽ, vt quando vtitur voce membrorum, sicut ibi: *Longè à salute mea, &c.* Item de ecclesia tribus modis. Aliquando secundum perfectos, aliquando secundum imperfectos, aliquando secundum malos: qui sunt in ecclesia corpore, non mente; numero non merito, nomine, non numine.

✠ ATHAN. Hic psalmorum liber tametsi solius habeat Dauidis inscriptionem, multorum tamen aliorum quoque in illo sunt psalmi, vtpote Asaph, Idithun, filiorum Chore, Aggæi, Zachariæ, & Æman Israelitæ, sunt etiam nonnulli qui communiter ab omnibus simul sunt dicti, quotquot videlicet Alleluya habent.

✠ HILARIVS. Sunt plures eorum psalmorum scriptores Nam aliquibus Dauid author præscribitur, in aliquibus Salomon,

☞ mon, in aliquibus Asaph, in aliquibus Idithun, in aliquibus filiorum Chore, in aliquo Moysi est inscriptio.

Ad Cyprii. & Sophronium. ✻ HIERON. Sciamus errare eos qui omnes psalmos Dauid arbitrantur, & non eorum quorum nominibus inscripti sunt.

✻ AVGVST. Non omnes psalmi à Dauid editi sunt, Ipse enim ex omni populo quatuor à Spiritu sancto mundatos elegit. Asaph, Eman, Ethan, & Idithun, vt in quemcunque diuinus spiritus intrasset, hymnum Deo caneret. Dauid autem solus nouem proprio ore cecinit.

✻✻ THEODO. Ego de his non multum contenderim. Quid enim refert, siue huius omnes, siue aliorum aliqui sint: cum constet diuini spiritus afflatu vniuersos esse conscriptos? Etenim nō ignoramus & diuinum Dauidem vatem fuisse: & illos itidem vates ab historia Paralipomenon nuncupari. Vaticinantis autem est, linguam præbere ministram gratiæ spiritus sancti, vnde, *lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*. Vincet tamen plurium sententia: plures enim scriptores, Dauidis asserunt esse.

✻ CHRYSO. Nonnulli cum rem non attendissent, nec ab iis qui sciebant hanc discere voluissent: nec omnes psalmos Dauidis pronunciarunt, nec interea dixerunt vbinam vel Dominus, vel Apostolus aliquis in vllo psalmo alterius quam Dauid meminerit.

17. de ciuit. c. 14. ✻ AVGVST. Mihi credibilius videtur existimare qui omnes illos 150. psalmos Dauidis operi tribuunt, eumque aliquos prænotasse etiam nominibus aliorum, aliquid, quod ad rem pertineat, figurantibus: nec mouere debent nonnullorum nomina prophetarum qui longe post Dauid vixerunt, psalmis inscripta, B cum exoriturus Iosias & regnaturus post annos amplius quam trecentos cuidam prophetæ ex nomine sit reuelatus.

✻✻ CHRYS. Igitur Dauid librum centum & quinquaginta psalmorum, diuino spiritu motus metricè ex propriis propriæ linguæ modis composuit, concinne, cum numero, & diuersis instrumentis, & saltationibus & canticis, eos ipse canens. Habebat autem etiam sub se diuersos choros puuorum prophetarum, qui habebant diuersa instrumenta, cymbala, tibias, tympana, tubas, psalterium & cytharam. Vnusquisque item chorus habebat suum principem, quorum alius dicebatur Asaph, alius Idithun, alius Ethan, alius Filij Choræ. Quando ergò à spiritu incitabatur ad prædicendum, vel de captiuitate populi, vel de eorum reditu, vel de doctrina morum, vel de Christo domino, vnumquemque psalmum numerosè componebat, tendentem ad vnum argumentū. Id qui velit scire potest ex eo quod sic scriptum sit in lib. Paralipom. & cecinit (Dauid) hoc canticum in manu Asaph prophetæ. Postquam autem ipse primus psalmum tradidisset, deinceps vnusquisque chorus & per se, & concorditer, hi quidem instrumētas his, illi verò illis, sibi inuicem respondentes in Dei gloriam & laudem eundem psalmum canebant.

C ✻ ATHAN. Esdras omnes hosce psalmos à quibuscunque dictos vno complexus est libro, qui quidem, quasi communes sint psalmi omnium quos continet, psalmorum liber vocatur; solet verò Dauidi inscribitur, propterea quod ille primus spiritū psallendi à Deo accepit, primusque psalmos composuit, & scripsit, & prædictos psalmistas ex sacerdotibus selegit ac instituit.

Materia. ✻ HILARIVS. Sunt autem vniuersi allegoricis & typicis contexti virtutibus, per quas omnia vnigeniti filij Dei in corpore gignendi & patiendi, moriendi, & resurgendi sacramenta panduntur; nec nisi per fidem aduentus eius possunt intelligi, dicente D. Ioann. in Apocalypsi, *Hæc dicit sanctus qui habet claues Dauid, qui aperit & nemo claudit*, quia ipse aperit quæ Dauid in psalmis prophetat. Apoc. 3.

De psalmorum titulis. ✻✻ THEODORET. Inscriptiones psalmorū quidam falsas esse dixerunt: sed mihi temeritas videtur inuertere inscriptiones, quæ à prima origine vsque ad Ptolomæi tempora delatæ sunt, qui post Alexandrum in Ægypto regnauit; quas inscriptiones septuaginta interpretes seniores omnes in Græcam linguam transtulere, sicut alias omnes sacras scripturas. Supra centum & quinquaginta annos ante interpretationem Ptolomaicam mirabilis ille Esdras edidit in lucem libros cœlestis gratiæ plenos, qui quidem tam propter Iudæorum incuriam, tum ob impietatem Babyloniorum diutius deprauati permansere. Si igitur Esdras diuino numine afflatus horum voluminum memoriam illis hominibus renouauit: etiam hi septuaginta viti non sine sancto spiritu hæc opera in Græcum sermonem conuerterunt. Inter cætera verò sacra volumina, etiam inscriptiones interpretati sunt. Rem igitur nimiæ temeritatis & confidentiæ plenam arbitror, falsas illas existimare: & nostras rationes vi sancti spiritus sapientiores iudicare. Hoc autem apertius ostendet singularis psalmorum explicatio.

Ordo. ✻ HILAR. Non est ignorandum discretum apud Hebræos esse numerum psalmorum, sed sine ordinis annotatione esse conscriptos, permixtos sine præscriptione ordinis & numeri. Esdras enim dispersos in vnum volumen collegit; septuaginta seniores eorum vim cælesti scientia intelligētes, in numerum & ordinem eos redegerunt, singulis quibusque numeris pro efficientia sua & absolutione perfectis, perfectorum & efficientium psalmorum ordinem deputantes. Psalmus enim tertius quinquagesimo secundum historiam posterior est, & quinquagesimus quinquagesimo primo: sed secundum iubilæi præformationem remissioni peccatorum quinquagesimus numerus debebatur, & impœnitentiæ quinquagesimus primus numerum pœnitentiæ excedens. Perfectio autem numeri ex superscriptione psalmorum & dictorum intelligentia habetur. Sunt autem superscriptionum tituli diuersi. Nam præter eos qui autorum suorum nominibus, aut causarum vel temporum significationibus prænotantur, sunt alij quibus est titulus: In finem, alij quibus: Psalmus Cantici, aut Canticum psalmorum. Psalmi, In finem sunt de perfectis bonorum æternorum doctrinis; Psalmus est cùm cessante voce, pulsus organi concinentis auditur. Canticum, cum chorus hymno canoræ tantum vocis exultat. Canticum psalmi cum organo præcinente, vox æmula sequitur. Psalmus Cantici cum choro ante canenti ars organi aptatur. Psalmus per organi corporei motum in commemoratione gestorum est. Canticum per sapientiæ cognitionem habet in se doctrinæ scientiam. Canticum psalmi cū præeunte gestorum merito cognitio præstatur. Psalmus cantici cum per adeptæ scientiæ cognitionem fidelium gestorum opus inchoatur. Qui sine inscriptione sunt ad generalem scientiam fuerunt cantati, vt vnusquisque ex iis secundum fidei suæ sinceritatem rationem spiritualis intelligentiæ expeteret. Tituli. D E

✻✻ AVG. Spiritus sanctus videns obluctantem ac resistentem ad virtutis viam humani generis animum & ad delectationes vitæ huius magis inclinari, quam ad virtutis rectum iter erigi, delectabilibus modulis cantilenæ vim suæ doctrinæ permiscuit: vt dum suauitate carminis mulcetur auditus, diuini sermonis pariter vtilitas inseratur; secundum sapientes medicos, qui siquando vsus poposcerit vt austeriora medicamenta ægris offerant mortalibus, ne æger vtilitatem præ austeritate refugiat, ora ac summitates poculi quo remedium porrigunt, melle circumlinunt. Propterea ergo psalmorum nobis per modulos apta sunt carmina. Psalmus enim totius ecclesiæ vox vna est. Psalmus solennitates decorat, Psalmus tristitiam mollit, Psalmus etiam ex corde lapideo lachrymas mouet, Psalmus angelorum opus est, exercituum cœlestium spirituale thymiama.

Psalmus iste primus ideo videtur carere titulo, quia de commendatione Christi principaliter loquitur, ad quem omnes alij psalmi pertinent, qui loquuntur vel de passione, vel de resurrectione, vel de membris ipsius, quare videtur esse quasi titulus aliorum. Vel secundum Hiero. ne titulus præscriptus libri caput, & initium videretur; vel quia iste psal. est quasi prologus & titulus sequentis operis; vel, quia Esdras non fuit ausus titulum ponere, videns insequenti Dauid in persona Christi hunc psalmum caput libri appellasse. F

HIER. In hoc psalmo loquitur propheta, considerans destructionem generis humani quæ contigit per Adam, & ex opposito præuidens prophetico spiritu reparationem per Christum futuram: & vt contraria contrarius curētur, vult eum omnino reddere oppositum & dissimilem priori Adam; quia sicut ille destruxisse dicitur humanum genus per superbiam & inobedientiam, eodem modo Christus per humilem obedientiam suam reduxit, quod destructum fuerat culpa primi parētis ad vitam. Et pro hac consideratione prorumpit in laudem illius, dicens: *Beatus vir qui non abijt, &c.* In hoc primo versu notantur tres mortes animę per tres mortuos à Christo resuscitatos designatæ, per filiam Archisynagogi resuscitatā in domo patris, designatur illa mors quam per delectationem & consensum patimur tantum in interiori; Per filium viduę extra portam resuscitatū, exprimitur illa mors, quam patitur homo, dum ducitur in operationem per prauam delectationem & consensum; Per Lazarum iam fœtentem, & quatriduanū, designatur illa mors quæ procedit ex consuetudine prauæ operationis, qua præbemus nos aliis exemplum peccandi, & corrumpimus alios, sicut aër corrumpitur fœtore cadaueris. Rogantibus discipulis dominū vt quartum suscitaret mortuum, dixisse fertur: *Dimittite mortuos sepelire mortuos suos*. Hi sunt impœnitentes & in peccatis sepulti. Mat. 8. &

Propheta humani generis reparationē per Christum futuram considerans, hic quasi ad consolationem spiritu edoctus, quasi viam qua liberari possit, proponit. Primus psalmus bipertitus de beato viro, & de vltionibus iniquorum. Statim per beatitudinem blanditur, per vltionem iniquos terret aduersis, ibi: *Non sic impij non sic, &c.*

☞ PRO-

PROLOGVS SANCTI

Hieronymi presbyteri in Psalterium incipit.

PSALTERIVM Romæ dudum positus emendaram, & iuxta septuaginta interpretes, licet cursim, magna tamẽ ex parte correxeram. Quod quia rursum videtis, ô Paula & Eustochium, scriptorum vitio deprauatum, plúsque antiquum errorem, quàm nouam emendationem valere, * cogitis vt veluti quodam nouali scissum iam aruum exerceam, & obliquis sulcis renascentes spinas eradicem, æquum esse dicentes, vt quod crebrò malè pullulat, crebius succidatur. Vnde consueta præfatione commoneo, tam vos, quibus fortè labor iste desudat, quàm eos qui exemplaria istiusmodi habere voluerint, vt quæ diligenter emendaui, cum cura & diligentia transcribantur. Notet sibi vnusquisque vel iacentem lineam, vel radiantia signa, id est, vel obelos, vel asteriscos, & vbicunque viderit virgulam præcedentem, ab ea vsq; ad duo puncta quæ impressimus, sciat in septuaginta translatoribus plus haberi. Vbi autem stellæ similitudinem prospexerit, de Hebræis voluminibus additum nouerit æquè vsque ad duo puncta, iuxta Theodotionis duntaxat editionem, qui simplicitate sermonis à septuaginta interpretibus non discordat. Hæc ergo & vobis & studioso cuique feciſſe me sciens, non ambigo multos fore, qui vel inuidia, vel supercilio malint contemnere videri præclara, quàm discere, & de turbulento magis riuo, quàm de purissimo fonte potare.

* me.

** PRÆFATIONEM hanc habet vulgata editio Sixtina, inter reliquos Diui Hieronymi prologos in calce editionis correctę collocatos: & quidem cum hac epigraphe: *Eiusdem in Psalterium quod secundum septuaginta editionem correxit, præfatio.* Habent etiam eandem plæraque biblia editionũ antiquiorum: sed in operibus Diui Hieronymi non inuenitur, nec in illis quæ Erasmus, nec in illis quæ castigatissimo studio edidit Marianus Victorius, cum tamen in vtrisque habeantur duo alij in psalterium prologi, vnus in cõmentariolos psalmorũ, alter in psalterium ex Hebraica veritate conuersum. An forte istam præfationem indignã iudicarunt Hieronymo? At certe phrasis non abest à fælici eruditione styli Hieronymiani; qui etiam fatetur ipse se psalterium correxisse iuxta 70. editionem, cumque moris ipsi fuerit suos labores amicis consueta (vt hic ait) præfatione inscribere, non est verisimile celebrem correctionem psalterij, quam Romana recipi per orbem iusserit ecclesia, ab Hieronymo sine præfatione fuisse relictam. Solet etiam in prologis biblicis præmunire lectorem suum contra obtrectatores laborum ipsius, quæ omnia cum in hoc prologo reperiantur, eum verè Hieronymianum existimamus, licet cur eam operum Hieronymianorum editores præterire voluerint, ignoremus.

Cæterum sententiæ huius prologi lucem afferunt verba Sixti Senensis lib. 4. bibliothecæ sanctæ. *In Psalterium* (inquit) *exhibuit epistolas, ac triplicem translationis varietatem. Primam quidem cum Romæ esset, iussu Damasi Papæ, quæ correctio magis dici debet, quàm translatio: correxit enim & magna ex parte emendauit* vulgatam *Psalterij editionem, innumeris mendis contaminatam, sequutus in hoc Græcam* LXX. *interpretum versionem. Hæc cum Damaso mandante in ecclesia Romana legi cantarique capisset,* ROMANVM PSALTERIVM *appellata est. Verum cum hæc emendatio rursum deprauata esset vitio scriptorum, apud quos plus antiquæ translationis error, quàm nouæ correctionis fides valebat: Hieronymus hortatu Paulæ & Eustochij secundum editionem ex Græca* LXX. *interpretum versione emisit; in qua appositis obelis, hoc est iacentibus lineis, signauit quæ apud* LXX. *essent superflua; & insertis pariter huiusmodi asteriscis * (seu stellulis) notauit quæ ipse ex Hebraica veritate* (iuxta Theodotionis tantum editionẽ) *addidisset. Quod opus cum Damasus in ecclesiis Galliarum canè concessisset,* PSALTERIVM GALLICANVM *vocatum est. Tertiam editionem ex Hebraico veritatis fonte in Latinum eloquium transfudit, postulante Sophronio: à quo cum Iudæi, prolatis psalmorum testimoniis, disputatione vrgerentur, irridentes singulo pene verbo respondebant, non ita haberi in Hebræo, vt ipse de* LXX. *interpretibus opponebat.* Hæc Sixtus.

Secundæ illi editioni præfigitur hic prologus: cui etiam inseruit prolixa eiusdem sancti doctoris epistola ad Suniam & Fretellam. Cæterum de correctione hac psalterij, ipse Hieronymus meminit in apologia contra Ruffinum lib. 2. *Psalterium quoque (quod certè emendatissimum iuxta septuaginta interpretes nostro labore dudum Roma susceperit) rursum iuxta Hebraicum vertens præfatione muniui, &c.* Et quia Ruffinus eum tanquam septuaginta interpretum obtrectatorem carpsisset, eodem in libro sic respõdit: *Egone contra septuaginta interpretes aliquid sum loquutus, quos ante annos plurimos, diligentissimè emendatos, meæ linguæ studiosis dedi? quos quotidie in conuentu fratrũ edissero* (nempe per cõmentariolos, quales in psalmos differuit) *quorum psalmos ingi meditatione decanto? tam stultus eram, vt quod in pueritia didici, senex obliuisci vellem?* Et in epistola 134. ad Sophronium, quæ est prologus in psalterium ex Hebræo fonte translatum: *Nec hoc* (inquit) *dico, quo prædecessores meos mordeam* (LXX. scilicet interpretes) *aut quidquam his arbitrer detrahendum, quorum translationem diligentissimè emendatam olim meæ linguæ hominibus dederim: sed quod aliud sit in ecclesiis Christo credentium psalmos legere, aliud Iudæis singula verba calumniantibus respondere.* Ad quæ verba opportunè notauit Marianus, Victorius: *Vides quantum deferat antiquitati iam in ecclesiis receptæ, vt psalmos qui in eis dicebantur (sicut nunc etiam dicuntur, canuntur-que) non existimet amouendos fore ex vsu ecclesiarum, sed se ad confutandos Hebræos illos vertisse.*

Hæc voluimus pro autoritate & sententia huius prologi annotare.

GLOSSA ORDINARIA

PSALMVS I.

a *Beatus vir.* AVGVSTINVS. Hic ostenditur immunis ab omni peccato. ✠✠ Nempe de domino nostro Iesu Christo, hoc est homine dominico, accipiendum, quòd non abiit in consilio impiorum, sicut homo terrenus, qui vxori consensit deceptæ à serpente, vt Dei præcepta præteriret. Et venit quidem in via peccatorum, nascendo sicut peccatores: sed in ea non stetit, quia eum nō tenuit illecebra sæcularis. Nec in cathedra pestilentiæ sedit, quia noluit regnum terrenum cum superbia: quæ ideò cathedra pestilentiæ rectè dicitur, B quia non est ferè quisquam qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam. Sed accommodatius accipitur cathedra pestilentiæ pernicioſa doctrina, cuius sermo vt cancer serpit.

✠ THEODOR. Aptissimè suum filium & dominum imitatus est qui à beatitudine exorsus est doctrinam suam dicens Beati pauperes spiritu.

2.ad Thi.6. Matth.5. ✠ HILARIVS. Spe iosissimum hoc, & dignissimum inciC piendorum Psalmorum S. Spiritus sumpsit exordium, vt humanam infirmitatem per spem beatitudinis ad innocentis religionis studium adhortaretur, vt sacramentum Dei corporali doceret, vt communionem gloriæ cælestis polliceretur, vt pœnam iudicij denunciaret, vt differentiam resurrectionis ostenderet, vt prouidentiam Dei in retributione, monstraret.

✠ EVSEB. CÆSAR. Hic ob paucitatem eorum qui rectè viuerent beatum virum dixit. at Saluator plures beatos efficiens beatos plurali numero nunciat. D

b *Abyt in con.* AVGVST. Ordo, abiit Adam cum à Deo recessit; Stetit, cum delectatus est peccato; Sedit, cum in superbia cōfirmatus redire non potuit, nisi per istum liberatus, qui nil horum habuit.

AVGVST. Abiit Adam cum persuasioni diaboli consensit; Stetit, dum pomum comedit; sedit, dum se excusauit: *mulier quam dedisti mihi me seduxit.* Ad E similitudinem exulantium, qui dum sunt in via facilius reuocātur, dum iam stant difficilius: demum difficillimè, dum ibi magistri & domini effecti sunt.

REMI. Peccatur cogitatione actu & verbis docendo.

CASSIO. Impius in Deum, peccator in se, pestilens in proximum.

✠✠ BASIL. Quemadmodum quodcunque vitæ humanæ institutum certum quendam finem petit, vt militaris disciplina, trophæa; ars medica sanitatem: ita & virtutis scientia suum habet fructum, ac finem, diuinam felicitatem. I

✠✠ IDEM ibid. Impios solet diuina scriptura vocare eos qui athei sunt, vel multorum deorum superstitione tenentur; peccatores verò, qui inique viuunt, & vitam corruptam amplectuntur; Pestilentes autem, qui non solùm seipsos perdunt, sed & in alios pestem suam transferunt. F

Comme. in hunc Psal.

+ ambulauit.

☞ a *In cathe-*

Psalmus I.

a ¶ Cui succedunt omnia optata.
b ¶ Contra prospera & aduersa firmus.
c ¶ A Deo in regionem dissimilitudinis quamuis impij hoc moliantur, quod laudabilius.
¶ Cogitatione. ¶ consensu.

✝ Eātus vir qui nō ✝ ābiit in cōsilio impiorum,

a ¶ Positus. ¶ Vt Adam qui vxori consensit à diabolo deceptæ.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS I.

Diuisio libri.

a BEatus vir. *Quamuis beatus Augustin. dicat ipsum Dauid fuisse autorem omnium Psalmorum tamen Hieron. qui diligentius studuit circa textum sacræ scripturæ, propter quod in hoc est magis sibi assentiendum, dicit contrarium.*

An Dauid fuit autor omnium psalmorū.

In prologo enim super Psalterium nominat decem autores psalmorum, scilicet Dauid, Moysen, Salomonem, tres filios Core, Asaph, Etham, Heman, & Idithun: Præter etiam istos dicit, quòd plures Psal. facti sunt ab aliis sanctis prophetis, quorum nomina ignorantur, vnde & aliqui Psal. sunt sine titulo; & aliqui habentes titulum non exprimunt nomina autorū, vt videbitur infra prosequendo. Similiter Ra. Sa. super primi. li. Psal. nominat x. autores ipsorum, scilicet Melchisedec, Abraham, Moysen, Dauid, Salomonem & Asaph, tres filios Core, & Idithun: & sic in aliquo differt à Hieron. quia ponit Abraham & Melchisedec inter autores Psal & omittit Hemā & Etham. Quid tamen videatur verius, videbitur in locis suis prosequēdo. Videretur ergo forsitā alicui, quòd secundum autores psalmorum liber iste posset diuidi: sed hoc non potest conuenienter fieri, quia psalmi vnius autoris nō ponuntur segregatim ad vnā partē, quia inter psal. Dauid ponuntur plures de psal. aliorum & inter psalmos aliorū à Dauid. ponūtur aliqui psal. ipsius Dauid, vt videbitur. Itē post psal. lxxj. in cuius fine ponitur in Hebræo, explicitū psal. Dauid filij Isai, ponūtur plures psal. ab ipso Dauid intitulati tanquam ab autore. Ratio autem huius est: quia secundū quod dicit Hier. in prologo super psal a diuersis autoribus compositi, postea per longum tempus fuerunt in vno li. collecti, & sicut inueniebantur sic scribebantur: propter quod aliqui psal. prius facti posterius sunt scripti: quia tardius fuerunt inuenti. Et eodem modo de autoribus, quia omnes psal. vnius autoris non fuerūt simul inuenti, nec immediate vnus post alium, sed in medio fuerunt inuenti aliqui psal aliorum auctorū propter quod liber iste non potest diuidi secundum ordinem autorum, nec etiam temporum, vt patet ex dictis, nec etiam materiarum, quia in diuersis psal. & diuersorum autorum & distanter scriptis eadem materia frequenter tangitur, & econuerso aliquando in eodem psal. de diuersis materijs agitur: propter quod non video bene qualiter artificiose posset diuidi liber iste, nisi in quodam generali: quia primo ponitur præfatio, secundò executio, & tertiò principaliter intenta conclusio. Secunda pars incipit in principio secundi psal. tertia in prin. cxlv. Lauda anima mea dominum. *Huius enim libri intentio est diuina laudatio. Circa primum sciendum, quod hic psal. est sine titulo in Hebræo: & hoc idem dicit Hiero. in prologo super psal. propter quod, si in aliquibus libris inueniatur scriptum* Psal. Dauid: *non videtur esse verum, sed magis ab aliquo nescio quo, pro sua voluntate appositum; sed magis videtur ista psal. esse compositus ab illo, qui psal. collegit, & in hoc li. redegit, qui secundū cōmunem opinionem, vt magis verisimile, creditur fuisse Esdras, vt supra dictum est: & suæ collectioni hunc psal. præposuit per modum cuiusdam prologi. qui tamen verè dicitur psal. aliys compaginatus, secundum quod habetur Act. xiij. e. vbi dicitur:* sicut scriptum est psal. ij. Filius meus es tu, ego hodie genui te: *quod habetur psal. seq. qui non posset verè secundus dici, nisi iste esset primus: & meritò inter psal. computatur, quia Esdras spiritum propheticum habuit, & eius liber inter scripturas canonicas ponitur. Igitur in hoc psal. qui per modum præfationis ponitur, Esdras inducit ad studium sacræ scripturæ, quæ in hoc lib. continetur per modum laudis diuinæ: & hoc facit dupliciter, primo excludendo à fidelibus doctrinam peruersam; secundo concludendo in eis doctrinam catholicam & sanam, ibi,* Sed in lege. *Circa primum sciendum, quod in doctrina peruersa hic est processus: quia primò ad eam audiendam aliquis ab infidelibus inducitur, & hoc excludit dicens.*

Processus peruersæ doctrinæ triplicem habet gradum.

1 Beatus vir qui non ab. in cons. impior. *id est, infidelium. Sicut enim pietas proprie respicit cultum legis diuinæ: ita impietas per oppositum, studium doctrinæ peruersæ; ille autem qui se elongat ab ea, dicitur beatus beatitudine cælesti, non in re, sed in spe, sicut dicit Philosophus 1. Ethic. quod pueros beatificamus, quamuis non sint adhuc capaces felicitatis politicæ: sed quia ad hoc sunt dispositi per conditionem indolis bonæ. Secundo in doctrina peruersa aliquis per frequentem auditum habituatur, & hoc excluditur cum dicitur:*

MORALITER.

✠ 1 *Beatus vir.* Sicut dixi plenius in expositione literali, psal. iste prologus est huius libri, factus ab eo qui psal. à diuersis compositos in hoc volumine cōgregauit, qui fuisse creditur Esdras scriba, qui etiā legē reparauit. In hoc autē psalmo inducit ad studiū sacræ scripturæ. Quod quidē studiū discipulo conuenit vt addiscat, & magistro vt doceat. Christus autē huius scripturæ principalis est magister, Matt. xxiij. a. *Vnus est magister vester Christus.* Et sic de ipso potest exponi allegoricè psal. iste: Fuit enim Christus ab instanti cōceptionis vir perfectus in virtutibus & scientijs. Fuit etiam beatus beatitudine claræ visionis, & perfectæ fruitionis: propter quod de ipso bene dicitur: *Beatus vir.* similiter, *qui peccatū nō fecit, nec inuēt⁹ est dolus in ore eius.* j. Pet. ij. ideo bene subditur. † *Qui non abyt. &c.* quantum ad malum consensum.

Allegoricè de Christo.

✠ 1 Et in

✠ *Et in*

a *In cathedra.* dans exemplum peccandi.

CASSIO. thronus regum, tribunal iudicum, cathedra propriè doctorum.

CASSIO. quaſi ita ait: Vos qui cecidiſtis per primum Adam, conformamini huic ſecundo: quia beatus primo contrarius.

✠✠ HIER. Pro *Peſtilentibus* in Hebræo *deluſores* habet: quod ſcilicet omnes diſcipulos peruersꝰ doctor illudat; vnde Hierem. 15. *non ſedi*, ait: *in conſilio ludentium.*

✠✠ GREG. Cathedra iudicis eſſe vel præſidentis ſolet. In cathedra autem peſtilentiæ ſedere, eſt ex iudicio praua committere: ex ratione mala diſcernere, & tamen ex deliberatione peccare.

b *Sed in lege.* AVG. CÆS. Hic oſtenditur plenꝰ omni bono in ſe.

AVG. Non eſt laus perfecta fugere vituperanda, niſi ſequantur laudãda. Quo ordine creuerunt in primo, remouẽtur à ſecundo.

c *In lege.* AVG. Qui eſt in lege ſecundum legem agit, qui ſub lege ſecundum legem agitur. Ille liber, iſte ſeruus.

AVGVST. Ambro. Aliud eſt lex quæ ſcribitur ſeruienti, aliud quæ mente conſpicitur ab eoqui non indiget literis.

✠✠ HIER. Meditatio legis, eſt, non ſolùm in legendis ſcripturis, ſed etiam in his quæ ſcripta ſunt faciendis. Iuſtus igitur, ſiue manducat, ſiue bibit, ſiue dormit, in monte Domini omnia faciẽs, meditatur legem eus die ac nocte.

d *Voluntas.* CASS. Vt non ſit tædium laboris, nec otioſa, ſed meditabitur ſemper. Voluntas ſenſus, eſt ſub lege; Rationis, in lege; diuinitatis, ſupra legem.

e *Et erit.* CASS. Hic oſtenditur vtilis nobis, dans fructum vitæ, & folia, & obumbrans, *Beatus vir. Sed in lege. Et erit*; Plena definitio beati viri. Hæc omnia non omni beato viro, ſed ſoli Chriſto conueniunt.

f *Tanquam lignum.* CASS. Secundum ſimilitudinem ligni vitæ quod eſt in paradiſo, vnde obediens homo comederet.

✠✠ GREG. Decurſus aquarum ſunt quotidiani tranſitus deficientium populorum; & de ſemetipſa veritas dicit, *ſi in ligno viridi hæc fient, in arido quid fiet?* Lignum ergo ſecus decurſus aquarum eſt, qui fructum & protectionem ſui nobis vmbraculi proferens, apparuit creator in carne vt humanum genus per reſurrectionem robuſtum figeret, quod per defectum quotidie ibat ad mortem.

✠✠ HIER. Pro *plantatum*, tranſplantatum Aquila tranſtulit. Lignum autem, cui vir beatus comparatur, ſapientiam puto: de qua & Salomon loquitur, *lignum vitæ eſt his, qui ſequuntur eam.* Sapientia autem per Apoſtolum Chriſtus Dei filius declaratur, Chriſtum (ait 1.Cor.1.) Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Senſus ergo eſt, Chriſto Dei filio, conformis, vtique factus corpori gloriæ eius. Dabit autem fructum, non quocunque tempore, ſed præſcripto, illo ſcilicet, cum deuictis poteſtatibus, principatibuſque tradiderit regnum Deo patri.

✠✠ AMBROS. Quod eſſe hoc lignum dicimus, niſi per quod nobis ſalus venit? Et rectè hoc terra produxit, quia eum virgo genauit, quæ erat terra ſecundũ auctoris ſententiam, quæ in eum dicta eſt, Terra es, & in terram ibis. Qui ergo beatus eſt, imitator erit domini Ieſu, qui eſt lignum vitæ, lignũ ſapientiæ, plantatum in vtero virginis, voluntate patris, à quo in perpetuum manſurum plantatur, vt fructum daret in tempore ſuo. Non enim potuit areſcere iſta plantatio, quæ habebat vbertatem in ſe manentem gratiæ ſpiritualis.

g *Lignum.* CASS. In paradiſo eſt lignum vitæ, lignum ad vitam, & lignum ſcientiæ boni mali.

h *Aquarum.* AVGVST. A quæ ſpirituſſanctus, ſecundum illud: *Qui crediderit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*, & eſt contra æſtus vitiorum. Ioan 7 ſi. Apo. 17. d.

CASS. Vel per aquam, ſapientia Dei, qua reficitur interior homo, vt ſitis aquâ.

AVGVST. Vel mortale genus, vt Io. *Aquæ multæ populi multi*, quia defluunt in mortem, vt aquæ in mare.

i *Dabit* AVGVST. Dare pertinet ad rationalem ſenſum, & ad offerentis voluntatem.

✠✠ AVGVST. *Fructum dabit*, hoc eſt, conſtituet eccleſias: *In tempore ſuo*, id eſt, poſtquam clarificatus eſt reſurrectione, & aſcẽſione in cælum: tunc enim ſpirituſancto miſſo apoſtolis, & eis in fiducia ſui confirmatis, & directis in populos, fructificauit eccleſias.

k *Et folium.* AVGVST. Sicut folia fructus tegunt, ita verba domini promiſſiones ſuas cuſtodiunt.

✠✠ AMBROS. Signa terrena fructum non dare, ſed ferre dicuntur: ſed lignum vitæ ac ſapientiæ dat fructum hoc eſt largitur ac donat. Sed cur in tempore dabit & non ſemper? Poteſt ſapientia ſemper fructũ dare, ſed quia ſapientia eſt, debet ſapiẽter dare, diſpenſare prudenter. Tunc debet ſemper dare, quando nos plenam menſuram poſſumus accipere: nunc non poſſumus, in hoc ſæculo non ſuſtinemus.

☞ a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in via. *Per ſtationem enim, qua immobilitatem importat, habitus doctrinæ peruerſæ ſignificatur, quia habitus eſt de difficili mobilis.* Diuiſio. *Tertio habituatus in doctrina peruerſa, doctor, aliorum efficitur ad ſui & aliorum caſum miſerum: & hoc excluditur cum dicitur,*

2 Et in cathedra. *In Hebræ. habetur*, & in cathedra deriſorum non ſedit: *peruerſa enim doctrinæ doctores ſecundum veritatem ſunt deriſores, quia errores docent ſub ſpecie veritatis.*

3 Sed in lege. *Hic conſequenter concludit quod in fidelibus debet eſſe exercitium ſacræ ſcripturæ; & primo oſtendit huiuſmodi exercitium, & ſecundo exercitij præmium, ibi*, Et folium eius, &c. *Circa primum ſciendum, quod ſicut in progreſſu peruerſæ doctrinæ triplex eſt gradus (vt prædictum eſt) ſic eſt in progreſſu ſanæ doctrinæ. Primus eſt intenta auditio & deuota, quod notatur cum dicitur*, Sed in lege, &c. *Secundus eſt habituatio firma: ideo ſubditur,*

4 Et in lege. *per frequentem enim meditationẽ habitus ſcientia generatur & firmatur. Tertius eſt aliorũ inſtructio proficua ex habitu procedens: cedens: & hoc notatur cum ſubditur:*

5 Et erit. *Diſcipulus enim audiens deuotè & intentè, accipit fructum ſacræ ſcripturæ à doctore, ſed quando habituatus incipit docere, tunc dat huiuſmodi fructum alijs tempore ſuæ doctrinæ. Comparatur autem meritò talis doctor ligno ſecus decurſus aquarum plantato: quia fidelibus doctoribus eccleſiæ adſunt fluenta diuinæ gratiæ, & tandem gloriæ, ſecundum quod dicitur Eccl. xxiiij. c.* Qui eluci.me, vitam æter. habe. *Sãcti enim docto. ſũt ſacræ ſcripturæ (quæ vera ſapiẽtia eſt) elucidatores.*

6 Et foliũ. *Hic conſequenter ponitur prædicti exercitij præmium, & primo oſtenditur qualiter fidelibus cõceditur, ſecundo qualiter peruerſis doctoribus denegatur, ibi*, Non ſic impij. *Circa primũ dicitur*, Et fo. Diuiſio. *Fluxus enim foliorum eſt ſignum mortificationis arborum. ſed viror & permanentia eorum, eſt ſignum euidens vitæ ipſorum. Vita autem ſpiritualis in præſenti habetur per gratiam vſque ad finem continuatam, & quantum ad hoc dicitur:* Et fo. *id eſt, doctor fidelis à gratia & charitate non decidet, quia in præmium ſui laboris conceditur ei in præſenti continuatio gratiæ, & adeptio gloriæ in futuro, vnde ſubditur:*

✠ 1 Et

MORALITER.

✠ 1 *Et in via, &c.* quantum ad malum actum.

2 *Et in ca. &c.* quia malam doctrinam Phariſæorum non approbauit, ſed reprobauit vt dicitur, Matthæi xv. a. *Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.*

3 *Sed in lege, &c.* Non ad diſcendum, cum eam perfectè ſciuerit ab inſtanti ſuæ conceptionis, vt dictum eſt; ſed ad operandum & docendum. Act. j. a. *Cœpit Ieſus facere & docere.*

5 *Et erit tanquam li. &c.* Nam in Chriſto fuerunt omnium fluenta gratiarum. Io. j. b. *Vidimus eum quaſi vnigenitum à patre, plenum gratiæ & veritatis.*

† *Quod fru. ſu.* Nam in tempore præſenti dat fructum gratiæ, & fructum gloriæ tribuet in futuro.

6 *Et folium.* in ſcriptura per folia ſignificantur aliquando verba quæ in Chriſto non fuerunt defluentia ſed ſtabilia. Mat. xxiiij. c. *Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tran.*

✠ 1 *Non*

☞ 2 *Et omnia.* Avg. quid per singula.

A ✻✻ Hieron. Hoc de nullo sanctorum accipi potest, nisi forte in futuro sæculo. Melius igitur de eo intelligimus homine, qui à saluatore nostro assumptus est atque saluatus: non quo aliũ assumpsisse, alium assumptum esse testemur, sed quo vnus atque idem filius Dei & filius hominis qui ante sæcula semper verbum fuit, ipse postea & carnem est dignatus assumere.

✻✻ Basil. Illud, †gluma vel quisquiliæ. *omnia*, non temerè, sed magna cum diligentia posuit. Nam primum omnes malitiæ species reprobauit; & diuinarum legum perfectionem submonstrauit: ac

B nem demùm subiecit, † congregatione. *& omnia quæ fa. prosp.* Sciens nihil eum contrarium diuinæ legi acturum, qui voluntatem illi suam accommodat.

b *Non sic.* Hic de vltione iniquorum aduersos terret, horum formido gratiora facit præmissa.

c *A facie terræ.* Avg. Stabilitatis æternæ, quia vt hæc terra nutrit & continet hominem, ita illa interiorem.

✻✻ Hieron. Puluis licet de terra sit, tamen desiit esse terra: tam infœlix erit impius, vt nec terrenus quidem sit puluis. Videtur quidem habere terræ substantiam, sed nihil habet solidum: quod habet, ad pœnam habet. Huc illucque dispergitur, nun-

C quam in vno loco est, quocunque ventus traxerit, illuc eius impetus dirigitur: sic & impius, qui semel Deum negauerit, quocunque illum aura diaboli traxerit, illuc errore perducitur.

d *Ideo non resurgent.* Quia proiecit ventus, i. ideo quia dati sunt in reprobum sensum: ideo non resurgunt prima resurrectione, vt se iudicent in consilio, vt voluntates Dei suis præferant. Vel in concilio: id est, in concordi multitudine iustorum impij idololatræ, vel apostatæ. Peccatores, falsi Christiani: Vel ideo non resurgunt in futuro, vt iudicent, vel vt iudicati in concilio, id est, in collegio iustorum quiescant.

Ordines in iudicio sũt quatuor. e *In iudicio, &c.* In iudicio quatuor erunt ordines: Alij iudicabunt & non iudicabuntur, vt perfectissimi; Alij nec iudicabunt, nec iudicabuntur vt damnati infideles; Alij iudicabuntur & saluabuntur, vt mediocriter boni; Alij iudicabuntur & peribunt, vt fideles mali.

f *In concilio.* Avg. In æterno bono, quod sequi consilium fuit sanctis. *Vel in concilio.* in iudicio, vt cum eis iudicent; quia iudiciũ est, quando diuersa peccata diuersis pœnis punientur; & ex hoc similitudine dicitur, *Resurgunt.* Duæ resurrectiones: Animæ, à peccatis in præsenti; Corporis, à morte in futuro, qua fiet impassibile & immortale. D Duę resurrectiones.

✻ Theodor. Multa cum diligentia cuncta S. S. percurrit: non enim dixit non resurgent impij sed in iudicium non resurgent, verum in condemnationem, neque enim redargutionibus indiget, cum eorum impietas manifesta sit. sed solum supplicium expectant, quemadmodum homicidas in flagranti delicto captos iudices in iudicium trahunt, non vt redarguantur, sed vt sententiam accipiant. Non sic. à facie terræ. E

✻✻ Avg. Si aliud sunt impij, aliud peccatores, vt quanquam omnis impius peccator sit, nõ tamen omnis peccator sit impius: *Impij non resurgunt in iudicio*, id est, resurgent quidem, sed non vt iudicentur, quia iam pœnis certissimis destinati sunt. Peccatores autem non resurgunt in concilio iustorum, id est, vt iudicent, sed forte vt iudicentur, vt de his dictum sit illud. 1. Cor. 3. Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit: si cuius opus mãserit, mercedẽ accipiat: si cuius autẽ opus exustum fuerit, detrimentum patietur.

g *Quoniam nouit.* id est, non resurgunt hic in anima, quia Deus non approbat opera eorum; sed iustorum tantum. F

✻✻ Avg. Quemadmodum dicitur, nouit salutem medicina, morbos autem non nouit, & tamen etiam morbi arte medicinæ agnoscuntur: sic dici potest nosse dominum viam iustorum, viam verò impiorũ non nosse; non quia aliquid dominus nescit, & tamen dicit peccatoribus, non noui vos.

✻✻ *Iter autem imp.* Avg. Ac si diceret, iter autem impiorũ non nouit dominus. Sed planius dictũ est, vt hoc sit nescire à Domino, quod est, perire: & hoc sit sciri à domino, quod est manere; vt ad scientiam Dei *esse* pertineat, ad ignorantiam verò, *non esse*.

✻✻ Hier. Nihil aliud cognoscit dominus, nisi quod notitia eius dignum est: cognoscit quippe dominus eos, qui eius sunt & si quis nescit, nescietur. Et ad peccatores dicit Matt. 7. Discedite à me operarij iniquitatis, non noui vos. Viam autem iustorum illum esse puto, qui loquitur, ego sum via; De quo & Propheta dicit Hierem. 6. Videte quæ sit via bona.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et omnia. *quia per opera sua ad beatitudinem sempiternam deducetur, Ro. viij. e.* Diligentibus Deum omnia coope. in bo. &c.

2 Non sic impij. *Hic consequenter dictum præmium à peruersis doctoribus excluditur: & secundo ratio huius redditur ibi*, Quoniã nouit. *Circa primum dicitur*, Non sic impij: *quia peruersis doctoribus primò denegatur vita gratiæ, & secundo vita gloriæ, ideo replicatur*,

3 Non sic sed tanquam pul. *Comparatur autem doctor peruersus pulueri per ventum à tecto, quia doctor peruersus ad fingendum errores & periculosas nouitates, per ventum superbiæ & inanis gloriæ impellitur: & sic primo dicitur in foueam culpæ, & postremo in foueam gehennæ propter quod subditur*,

4 Ideo non resurgent. *licet enim in iudicio extremo omnes generaliter resurgant, tamen doctores peruersi, & eorum sequaces, non resurgent ad suam exaltationem, sed ad maiorem sui depressionem: qui tũc deiicientur in foueam gehennæ in anima simul & corpore. Et quia non solum solum damnabuntur peruersi doctores, sed etiam doctrinæ ipsorum imitatores per mala opera, ideo subditur*,

5 Neque. *sic enim debet scribi*, in concilio. *quia in Hebræo & in translatione Hie. accepta immediatè ab Hebraica veritate habetur*, in congregatione iustorum: *ista autem congregatio est in beatitudine cælesti. secundum quod dicitur psal. 46. b.* Principes populorum congregati cum Deo Abraham.

6 Quoniam nouit. *Hic consequenter ratio prædictorum redditur scilicet, quare gratia & gloria peruersis doctoribus denegatur, & bonis conceditur, cum dicitur*: Quoniam nouit. *id est, processum eorum per viam præsentis vitæ notitia approbationis, viam autem peruersorum nouit notitia reprobationis; ideo subditur*,

7 Et iter impiorum peribit, *quia iter eorum per viam præsentis vitæ in morte terminatur ad damnationem animæ, & in futuro iudicio ad damnationem animæ simul & corporis terminabitur: & sic omnino peribunt peruersi absque aliqua spe redeundi*,

---

MORALITER.

✝ 2 *Non sic impij.* Hic excluduntur obstinati Iudæi à stabilitate tali, ideo subditur;

† *Sed tanquam puluis, &c.* quia per Romanos fuerunt partim occisi, & partim captiui, partim per orbem dispersi.

4 *Et ideo non resurgent, &c.* scilicet ad suam liberationem, sed ad maiorem damnationem,

6 *Quoniam nouit*, per approbationem.

7 *Et iter.* quia vadit ad æternam damnationem.

ADDITIO I.

In psal. Beatus vir. *vbi dicitur in Postilla.* Quamuis beatus Aug.

† *Quod autem Dauid sit autor omnium psalm. prout Aug. ponit, potest tribus rationibus comprobari. Prima est: nam communiter tenetur quod Dauid dicitur propheta antonomasticè seu per excellentiam, sicut etiam Paulus dicitur Apostolus eodem modo, prout in glos. psalterij in prologo habetur. Et ratio huius est, quia prophetia Dauid respectu aliorum prophetarum in communi in duobus excellebat: Primo, quia Dauid*

---

a ¶ Id est fructus, & folia, facta & dicta. ¶ Quia & si morietur, tamen omnia quæcunque faciet, &c. quia & mors eius est salus mundi.

b ¶ Circa tasum Adæ. ¶ Sibi & membris. c ¶ Sed. ¶ Quia nihil horum poterunt assequi.

a ¶ Cæsimmobilis firmitas ex repetitione. b ¶ Cædunt suggestionibus, quia sunt sine humore gratiæ Dei.

c ¶ Qui prius conglutinatus in Adam ante peccatum oleo manante à capite Christo, nunc autem arefactus est.

d ¶ Ad similitudinem. ¶ Id est superbia, quia inflat & petit alta.

a ¶ quia ventus proiicit. bene dicit eis tolli quod superbi ambiunt, id est vt iudicent, quod planius repetit, neque pec. in con. &c. b ¶ Non resurgunt in fide à peccatis.

c ¶ Pœnitus infideles. ¶ Vel impij sunt, qui cum resurgent, non iudicabuntur, quia iam iudicati, peccatores, qui non in consilio vt iudicent, sed iudicabuntur.

a ¶ Falsi fideles. b ¶ Non resurgunt cum sanctis: quia Deus diligit opera iustorum: non impiorum. c ¶ Vt suam & approbat.

a ¶ Pro non nouit, sed planius dicitur: quia hoc est nescire quod perire. & sciri manere & esse.

A *Dauid sine apparitione alicuius figuræ vel signi sensibilis veritatẽ intelligibilem de occultis capiebat per diuinam reuelationem: quod non sic est de aliis prophetis comuniter dictis: excepto Moyse, qui per quasdam similitudines rerum capiebant diuina, iuxta illud Osee. xij.g.* In manu prophetarum assimilabor. *Secundo quia alij prophetæ obscurè, & quasi per enigmata, de Christo prophetarunt: vnde super illud psal. xvij.b.* Tenebrosa aqua in nubibus aeris, *Glo.* Obscura doctrina in dictis prophetarũ. *Dauid autem prout dicitur in glo. in prologo psalte. de incarnatione, de passione, de aterna genitura Christi euidentissimè disseruit. Sed constat quòd hæ duæ excellentiæ prophetandi inueniuntur in psal. qui non intitulantur ipsi Dauid, sicut in ipsis qui Dauid intitulantur. In psal. enim ij. scilicet.* Quare fre.gen. *qui psal. non intitulatur ipsi Dauid expressè probatur de generatione aterna Christi, cum dicit:* Filius me. es tu, ego hodie ge. te. *Similiter de regno Christi à Deo constituto, cum dicitur:* Ego autem consti. sum rex. *Similiter etiam de pluribus alijs Christi mysterijs, vt latius patebit in sequent. psal. tam in postil. quam in additione, & hoc sine apparitione alicuius figuræ vel signi sensibilis: sicut in alijs psalmis ipsi Dauid intitulatis. Hoc idem patet in quamplurimis psal. intitulatis filijs Core, & Asaph & alijs, prout est manifestum discurrenti per singulos. Pari igitur ratione Asaph, & filij Core, & huiusmodi, deberent dici prophetæ per excellentiam, & egregij psalmistæ Israel, sicut & Dauid: quod est inconueniens, & contra omnes de hac materia loquentes, tam Hebræos quàm catholicos.*

Secunda ratio est, nam si psalmus non habens titulum, non debet ipsi Dauid attribui, prout supponunt opinantes in hac parte contra bea. Aug. pari ratione omnes qui sine titu. reperiuntur, non sunt Dauid at-

B *tribuendi: sed hoc est manifestè falsum. Nam psal. ciiij. qui incipit.* Cõfitemini domino & inuocate nomen eius. *& psal. xcv. qui incipit:* Cantate domino omnis ter. *sunt in psalterio secundum Hebraicam veritatem sine ti. & tamen est manifestum quòd eorum autor fuit Dauid, vt patet. j. Par. xvj. vbi isti duo psal. coniunctì attribuuntur ipsi Dauid: prout etiam post. ibidem dicit: & pari ratione etiam dicendum est de alijs psal. titulum non habẽtibus, quod sunt ipsi Dauid attribuẽdi. Tertia ratio est. Nam si psal. qui alteri prater Dauid intitulatur. non debet attribui ipsi Dauid, prout supponunt opinantes in hac parte contra be. Au. pari ratione omnes psal. alijs à Dauid intitulati: sed hoc est falsum. Nam psal. lxxj. qui incipit:* Deus iudicium, &c. *intitulatur Salomoni & non Dauid: & tamen autor ipsius psal. fuit ipse Dauid: quod patet ex hoc: nam in fine ipsius psal. dicitur* Completæ sunt orationes Dauid filij Isai: *ex quo est manifestum quod Dauid fecerit hunc psal. & non Salomon. Ridiculum enim esset apponere, in fine euangelij. secundum Mat. completum est euange. secundum Mar. Sunt etiam quædam alia ad hoc pertinentia: de quibus videbitur in additione super psal. xlj. qui incipit:* Quemadmodum desi. cer. &c.

ADDITIO. II.

In eo. psal. j. vbi dicitur in postil. Comparatur autem doctor peruersus. *Apud dialecticos regulariter dicitur. sicut propositum de proposito, & oppositum de opposito: Vnde cum doctor catholicus ligno secus*

C *decursus aquarum plantato à Psal. cõparatur: meritò eius oppositum, scilicet doctor peruersus, non pulueri sed alicui ligno in deserto seu siccitate habitanti comparari debuisset. vnde & Iere. xvij. a. cũ vir confidens in domino ligno super aquas transplantato comparatur, ibidem homo confidens in homine* quasi myricæ in deserto, &c. *assimilatur. Sed ratio differentiæ inter vtranque autoritatem ex parte materiæ de qua prædictæ autoritates tractant, sumi posset. Confidens enim in homine non est de se malus, nisi inquantum principaliter non confidat in domino: vnde ibidem subiungit,* Et à domino recedit cor eius, &c. *Et ideo ligno animato in siccitate degenti assimilatur; quod aduenientè humore in vita perseuerat. Sed doctor peruersus seu hæreticus, etiãsi doctrinæ suæ pernitiosæ aliquantulum vera misceat, penitus est periculosus & execrandus: vnde non ligno aliqualem vitam habenti comparari debet, sed pulueri per ventum deiecto, qui penitus infructuosus est & inanimatus.*

REPLICA.

Philosophus. *Circa psal. primum postil. dicit bene Hiero. sentire non omnes psal. factos à Dauid: cuius oppositum b. Aug. sentire videtur. xvij. de ci: Dei. cap. xiiij. In hac parte tenet postil. opinionem b. Hiero. Burg. autem b. Aug. in diuersis locis. vnusquisque pro opinione rationes plures adducit. Dicit tamen vterque, postil. circa psal.* Dominus regnauit. irascãtur populi. *& Bur. circa psal.* Domine Deus salutis. *quòd de titul. nõ est multum curandum; veruntamen studiosis honestius est sanctorum opiniones quantum possibile est concordare, quã argumentis inuoluere: idcirco pro qualicunque sanctorum concordantia pono quædam verisimilia dicta. Quorum primum est istud, quòd autorem alicuius rei esse contingit dupliciter: Aut enim est autor vt architectus, aut vt manufactor. Illam distinctionem ponit Aristo. j. Metaphy. ostendens circa eandem rem illum istò digniorem autorẽ. Autor enim principalis & dignior in ædificatione domus est architectus, apud cuius intellectum est rei fiendæ ratio, & idea, ad quam aspiciens mandat domum sic fieri. cuius mandati executor est ipse manufactor, qui more irrationabilium, vt inquit*

D *Arist. non ad aspectum ideæ, sed ad mandatum & directionem habentis ideam operatur. Est igitur vterque autor ædificij, quamuis diuersimode: ille vt dignior, quia administrat formam, & speciẽ; iste vt minus dignus, quia disponit materiam. Sine illo fieret res irrationabiliter, vt vult. be. Aug. lxxxij. q. sine isto non fieret effectualiter. Est igitur vterque rei autor, producit enim ille domũ intrà, iste domũ extrà. in effectu. Secundũ dictũ est: Quandocunque duæ causæ partiales concurrunt ad eundem effectũ, & si diuersimode affectus ille verè dicitur procedere ex vtriusque efficacia & autoritate. Ideo proles verè producitur ab vtroque parente, quia mater administrat materiam, pater formã, vt quibusdam placet; vel. sicut alijs videtur. si mater aliquid facit ad formam minus tamen principaliter patre. Illo etiam modo & Virgilius & Guido ambo sunt autores historiæ de bello Troiano, quamuis ille describit eã metro, iste prosa. Tertium dictum quamuis principalior autor effectus, est administrator formæ quam materiæ, hoc tamen intelligendum est de forma intrinseca & substatiali, nõ extrinseca & artificiali: quia aliàs manufactor esset potior architecto: quod est contra primum dictum & Ari. Quartum dictum: Visio & visionis intelligẽtia reuelata diuinitus sunt de intrinseca & formali ratione prophetiæ; patet hoc dictũ ex præcedenti correctione; propterea enim prophetæ sunt videtes & quãto gradus visionis est excellentior, tanto propheta & prophetia dignior. & vt dicitur Da. x a.* Intelligentia opus est in visione. *Nam Nabuchodonosor, Baltasar & Caiphas, quia visionis reuelatæ intelligentiam non habebant, prophetę dici non meretur. Per hæc dicta potest sumi talis cõcordantia doctorum sanctorum. Nam cum be. Aug. omnium psal. autoritatẽ Dauid attribuit, titu. Asaph & alijs ascriptos, exponit ad hoc significandũ, videlicet quod illi intelligebantur illorum psal. cantores vel*

E *compositores secũdum materiam. à Dauid ministratum. Huius rei vera similitudo potest accipi ex verbo Dauid. infra cum dixit.* Quoniã non cognoui literaturam, &c. *Dauid enim ab ineunte pueritia, patris sui pascebat oues, à pastu ouium assumptus ad militiam, & citò post vnctus in regem, consequenter odium Saul, & persecutionem fugiens studio vacare non potuit post mortẽ Saul statim vnctionem regiam assecutus, bellis contra Philisthiim occupatus & alias gentes in circumitu à studio literarum fuit impeditus. Omnes tamen psal. vt vult b. Hie, in Heb. sunt metrice & ornatè compositi: quem stilum illiteratus secundum communem cursum seruare non consueuit: nisi quis dicat Dauid huiusmodi scientias liberales habuisse infusas, quod autoritate caret: nam si sacram scripturam legamus quibusdam infu-* At psalmi sunt scriptura quæ ad salutem pertinet. cur ergò nõ possunt dici infusa. *sam quæ ad salutem pertinet, nõ tamẽ legimus artes infusas, quæ vt plurimum seruiunt ad vanitatem. Cum igitur Dauid literaturam non habens, ignorauerit colores rhetoricos & artificiales ornatus, verisimile videtur quod Dauid receptas & intellectas propheticas illustrationes dederit filijs Core & alijs (prout illos vel alios apud se habebat) materiam dictaminis: qui tanquam in huiusmodi artibus periti ex materia sic ministrata cõposuerunt carmẽ, & hymnũ, & psalmũ. Sicque Dauid propter administrationẽ materiæ ex reuelationibus diuinis sibi factis post spiritum sanctum est autor omnium psal. principalis: &*

F *sic puto opinionẽ. B. Aug. fore veram. Et inde Dauid dictus est egregius & eximius prophetarũ, prout procedit prima ratio Bur. Cum hoc stat, quod Asaph & filij Core &c. sint autores aliquorum psal. quia de mandato Dauid ex ministrata materia psal. illos composuerunt & metris ornauerunt & decantauerunt: & sic secundum opinionem B. Hie. illi in titu. nominati possunt dici illorum psal. autores, quia compositores modo prædicto; & ita Dauid est autor omnium psal. secundum materiam, pro opinione B. Au. & alij sunt autores aliquorum psal. fortassis secundũ formã pro opinione B. Hie. Et si quis obiceret. tunc illi cõpositores esse potiores autores psa. quam Dauid, sicut principalior est ille qui administrat formã quàmateriã, vt patet ex. iij. dicto suprà posito. Huic obiectioni respondetur per idem dictum, quod forma quam illi compositores dederũt, fuit solũ artificialis & extrinseca: materia autem quã Dauid administrat, & si fuit informis quo ad illam formã extrinsecã, fuit tamẽ formata forma intrinseca pertinẽte ad naturã prophetiæ, puta intelligẽtia: & hæc forma dicitur intrinseca, qua opus est in visione, prout dictũ est in quarto dicto suppositio. Dauid antẽ habuit intelligentiã materiæ propositæ: igitur digniorẽ formã materiæ proposuit, quã illi cõpositores, qui fortasse psal. quos cõposuerunt ex ministrata materia, nõ intellexerũt secũdũ eorũ mysteria, sed solũ grãmaticaliter & in superficie secũdũ formã artificialẽ quã materiæ dederũt; intelligẽtes si fuit metrũ spõdaicũ, iãbicũ saliẽs, vel alteri⁹ generis: & sic fuerũt propriè manufactores, Dauid autẽ architect⁹. Patet aũt ex primo dicto suprapositio illæ illis fore potiorẽ, quia ille tractabat materiã secũdũ intelligẽtiã vt propheta, isti secundum artis actũ & consuetudinem, per consequens non vt propheta. Quibus sic stantibus remanet dubium, cum Dauid, vt dictũ est, non fuit literatus, & psal. compositi sint ab alijs ad eius instructionem quo ad materiam sibi reuelatam, quare aliqui attribuuntur illis compositoribus, & aliqui ipsi Dauid immediatè, vt patet in titu. secundum Hebraicam veritatem. Secundo remanet dubium de psal. lxxxvij. intitulato.* Moysi famulo Dei. *Simile dubium de psal. clv. intitulato* Aggæo & Zachariæ. *Ad primũ potest dici, q. aliquãdo Dauid ad cõpositionẽ psalmorũ sumpsit paucos, vt filios Asaph &c. huiusmodi*

aliquando

☞ *aliquando multos. Primo modo ascripsit & ascribi fecit compositoribus, secundo modo non: quia in enumerãdo plures tituli fuissent facti immoderati & tædiosi; igitur illos psal. compositores ipsi Dauid tanquam principali ascripserunt vtrobique secundum exigentiam materiæ Psal. Ad secũdũ dici potest, quod Moysi, vel alijs prophetis aliqui psal. ascripti sunt, non quod ipsi eos fecerunt, sed quia materia eorũ similis est materiæ, quæ in libris prophetarum illorum continetur. Cui hic modus concordandi sanctos doctores non placuerit, videat de modis potioribus. Si quis autem sequs voluerit opinionẽ B. Hier. sanctitate B. Aug. semper saluæ, prout facit postil. ad argumenta Bur. poterit faciliter respondere. Cum enim Burg. arguit, quod si filij alij Core fuissent autores. x. psal. eis intitulatorũ, Asaph. xij. Moyses. xij. Heman Heman vnius, Ethan vnius, sequitur Dauid nõ esse illis plus egregium psaltẽ. Respondetur quod non sequitur, quia omnes residuos composuit Dauid, qui sunt numero & mysterio plures omnibus & distributiue & collectiue. Et quia excellẽtiori modo visionis vidit materias psal. quam alij. Sed quod Bur. arguit de psal. sine titu. ad hoc potest dici, quod illi debẽt attribui autori proximi psal. præcedentis. Et ideo psal. xxxvij. & xcviij. qui non habent titulum, attribuuntur Moysi, qui secundũ beatũ Hie. est autor psal. lxxxvij. Secundus psal. qui est sine titulo, attribuitur Dauid propter autoritatem scripturæ. Act. iiij. vbi tanquam psal. Dauid allegatur. Per idem respondetur faciliter ad alias rationes per Burgen. in plerisque locis factas per eum contra beatum Hiero. Et hæc sunt dicta meliori iudicio saluo.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Psal.* Modulatio quæ fit per tactum decem chordarum est bona operatio, quæ fit per obseruantiam decem mandatorum.

1.Pet.1.c. b *Dauid.* CAS. Manu fortis vel pulcher aspectu Christus est. qui aëreas debellauit potestates, in quem & angeli prospicere desiderant.

In psal.2. ❧ BEDA. Dauid, manu fortis siue desiderabilis, quod nulli aptius conuenit quàm omnipotẽti Christo, qui est veraciter fortissimus, & summo desiderio requirendus: De cuius passione loquitur propheta, & ipse Dominus sua verba dicturus est. Verũ apud Hebræos nec iste psalmus habet titulum, sed priori adiunctus vnum facit, qui & à beatitudine dine incipiat, & in beatitudinem consummetur. Quatuor mẽbris psalmus iste diuiditur; In primo loquitur propheta de Iudæis propter Christi passionem. Secundo verba sunt de mendacio iudicum. Tertiò dicta sunt domini saluatoris de omnipotẽti regno, & de inenarrabili generatione sua, quantùm potest paruitas humana intelligere. Quartò propheta relinquitur monens populos, vt ad fidem Christianã agnita Domini maiestate conueniant.

a ¶ Qui monet ad bene operandum. ¶ Attribuitur. b ¶ Id est Christo qui agit de se rege vt ei subdamur.

Psalmus Dauid. II.

¶ Aug quasi frustra, quia non impleuerunt vt Christus extingueretur. ¶ Cas. Qua vtilitate sua, a ¶ Remi. Romani milites.

PSALMVS II.

a Vare † fremuerunt gẽtes,

a *Vare fre.* CASSIOD. Iste psal. est secundus in ordine, primus in titulo. vnde in Actibus apostolorum dicitur primus. Primò increpat persequentes &, minatur prædicit quasi propheta.

† tumultuantur, vel congregarunt se. Act. 4. c.

☞ a HIERO-

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS II.

Diuisio. ❧ QVare fre. *Hic consequenter incipitur executio huius libri seu narratio. Et potest diuidi in duas partes: quia primò agitur de Christi regno, secundo de eius sacerdotio. Est enim Christus rex & sacerdos, vt declarat apostol. ad Heb. vij. Secunda incipit psal. cix. Vnde in illo psal. dicitur de Christo:* Tu es sacer. in æter. *Ista tamen diuisio non est præcisa, quia in prima parte etiam aliquando agitur de Christi sacerdotio, & in secunda de eius regno: non enim in hoc libro apparet mihi artificialis diuisio propter supradicta; tamen prima pars potest diuidi in septem partes, secundum septem eius distinctiones; secunda incipit in principio secundi nocturni; tertia in principio tertij. & sic de alijs. Circa primam partem non video aliam diuisionem rationabilem nisi quod quilibet psalmus per se exponatur, & maximè quia intendo, quantum potero, sensum inquirere literalem. Sciendum igitur quod iste psalmus in Heb. & in translatione Hier. quæ est iuxta Hebraicam veritatem, est omnino sine titulo: & ideo si in aliquibus libris inueniatur aliquis titulus, vt* Psal. Dauid *vel aliquid huiusmodi, non est de textu, sed est appositus ab aliquo expositore, sicut & in multis alijs psal. propter quod de titu. Psal. (prout communiter scribuntur in Biblijs) parum est curandum: sed solum prout scribãtur in Heb. & in trãslatione Hie. Iuxta Heb. legitur quia iste psal. nõ habet titulum; ex titulo non apparet quis fuerit autor huius psal. Dicunt autem Hebræi moderni, quod Dauid fecit hunc psal. laudando Deum de victoria habita de Philistæis, qui ascẽderunt ad pugnandum contra eum, quando audierunt eum fuisse inunctum publice super totũ Israel. vt habetur. ij. Re. v. licet enim primo fuisset inunctus in domo patris sui per Samuelẽ, vt habetur. j. Reg. xvj. hoc tamẽ fuit secrete; & postea super tribu Iuda solã, vt habetur ij. Re. ij: tamẽ postea fuit inunctus publicè super totum populum Israel; quo audito Philistæi ascenderunt, vt destruerent regnum eius, & secundũ istum intellectum exponunt Hebræi moderni psal. istum dicentes:* Quare fre. gent. j. *Philistæi, quia omnes, qui non erant de gente Iudæorũ, vocabatur gentes, siue Gẽtiles, vt habetur in no. & ve. te. in pluribus locis.* Et populi, *diuersarum. s. ciuitatum in terra Philistæorum existentium,* Meditati sunt inania: *intendebãt enim destruere regnum Dauid, sed frustrati fuerãt ab intentione sua.* Astiterunt reges ter. j. *quinque Philistinorũ satrapæ,* Et principes. *qui sub eis regebant populum terræ,* Conuenerũt in vnum aduersus dominum; *quia venerunt contra Dauid, qui erat inunctus in regem ex ordinatione diuina: & sic dicebatur Christus domini mini. i. vnctus ex ordinatione eius, & sic venerũt* cõtra dominum. *s. ad destruendum eius ordinationem.* Dirumpamus vincula eorum: *secundum hunc intellectum, verba sunt Philistinorum seipsos exhortantium ad bellãdum contra Dauid, ne regnum eius inualesceret, & sic subijceret sibi Philistæos, quibus filij Israel prius erant subiecti; & hoc modo loquebatur. i. Reg. iij. b.* Confortamini, & estote viri Philisthijm, & ne seruiatis Hebræis, sicut illi seruierunt nobis: cõfortamini & bellate. *Et sic loquebantur in proposito, ne essent alligati iugo seruitutis sub Hebræis, dicentes:* Dirumpamus, *&c.* Qui habitat in cælis. *verbum est ipsius Dauid, ostendentis, quòd virtute diuina fuerunt frustrati ab intentione sua, quia eius virtute fuerunt debellati, vt habetur ij, Re. v. & sic fuerũt ab eo derisi.* Tũc loquetur ad eos in ira sua. *i. vindicta, quę fuit locutio domini per factum, vnde subditur,* Ego autem constituum rex. *In Heb. habetur:* Ego autẽ constitui regem meum: *& secundum hoc, est verbum domini loquentis de Dauid inũcto in regẽ de ordinatione domini, quasi dicat dominus Philistheis: frustra vltimi contra regẽ Dauid, quem instituit, quia non potestis resistere meæ ordinationi;* Super Sion montem sanctum eius, *quia Ierusalem erat metropolis in regno Israel, & in monte Sion erat fortalitium illius ciuitatis & domus regis: & ibi fuit templum ędificatum diuino cultui deputatum;* Prædicans præceptum eius, *In Heb. habetur,* Narrabo Dei præceptum vel statutũ: *& est principiũ versus sequentis, & similiter est in translatione Hier. iuxta Hebraicum: quod exponit Ra. Sa. vt sit verbum ipsius Dauid dicentis, Dominus præcepit mihi vt enarrem alijs illud quod sequitur.* Dominus dixit ad me, *per reuelationem,* Filius meus es tu. *i. amicabilis sicut filius.* Ego hodie genui te, *Quod exponit Ra. Ioseph sic. i. magnificaui te, constituens te principem super populum Israel, qui dicitur primogenitus filius meus, & per consequens tu speciali modo es filius meus.* Postula à me, *quando debebis contra Gentiles pugnare, & dabo tibi victoriam: ideo subditur,* Et dabo tibi gẽtes &c. Reges eos in virga ferrea. *i. subijcies in gladio,* Et tanquam vas figuli confringes eos, *Dicit Ra. Sa. quod hoc specialiter fuit impletum, quando Dauid super filios Amon debellatos circumegit ferrata carpenta, diuisitq; cultris, & traduxit eos in typo laterum, vt habetur. ij. Regum. xij. Lateres autem fiunt de luto, sicut vasa figuli.* Et nũc reges intelligite, *Hic cõuertit Dauid verbum suum ad hortandum reges & iudices & potentes terrę, vt attendant se habere Deum regem, & iudicem super se, cui debent seruire in reuerentia & timore, ne deuient à via veritatis & iustitiæ & patet satis litera secundum istum intellectum,*

☞ *Licet*

MORALITER.

† 1 *Quare fre.* Sicut dictum fuit in expositione literali, psal. iste secundum sensum literalem intelligitur de regno Christi. Potest autem exponi mysticè de corpore suo mystico, quod est ecclesia: contra quã multipliciter fremuerunt Iudæi & Gentiles post resurrectionem & ascensionem Christi ad cœlos, vt patet in Actibus apostolorum, & legẽdis sanctorum. Sic igitur exclamat mat ecclesia. *Qua. fremue.* Quærebãt enim persequendo fideles ecclesiam destruere, sed frustrati fuerunt intentione sua, quia per hoc magis fuerunt multiplicati fideles: nam videntes vnum vel paucos martyres agonizare, & circa eos fieri miracula potestatis diuinæ, in magna multitudine conuertebantur, non solũ in vna ciuitate sed in multis. Item seuiente persecutione in vna ciuitate vel regione, aliqui discipuli se transferebant alio, & sic ex eorũ prædicatione in pluribus locis multitudo credẽtiũ augebatur

☞ ✻✻ Hiero. Audacis est hunc psalmum interpretari velle A post Petrum: imò de eo sentire aliud, quam in Actibus apostolorum (cap. 4.) dixerit Petrus.

✻ ✻ Hilarius. *Conuenerunt enim in veritate in ciuitate ista, aduersus sanctum tuum filium Iesum, quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus, & populus Israel, facere quanta manus tua & consilium præscripsit fieri, Et nunc domine respice in minas eorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum.* Non ergo ambiguum est, quid tanto anteriore tempore prophetiæ psalmus ostenderit.

† nō. dō, vertit, filiū, non puerū, vt vulgata editio.

✻✻ Basil. Mentione impiorum facta primum psalmum absoluit; & ab hac rursus secundi initium fecit, ostendens quod prædictus impiorum finis, etiam eos comprehendat, qui contra C seruatorem insanierunt; reges videlicet ac principes, cū Iudæos, tum gentiles. Nam in hoc secundo psalmo prædicit, tam quæ domino Christo humanitus acciderunt, quàm etiam regnum ipsius, gentium etiam vocationem vaticinatur, & Iudæorum incredulitatem deplorat.

✻✻ Aug. *Quare*, vtquid, pro eo dictum est, ac si diceret frustrà. Non enim impleuerunt quòd voluerunt, vt Christus extingueretur. Dicitur hoc ergo de persequutoribus domini, qui & in actibus apostolorum commemorantur.

✻ Tertvl. Tumultuatæ sunt gentes in persona Pilati, & populi

a ¶ Reni. Iudęi. b ¶ In scripturis de venturo adhuc Messia. ¶ Falsa. c ¶ Cum mora. 1
d ¶ Herodes & Pilatus. ¶ Contra regem cœli. 2 3 4 5 6

a b ēt populi m̄ditati sunt inania. Astit ērūt r̄ges terræ, & prin- B cipes † conuenerūt in vnū aduersus dōminum & aduersus

a ¶ Sacerdotum Annas & Caiphas. b ¶ In vnam voluntatem. c ¶ Patrem. d ¶ Me.

† cōsilium inierunt pariter.

populi meditati sunt inania, in persona Israelis. Astiterunt reges D terræ Herodes, & Arhontes. congregati sunt in vnum, Annas & Caiphas aduersus dominum Christum eius.

a *Inania*. Cas. detinere eum in morte; vel, ne mundus post eum abiret.

✻✻ Basil. Illud, *quare fremuerunt gentes*, plorantis est ac de reproborum amentia conquerentis: Aptè verò & admodum cōpetenter illud, *meditati sunt*, inanis populi personæ accommodauit: Iudæi enim prauа hac contra seruatorem meditatione inepti erunt. E

† id est principes.

✻✻ Hila. vnicuique generi & nomini, singulorum quoque verborū est proprietas coaptata. Vt gentes fremuerunt, nō perito & incōdito motu Dei filiū in corpore cernentes & odiētes: vsq; adeo fremuerūt, vt corona spinea cōpūxerint, aceto ac felle potauerint, lancea latus foderint. Cohors enim militū Pilato subditorū ex fremitu iræ intemperantis hæc gessit. Populi autē meditati F sunt inania, quia inani in doctrinis Dei meditatione versati, eum per meditationē legis nō intellexerunt, qui prædicabatur in lege.

b *Reges*. Cas. prior qui infantes occidit Herodes, posterior qui Pilato consensit in morte Christi. Reges & principes.

Cas. Potuit etiam secundum Amb. de vno pluraliter dicere. Solus enim rex Herodes & Princeps Pilatus in apostolorum Actibus aduersus Christum conspirasse voce Petri produntur.

✻✻ Hier. Non solum Herodes rex, sed etiam illi reges aduersus dominū cōstiterūt, quorū regnaci in pūctotēporis diabolus ostēdit.

☞ Ditum-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *Licet autem intellectu prædicto in multis consonet litera, tamen non videtur mihi ad præsens tenenda. Primò quia litera in pluribus discordat, vt videbitur; secundò quia Apostolus Heb. j. per illud quod dicitur in hoc psal. probat, Christum esse maiorem angelis. d.* Ad quem enim aliquando dixit angelorum, filius meus es tu, ego h. g. te? *probatio autem non valet ex sensu mystico, sed tantum ex literali, secundum quod dicit Aug. contra Vincentium Donatistam. Et ideo secundum Apostolum, qui scuit vetus testamentum per eruditionem Gamalielis, & perfectius per illuminationem spiritussancti, oportet dicere, quod iste psalmus intelligitur ad literam de Christo. Item Act. iiij. apostoli post receptionem spiritussancti hunc psalmum allegauerunt, tanquam de Christo dictum, vt patebit infrà. Item Ra. Sa. in principio glo. huius psalmi dicit sic:* Magistri nostri exposuerunt hunc psalmum de rege Messia, *per quem intelligitur Christus in lege & prophetis promissus. vnde subdit:* Sed ad intellectum psalmi planum. *i. literalem*, & propter responsionem ad hæreticos exponitur de Dauid. *Ex hoc dicto Ra. Sa. tria habemus, Vnum est, quòd doctores Hebræorum antiqui intellexerunt hunc psal. de Christo ad literam; Secundum est, quòd propter responsionem ad hæreticos. Ra. Sa. & alij posteriores doctores Hebræorum exposuerunt hunc Psal. de Dauid: vocat autem hæreticos, conuersos de Iudaismo ad fidem catholicam, qui contra alios permanentes in perfidia Iudaica arguebant de hoc psalm. non potest autem argumentum fieri nisi ex sensu literali, vt suprà dictum est: & sic patet secundum homines literatos de Iudaismo conuersos, quòd psal. iste intelligitur de Christo ad literam; Sic igitur duo prædicta in verbo Ra. Sa. inclusa vera sunt. Sed tertium, quod ibi includitur, videtur omnino conflictum, scilicet, quod psal iste ad literam exponendus sit de Dauid; tum quia confitetur quòd antiqui doctores Hebræorum hunc Psal. exposuerunt de Christo, qui tantum sequebantur literam, seu sensum literalem, Item quia confitetur, quod expositio huius psal. de Dauid est propter responsionem ad conuersos: ex quo videtur conflicta ad euadendum apparenter conuersorum argumenta. Ego igitur volens sequi doctrinam apostolorum, & dicta doctorum Hebraicorum antiquorum, exponam hunc Psal. de Christo ad literam, improbando ex textu expositionem prædictam Ra. Sa. & modernorum Hebræorum, conuenio tamen cum ipsis in hoc, quòd ipse psal. sit factus à Dauid: quia licet hoc non appareat ex titulo, cùm nullus sit ibi, vt prædictum est; nec ex processu psal. qui de Christo intelligendus est: tamen hoc apparet manifestè ex alia scriptura canonica, quia Act. iij. e. apostoli spiritusancto repleti dixerunt,* Domine tu qui fecisti cælum & terram & omnia quæ in eis sunt, qui spiritusancto per os patris nostri Dauid dixisti, Quare fre. g. &c. *Ex quo patet, quòd iste psal. à Dauid descriptus est, in quo describit regnum Christi. Et diuiditur iste psalm. in tres partes: quia primò describitur regni Christi institutio; secundo instituti dilatatio, ibi,* Postu. à me; *tertio dilatati veneratio, ibi,* Et nunc reges. *Circa primum primò ponitur remotio impedimenti; secundo stabilitio regni, ibi,* Ego autem constitutus. *Circa primum sciendum, quòd regnum Christi impedire voluerunt persequentes Christum in persona propria, & etiam in membris suis: persequentes autem eum in persona propria fuerunt principes Iudæorum, Herodes & Pontius Pilatus, qui facti sunt amici in persecutione Christi Luc. xxiij. b. Istorum autem aliqui fuerunt Gentiles, scilicet, Pontius Pilatus & sui milites Christum crucifigentes: Iudæi autem fuerunt Herodes, & principes sacerdotum ipsum accusantes, & mortem eius nequiter procurantes: & hoc modo exponitur litera ista Act. iiij. Vnde post illud verbum suprà allega.* Quare fre. gen. & po. med. sunt inania. Astite reges ter. & principes conue. in vnum aduer. do. & aduer. Christum eius: *subditur immediatè pro expositione,* Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus cū gētibus & populis Israel &c. *Primò igitur in hoc psal. ponitur persecutio Christi à Gentibus in generali, cum dicitur,* Qua. fre. gen. i. *Gentiles & est verbum ipsius Dauid admirantis malitiam persecutorū Christi, quam præuidebat in spiritu; Secundo à Iudęis in generali cum dicitur.*

1 Et po. *s. Israel,*

2 Medi. s. in. *cogitantes per mortem Christi destruere regnum eius, cum tamen per hoc fuerit exaltatum, & dilatatum: vnde post resurrectionem suam dixit Matt. vl. d.* Data est mi. omnis potestas in ce & in terra. *Tertiò describitur persecutio Christi à Iudæis & Gentibus magis in speciali, cum dicitur,*

3 Asti. r. t. i. *Herodes, qui vocatur rex Galilææ: Mar. vj. & Mat. xiiij. & Pontius Pilatus, qui tenebat pro tunc in Iud. a locum imperatoris, Vnde & Centurio sub eo constitutus vocatur regulus. Ioh iiij. d.*

4 Et prin. *s. Iudæorum vel sacerdotum,*

5 Conue. in vnum. *ad tractandum de morte Christi, Vt expressè dicunt quatuor euangelistæ: ideo subditur.*

6 Aduersus domi. *&c. Ex hoc autem quòd dicitur hîc:* Aduersus Christum eius: *absolutè apparet, quòd non intelligitur de Dauid, sed de Christo in lege & prophetis promisso, quia vbicunque in vete. testa. fit sermo de Christo domini, intelligitur de Christo in lege & prophetis promisso, qui antonomasicè dicitur Christus; nisi per literam præcedentem, vel subsequentem manifestè appareat, quòd sermo sit de alio, qui dicitur Christus denominatiuè, sicut ij Reg. j. dixit Dauid de Saule:* Quomodo ausus fuisti mittere manum tuam in Christum domini, *Dixerat enim ille adolescens se Saulem interfecisse: Similiter Esa.* ☞ xlv. a.

MORALITER.

† 3 *Astiterunt*. nam Herodes Agrippa Iacobum decollauit, & Petrum incarcerauit, Act. 12. postea verò imperatores Romani multipliciter conati sunt ecclesiam Christi destruere, vt patet per historias & sanctorum legendas. Et quoniam hæc persecutio in patrem & filium redundabat, subditur,

4 *Aduersus dominum*; Et quia multi fideles hanc persecutionem contemnebant, & aliqui ex feruore fidei in ea gaudebant, sicut dicitur Act. 5. g. *Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*, ideo subditur in persona talium,

☞ Dirum-

a *Dirumpamus.* AMB. Vel, conuenerunt dicentes: Dirumpamus rationes eorum, domini & Christi, vel Christi & discipulorum, quibus nos sibi astringere volunt.

AVGVST. Et si aliter posset dici apertius illis conuenit qui nolunt iugum Christi sibi imponi.

b *Vincula.* Promissiones vitę æternæ, & cõminationes gehennæ, per quæ volũt nos sibi subiugare.

c *Proiiciamus.* Destructis rationibus, dominium ipsius à nobis excutiamus.

AVG. Iugum, id est, legem: sed *qui habitat in cælis.*

✠ HILAR. Horũ qui fremuerunt, & inania meditati sunt, vincula disrumpunt, & iugum abijciunt. Differt enim iugum abiicere, & vincula rumpere, quod vtrũque vtrique superius memorato & generi & nemini conuenit, vt vincula quidẽ gentium abrumpant, iugum autem populorum abiiciant: quia gentes peccatorum suorum vinculis colligantur, Iudæi verò iugo legis onerantur. Hoc ergo populorum iugum abiiciunt, quia subditi ei fuerant: vincula autem non sibi sed gentibus dirumpunt. Et ita vtriusque sermonis ratio seruata est: vbi vincula disrumpuntur, nullam personæ suæ significantiam addant, vbi verò abijciunt iugum illico addendo, *abijciamus à nobis*, non de alijs quam de semetipsis loquuti intelliguntur, vt graui iugo abiecto legis, suaui euangelicæ sanctificationis iugo se subderent: gentium autem vincula per libertatem prædicationis abrumperent.

d *Irridebit*, AVG. Vt quando positis custodibus surrexit: *subsannabit*, quando per mundum dispersi sunt. Irrisio Dei, vis est prescientiæ, quam dat Deus sanctis, vt videntes nomen Christi futurum in omnibus gentibus, illos inania meditatos intelligant.

e *Loquetur ad eos.* AVG. Planius aperit cum dicit, conturbabit.

Ira Deique sit. Ira Dei est motus qui fit in anima quæ legem Dei nouit, cum videt eam à malo præteriri per quem motum multa vindicantur: Vel, ira Dei, est obscuratio mentis transgressorum legis.

f *Ego autem.* CASSI. Secũdò inducit verba eius de omnipotenti regno & inenarrabili generatione sua, vbi de diuinitate & humanitate eius discimus.

g *Rex.* CAS. Sic & reges terræ ab eo constituti.

h *Prędicans super Siõ*, sic & prophetæ, *Filius*, sic & Israel, *Genui te*: Hoc soli Christo.

✠✠ HIERO. *Ego autem*, vox Christi, *Cõstitutus sum rex*, pro parte carnis dicitur, *Ab eo*, Deo patre *Super Siõ*, id est super ecclesiam, Sion specula vitæ interpretatur: *Montem Sanctũ eius*, Mõs est ecclesia, vel Christus ipse, vnde illud: Et erit in nouissimis diebus præparatus mõs domus domini in vertice montiũ. *Prædicans præcep. eius*, .i. doctrinã Euãgelij.

i *Dominus dixit*, persona regnantis.

k *Filius meus.* AVGVS. Ideo do tibi gentes hæreditatem potius quam alicui obedienti: quia filius per naturam, & consubstantialis ineffabili genitura.

l *Hodie.* AVG. Etsi possit accipi de die qua secundum hominem natus est, tamen hodie quia præsentiam significat, de sempiterna generatione sapientiæ Dei accipiatur.

✠✠ BASIL. Nemo diuini Dauidis doctrinæ fidem habens † hãc vocem diuinitati Christi adaptet: de illa namque Deum vniuersorum per Dauidem dicentem audiemus, *ex vtero ante luciferum genui te*; Hanc itaque vocem vt homo admittit.

✠✠ HILA. Ad primogenitũ ex mortuis hoc pertinere apostolica autoritas est Actor. 13. *Nosque vobis euangelizamus eam, quæ ad patres facta est repromissio: hanc Deus expleuit filiis nostris suscitãs dominum nostrum Iesum, sicut & in psalmo † primo scriptum est: Filius meus es tu ego hodie genui te.* Cũ suscitauit eum à mortuis, amplius non regressurum in interitum. Vox ergo hæc Dei patris secundum Apostolum, in die resurrectionis extitit.

☞ a *Postula*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *xlv. a.* Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi, &c. *Sed in hoc loco non apparet, quòd Dauid dicatur hìc Christus domini, nec ex titulo psalmi, quia non habetur, nec ex processu psalmi, vt iam visum est, & amplius videbitur: & ideo de Christo ad literam intelligitur.* 1 Dirum. *Verbum est ipsius Dauid, præuidentis in spiritusancto, quòd colligationes prędictorum contra Christum forẽt destruendę & puniendæ: quia & Pontius Pilatus in vindictam mortis Christi per imperatorem Romanum in exilium missus, & similiter Herodes de regno deiectus, & in exilium relegatus, & principes Iudæorum & totus populus per Titum, & Vespasianum occisus & captiuatus, secundũ quod expresse narrat Iosephus, & Scholastica historia; ideo subditur,* 2 Qui habitat. *quia machinati fuerunt in mortem Christi, ne perderent locum & gentem, vt habetur Ioan. xj. & vt impedirent regnum Christi: & contigit eis contrarium, quia per hoc perdiderunt locum, & gentem, & regnum Christi fuit exaltatum, & dilatatum: vnde & ad hoc subditur,* 3 Tũc loquetur. *Ira, & furor in Deo non habent locum propriè, sed significant acerbitatem vindictæ quam Deus fecit de persequentibus Christum, vt dictum est; & sic Deus ad modum irati vel furentis se habuit.* 4 Ego autem. *Descripta remotione impedimẽti regni Christi, hìc consequenter ponitur stabilitio eiusdem regni cum dicitur,* Ego autem, *secundum translationem, quæ vocatur psalterium Gallicanum, est verbum Christi hominis, quem Deus pater constituit regem, super omnem creaturam. secundum quod dicitur ad Heb. j. a.* Quẽ constituit heredem vniuersorum. 5 Super Sion. *Signum autem euidens glorificationis Christi & stabilitionis in regno cælesti fuit missio spiritussancti in signo visibili, secundum quod dicitur Ioan. vij. quasi circa finem ca.* Nondum erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus: *Hac autem missio in signo visibili facta fuit ad literam in monte Sion super centum viginti credentium nomina, secundum quod dicit Hier. in epistola. ad Paulinum, & satis habetur Act. j. & ij.*

6 Prædicans præceptum. *In monte etenim Sion fuit templum, in quo Christus pluries personaliter prædicauit, vt testantur quatuor euangelistæ, & ibi prædicauit præcepta moralia Dei. Ex illo etiam loco exierunt apostoli ad prædicandum per orbem verbum Dei, sicut prædictum fuerat Esa. ij. a.* De Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalẽ. *Secundum autem trãslationem Hier. iuxta. Hebraicam veritatem quæ sic habet,* Narrabo Dei præceptum, *& est principium versus sequentis: & sequitur in eodem versu.* Ego autem orditus, *id est, feci vel statui,* Regem meum, *verbum est Christi ostendentis ex voluntate seu præcepto Dei patris, quomodo Deus pater instituit eũ regem super omnia.* 7 Dominus dixit. *secundum vtranque translationẽ & apostoli sententiã Heb. j. istud est verbum Christi declarantis suam eternam generationem à patre, cùm dicitur ei in persona patris,*

8 Ego hodie genui te, *id est, æternaliter. In æternitate enim nihil trãsit in præteritum, nec expectatur in futurum: & ideo æterna generatio filij à patre conuenienter exprimitur per præsens tempus, cum dicitur,* hodie. *Generatio autem ipsius Dauid iam transierat in præteritum, &*

✠ *simili-*

MORALITER.

† 1 *Dirumpamus.* & subditur causa.

2 *Qui ha.* nos transferẽs in gloriã, & eos deijciens in gehennam.

4 *Ego autem.* Hoc dicitur in persona summi pontificis, qui caput est ecclesiæ in terris, & constitutus rex in spiritualibus.

5 *Super Sion montem*, id est ecclesiam, de quo monte dicitur Esa. ij. a. *Erit nouissimis diebus præparatus mons domus domini &c.*

Sequitur: *Et fluent ad eum omnes gentes.*

6 *Prædicans præceptum*, nam ad summum pontificem pertinet fidem per se & per alios prædicare.

7 *Dominus dixit ad me: ſi. me. es tu.* per adoptionen quod conuenit cuilibet Christiano. Ioan. j. a. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri &c.*

8 *Ego hodie genui te* id est, tempore noui testa. quod dicitur dies Rom. xiij. c. *Nox præcessit, dies autem ap. &c.*

a ¶ Qui contradicit filio, & patri. b ¶ Sed ô mei non consentiatis in mortem meam. c ¶ Blanditias & minas.

a b c Christũm eius. Dirumpãmus vinculã eorum & proiiciamus 1

a ¶ Carnales obseruantias & ceremonias. ¶ Ne dominentur. ¶ Quia ¶ Sed. b ¶ Dominus. c ¶ In animabus sanctis ¶ Id est spiritualibus. d ¶ Irrisione dignos reddit in futuro. ¶ Quasi buccis. e ¶ Repetitio.

† funes d à nobis † iũgũ ipsorũ. Qui habitat in cælis irridebit eos, & do- 2

a ¶ Naso. b ¶ Vel quando irridebit. ¶ Id est præterea. c ¶ Planius aperit, conturbabit. ¶ Per prophetas & prophetias. d ¶ Ira & furor non perturbatio, sed vis qua iuste vindicat. ¶ In comminatione pœnæ.

B e minus subsannãbit eos. Tũc loquẽtur ad eos in irã suã, & in 3

a ¶ In æterna pœna. b ¶ Corpore & anima. c ¶ Hic Christus. ¶ Aug. cuius vincula & iugum volebant abijcere. d ¶ Patre.

f furõre suo conturbãbit eos. Egô autem † constitutus sum rex ãb 4

a ¶ Ecclesiam, quæ speculatur gratiam Dei: & est mons, eminentia & firmitate. ¶ De Iudæis scilicet quia prius receperunt radios fidei. Non fuit missus nisi ad oues quę perierant domus Israel. b ¶ Euangelium. ¶ Mandatum nouum do vobis, vt dili. &c. Ioan. xiij. d.

g h eo super Siõ montẽ sanctũ † eius † prædicãs præceptũm eius. 5 6

a ¶ Non tantum rex super Iudæos sed & super gentes: de gentibus probat, quia dubium erat. ¶ Cœternus. b ¶ Æternaliter.

i k Dõminus dixit ad me: filius meus es tu, ego hõdie genui te: 7 8

C D E F

† meum. Esai. 2. † nuntiabo statutũ vel, decretum. † constitui regem meũ

† nimirum si hodie sumaturtẽporaliter. pro die quæ est in tempore non pro æternitatis die.

† Ita legebant veteres: nunc autem aliter habetur in secũdo.

Signũ glorificationis Christi.

☞ a *Postula.* AVG. Ad susceptionem hominis pertinet: quæ pro
A salute hominum facta, secundum quam interpellat pro nobis.
✠ BASIL. Quæ hic subiunguntur, homini Christo competunt: Nam vt Deus est, omnia per ipsum facta sunt: verum cum naturâ, vt Deus, sit omnium dominus; vt homo tamen horum dominium à patre accepit. Et quoniã iam olim Iudæorum tãtùm videbatur gerere curam; illi verò velut ex ea nihil vtilitatis accepturi prouidentiam hanc abie-
B cerunt, merito illam ad gentes transtulit.
✠ HILAR. Accepit ergo hæreditatem gentium quam poposcit. Poposcit enim cum ait: Non pro his rogo tantum, sed & pro illis qui credituri sunt per verbum eorum in me

a ¶ Obedi patiendo, moriendo vt possis postulare. b ¶ Secundũ quod homo. c ¶ Nationes mũdi quas excolas. d ¶ Quas possideas ad earum salutem, & tibi bona fructificent.

a b Pôstula à me, & dabo tibi gêntes hæreditatem tuam, & pôs- 1

a ¶ Propter gentes sed planius vt omnes intelligas, non partiunculam terræ, sed omnem. 2 b ¶ Non tyrannus. c ¶ In iustitia inflexibili. ¶ Vel regali potestate.

c d sessionem tuam têrminos terræ. † Rêges eos in virgâ ferrea, 3 4

a ¶ Quicquid de peccati limo contraxerunt conteres in eis. b ¶ Ad vitam. c ¶ Iam contrito luto, iam innouati, iam valentes regere vos. ¶ Ita pater mihi promisit, & ôvos facti reges. d ¶ Quanta facti filius

e & tânquam vas figuli confringês eos. † Et nûnc rêges in- 5

a ¶ Si per vos non sufficitis, erudimini ab aliis. b ¶ In vobis terrena. c ¶ Et.

telligite, erûdimini qui iudicatis têrram. Seruite dominô 6

¶ Aug. Cas. ne inde superbiant subditur: Seruite in timore; sed ne misera seruitus videatur, addit, & exultate, sed ne iterum in temeritatem eatur, subdit, in tremore. a ¶ Qui non finit peccare. 7 ¶ Vt qui stat, videat ne cadat. b ¶ Quia timor Dei non est miseriæ, sed gaudij. c ¶ Ne negligens exultatio reddatur. d ¶ Et ¶ Et si fugerent scilicet aduersa. 8

in timôre, & exultâte ei cum tremôre. † Apprehêndite disci- 9

Aduer. Iudæos ✠ TERTVLLIA. Non poteritis in istã prędicationẽ magis Dauid filium Salomonem vindicare, quam Christum Dei filium dicere: neç terminos terræ Dauid filio promissos, qui intra vni-
C cam Iudęam regnauit, quàm Christo filio Dei, qui totum iam orbem Euangelij sui radiis illuminauit & fide cepit.
3. adu. Marcio. b *Hęreditatem.* CAS. Hæreditas ab hero, quòd in ea potestate libera dominetur,
✠ HIERO. Ac si dicat, dum Iudæi te noluerunt recipere: omnes gentes tibi venient in hæreditatem.
✠ HILA. Hæc ergo est hæreditas eius, vt omni carni det vitã æternam, vt omnes gentes baptizatæ atque doctæ regenerentur in vitam, in dominicã familiam susceptæ, & ex peruerso iure dominantium in regnum æternum diuinumque translatæ.
D
c *Reges eos,* AVG. Partim reges, partim franges, secundum illud: *Ecce hic positus est in ruinam & in resurrectionem multorum, vt qui iustus est, iustificetur adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Lucæ. 2. c. Apoca. 22. c.
d *Virga ferrea.* CAS. Potestas Christi, virga ferrea, peccator vas figuli: quod & luteũ & facile frangitur.
✠ BASIL. Deploranda Iudæorum incredulitas, qui cũ prophetiã audierint, & cognouerint neminem ex ipsorũ regibus tantæ potentiæ possedisse principatũ, propter eũ solũ, qui ex Dauide secundum carnẽ ortus est, Dominus videlicet Christus, nihilominus adhuc mẽtis oculos ex-
10 cæcatos habẽt. Ob hanc causam qui ab illis crucifixus est, eos pascit in virga ferrea. Romano videlicet regno, quod & Danielis prophetia tropicè, propter infractum illius robur, ferream vocat.

† Côteres (vel côfringes. E †23. q. 4. c. si ecclesia. † Osculamini filium vel purè, aut electũ i. fide & amore côplectimini eum. dedite vos illi.

✠ ORIG. Virga pastorali opus habent rudiores illi qui per Christum ad Deum accedunt: cum & de Christo propheta dixerit. *Egredietur Virga de radice esse & flos de radice eius ascendet.* Vbi Virga & flos esse memoratur, sed quis dat hæreditatem vt ab hærede dissipetur, sed non nullorum contritio vtilitatis fit causa de qua scriptum est, 70. psal. *Cũ occideret eos* Deus, *quærebant ipsum, & conuertebantur, & recordati sunt, quod Deus adiutor eorum est.* Esaiæ 11. F
e *Et nunc reges.* Nunc, id est, per ea quę dicta sunt.
CAS. Tertiò pro his patefactis, admonet omnes humiliter obedire, & suadet ab vtili, ne pereant, & ab honesto, quia beati qui
☞ confi-

NICOLAVS DE LIRA.

similiter sua promotio ad regnum: & ideo hoc verbum non potest intelligi de Dauid, vt videtur, maximè cum Apostolus dicat ad Hæb. j. b. dicens: Ad quem enim dixit aliquando angelorum, filius meus es tu. ego ho. ge. te. *q. d. ad nullum; & multò minus potest dici de Dauid, quia angeli sancti sunt magis filij Dei per adoptionem gratiæ, quam Dauid & magis magnificati, secundum quod dicitur Mat. xj. b.* Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo; *vnde & dicuntur filij Dei, Iob. j. a.* Cumqúe assisterent filij Dei &c. *& tamẽ filiatio hic expressa non potest intelligi de aliquo angelorum quantuncunque magno secundum Apostolum, et multò minus de Dauid: Ex quo sequitur de filiatione naturali ipsius Christi, qua procedit æternaliter à patre.*
1 Postula à me. *Hîc consequenter describitur regni Christi dilatatio, quæ facta est per hoc quod principes terrę, & populi pro magna parte supposuerunt colla sua iugo Christi, per fidem ei obediendo: & perfectius subijcientur circa finem mundi, et perfectissimè in extremo iudicio, quãdo omnia perfectè erunt subiecta Christo, vt dicit Apostolus ad Hebr. ij. & hoc est quod dicitur,* Postula à me, *verbum est Dei patris ad filiũ, quem filius frequenter orauit pro salute fidelium, quę est per fidẽ Christi.*
2 Et dabo, &c. *In ve. enim testa. Iudæi dicebantur hæreditas & pars Dei: sed quia ad prædicationẽ Christi & apostolorum remanserunt obstinati in infidelitate, & Gentiles receperunt fidem Christi deuotè, vt patet ex decursu libri Actuum apostolorum, ideo Gentiles hîc meritò dicuntur hæreditas Christi.*
3 Possessionem tuam. *quia à tempore apostolorum fides Christi diuulgata est per orbem vniuersum, secundum quod dicitur, infra psal. xviij. a.* In omnem ter. exiu. so. eo. &c. *Per hoc etiam patet, quòd hîc psal. non potest exponi de Dauid ad literam, vt videtur, quia regnum eius non se extendit vsque ad terminos terræ, sed fuit satis strictum. Nec valet si dicatur quòd scriptura hîc loquitur de terminis terrę Israel: Tũ quia illos terminos non obtinuit Dauid, quia non fuerunt integraliter obtenti vsque ad tempus Salomonis filij sui: Tum quia indefinita videtur ęquipollere vniuersali.*
4 Reges eos. *Per hoc designatur potestas Christi insuperabilis & æterna, secundum quod dictum fuerat Dan. vij. d.* Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerũt eum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & *subditur*: Potestas eius potestas æterna quę non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. *Vel, per virgam ferream, potest intelligi gladius materialis principum Christianorum, qui rebelles Christo, tanquam eius ministri, debellauerunt, sicut patet tempore Caroli magni, & aliorum principum fidelium, qui contra infideles victoriosissimè se habuerunt.* 5 Et nunc. *Hîc consequenter describitur regni Christi debita veneratio, quia cum sit* rex regum & dominus dominantium, *vt habetur Apoc. xvij. d.* Omnes reges potentes & domini debent ipsum debitè venerari. *ideo dicitur:* Et nunc re. intelligite, *ipsius Christi regiam maiestatem.* 6 Erudimini. *id est scitote vos habere superiorem iudicem omnia clarè intuentem, secundum quod dicitur Heb. iiij. d.* Omnia nuda & aperta sunt oculis eius.
7 Seruite, &c. in timore. *scilicet filiali.* 8 Et exultate ei. *per cordis deuotionem & eleuationem in Deum, vnde dicitur exultatio, quasi extrà saltatio.* 9 Cum tremore. *Hoc additur, ne dicta exultatio in dissolutionẽ vertatur, sicut faciunt dissolutè cantantes in ecclesia: cum tamen omnis cantus ecclesiasticus ad excitandum deuotionem fidelium ordinetur.* 10 Apprehendite dis. *id est subijcite vos humiliter disciplinę Christi. In translatione verò Hier. iuxta Hebraicum habetur:* Adorate purè, *scilicet Deum adoratione latriæ, sine fictione: antiqui Hebręi dicunt hic:* Osculamini filium. *id est facite Christo debitum homagium, de cuius filiatione ęterna agitur in hoc psal. vt prædictum est: & bene dicitur* Osculamini: *quia facientes homagium fidelitatis alicui, ipsum osculantur, & de isto osculo dicitur, Cant. j. a.* Osculetur me osculo oris sui &c. *Ratio autem diuersitatis in hac litera est, quia in Hebraico sunt ibi duæ dictiones æquiuocę. Prima est verbum: & sonat sic* נשקו nasseku: *& signat apprehendite, & adorate, & osculamini: tamen frequentius accipitur pro osculamini. Alia dictio sicut sonat* בר *bar & signat disciplinam & puritatem & filium, tamen frequentius accipitur pro filio, vnde dicitur.* Beatus es Simon Bar Iona. *i. filius Iona. litera autem sequens satis conuenienter potest coniungi triplici literæ prędictæ, cum dicitur.*
1 Nec

MORALITER.

† 1 *Postula à me.* Per petitionem enim ecclesiæ conuersa est multitudo orbis terræ.
4 *Reges eos in vir. fer.* id est, inflexibili iustitia: nam ecclesiæ sententia pro nulla re debet à recto declinare.
5 *Et nunc.* per quos possunt intelligi principes & prælati, qui iudicant terram, principes in temporalibus, & pręlati in spiritualibus: quod non potest conueniter fieri, nisi fuerint eruditi de lege domini quantum spectat ad officia sibi commissa.
7 *Seruite.* ne cadatis: quia quãtò status altior, tãtò casus grauior.
8 *Et exultate,* per deuotionem in officijs diuinis;
9 *Cum tremore,* reuerentiæ filialis.
10 *Apprehendi dis.* id est, Christi hnmilitatem. Mat. xj. d. *Discite à me, quia mitis sum, & hu. corde.*

† 1 Nequam-

☞ confidunt in eo. In hoc post Christum quasi apostolus loquitur.

A Avgvst. Vel, me rege constituto, ne tristemini reges terræ, expedit enim vobis vt sub illo sitis, à quo est intellectus, & eruditio, vt non temerè dominemini, sed domino omnium seruiatis, & in beatitudine exultetis.

B ✻✻ Hiero. Pro eo quod in Græco dicitur δραξασθε παιδειας

† & pereatis via ideſt propter ſtudia veſtra. † paulum (modicũ)

apprehend. disciplinã? in a Hebræo legitur בר b נשקו nasku bar, quod exponi potest, c adorate filium; Aperdtissima ergo prophetia de Christo: & ordo præcepti est, adorate filium, ne forte iratscatur dominus, hoc est, pater.

a ¶ Quasi præsidium & munimentum aduersus omnia quę obesse possunt. ¶ Quia quem diligit, arguit & castigat.
b ¶ Quia diu sustinet in seculo. c ¶ Magna pœna his qui dulcedinem iustitiæ gustauerunt.

plinã, neqũ ado iratscatur † dominus, & pereãtis de via iusta. 1
a ¶ Aug. id est cum venerit vindicta iniquis: non modo non attinget confidentes, sed & beati erunt: quia ad regnum peruenient. b ¶ Quicunque putant longe futurum.
Cũ exarserit † in breui ira eius, beati omnes qui cõfidũt in eo. 3

Lucæ. 22. C a *Nequando iratscatur.* Avg. Dubitatio non secundum prophetam, sed secundum ipsos, qui cum dubitatione cogitant iram Dei.
b *De via iusta.* id est, Christo sublati, vel de bona operatione.

✻✻ Hier. ✻✻ Hiero. Iudæis, qui noluerunt adorare filium, iratus est dominus, & perierũt de. Via recta via iusta vel recta Christus est. In via sumus, quando mandata Dei implemus: de via perimus, quando ab eis declinamus.

c *Cum exarserit.* Cas. Modo non ardet cum castigat vt pater, sed in futuro ardebit, quia nihil patientiæ in futuro erit.

d *In breui ira.* Quia non singula horum separatim, sed simul omnia discutit.

✻✻ Avg. Cũ vindicta venerit, quæ impijs & peccatoribus præparatur, non solum eos non attingat, qui confidunt in domino, sed etiã ad regnum illis instruendum & sublimandum proficiet. Quod autem positum est *in breui* hoc significare arbitror, quia repentinum aliquid erit, dum hoc remotum & longè futurum peccatores existimabunt.

D E F

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nequando iratscatur, *Si non apprehandatis eius disciplinam; vel, si non adoretis eum purè, vel, si non osculemini filium, facientes ei debitum homagium, & per consequens,*

2 Pereatis. de via. *Veritatis, declinando. Et quia ad talem declinationem sequitur diuina punitio, & frequenter in præsenti, quod est signum diuinæ diuinę clementiæ, in illis qui sustinent patienter, ideo subditur,*

3 Cum exar. *inferendo vindictam in præsenti, & bene dicitur* in breui: *quia breuis est omnis pœna præsentis vitæ respectu futurę;*

4 Beati omnes qui. *in afflictione positi non franguntur impatientia seu desperatione, sed fiducialiter expectant remunerationem vitę futuræ.*

MORALILER.

† 1 *Nequando iratscatur dominus,* qui superbis resistit.

2 *Et pereatis de via, &c.* declinantes ad viam iniquitatis tortuosam. Et quoniam contra tales iratscitur, sequitur.

3 *Cum exarserit in breui ira eius.* id est punitio, quæ aliquando venit repente, & ex improuiso, ideo subditur,

4 *Beati omnes qui confidunt, &c.* Isti sunt humiles & recti, non de fastu mundi, sed de domino confidentes.

3 *Cum*

ADDITIO I.

In secundo Psalmo: Quare fremuerunt gentes. *Circa materiam huius psal. licet ad eruditionem fidelium sufficiant autoritates apostolorum in postil. allegatæ. scilicet Heb. j. & Act. iiij. quibus manifestè asseritur hunc psal. de Christo filio Dei intelligi: tamen hoc non sufficeret ad conuincendam Hebraicam infidelitatem, quę autores no. te. minimè recipit. Et ideo ex necessitate literæ assumenda est ratio: quare hic psal. non de Dauid, nec de aliquo puro homine posset intelligi, vt allegationes apostolorum in prædictis locis sint validè contra Hebræos, quos concludere intendebant, tanquam à sensu literali acceptæ. Nec ad hoc sufficit ratio postil. sumpta ex hoc aduerbio* hodie, *cum dicit* hodie genui te. *Nam licet æterna generatio conuenientius significetur, per presens tempus, quod non transit in præteritum, nec spectat futurum, quam per alia tempora: adhuc possent aduersarij dicere, quòd ly* hodie, *non sumitur in hoc loco pro æternitate, sed pro tempore propinquo tempori presenti, prout frequentius & communius accipitur in tota sacra scriptura. Et quod addit postil. di. quòd cum generatio ipsius Dauid & eius promotio ad regnum iam transierat in præteritum, ideo de ipso Dauid non poterat verificari ly* hodie, &c. *non videtur valere. Nam sæpe in scripturis sacris,* hodie, *accipitur pro tempore præterito, vel per modum recapitulationis, vel insinuando quòd non à longissimis præteritis temporibus illud, de quo agit, transierat: vnde Deut. vij. a.* Hodie te elegit dominus in po. pecu. &c. *quod refertur ad tempus dationis legis, quod iam transierat per xl. annos ferè in præteritum, & sic de multis aliis. Vnde non obstante ratione prædicta, possent aduersarij intelligere illud* hodie ge. te. *de promotione Dauid ad regnum: quòd licet fuerit præterita, non tamen tam magnum transierat tempus. Et ideo ad ostendendum quòd hic psal. ex necessitate literæ de Christo intelligatur, & per consequens quòd allegationes apostolorum contra aduersarios de hoc psal. sint efficaces, aliter videtur dicendum. Ad cuius declarationem attendendum, quòd Deus multipliciter dicitur* pater *in sacris scriptuis respectu creaturarum; similiter & generare secundum quod diuersimodè representationem seu similitudinem suam in creaturis producit: Quia aut per solam creationem secundum quam eius vestigium in creaturis representatur, & sic intelligitur illud Iob xxxviij. c.* Quis est pluuiæ pater, aut quis genuit stellas roris? *Aut secundum similitudinem imaginis, vt in creatura rationali Deu. xxxiij. a.* Ipse est pater tuus. *Et infrà:* Deum qui te genuit, dereliquisti; *Aut secundum filiationem adoptiuam per gratiam, vt Rom. viij. c.* Sumus filij Dei & hæredes; *Aut secundum hæreditatem gloriæ iam possessam, vt ibi:* Gloriamur in spe filiorum Dei. *Rom. v. a. Circa quod considerandum, quòd in nullo prædictorum modorum in tota sacra scriptura Deus dicitur pater alicuius creaturæ in singulari: nec aliquam creaturam puram singulariter generat, sed tantum in vniuersali respectu alicuius termini communis specium significantis vt in supradictis, seu alicuius multitudinis collectiuè, vt Exo. iiij. e.* Filius meus primogenitus Israel, *quod refertur ad totum populum. Ratio autem huius est, vt amoueatur animus legentis ab errore, ne fortè quis credat, Deum generare, seu habere filium in puris creaturis per generationem naturæ secundum quam filius est de substantia patris; vnde Aug. super orationem dominicam,* Noli orare dicendo, pater mi; solius Christi singularis est pater: nobis verò omnibus in communi, illum enim solũ genuit, nos autẽ creauit *hæc Aug. patet ergo quàm Apostolus efficacissimè ex necessitate literæ arguebat Heb. j. b. d.* Cui enim aliquãdo angelorũ dixit: Filius meus es tu, ego ho. ge. te. *q. d. Scrutamini scripturas, in quibus nunquam inuenitur Deum alicui puræ creaturæ in singulari dixisse,* Filius meus es &c. *quia nec etiam ipsis angelis, qui licet filij Dei dicuntur in communi, vt Iob j. nunquam tamen singulariter alicui eorum dixit,* Filius meus. es tu. *præsertim cum hac additione,* genui te, *quæ exprimit modũ filiationis, etiam per generationem. Nec obstat illud quod legitur. ij. Reg. vij. c.* Ipse erit mi. in fi. &c. *quæ verba ad literam de Salomone intelliguntur, licet de Christo principalius: nam dicendo,* Erit mi. in fi. *manifestè denotatur filiationem illam esse adoptiuam, Adoptio enim est acceptio extraneæ personæ in filium: quod non conuenit filio naturali, qui est de substantia patris inquantum naturalis est, licet posset ei competere per gratiam superadditam substantiæ. Similiter & illud Psal.* Ipse inuocabit me, pater meus es tu &c. *oportet intelligi de Christo: Nusquam enim legitur de Dauid, nec de aliquo alio puro homine voçasse Deum in singulari patrem. Ex quibus satis patet, quòd necessitas intelligendi filiationem Christi in hoc psal. contentam secundum generationem æternam, non sumitur ex illo aduerbio hodie, quod secundum propriam significationẽ posset temporaliter intelligi: sed sumitur ex significatione verborum, quibus antecedenter & consequenter adiungitur. scilicet ex hoc quod prædixit,* Filius meus es tu. *in singulari; & ex hoc quòd subiungit,* genui te. *Intelligentia enim dictorum (secundum Hilarium) ex causis est sumenda dicendi. Et ideo Apostolus Heb. j. b. totum versum sumit ad propositum suum ostendendum d.* Cui enim aliquando an. &c. *Similiter & magister in primo, di. ij. volens æternã generationẽ filij per autoritatem huius psal. demonstrare, sequendo Apostoli vestigia non tantũ allegauit ly* hodie genui te, *sed totũ versum, quod debet intelligi modo prædicto.*

Decẽ mysteria Christi.

Circa materiam huius psal. notandum quod decem mysteria Christi in eo per ordinem exprimuntur: Primum est quod regnum Christi nullo suffragio humano, sed potius regibus & principibus, gentibus, & populis toto suo posse aduersantibus conualuit: vnde dicit, Quare fre. gen. &c. *vsque ibi* aduersus dominum & aduer. *Christum eius, prout declaratur in postil. Secundum est, quòd huiusmodi aduersarij Dei & Christi eius duo principaliter intendebant seu intendunt: dirumpere vincula, in quibus fides catholica præcipuè fundatur, scilicet vnitatem essentialem patris & filij, & vnionem personalem duarum naturarum in Christo; Ista enim nedum à Pharisæis & infidelibus negantur, qui doctrinam Christi minimè recipiebant: sed etiam ab hæreticis euangelium recipientibus peruertuntur, vt patet de Arrio, & similibus, in quorum persona Psal. dicebat:* Dirumpamus vincorũ. *scilicet domini & Christi eius. Nexus enim atque vnio spiritua-*

A *lis ab Apostolo vinculum dicitur, ad Eph. iiij. a.* Solicíti seruare vni. spiritu in vin. pa. *Item huiusmodi aduersarij intendebant obedientiã Dei & Christi eius à se & toto vniuerso subtrahere, quæ fuit communis intentio persequentium Christi & suorum: vnde & in persona eorum psal. ait:* Et proijciamus à no.iu.ipsorum. *Iugum enim lex euangelica posset dici à iungo gis: est enim lex amoris quæ adinuicem fideles iungit, vnde Mat. xj. d.* Tollite iugum meum super vos; *vnde & huiusmodi aduersarij sicut vinculum vnitatis essentialis in diuinis personis, & vnionis personalis in naturis Christi dirumpere per subuersionem fidei conabantur: sic etiam vnitatem ecclesiasticam à se proijcere nitebãtur, in quibus omnes persecutiones quę aduersus dominum & aduersus Christum eius insurgunt, virtualiter includi possunt, vt patet intuẽti. Sed quia hæc intentio inanis est & vacua, ideo subditur:* Qui habitat in cælis, &c. *vt in postil. declaratur. Tertium est quod regnum Christi constitutum est à solo Deo, cuius ordinationi nemo potest resistere: vnde dixit in persona Dei, iuxta Hebraicam veritatem,* Ego autem constitui regem meum super Sion montem spiritum meũ. *Quartum est, quòd Christus rex annũtiaturus erat præceptum domini, cum dicit iuxta Hebraicã veritatem,* Narrabo Dei præceptum, *prout in postil. declaratur. Quintum est quod Christus rex est filius Dei patris secundum generationem aternam: & hoc cùm dixit:* Dominus dicit ad me &c. *prout suprà expositum est. Sextum est, quod regnum Christi cõprehensurũ est etiam temporalia, vnde dicit,* Postu.a me & da.ti.gen. hæ.tuam, *prout in pos. declaratur. Septimum est quod regnum Christi potius consistit in spiritualibus: & hoc cũ dicit,* Et nũc reges intel. &c.

B *q.d. intus legite, regnum Christi, non superficietenus meditando, nam in interioribus seu spiritualibus maximè consistit. Octauũ quod huius regni, scilicet Dei, & Christi recognitio, in cultu interiori consistit potius, quam in exteriori, iuxta illud Lu. xx. d.* Quæ sunt Cæsaris, date Cæsari, &c. *vnde dicit:* Seruite Deo cum ti. & exul. ei cum tre. *Cultus enim latriæ per quem Deus principaliter à nobis colitur in fide & spe, et charitate, (secũdũ Aug.) cõsistit: quibus timor sanctus filialis & exultatio deuotionis cum contritionis tremore semper associantur. Nonum, ad participationem regni Christi obtinendum necessaria est incorporatio mystica cum ipso Christo: quod notatur cum dicit,* Apprehendite disciplinam; *vbi in Hebraica veritate apertè legitur,* Osculamini filiũ, id est, *incorporamini filio, per osculum enim (vt dicit gl. super illud Can. j. a.* Osculetur me &c) *diuersa corpora coniunguntur, quod designat vnionem corporis Christi mystici, iuxta illud Apostoli. j. Cor. vij. b.* Omnes vnum corpus sumus. *Et sic simpliciter & propriè filium, scilicet Christum, sui fideles osculantur: per osculum enim homagij de quo loquitur postil. non disitur quis simpliciter alium osculari, sed secundum quid, scilicet osculari pedem eius, vel manum. Decimum quod pœna eorum, qui filium, scilicet Christum, per incorporationem non osculantur, est duplex: Prima in hac vita per carentiã gratiæ, quę est pœna contracta: & hoc cum dicit,* Pereatis de via iusta; *Tales enim à filio separati pereunt à Christo, qui est vera via in presenti. Secunda verò eorum pœna est inflicta, scilicet in futuro, & spiritualiter, cum in finali iudicio traduntur in ignẽ eternũ, vt ibi,* Ite maledicti &c. *Matt. xxv. quod notabiliter innuit cum dicit,* Cũ exarserit in breui ira eius,

C *id est, filij, cui noluerunt vniri, qui veniens ad iudicium in forma serui gloriosa, terribilis impijs apparebit, secundum Aug. super Ioan. Et propriè dicit* in breui: *Nam iudicium finale etsi maximum sit, & innumerabilium suppositorum & causarum definitiuum, breuissimum tamen est in determinatione & executione sententiæ, iuxta illud Apostoli:* In momento & in istu oculi *&c. j. ad Cor. xv. g.*

Apparet istũ mere cauillas quæsiuisse. Burgensis enim non vituperat postillatorũ. sed ratione (vt putauit) fortiori probauit mysteriũ; quam ratione potius debuit iste corroborare, quam inuidiosè dissoluere. Et potest cõcludere Iudæum scriptura quæ non moueret philosophum.

REPLICA.

In psal. ij. Post. arguit contra Iudęos ex circumstantijs literæ, generationem hic expressam, de Dauid, vel creatura alia non posse intelligi. Burg. autem illam rationem paruipendens, quasi Iudæis non concludat, promittit aliam rationem, quæ vt ipse dicit, ex necessitate literæ debeat concludere Iudæis. Hic primo videndum est, quomodo Bur. irrationabiliter mouetur contra rationem postil. Secundo ostendendum est, quod ratio Bur. quã promittit etiã nec puro philosopho, minus pertinaci Iudæo concludit. Quo ad primum Bur. dicit ratione postil, nõ valere, quã do ex dicto huius psal. Ego hodie genui te, *probat eternitatem generationis, quę Dauid conuenire non potest. Et putat quod postil. arguat eternitatem ex solo aduerbio* hodie, *et voluit aduertere quòd arguit æternitatem ex coniunctione verbi præteriti tẽporis, scilicet* genui, *& hodie, quod est temporis presentis, quę coniunctio nulli creaturæ conuenire potest, prout ostensum est circa. iij. c. Exo. j. in correctorio illius dicti:* Ero qui ero: *vbi dictum est, quod omne coexistens omnibus differentijs temporum, & simul eas complectens, est necessario æternũ: sed Deus solus coexistit omni differentiæ temporum, & est simul complectens omnem huiusmodi temporum differentiam; igitur solus Deus est æternus; puto infidelem non posse negare maiorem. Minor autem probatur circa. iij.*

D *ca. iij. cap. Exod. allegatũ per literã sacræ scripturæ & sanctos doctores: ibi vide. Ita non vult postil. hic arguere ex solo aduerbio hodie sed ex aduerbio temporis presentis, & verbo adiuncto præteriti temporis. Cum igitur illa tempora in nulla creatura concurrant, & nulla creatura simul illis differentijs temporum coexistat quod solus Deus est talis, de quo vtrumque simul verificari poterit: igitur illa generatio in psalm. descripta per* hodie genui te, *nulli creaturæ conuenire potest, per consequens nec ipsi Dauid, quæ est conclusio quam intendit postil. Est igitur ratio sua sufficiens contra Iudæos, & ita de solo Deo potest exponi illud Deut. per Burg. allegatum:* Dominus te elegit; *vt verè propter coexistentiam æternitatis respectu omnium temporum Deus poterit dicere verè propriè & simul, hodie elegi te, non creatura quæcunque, sed verè & propriè & simul, oportet dicere creaturam, hodie eligo te. Irrationabiliter igitur Burg. motus est contra bonam rationem post. Quoad secundum videndum est quantum concludit ratio Bur. quam multũ magnificat, ponens vim rationis suæ in eo quod dicitur:* Filius meus es tu: *quod vt dicit, nulli creaturæ respectu Dei conuenire potest: igitur nec ipsi Dauid; quod sic declarat. Nam si reperiatur in scripturis quòd Deus dicatur pater creaturæ, vel generare creaturã, vel creatura filius Dei, hoc solum intelligendum est in quodam generali, non in singulari. probatur hoc per dictum Aug. dicentis, quod nemo debet dicere Deo, pater mi, quia hoc dicere solum Christi est, sed homines debent dicere in communi,* pater noster, &c. *Sed quamuis hoc dictum sit satis catholicum, tamen non conuincit pertinacem Iudæum. Tum quia non fundatur in literæ huius necessitate, prout Burg. promisit concludere ex necessitate literæ; Tum quia vis suę rationis est Be. Aug. cuius dictum non*

E *grandipendit Iudæus, Tum quia ex necessitate huius literæ non habetur quod scripturę sonantes Deum patrem creaturæ & creaturam filium Dei, solum debeant intelligi in vniuersali non in singulari, & quod Deus generauit creaturam solum in vniuersali, respectu alicuius termini cõmunis speciẽ significantis, seu respectu alicuius multitudinis collectiuè. Illud inquamdictũ non conuincit purum philosophum, multò minus pertinacem Iudæum: cum non sit dictum artificiosè. Nam secundum principia theologi, & philosophi. potest persuaderi oppositum. Omnium enim vna vox est, quod actus sunt suppositorum, ita & passiones: cum igitur generare, & generari sint actus & passio, erunt suppositorum; suppositа autem sunt singularia, et indiuidua: igitur generans omne generat in diuiduum. Sed Deus generat creaturas secundum scripturas. Iob. xxxviij. Deut. xxxij. Rom. viij et multis alijs locis: igitur generat eam secundum rationem indiuidualem, & non secundum speciem, quia species sunt æternæ, ingenerabiles, & incorruptibiles. Hęc est schola peripateticorum. Item omne generans multitudinem filiorum, generat quodlibet singulare illius multitudinis: sed Deus est pater totius multitudinis filiorum Israel, & genuit eam totam, vt patet Deut. xxxij. igitur genuit quodlibet suppositum eiusdem multitudinis; talis generatio non terminatur ad aliquod in communi, quemadmodum somniat Bur. sed potius ad per se singulare & primò. Nec videtur deo cur de virtute sermonis quilibet homo à Deo generatus non possit dicere Deo; Pater mi; sicut creatus potest vere dicere, creator mi; nisi quia generare Dei respectu creaturæ accipitur transumptiuè pro facere; qualiter frequenter in sacra scriptura terminorum fit transumptio: sicut igitur quilibet à Deo factus potest dicere propriè Deum suum factorẽ, sicut redemptorem, ita impropriè & transumptiuè potest dici Deum suum patrem. Nec hoc est contra B. Aug. cum secundum ipsum transumptiuæ propositiones non sunt verè essentialiter, sed nuncupatiuè; ita & grammaticus Eberhardus cum de masculinis posuisset multas acceptiones illius nominis pater, dicens:* Est pater hic

F *cura, pater est alius genitura, concludit finaliter:* Ac summum regem vocat ipsa creatio patrem, *quasi velit dicere: Deus non est pater creaturæ propriè, sed dicitur pater quemadmodum de Christo dicitur, ouis, leo, petra, &c. quę secundum Aug. super Ioan.* magis sunt vera secundum similitudinem quam secundum proprietatẽ. *Et ista multiplici acceptione patris siante, nemo etiam modici intellectus errare poterit, quin intelligat quod Deus est pater Christi ratione generationis, & hoc propriè: sed est pater creaturæ ratione factionis transumptiuè. Hoc igitur quod Apostolus Heb. j. de hoc psal. allegauit:* cui aliquando angelorum dixit Deus, Filius meus es tu, ego hodie genui te? *vt patet ex dictis, non concluisset Iudæis secundum motiuum vocale Burg. sed concludit secundum motiuum reale post. Nec magister sententiarum hanc autoritatem allegat in sensu vocali quem pretendit Bur. sed in sensu reali post. Et hunc sensum iuuat litera quæ sequitur in Apostolo:* Ego ero illi in patrem &c. *vt significet in diuina generatione coexistere, non solum præsens vt* hodie, *& præteritum vt* genui, *sed & futurum, quia* ero illi in patrem. *Hic autem concursus omnium differentiarum temporis non est possibilis in generatione Dauid: igitur de Dauid non potest iste psalm. exponi, quod est propositum Apostoli & postil.*

Ineptire libuit. Burgensis nihil horum dixerat, sed scripturam vocare Deũ patrem creaturę etiam singularis, per dictionem naturæ seu speciei significatiuam; quod iste nõ impugnat. Sua sõnia alteri affingit.

Non videt rationẽ satis validã, Augustini; quam allegauit Burgensis. Versus.

Hebræ. 1. b

GLOSSA

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Psalmus.* Avg. de passione & resurrectione Christi: Filius Iudas à quo fugit, cum illo discedente cum cæteris in montem secessit. Vel potius cũ mente eius sapientia Dei deseruit vt totus esset diaboli, quæ desertio fuga propter celeritatẽ dicitur. Vnde:

Ioan.13.c. *Quod facis, fac citius.* cui Christus pacem exhibuit, vt & Dauid filio iniquo, vnde pax patris dicitur: Iudas verò vt Absalõ suspẽsus interijt. Proponit duas partes oppositas. Vox Christi quasi admirantis, cùm ad

B saluandum venit: *Deus mine quid.*

✠ Orig. Vniuersa quæ in Psalmo continentur ad historiam non possunt referri vt illud, *Ego dormiui, & somnum cepi &c.* proinde Dauid erit Christus, vt psal. 88. *Inueni Dauid* seruum meum. Es. 16. sedebit in vmbra Dauid iudicans. Et apud Ezechielem, 34. c. in visione quæ ad pastores facta est. Absalom est Iudas, & vt vult Melito Asiaticus, est figura diaboli.

✠✠ Hier. Potest hic psalmus & ad Dauid & ad Christum, & per eum ad omnes sanctos pertinere.

contemnerent, dicentes, *non est salus ipsi in Deo eius.* D

d *Dicunt.an.non.* Coaceruationevitiorum surrepit desperatio sanitatis, quasi vitijs insultantibus animæ; Vel etiam diabolis & angelis eius, per suggestiones.

e *Susceptor.* Cassiod. In Christo. Caput, Christum, vel mentem quæ seruit legi Dei. *Percuss. omnes.* Rectè in prædestinatione dicitur de diabolo & angelis eius. *Super po.* Hoc est vnũquemque nostrum.

Idem. vel hoc loquitur ecclesia & caput eius, inter procellas persecutionum E per totum orbem cõstituta. Multi dicunt, Christianum nomen, extinguere cupiẽtes. *Non est salus.* Aliter nõ sperarent delere ecclesiam latè pullulantem; *susceptor.* quia in Christo susceptа & cum eo exaltata; Caput, Ipsum qui primus ascendit in cælum.

Gloria mea &c. ✠✠ Avg. Gloriam suam Deum dicit etiam ille, quẽ sic susceperit Dei verbum vt simul cum eo Deus fieret. Discãt superbi (*Pelagiani*) qui non libenter audiunt, cum eis dicitur, *quid autem habes, quod non accepisti.*

Et exaltans caput. ✠✠ Avg. Mentem ipsam humanã sic accipiẽdam puto, quod caput animæ non absurdè appellatur: quæ ita inhęsit & quodãmodo coaluit excellenti supereminentię verbi hominẽ susceptientis, vt tanta passionis humilitate nõ deponeretur. F

f *Voce mea ad d. clam.* ✠✠ Avg. Non corporis voce, quæ cum strepitu verberati aeris promitur; sed voce cordis, quæ hominibus silet, Deo autem sicut clamor sonat: cum sola anima nihil carnis, nihilq; carnalium intentionum in oratione attrahens, loquitur Domino vbi solus audit. Clamor autem etiam iste dicitur, propter vim ipsius intentionis.

g *Et exaudiuit me de monte*, id est, Christo, auditur oratio ecclesiæ, vel iustitia.

✠✠ Avg. Hoc à Christi persona non potest accipi, nisi forte ita dicere voluit, de memetipso, tanquam de monte sancto suo me exaudiuit, cum habitaret in me, id est, in ipso monte. Planius autem est si accipiamus exaudisse Deum de iustitia sua: iustum enim erat vt innocentem occisum, & cui retributa sunt mala pro bonis, resuscitaret à mortuis, & digna persequentibus retribueret; legimus enim, *iustitia tua sicut montes Dei.*

☞ Avg.

a Psalmus Dauid cum fugeret à facie Absalon filij sui. 2. Re. 15.

Psalmus III.

a ¶ Vt & de numero discipulorum Iudas.

b Omine ✝ quid mũltiplicati sunt qui tribulant 1
a ¶ Ecce. ¶ Vt me deprimant. b ¶ Cas. Nota iterari, multi, pro magno numero.

c d me, mũlti insurgunt aduersum ✝ me. Mũlti di- 2
a ¶ In rei euidentia. ¶ Verbo. b ¶ Insidiantes.
¶ Nisi resurrectionem desperarent, nec Iudas traderet, nec illi occiderent.
c ¶ Quem sibi Deum facit.

cũnt ănimæ meæ, non est salus ipsi in Dẽo eius. Tu autem 3
a ¶ Ad similitudinem iudicis, vel oratoris, vel medici. ¶ Hominis susceptione verbum, caro factum.
¶ Procedit augendo. b ¶ Quia & Deus cum illo qui suscepit. ¶ In resurrectione. c ¶ In cælo.

e domine ✝ susceptor meus es, gloriă mea, & exăltans caput 4 5 6
a ¶ Id est mentem, quæ tanta passione non deponitur. b ¶ Cordis, quæ Deo sonat.
c ¶ Clamor propter vim intentionis, vt de Moyse, exauditus est clamor tuus. 7

f g mẽum. Vŏce mea ad dominum clămaui, & exaudiuit me de 7 8

PSALMVS III.

C

b *Domine quid.* Cas. Primus psalmus de his qui breuiter de passione & resurrectione facit, contra eos, & maximè paganos, qui gloriam maiestatis non putant ad humilia posse descendere.

✠✠ Avg. Tam scilicet multiplicati sunt; vt etiam de numero discipulorum non defuerit, qui numero accesserit persequentium.

cõtra Praxeam. ✠ Tertvl. Omnes pene psalmi Christi personam sustinent, filium ad patrem. i. Christum ad Deum verba facientem representant, vt hic, *Domine quid multiplicati sunt, qui comprimunt me.*

c *Multi dicunt.* Avg. Vel hoc dicit vnusquisque qui à vitijs, & cupiditatibus impugnatur.

✠✠ Avg. Manifestum est, quod nisi desperarent resurrecturum, non vtique occiderent. Ad hoc valent illæ voces, *descendat de cruce si filius Dei est.* Et. *alios saluauit, seipsum non potest.* Ergo nec Iudas eum tradidisset, nisi ex eorum esset numero, qui Christum con-

NICOLAVS DE LIRA.

Psalm. III.

Omine quid. *Iste est primus psal., inter habentes titulos, vt patet in Hebraico, & in translatione Hier. iuxta Hebraicum. Et est titulus eius talis*: Psalm. Dauid cum fu. *In quo titulo apparet autor psal. scilicet Dauid; & materia eius, quia in illa fuga Dauid coram domino se humiliauit flens, operto capite, & nudis pedibus incedens, vt habetur. ij. Reg. xv. f. & iniurias sibi illatas à Semei verbis, & factis patienter sustinens, vt habetur ibidem. xv. & orauit dominum vt respiceret afflictionem suam: & intellexit à domino se exaudiꝛum. Et de istis fecit hunc psal. & plures alios, vt patebit infra. Igitur diuiditur psal. iste in tres partes, quia primò describitur multitudo persequentium; secundò Dei assistentis adiutorium, vel præsidium, ibi,* Tu autem domine: *Tertiò aduersariorum exterminium, ibi,* Quoniam tu percussisti. *Circa primum dicit.*

Diuisio.

1 Domine quid mul. *quia sicut dicitur. ij. Reg. xv. c.* Facta est coniuratio valida, *scilicet contra Dauid*, populúsque concurrens angebatur cũ Absalon, *Et subditur ibidem*, Venit ergo nuntius ad Dauid dicens, Toto corde vniuersus populus Israel sequitur Absalon.

2 Multi dicunt ani. meæ. *id est de anima mea.*

3 Non est. *Ad cuius intellectum sciendum, quod Bethsabee vxor Vriæ, fuit neptis Achitophel, & propter hoc fuit principalis consiliarius Absalon in rebellione contra Dauid patrem suum, & ad inducendum populum ad ipsius Dauid persecutionem, dicebat quòd Dauid erat ipsi Deo odiosus, propter adulterium cum Bethsabee, & homicidium viri sui Vriæ, ideo populus Israelcæpit vulgariter dicere de Dauid: Et ei qui furatus est ouem & interfecit pastorem, poterit esse saluatio? q. d. non. Ouem autem vocabant Bethsabee, quia sic vocatur in parabola Nathan prophetæ. ij. Re. xij. c. Pastorem autem vocabant Vriam, qui ipsam nutrierat, vt in eadem parabola dicitur; & secundum hoc dicebat Dauid*: Multi di. &c. non est sa. *Sed quia Dauid per reuelationem intellexit, Deum respexisse humiliationem suam, & audisse eius orationem, ideo subdit:*

4 Tu autem. *vbi incipit secunda pars in qua describitur assistentia diuini adiutorij, cum dicitur*: Tu autem do. suscept. *protegens me in persecutione Absalom.*

5 Gloria mea. *quia vidit se rediturum ad gloriam regni sui & exaltationem, vnde erat fugitiuus: ideo subditur.*

6 Voce mea, *scilicet cordis & oris.*

7 Ad dominum clamaui, *in persecutione Absalom.*

8 Et exaudiuit, &c. *id est, de monte Sion, in quo erat tabernaculum, ad quod arca domini fuerat reportata de præcepto Dauid per Sadoch & Abiathar sacerdotes, vt habetur. ij. Reg. xv. & ibi fiebant sacrificia & orationes pro ipso Dauid. Vel aliter.* De mon. sancto suo. *id est de cælorum habitaculo: ad hoc enim habebantur orationes, & sacrificia in monte Sion, vt audirentur in cælo, sicut habetur. iij. Reg. in oratione Salomonis.* Tu exaudies in cæ. &c. 2. Re. 15.

☞ 1 Ego

MORALITER.

† 1 *Domine quid.* Licet iste psal. exponi posset mysticè de persecutione ecclesię ab aliquo tyranno apostata à fide, tamen pręsens exponatur de Christo, cuius figura fuit Dauid persecutionẽ Absalon sustinendo: sic ergo in persona Christi hominis dicatur ad patrem. 1 *Domine quid.* nam sacerdotes, scribæ & Pharisæi contra eum insurrexerunt, & ad hoc turbam populi persuaserunt Matt. xxvij. 2 *Multi dicunt.* sacerdotes enim & scribæ, Matt. xxvij. e. dixerunt ironicè de eo, *confidit in Deo, liberet eum nunc si vult.* q. d. non vult, & ideo *non est illi salus in Deo eius.*

4 *Tu autẽ.* Ideo moriẽs dixit, Luc. xxiij. f. *Pater in manus t. com. s. m.*

6 *Voce mea.* Heb v. b. *Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui posit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.*

☞ a *Ego dormiui.* secundum illud. *Exurge à mortuis, & illuminabit tibi Christus.* Nihil mirum saluatorem hæc dicere, quando multò maiora pro animarum salute gessit, quo tempore à corpore abfuit, quæ in epist. Catholica apud S. Petrum recensentur; *quando ijs, qui erant in carcere, spiritibus profectus prædicauit, qui increduli aliquando fuerant.*

✻ Evseb. Cæs. futura tanquam præterita vaticinatur. Dormitio autem mors est, in qua Christus filius hominis ad inferos vsque descendit, & eorum, qui illic morabantur, saluator declaratus est.

✻✻ Avg. *Ego*, dixit, ad significandū quod sua voluntate mortem sustinuit, secundum illud Ioan. 10. *quoniam ego pono animam meam & iterum sumo eam.* Non ergo, inquit, vos me tanquam inuitum cepistis & occidistis, sed *ego dormius.*

b *Non timebo milia.* quæ nomen Christi conantur extinguere.

✻ Hiero. Hoc dicit Dauid de Absalon & exercitu eius, & Christus de Iudæis frementibus & dicentibus, *Tolle, tolle, crucifige eum.*

✻✻ Beda. Quia Dominus Pater, vel me suscipiet de sepulchro, vel causam meam ad agendum: ideo non timebo millia populi tumultuantis & circundantis me in passione mea. Legimus autem quod crucifixo domino, multa millia hominum, qui pro festiuitate paschali conuenerant Hierosolymam, exierunt ad eum causa spectaculi, aut etiam irrisionis, pauci verò causa commissarationis vnde, *circumspexi & non erat qui me adiuaret.*

c *Exurge.* O caput Christe in cuius resurrectione salus est.

d *Quo. tu.* Iam regnante ecclesia, inimici cōfusione percussi sunt.

Dentes dicūtur multipliciter.

e *Dentes pecca.* verba, scilicet, maledica; vel principes in interitum fiunt. Ergo credite homines, quòd *domini est salus*, & ô domine *benedictio tua sit super populum tuum. Voce mea.* Hæc mihi meritò, quia *voce mea*: Qui bonus est, & bona petit, voce sua clamat; aliena voce. i. vitæ suæ non concordante. *Ego dor.* Finis rei, vnde proponit non timendum. *Ego*, cum pondere; quasi; sæuiunt illi, sed non dormirem, nisi vellem. Vel, dormiui consentiendo; soporatus malè operando; exurrexi, peccata deserendo.

✻✻ Hiero. Saluator, qui pro nobis factus est omnia, percussus

---

a ¶ Id est de monte, in quo habitat; vel, de sua iustitia. ¶ Quia eram sanctus mons. Vnde: Et erit in nouissimis dier. &c. Mich 4. a. b ¶ In quo. c ¶ Quia sponte mortem suscepi; dormiui id est, mors subsecuta est; vt à dormitione transitur ad somnum. ¶ Iniurijs. d ¶ In corde terræ.

* Sela.

a montē sancto suo *. Egō dormiui & soporatus sū & exurrexi, 1 2

a ¶ In regno, vnde missio spiritus confirmat prædicatores. b ¶ Et ideo. c ¶ Quanta multitudo crucifixum circumstetit.

b quia dns suscepit me. Nōn timebo miliā populi circundantis 3

a ¶ Aug. mos est scripturæ, vt personæ Dei tribuat quod in nobis facit. ¶ Id est, vt exurgamus obediendo tuæ voluntati: Tunc enim Deus nobis surgit, cum nos ei surgimus. ¶ Quia dominus exurget, quod affirmando debet ponere, deprecando ponit.

B c me: exurgē domine saluū me fac Deus meus. Quoniā percussi- 4 5 6

d

a ¶ Etiam hæreticos.

† inimicos meos in maxillum.

sti ōmnes † aduersātes mihi sine causa: dētes peccatorū cōtri- 7 8

a ¶ O homines, hoc vobis credendum; inde pro eis oratio ad Deum. b ¶ O domine. c ¶ Qui de te sperat salutem, sit benedictus.

uisti. Dōmini est salus, & super pōpulum tuū benedictio tua. 9

---

cussus à patre scribitur, *percutiam pastorem & oues dispergētur.* Zach. 13. Pro *sine causa.* autem, *maxilla* legitur in Hebræo, לחי lechi; Et quia maxillam præmiserat, consequenter infertur, *Dentes peccatorum.* Respondeant ergo amici solius historiæ, quomodo Deus maxillā percutiat, & confringat dētes peccatorū, pugilū more cōtra se certātium. Principes Iudæorum, sunt hi dentes, vel hęretici doctores, vel verba ipsorum.

✻✻ Avg. Pœna aduersantium est, qua dentes eorum contriti sunt, id est, in irritum quasi in puluerē perducta verba peccatorum dilacerantiū maledictis filium Dei; vt sic accipiamus *dentes*, verba maledica: quibus dentibus dicit Apostolus Gal. 5. *Si autem mordetis inuicem, videte ne consumamini ab inuicem.* Possunt per dentes eorum accipi principes peccatorum auctoritate quisque de societate rectè viuentium præciditur, & quasi incorporatur malè viuentibus. His dentibus contrarij sunt dentes ecclesiæ, quorum autoritate ab errore gentilium variorumque dogmatum præcidūtur credentes, & in eam quæ Christi corpus est, transferuntur. Et his dentibus ecclesiæ dicitur, *dentes tui sicut greges detonsarum &c.* Cant. 4.

Quoniam. Avg. non retropendet, non præterea saluum facit quia percussit: sed inde contriti sunt dentes, quia percussit; id est maledica verba in irritum ducta sunt; vel, dentes, sunt qui quosdam de numero sanctorum præcidunt, & malis incorporant.

✻✻ *Domini est salus.* Hiero. Non ab homine sed à Deo: ipse solus potest, & per ipsum à morte in vitam transire.

✻ Evseb. Hebraice est Iesvs. psalmi conclusio duplicem doctrinam continet: Et potentiam Domini esse salutarem; & populo, qui seruandus est, benedictionem eum præstiturum. Quæ prophetico spiritu sunt prædicta: Nam pendens ex arbore Absalon est cæsus.

✻✻ *Et sup. pop. tu.* Idem. Populo credentium, Christianorū benedictionem infundit transmittens eis spiritum sanctum; vel in futuro quando dicturus erit, *Venite benedicti patris mei per reg. &c.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego dormiui. *Sopor autem in sacra scriptura accipitur pro magna tristitia: vnde Gene. xlv. g. dicitur de Iacob, qui fuerat nimis tristis, & continuè de Ioseph, quem credebat mortuum cogitabat, cum nuntiauerunt ei dicentes,* Ioseph filius tuus viuit, & dominatur in tota terra Ægypti: quo audito Iacob quasi de graui somno euigilans &c. *& sic loquitur Dauid,* Ego dormiui & soporatus, *quasi absorptus præ tristitia de afflictione sua & populi, occasione sui, & malitia Absalon filij sui.*

2 Et exurrexi. *à tali tristitia.*

3 Quia dominus suscepit me. *in sua protectione, ideo subditur,*

4 Non timebo milia populi. *existentis cum Absalon.*

5 Circundantis me; *intentio enim erat Absalon & populi, qui cum eo erat, sic obsidere Dauid in aliqua ciuitate, quòd non posset aliqualiter euadere: vnde. ij. Reg. xvij. cum dixisset Chusi de Dauid, quòd* si vrbem aliquam fuerit ingressus, circundabit omnis populus Israel ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, vt non reperiatur nec calculus quidem ex ea; *subditur*, dixitque Absalon & omnes viri Israel, melius est consilium Chusi, &c.

6 Exurge domine. *victoria enim quam habuit de Absalon fuit magis virtute diuina quam humana.*

7 Quoniam tu. *Hęc est tertia pars, in qua describitur aduersariorum exterminium, cum dicitur,* Quoniam tu percussisti. *Absalon enim, & populus, qui erat cum eo, persecuti fuerunt Dauid sine causa iusta ex parte sua: sed moti fuerunt propria malitia.*

8 Dentes. *scilicet Achitophel & aliorum, qui detractionibus suis mordebant Dauid, dicentes:* Et qui rapuit ouem, & interfecit pastorem, etiam saluatio? *q. d. non: sicut suprà allegatum est; dentes autem istorum fuerunt contriti, quia Achitophel se suspendit, vt habetur. ij. Reg. xviij.*

9 Domini est salus. *hoc dicitur contra illud, quod dicebat populus,* Ei qui rapuit &c. *quia sibi dictum fuerat à domino per Nathan prophetam de peccato illo, dominus transtulit peccatum tuum. ij. Reg. xij. vel, quia magis virtute diuina quam humana fuerat Dauid saluatus à persecutione Absalon, & populus qui erat cum Dauid; & ideo subditur,* Et super populum. *vel, hoc dixit Dauid in fine huius psal. imprecando populo suo multiplicationem bonorum spiritualium, & temporalium, quæ frequenter in sacra scriptura per benedictionem designatur.*

Mystice. *Mystice. per Absalon patris persecutorem, intelligitur quilibet tyrannus apostatans à fide, persequens Christum patrem suum in membris suis, qualis fuit Iulianus apostata: sed quantumcunque talis potestate & multitudine sibi adhærente fulciatur, tamen finaliter deijcitur; & frequenter in præsenti, sicut Iulianus apostata fuit occisus à sancto Mercurio ad hoc per gloriosam virginem missō; & semper in futuro, nisi pœniteat ante mortem: & ad hanc sententiam potest faciliter huius psalm. litera applicari.*

MORALITER.

1 *Ego dormiui & soporatus.* per mortem in carne humana.

† 4 *Non timebo milia.* Tunc enim dixit: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Matt. 28. b

7 *Quoniam tu percussisti omnes aduersantes,* Principes enim Iudæorum & populum percussit Deus in vindictam mortis Christi per exercitum Romanum. Sed quoniam imminente illa destructione, Christiani, qui erant in Iudęa, monitu angeli transierunt in regnum Agrippæ, qui confœderatus erat Romanis, & ibi fuerunt saluati, vt in histo. ecclesiastica dicitur: ideo bene subditur, *Domini est salus &c.*

ADDI-

ADDITIO.

In Psalm. iij. Domine quid multiplicati, &c. *Psalmus iste duplici sensu literali debet exponi, iuxta regulam beati Isido. in primo de summo bon. prout exponitur à magistro huius postilla in prologo ij. super Gene. in secunda glos. videlicet. Primus enim sensus accipiendus est ex ipso titu. et sic tractat de his, quæ contigerunt ipsi Dauid, cum fugeret ab Absalon filio suo, reddens gratias Deo de sua liberatione. Ad quod satis reducitur litera, saltem pro maiori parte, prout in postilla declaratur. Sed quia in eodem psalm. continentur aliqua, quę nullo modo rectè applicantur ipsi Dauid in illa fuga existenti, sed potius Christo, cui omnia in hoc psalmo contenta proprie & iuxta primariam significationem literæ applicantur: idcirco alius sensus literalis huius psalmi resultat perfectior primo sensu, & ad literam propior. Continentur enim in hoc psalm.* Ego dormiui & soporatus sum, &c. *quod de Dauid in illo statu minimè potest intelligi. Nam sopor & somnus apud grammaticos distinguuntur secundum superius et inferius: In quocunqae enim est sopor, in eodem est somnus, sed non econtra. Nam sopor addit ad dormitionem, somni suauitatem & quietudinem: quod Dauid in illa fuga non legitur habuisse, sed potius oppositum. Legitur enim ij. Regum. xvij. d.* Nunc ergo mittite citò, & annuntiate Dauid dicentes: ne moremini ista nocte in campestribus deserti, sed absque dilatione transgredimini, ne fortè absorbeatur rex, & omnis populus qui cum eo est. *& infrà:* Surrexit ergo Dauid, & omnis populus, qui cum eo erat, & transierunt Iordanem donec diluesceret. *Nullo ergo modo sustineri posset, quod in illa fuga quieuisset, & soporatus esset. Quod autem dicit magister post. quod sopor in scriptura accipitur pro magna tristitia, potius habetur oppositum, Nam super illud Iob. xxxiij.* quando irruit: sopor super homines, &c. *Glos. cum cessant ab exteriori actione, inde fit quies mentis: non ergo quies mentis compatitur secum magnam tristitiam; Nec etiam facit ad propositum quod allegat post. de illo verbo Gene. xlv. g. de Iacob,* quasi de graui somno euigilans, &c. *Non enim dicit de sopore, sed de somno; sed inter soporem & somnum est differentia, vt dictum est. Nec valet dicere, quod in alia translatione legitur:* & somnum cepi. *Nam Hebraica veritas testatur pro nostra translatione: verba enim omnino similia ponuntur, & in hoc psalm. vbi dicit,* soporatus sum, *& in sequenti, vbi dicit.* & requiescam, *vnde oportet dicere, quod dormitio in hoc psalm. contenta, fuit in tranquillitate & quiete, quod non potest ipsi Dauid applicari in statu illius fugæ, vt ostensum est. Secundus ergo sensus huius psalmi literalis & proprius est, vt intelligatur de Christo in passione, morte, sepultura, & resurrectione, & persequentium punitione, & iustorum remuneratione: dicit enim,* Domine quid multiplicati sunt, &c. *Adeo enim multiplicati sunt persequentes Christum, vt etiam eorum numero adiunctus sit infelix discipulus. Consequenter dicit,* Multi dicunt animæ meæ, &c. *Nam multi persequentium dicebant,* Si filius Dei est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. *Matth. xxvij. v. Consequenter,* Tu autem domine susceptor meus *humanitatis es, Natura enim diuina humanam suscepit,* Et gloria mea, *Principalis enim gloria Christi, secundum quod homo, est tota trinitas,* Et exaltãs caput meum, *id est mentem meam, quæ tanta persecutione non deprimitur. Sequitur,* Voce mea ad dominum clamaui. *clamans enim Christus in cruce voce magna emisit spiritum, Luc. xxiij. f. Sequitur,* Et exaudiuit me de mõte sancto suo, *nam Apostolus commemorans clamorem validum Christi dicit,* Exauditus est pro sua reuerentia, *ad Hebræ, v. b. Quæ exauditio intelligitur quo ad resurrectionem, et efficaciam passionis. Sequitur,* Ego dormiui, *in cruce per mortem, sepe enim in scripturis accipitur dormire pro mori, vt ibi,* Dormiuit Dauid cum patribus suis. *iij. Regum. ij. b. Et de Stephano,* obdormiuit in domino. *Act. vij. g. & sic de multis alijs,* Et soporatus sum, *in sepultura, in qua primo requieuit à persecutionibus & opprobrijs. Sicut enim in morte Christi, quę fuit abiectissima, et ignominiosa, consideratur magnitudo patientię ipsius et constantię: sic eius sepultura fuit honoratissima, & ore prophetico taliter pronuntiata, vnde Esa. xj. c.* Erit sepulchrum eius gloriosum, *ad denotandum virtutem magnam morientis, qui contra intentionem occidentium, etiam mortuus honorificè sepelitur. Sequitur,* Et exurrexi, &c. *quia tertia die resurrexit. Sequitur,* Non timebo milia populi, &c. *scilicet custodes sepulchri, qui autoritate plurimorum Christum circumdabant, nec valuerunt resurrectionem Christi impedire:* Exurge domine, *id est, fac me exurgere tua diuina potentia,* Saluum me fac Deus meus *à corruptione, iuxta illud,* Et nõ dimittes sanctum tuum videre corruptionem. *Sequitur,* Psal. 15. c. Quoniam tu percussisti, &c. *nam omnes persequentes Christum in passione, præter pœnitentes, fuerunt grauiter puniti, vt latius patet in historijs. Sequitur autoritas huius salutis, quę est propriè diuina, Vnde,* Domini est salus, *cuius effectus est:* Et super populum tuum benedictio tua, *Effectus enim passionis Christi est, gratia in presenti, & gloria in futuro, quę est summa benedictio.*

REPLICA.

In tertio psalm. Domine quid multiplicati: *vbi postill. ratione tituli, primum exponit psalmum istum de Dauid, inquantum fuit figura Christi, de quo principaliter exponitur, vt vult idem postill. in suo repertorio morali. Burgens. mouet difficultatem vocalem & grammaticalem de ly* soporatus, *dicens soporem de Dauid non posse exponi, quia sopor significat tranquillam, vel sapidam quietem, qualem Dauid non habuit in fuga à facie Absalon. Huic tamen vocali difficultati potest satisfieri per id, quod ponit Burg, Genes. xv. vbi nostra translatio communiter habet* Sopor irruit in Abraham & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum: *vbi Burgen. dicit translationem nostram, se propriè habere ad Hebraicam literam. Vnde patet soporem non semper accipi pro mentis sapida tranquillitate, prout se Burg. in hoc loco restringit.*

GLOSSA ORDINARIA.

☞ a *In finem.* AVGVSTINVS. Finis duobus dicitur modis, A quando aliquid deficit, vel quando perficitur.

AVGVT. Canticum lætitiam indicat, Psalmi sunt qui: cantantur ad psalterium, quo in magno mysterio vsus est propheta. *Psalmus.* de moribus ad agendum, vt deserantur falsi dij, a & vana seculi: *Cantici.* quia fit mentio de æterna iucunditate.

* ¶ Christum, vel plenitudinem temporis. ¶ Prophetæ.

In finem psalm. Cantici Dauid.

B ✠ THEOD. In finem significat ea, quæ prædicta sunt longo post tẽpore perfectũ iri. Nam de resurrectione vaticinatur sub finem. Alijs est hymnus triumphalis victori Deo. Hunc enim dictauit Dauid Absalõ deuicto, in eos qui prouidentiã negant.

✠ HIERONYM. In finem in carminibus *Psalmus Dauid. In finem.* id est in Christo. In carminibus, id est, in laudibus. Psalmus Dauid, id est, Laus Christi.

C ✠ CASSIOD. Vel quia pro nobis, in quos finis seculorum deuenit, dictus est. Psalmus Cantici scribitur, quia prius inuitat ad laborem, posterius ad gloriam.

✠✠ BEDA. Finis, vt perfectionem significat, Christo conuenit qui est verus finis & perfectio vmbrę veteris legis: vnde: *finis legis Christus est ad iustitiam omni credenti:* Apponitur autem *in finem.* hæc determinatio titulis quorundam psalmorum ad finalem D Dauid, id est, ad Christum denotandum, qui & finis legis est, & finis etiam respectu historialis Dauid (qui eius vmbra & figura fuit,) dici potest. *Psalmus* propriè dicitur illa consona melodia, quę in musico instrumẽto, id est psalterio, cum chordæ pulsãtur, de superiori parte redditur: *Canticum* propriè est, quando aliquis in laudibus Dei cum lætitia vtitur libera voce, nullo sono musici instrumenti concinente, quæ vox E iucundior sono instrumenti est, quia & melodiam illam quam sonus, & præterea voces expressas habet. *Psalmus cantici* est, quãdo præcedente sono musici instrumẽti: libera vox sequitur, atque ei in melodia sociatur: sicut è cõtrario *canticũ psalmi* dicitur, quãdo præcinente choro organum ad cantus melodiam leniendam subsequitur, quod in quibusdam ecclesijs solet fieri: Hic ergo est *Psalmus cantici,* quia & supernam nobis indicat virtutem, quod notat *psalmus:* & ea quę indicat, ad magnam iucunditatem & F delectationem pertinet, quod notat *canticum.* Agit enim de Christi clarificatione facta in resurrectione, ascensione, confessione: quæ à nobis valde iucunda sunt reputanda, quoniam in eius resurrectione & clarificatione, certitudo nobis data est, quod resurgemus, & cõglorificabimur si tamẽ ipsum Christũ imitemur.

PSALMVS

PSALMVS IV.

A a CVm inuoca. CAS. Exemplo sui increpat infideles de falsis.

✠✠ HIER. Incongruum est hoc de Dauide accipere, vt qui in superiori psalmo propter occisionē Vriæ pene interfectus est à filio, nunc audeat dicere *exaudiuit me Deus iustitię meæ*. Totus itaque psalmus ad Christum, & per Christum ad iustos referendus. Horum simile quid etiam Iacob loquutus est Gen. 30. *Exaudiet me deus iustitia mea.*

† Cū inuoco, exaudi.

B b *In tribulat. dilatasti.* ✠✠ AVG. *Tribulatio & Angustia in omnem animam hominis operantis malum.* Rom. 2. Qui autem dicit, *gaudemus in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur &c.* non habet cordis angustias, quamuis extrinsecus à persequentibus ingerantur. Mutatio autē persone, quod à tertia, vbi ait. *Exaudiuit*, statim transeat ad secundam, vbi ait, *dilatasti mihi*, si non varietatis ac suauitatis causa facta est: mirum cur primum tanquam inuocare voluit hominibus, exauditum se esse, & postea compellare exauditorē suum. Nisi fortè cum indicasset quemadmodū exauditus sit in ipsa dilalatione cordis, maluit cū Deo loqui, vt etiam hoc modo ostēderet, quid sit in corde dilatari, id est, iam in corde habere diffusum Deum, cum quo intrinsecus colloquatur. Ait ergo.

c *Dilatasti mihi.* IDEM. Ab angustijs tristitiæ in latitudine gaudij

¶ Quasi dicat: Conuertimini, & Deus vos exaudiet sicut me, ego enim de iniustitia ad iustitiam me conuertens, inuocaui & exauditus sum.

† VM inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione † dilatasti mihi.

a ¶ Quam suscepi ab illo, quia Deus dedit mihi discretionem inuocandi eum.

a ¶ Adhuc miserere, vt cœpta perficiantur.

Miserêre mei, & exaudi orationem meam.

a ¶ Qui vti ratione debent. Vel, Adæ, non Dei. b ¶ Vel in aduentu filij præsenti veritate cessat error.

Filij hōminum vsquequò † graui corde, vt quid diligitis

† gloriam meam in ignominiā, subuertetis

Psalmus IV.

d *Orationem meam.* De petendis bonis: Et cum ita de me, *filij hominum, vsque quo graui corde?*

✠✠ AVG. Saltem vsque in aduētum, inquit, filij Dei vester error durauerit: quid ergo vltrà graues corde estis? quādo habituri finem fallaciarum, si veritate presente non habetis?

e *Diligi, &c.* CAS. Voto amplexamini, quæritis labore vana idola, & mēdacia, quæ non Deus: vel terrena, quę non faciunt quod promittunt.

✠✠ AVG. Vt quid vultis beati esse de infimis? Sola veritas facit beatos, ex qua vera sunt omnia. Vtquid ergo temporalium rerum amore detinemini? vtquid tanquam prima, extrema sectamini, quod est vanitas & mendacium? Cupitis enim permaneret vobiscum quæ omnia transeunt tanquam vmbra.

✠ ORIG. Filij hominum pro hominibus dictū est quemadmodum Græcis mos est. Est autē agnoscendū quod huiusmodi vox Homo cū sancti Dij appellātur, *Vt ego dixi Dij estis*, in decec° accipitur, cū vero peccatores pecora dicūtur, in laudē. *Vt homines & iumēta saluabis.* Nemo autē ante captiuitatē filius hominis dictus est, sed primi Daniel & Ezechiel, quod præstantiam naturæ hominis, qui ad imaginē Dei cōditus est, cōseruarent Saluator autē

☞ filius

E † sub præcordia i. in latitudinē deducis & consolaris.

Psal. 81. Psal. 35.

F

GLOSSA ORDINARIA.

PSALM. IV.

✠✠ 1 CVm inu. *Huic psal. præmittitur titulus talis secundum Hebræ.* Ad victoriā in organis psal. Dauid. *Dicit autē Rab. Sa. quod per hoc quod dicitur*, ad victoriā, *intelligitur quod psal. iste cantabatur à Leuitis, cum quodam conatu vnius chori ad superandum alterū, & econuerso, sicut in ecclesia in cantu alicuius prosæ, vnus chorus nititur alterum superare. Per hoc autem quod subditur*, In organis: *intelligitur quod cantus huius psal. magis erat aptus decantari in instrumento musico, quod vocatur organa, quam in alijs musicis instrumentis, sicut vna nota magis appropriatur Violæ quam alij musico instrumento. Per hoc autem quod dicitur*, psal. Dauid. *ostenditur quod fuit autor huius psal. Ad intellectū vero prædictū reducitur titulus huius psal. quod ponitur in translatione. Hier. iuxta Hebraicū, qui talis est*: Victori in psal. canticum Dauid. *Et quod dicitur*, victori, *subintelligitur choro Leuitarum: quia vnus chorus nitebatur alium vincere modo prędicto, & cū subditur*, In psalmis: *accipitur cantus pro instrumento in quo cantatur. s. pro organis: Sicut econuerso aliquando ponitur instrumentum musicū pro cantu qui in eo cantatur, sicut dicitur communiter, Viola facit hominem tripudiare, quia sonus violæ facit hoc, Quod additur*, Canticum Dauid, *idem penitus significat sicut* psal. Dauid, *quod expositum est. Ad eundē intellectū reducitur titulus qui cōmuniter ponitur in biblijs, qui talis est*: In finē psal. cātici Dauid. *Finis enim habet rationem vltimi & optimi. ij. Physi. Leuitæ autem in cantu huius psal. faciebant vltimū de potentia, vt patet per prædicta: & hoc erat etiam optimū in genere diuinarum laudum. Cætera huius tituli patent ex dictis, Igitur ex prædictis titulis apparet manifestè autor huius psalm. s. Dauid, sed materia non apparet: propter quod apud Hebræos, & similiter apud Latinos, variè exponitur, etiam in sensu literali, quē prout potero intendo prosequi: & propter breuitatem sectandam omissis varijs expositionibus, vnam accipio quæ mihi videtur magis conuenire literę & etiam rationi. s. quod iste psal. sit gratiarum actio ipsius Dauid, pro eius liberatione, quando Saul, & eius exercitus cingebant Dauid, & viros eius in modum coronę, & Dauid desperabat se posse euadere: & tunc venit nuntius ad Saul dicens*: Festina & veni, quoniam infuderunt se Philisthijm super terram, *& tunc fuit compulsus dimittere Dauid, & viros eius, vt habetur. j. Regum. xxiij. d. Non est enim verisimile, quin Dauid egerit psalmum specialem, reddendo Deo gratias de ista liberatione: Nec inuenitur alius psal. ad hoc appropriatus, licet in aliquibus alijs psal. fiat mentio de hoc beneficio, cum aliquibus alijs, quia idem beneficium in pluribus psal. recolitur, vt patet de eductione populi Israel de Ægypto: propter quod hic psal. huic intellectui videtur satis rationabiliter applicari. Igitur secundum hunc sensum psal. iste diuiditur in tres partes, quia primò ponitur gratiarum actio de dicta liberatione, secundò subditur aduersariorum allocutio pro iniqua persecutione, ibi*, Filij, hominum, *tertiò resumitur diuina laudatio in psalmi consummatione, ibi*, Dedisti lætitiam, &c. *sicut frequenter fit in cantilenis, quòd ab eodem incipiunt, & ad idem terminantur. Circa primum Dauid gratias agens dixit*: Cum inuocarem. *Deum deuotè orando.*

2 Exau- me. *de manu Saul liberando.*

3 Deus in. *i. iustitiæ meæ autor, inquantum hominē iustificat, & remunerator, inquantum pro operibus iustitię me remunerat, ideo subditur,*

4 In tri. *Eò quòd eram circundatus à Saulo & exercitu eius.*

5 Dilata. *Faciendo recedere, & sic habui spatium dilatatum ad eundum secundum propositum voluntatis meæ.*

6 Mise. *In futuro sicut fecisti in præterito: beneficium enim obtentum præstat fiduciam ad aliud obtinendum.*

7 Filij ho. *Hic consequenter Dauid aduersarios suos alloquitur pro iniqua persecutione: & primò arguit eos de peccatis iam perpetratis, secundo inducit eos ad desistendum ab inchoatis, ibi*, Irascimini, *tertiò ad exercendum opera æquitatis, ibi*, Sacrificate. *Circa primum dicit sic*: Filij homi. *i. rationabiliter & iustè viuentium, quales fuerunt Abraham, Isaac, & Iacob, ex quibus descenderunt Saul & viri eius,* Diuisio.

8 Vsquequo gra. *i. aggrauati ex peccati consuetudine,*

9 Diligi. *i. tanto affectu anhelatis ad me vanè persequendum. Sicut enim medicina dicitur vana, quæ frustratur sine intento. s. sanitate, vt habetur ex ij Physi. ita persecutio Saulis contra Dauid dicitur vana, quia frustrabatur intentio persequentium intendentium capere Dauid, & occidere.*

✠✠ 1 Et

MORALITER.

† 1 *Cum inuocarem exaudiuit me Deus.* Psalmum istum ad literam exposui de liberatione Dauid, quando Saul cum exercitu cingebat Dauid, & viros eius in modum coronæ. j. Reg. xxiij. Moraliter autem exponendo, per Saul, qui interpretatur abutens, dæmon significatur, qui bonis naturalibus, quæ in eo integra remanserunt, ad malum abutitur. Per Dauid autem, qui manu fortis interpretatur, quilibet vir fidelis, & constans significatur: quē diabolus cū suis satellibus, vt eum capiat in modum coronæ cingit, sicut dicitur. j. Petri. v.c. *Aduersarius vester diabolus tanquā leo rugiens, circumit quærens quem deuoret*: & ideo pro sua liberatione debet ad dominum clamare, & cùm per internam consolationē sentit sentit se exauditum, debet gratias agere, dicens:

1 † *Cum inuocarem.* in oratione,

2 *Exaudi. me De. iustitiæ.* s. dator, & conseruator.

5 *In tri.* Nam sicut aurum martelli percussione dilatatur, sic virtus in tribulatione perficitur. Et quia vir iustus ab oratione non debet cessare, subditur.

7 *Miserere.* Diabolus autem in persecutione iustorum vtitur aliquando malis hominibus qui sunt membra eius: ideo contra eos dicitur.

8 *Filij hom. vs. &c.* Supple estis, inferentes grauia bonis hominibus sine causa.

9 *Vt quid di.* Iustos superbè deprimendo.

† 1 Et qua-

☞ filius hominis dicitur quod mater homo esset. Graui autē corde A sunt qui ad plumbeum talentum iniquitatem in corde insidētem habent.

✠✠ Basil. Videtur mihi hoc loco de idolorum cultu, & vita, quæ in malicia ducatur, loqui: vanum enim id, quod vacuum est, dicitur, quod nomen quidem habet, rem ipsam vero non habet; Apud gentiles multa sunt deorum nomina, at res ipsæ nusquam inueniūtur.

a *Et scitote, &c.* Proposito nouo homine veterē iubet exuere.

† Pauete (vel, Si irascimini, nolite.

B Avgvstin. Nota, &, in initijs poni, vt dicta, cum visione quæ in corde est coniungat, ita hîc. vt: *Nolite diligere vana, Et scitote.* Sed diapsalma sic coniungi vetat. Diapsalma secundum Hier. semper, Hebræi Sela. i. semper in confirmatione præcedentis partis. Sympsalma. i. coniunctio psalmi.

b *Domin. exau.* De requie. ita, & vos: & ideo clamate, sic digni auditu.

c *Irascimin.* Si motus surgit animi qui non est in potestate, non ei consentiat ratio.

✠✠ Basil. Iram non tollit, est enim vtilis, neque animi commotionem, nam vsui est contra eos qui iniustè agunt: sed iniustam iram, & irrationabilem animi commotionem amputat.

Lib. 5 mor. c. 13. C ✠✠ Greg. Mag. Quod nimirum non recte intelligunt, qui nos irasci nobis tantummodo, non etiam proximis delinquentibus volunt. Si enim sic proximos, vt nos amare præcipimur, restat vt sic eorum erratibus, sicut nostris vitijs irascamur.

2. adu. Marc. ✠ Tert. Irasci, & non peccare, est in ira non perseuerare nec seruire.

✠ Ambros. in epist. Est duplici corde qui se cohibere nescit in iracundia. Non iram imperat, sed naturæ indulget, quam homo præuenire non potest, mitigare potest.

✠ Hiero. Aduersus Pelagianos. Huius versiculi sensum Apostolus docet, *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Irasci enim hominis est, iracundiæ finem imponere Christiani.

✠ Avg. Duobus modis intelligi potest, aut, si surgit motus animi, ratio non consentiat: aut, irascimini peccatis vestris, & nolite peccare vlterius.

de pœnitēt ✠ Chrys. Eorum quæ per diem dicta & facta sunt, rationem à nobis exigamus.

✠✠ Hier. Quod in die cogitando peccatis: nocte expiate per lachrymas.

✠ Greg. Alia est ira quam impatientia excitat, alia quā zelus iustitiæ format vt in Phinees. Et vt corpus quatuor constat elemētis, sic anima tribus naturaliter, rationali ad discernendum, concupiscibili ad virtutes appetendum, & irascibili ad vitia auersandum.

✠ Innoc. Ira triplex, Naturalis, Venialis, & Criminalis.

Cas. Motus animi in potestate nostra nō est, sed Dei gratia temperare possumus: quod ergo consuetudinis est, permittit; quod culpæ, prohibet.

Hier. hoc docet Apostolus. *Sol non occidat super iracundiam vestram*, vt peccatum sit omnino vel leuiter irasci: iustitia autem, iram celeri pœnitudine mitigare.

d *In cord. ve.* Avg. De his quæ tractatis in corde, quem nouit Deus: i. de consensu; & de his quæ voluitis in cubili. i. delectatione carnis, in qua captiua versatur ratio, vt tera in cubili; *Compungimini*, per pœnitentiam; Vel: cubilia, sunt cogitationes ferocium.

Cas. Venialis est ira quæ non ducitur ad effectum. Diapsalma. Sacrificate. Cas. Depositō veteri homine nos in sacrificium iubemur offerri, quia certi de bonis.

✠✠ Avg. *Compungimini* aut ad pœnitentiæ dolorem refertur, vt se ipsa anima puniens compungat, ne in Dei iudicio damnata torqueatur, aut ad excitationem, vt euigilemus ad videndam lucem Christi tanquam stimulis adhibitis Nonnulli autem non *compungimini*, sed *aperimini* dicunt melius legi: quoniam in Græco psalterio est κατανύγητε (fortasse, καταυοίγετε legerant) quod refertur ad illam dilatationem cordis, vt excipiatur diffusio charitatis per spiritum sanctum.

Avgvst. Sacrificium iustitiæ, spiritus cōtribulatus, vt se puniens mactet Deo: vel, opera iusta post pœnitentiam quod notat diapsalma vt de veteri vita transeatur ad nouam, & sic sperare bona. Sed quia vix est qui diligat interiora bona, subdit:

Multi dicunt: quis ostendit nobis bona. futura, sc. de quibus dubitant & desperant: Ad quod respondens ostendit breuiter quæ bona sunt quærenda.

a ¶ Aug. de terrenis, & quæ vana sunt vultis esse beati. b ¶ Quod vana sunt, scitote, & quid sequamini.

a vānitatem, & quæritis mendacium. *Et scitōte quoniā † mi-

a ¶ Reuocatos exemplo sui à vanis, Christi exemplo reuocat ad bonos mores.

b ¶ Sanctum sanctorum suscitando, & ad dexteram collocando, ad quem ab amore mundi conuerti debetis. ¶ Per eum.

b rificāuit dn̄s sanctū̄m suum, dominus exaudiet me cum clama-

a ¶ Vobis, de præteritis peccatis, & vlterius nolite peccare; vel, irascimini moribus, & ne ducatis ad actum.

b ¶ Labijs. ¶ Aug. dicite ne sitis de illis: populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me.

c uero ad eū. † Irāscimini, & nolite peccare: † quę dicitis in cōrdi-

a ¶ Id est in cordibus vestris compungimini dolore pœnitentiæ: & quasi stimulis excitate vos ad videndam lucem Christi. ¶ Et.

d bus vestris, & in cūbilibus vestris † compungimini. * Sacrifi-

a ¶ Non enim hic recipieris. ¶ Sed.

cate sacrificium iustitiæ, & spērate in domino: multi dicunt,

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 *Selasuptā psal. † segregauit dominus misericordem sibi (vel mirificè agit cum sanctis suis & ijs quibus est misericors) †dicite loquimini, vel reputate, † & silete (vel conquiescite. * Sela. Eph. 4.

D E F

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et quæ. *In hoc tangit Dauid causam suæ persecutionis in parte, quia aliqui adulatores & detractores pessimi adinueniebant mendacia contra Dauid dicentes Sauli, quod Dauid quærebat eum occidere propter quod Dauid dixit Sauli de spelunca exeunti. j. Reg. xxiij. c.* Quare audis verba hominum loquentium: Dauid quærit malum aduersum te? ecce hodie viderūt oculi tui, quod tradiderit te dominus in manu mea in spelunca, &c. *Trāslatio verò Hier. iuxta Hebraicum habet:* Filij viri vsquequo inclyti ignominiosè diligitis vanitatem quærentes mendaciū, &c. *& ad eundē intellectum reducitur. Cùm enim dicitur:* Filij viri. *i. hominum virtuosorum, Abraha, Isaac, et Iacob. Et ponitur hic singulare pro plurali. s. viri pro vir, Exo. vij. s. dicitur:* Venit musca gratiissima, *id est, multitudo muscarū;* Vsquequo inclyti. *i. vos qui deberetis esse inclyti moribus, sicut estis inclyti ex parentibus:* Ignominiosè diligitis vanitatē. *i. affectatis me persequi vane, vt supra expositū est, quod est vobis ignominiosum: vnde dixit Dauid Sauli. j. Re. xxiij. c.* Quem persequeris rex Israel, quē persequeris? Canem mortuum persequeris, & pulicem vnum. *q. d. hoc est tibi valde ignominiosum.* Quærentes mendacium: *exponatur sicut suprà.*

2 Scitote quo. mirificauit. *i. mirabilem fecit.*

3 Sanct. suū. *i. meipsum, quem fecit mirabilem, vocando de gregibus ad regni iura, per Samuelem vngendo me in regem, et me liberando frequēter mirabili modo de Saule, & exercitu suo; Vocat autem se Dauid sanctum, non ia tanter, sed gratanter, hoc attribuens Deo, qui sanctificauit ipsum. In translatione Hiero. iuxta Hebraicum habetur:* Misericordem suum, *quia virtus misericordiæ pollebat in Dauid, quā Sauli manibus eius tradito pluries pepercit, vt patet. j. Reg. xxiij. & xxvj.* 4 Exau. me. *In periculis futuris, sicut in præteritis.*

5 Irasci. *Hic consequenter Dauid inducit aduersarios suos ad desistendum à peccatis inchoatis. Circa quod sciendum quòd peccatum inchoatur in cogitatione, & manifestatur in locutione, & consummatur in operatione: Dicit igitur aduersarijs suis,* Irasci & no. pec. *id est, iram, qua contra me accepistis, nolite in opere consummare;* 6 Quæ di. in cor. ve. *cogitando me persequi,* 7 Et in cu. *i. in tentoriys & locis solitarijs contra me tractatis,* 8 Compungi. *Per contritionem, & compunctionem, à persecutione talium desistatis. In translatione Hiero. iuxta Hebraicum habetur:* Loquimini in cordibus vestris super cubilia vestra, & tacete: *& in eundem sensum reducitur. q. d. qui cogitatis contra me solitary, non solum desistatis ab opere, sed etiam à manifestatione per locutionem cum alijs.*

9 Sacrificate sacr. *Hic consequenter inducit aduersarios ad opera iustitiæ: Cuius sunt duę partes. s. declinare à malo, ad quod induxit parte precedenti: et facere bonum, ad quod inducit in hac parte, dicens.* Sacri. sa. iu. *i. exercete opera iustitiæ iustè viuendo cum proximo, quod est sacrificium acceptum Deo.* 10 Et spe. in do. *De recipiendo pro talibus præmium. Sed quia posset aliquis quærere, quæ sunt ista bona opera iustitiæ? Ideo in persona talium subdit, dicens:*

11 Multi. di. *Et hoc est principium versus in Hebræo, & in translatione Hieron. iuxta Hebraicum. Quod autem ista quæstio nulla sit, & quod per ignorantiam iustitiæ predictæ nullus excusetur à peccato, ostendit dicens:*

MORALITER.

1 *Et quæ.* Ipsos mendaciter diffamando.

† 2 *Scito qu. mirif. do. sanctum suum.* s. Christum qui est sanctus sanctorum. Dan. ix. ipsum ad suam dexteram exaltando & inde.

4 *Irasci.* i. si motus iræ per vitium insurgat in vobis contra proximum, nolite ad actum iniuriæ procedere: sed in cordibus vestris reprimite. Sed quoniam non sufficit malū non agere, sed cum hoc requiritur bonum facere, ideo subditur,

9 *Sacrifi.* i. facite iustitiæ opera, quæ sunt sacrificia Deo grata.

10 *Et spe.* De præmio recipiendo. Sed quia posset aliquis quærere. quod est illud præmium: propter hoc in persona taliū dicitur:

11 *Multi.* Ad hoc respondet dicens,

☞ a Signa- ✠✠ 1 Signa- † 1 Signa-

a *Signatum est super nos lumen, &c.* AVGVST. Hoc lumen est totum, & verum hominis bonum, quo signatur, vt denarius imagine regis.

✠ IDEM. Homo enim factus est ad imaginem & similitudinem Dei, quam peccando corrupit: Bonum ergo eius est verum atque æternum, si renascendo signetur. Et ad hoc credo pertinere, quodquidam prudenter intelligunt, illud quod dominus viso Cæsaris nummo ait, Reddite Cæsari quod Cæsaris est, & Deo quod Dei est. Tanquam si diceret: quemadmodum Cæsar exigit à vobis impressionem imaginis suæ, sic & Deus: vt quemad modum illi redditur nummus, sic Deo anima lumine vultus eius illustrata atq; signata.

✠ DIDYM. Lumen vultus, similitudinem & imaginem ipsius inuisibilis Dei significare potest, aut spiritum sanctum dantem lætitiam in corde.

✠ CYRILLVS. est immutabilis imago, filius Dei cui efficimur conformes.

✠ RVPERTVS, de Trinitate. Dominus, est pater. Vultus, filius: Lumen, Spiritussanctus.

b *Lumen.* AVGVST. Lumen, id est, luminosus vultus, & illuminans nos, imago qua cognosceris.

C CAS. Vel: Crux nobis impressa est, in signum regis nostri, quæ est lumen vultus: quia in talibus radiat Deus. Imago creationis, ratio; Recreationis, gratia; Similitudinis, tota Trinitas.

c *In corde.* AVG. Non foris in vanis, sed intus vbi habitat Deus, quærenda est lætitia.

d *Fructu.* CASS. Quia putant in his comsummatum bonum. Hęc tria tanquam vsibus humanis magis accommoda pro omnibus diuitijs ponit.

✠ AVG. Non vacat quod additum est, *sui.* Est enim & frumentum Dei: siquidem est *panis viuus qui de cœlo descendit.* Est & vinum Dei: nam *in ebriabuntur* (inquit) *ab vbertate domus tuæ.* Est & oleum Dei, de quo dictum est, *impingnasti in oleo caput meum.* Isti autem multi qui dicunt, *quis ostendit nobis bona*, & regnum cœlorum intra se esse non vident, *à tempore frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.* Non enim multiplicatio semper vbertatem significat, & non plerunque exiguitatem: cum dedita temporalibus voluptatibus anima, semper exardescit cupiditate, nec D satiari potest & multiplici atque ærumnosa cogitatione distenta simplex bonum videre non sinitur. Talis anima temporalium bonorum decessione, & succession, id est, à *tempore frumenti vini et olei sui*, innumerabilibus completa phantasmatibus sic multiplicata est, vt non possit agere quod

a ¶ Hoc illi: sed iam signatum, id est, impressum rationi, qua ei similes sumus, vt sigillum ceræ.

a quis ostendit nobis bona? † Signatum est † super nos lumen

a ¶ Et per hoc. ¶ Intus sunt vera & certa bona, quæ mali non vident: de quibus recte subdit, A tempore frumenti. b ¶ Sed illi. ¶ August. Qui non vident regnum cœlorum in te esse: in his multiplici distractione & grumna: non in simplicitate cordis, quęrunt simplex bonum: de quo bonus exultat.

b vultus tui domine, † dedisti lætitiã in † corde meo. † A † frũ-

a ¶ Quia aliud est Dei panis, qui de cœlo descendit; Aliud vinum Dei, quod lætificat cor hominis; Aliud oleum Dei, de quo, Impinguasti in oleo caput meum.

c ctu frumenti, vini & olei sui, mũltiplicati sunt. In pace † in

a ¶ Quę est immutabilis.

d idipsũm, † dormiam & requiescam. Quoniam tu domine

a ¶ Aug. contra quod illi multiplicati, securi enim ab omnibus vni Deo adhęrere debent.

† singulãriter in spe † constituisti me.

1 præceptum est, *Sentite de domino in bonitate, et in simplicitate cordis quęrite illum.* Ista E enim multiplicitas illi simplicitati vehementer aduersa est: & ideoistis relictis, qui *multi* sũt, *multiplicati* scilicet temporalium cupiditate, & dicũt, *quis ostendit nobis bona?* quæ non oculis foris, sed intus cordis simplicitate quęrenda sunt: vir fidelis exultat, & dicit,

e *In pace in idipsum.* CAS. Ego autem in pace mentis dormiam, hîc oblitus mundi, & requiescam in futuro: quia iam in vna spe, non in multiplicitate seculi.

f *In pace dor. & re.* AVGVST. Ab omnibus seculi cum mortale hoc induet immortalitatem: & hoc verè erit, quia iam est spes: & hoc est: Quoniam tu domine, & profectò erit quod sperabitur.

✠ ORIGEN. Remissionem ac requietem animi à molestijs omnibus securam videtur significare: nec aliam, quam eam, quæ post rerum pulcherrimarum speculationes verbo diuino consentanea est. F

✠ THEODORVS. vniuersum tumultum cogitationum expulisti, pacemque largitus es, & hæc cum de bona prouidentia tua docueris meditari, in spe resurrectionis mortem subibo.

✠ *Singulariter.* ORIG. Si ex persona Christi, dicit maiestatem, quæ incomparabilis illi à patre tradita est; sin ex persona prophetæ, sanctitatem raro reperiri in generationibus peccatorum innuit, his verbis, *singulariter constituisti.*

✠ ESYCHIVS Non angelus, aut alius, sed ipse Dominus veniet, & saluabit nos. Esa. 35.

✠ DIDYM. Illi multiplicari videntur præ voluptatibus, quibus affluunt. At ego futurum seculum expectans obdormiscam.

✠ CHRY. Propter spem quæ est in te omnes proturbationes compressi.

† eleua.

† sub quo lumine.

† obdormiam & somnum capiam. solummodo vt securè habitẽ

Matt. 22. c.

† in nobis

† cor meũ.

† A tẽpore quo frumentum eorum & mustum eorũ multiplicata sunt (i. dũ alij ditati bonis corporis gaudent.

† tempore.

† simul iacebo & dormiam.

† habitare fecisti.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Signa. est. *Lumen enim naturale intellectus humani, quod est quædã impressio diuini luminis, eò quod homo secũdum partem intellectiuã est ad imaginem Dei, sufficienter ostẽdit quæ sint opera iustitiæ: quia sicut prima principia speculabiliũ sunt per se nota, ita & operabilium, ex quibus possunt deduci conclusiones in lumine naturalis rationis; propter quod dicit Apostolus Rom. ij. c.* Cùm enim gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.

2 Dedisti lætitiam. *Hic incipit versus sequens in Hebræo & translatione Hieron. iuxta Hebræos: vbi Dauid resumit confessionem laudis diuinæ in psalmi consummatione, dicens Deo:* Dedisti lætit. in corde meo, *non solùm de liberatione mea de manu Saul, sed etiam de liberatione populi Israel ab infestatione Philisthinorum, qui venerant ad occidendum & deprędandum populum, & vastandum bona eorum: quibus per Saulẽ debellatis & fugatis, populus Israel collegit pacifice fructus terræ suę; ideo subditur,* 3 A fru. fru. *Et per ista tria intelliguntur alia terrenascentia; tamen in Hebræo non est* olei, *nec in translatione Hiero. iuxta Hebræ.*

4 In pace in. *Hoc dicit Dauid in persona sua, quia ad tempus fuit à persecutione Saul securus: & sic potuit dormire & quiescere securè. Similiter hoc dicit in persona populi, qui liberatus ab infestatione Philisthinorum potuit securè quiescere, & dormire.*

5 Quoniam tu do. *Hoc dicit Dauid pro persona propria, quia fuit certificatus per diuinam reuelationem de consecutione regni æterni, temporalis post mortem Saulis, & finaliter de consecutione regni æterni, tamen per mortem Christi, ad quod nos perducat.*

Moral. *exponendo psalmum istum, per Saulem, qui abutens interpretatur, dæmon potest intelligi qui bonis naturalibus à Deo sibi datis, quæ remanserunt in eo, continuè abutitur. Per Dauid, qui interpretatur manu fortis, intelligitur quilibet fidelis, qui cum Dei adiutorio eius insultibus resistere nititur, secũdum illud j. Pet. v. c.* Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. *Et cum per internam consolationem, seu diuinam reuelationem se intelligit exauditum, contra dæmonem inuehitur, eius virtutem contemnendo, & per deuotionem in Deum erigitur gratias agendo.* Moralitas.

MORALITER.

† 1 *Signatum.* s. lumen gratiæ baptismalis, quæ est arra gloriæ. ideo subditur, 2 *Dedisti lętit. in cor. meo.* de tanto beneficio. Sed quia gratia baptismatis nõ debet esse fructu vacua, subditur. 3 *A fru.*

3 *A fru. fru. vi.* Per oblationem, & perceptionem eucharistiæ.

† *Et olei.* per opera misericordiæ,

† *Multi. sunt.* scilicet in Christo baptizati. Si autem sic perseuerarint vsque ad mortem, in domino requiescunt, ideo subditur, 4 *In pace in idip. dormiam & requiescam.*

ADDITIO.

In psalmo quarto: Cùm inuocarem. *Hæc expositio postil. non videtur ratione consona, nec literæ. Primò: Nam Dauid psalmum egit specialem super materiam historiæ. j. Reg. xxiij. quam postil. assignat pro materia huius psal. Qui quidem psalmus est liij. cuius titulus est talis.* Ad victoriam in organis eruditio Dauid: quando venerunt Ziphæi, Ziphæi, & dixerunt Saul: Nónne Dauid absc̃ditus est apud nos? *Constat autẽ quod historia prædicta, quę habetur. j. Regũ. xxiij. quę agit de Saul, & de exercitu eius, qui Dauid cingebant in modũ coronæ, &c. totam sumit rationem seu occasionẽ ex illis Ziphęis, vt satis patet historiam illam intuenti. Si igitur Dauid istum psalmum de illa materia edidisset, rationabile videretur, quod inseruisset in titulo huius psal.*

A *Psal. sicut in alio: Sed quia hoc non fecit, videtur quòd materia huius psal. non est eadem. Præterea litera huius psal. non permittit in multis locis, vt prædicta historię propriè applicentur: Nam illud quod dicit,* Et quæritis mendacium, *non conuenit huic historiæ; Ziphæi enim, qui fuerunt principales motores illius persecutionis, nullum mendacium leguntur protulisse ipsi Saul, sed tantum veritatem & de absconsione Dauid eos verè reuelasse, licet malitiosè, impropriè enim vel etiam falsè eis diceretur,* quæritis mendacium. *Item illud quod dicit,* Mirificauit dominus sanctum suum, *non videtur propriè conuenire Dauid in hac vita existenti: qui licet sanctus per innocentiam seu gratiam dici posset, non tamen mirificatus in eadem sanctitate. Nec etiam saluatio Dauid, de qua agitur in prædicta historia, mira debet dici: Solet enim contingere quòd reges vel principes castra obsidentes ex aliqua occasione à tali obsidione recedant, etiam si nihil admiratione dignum superueniat. Præterea cum dicit:* Irasci. & nolite peccare, &c. *Et* Sacrificate sacrificium iustitiæ, &c. *non conueniunt materiæ prædictæ historię: Nam Dauid in alio psal. prædicto contra aduersarios illos, qui ipsum per modum coronę percingebant, imprecabatur Deum pro vltione, dicens:* Auerte mala inimicis meis, &c. *quod minimè videtur consonare cum hac exhortatione seu inuitatione. s.* Sacrificate, &c. *Sunt etiam in hoc psal. alia impertinentia prædictę expositioni: quæ possunt patere intuenti, quæ causa breuitatis ommitto, &c.*

Vnde sequendo Glos. ordin. & alios qui hunc psal. aliter intellexerunt, videtur dicendum, quòd Dauid in eo principaliter intendit contra idolatras. Fuit enim magnus Zelator diuini honoris contra illos, prout satis patet ex hoc, quòd in primordijs suę iuuentutis se mortis periculo exposuit, non potens tolerare quod Golias (licet gigas terribilis)
B *exprobraret Deum agminum Israël, vt habetur. j. Reg. xvij. vnde in hoc psal. contra idololatras intendere videtur primo eos improbando: Ad cuius intellectum sciendum, quòd idola in sacris eloquijs dicuntur surda, iuxta illud Psal. cxiij. b.* Aures habent & non audiunt, *Et ideo eorum cultores illudebat Elias. iij. Reg. xviij. d.* Clamate voce magna, &c. *q. d. In vanum inuocatis, eos qui minimè audiunt. Dauid ergo contra tales dicit:* Cum inuocarem, &c. *hoc est dicere: Ego colo Deum viuum, & verum, quem cùm inuoco me exaudit, & in tribulatione mihi dilatat: non sicut vos qui mortua, & falsa inuocatis. Et dicit notanter,* De° iustitiæ meæ, *quia ad hoc vt inuocans Deum exaudiatur, requiritur quòd oratio sit iusta. s. quòd sit debitè circumstantionata: & talis semper auditur; sed quia orans non debet inuiti propriis meritis, sed potius diuinæ misericordię, subiungit:* Miserere mei, & exaudi orationem meam, *iuxta illud Dan. ix. e.* Non in iustitiis nostris prosternimus preces nostras coram te sed in miserationibus tuis. *Consequenter dicit,* Filij hominum: *vbi in Hebræo habetur,* Filij viri. *i. virtuosi. Ad quod notandum, quòd cultores idolorum erant in duplici differentia: Nam quidam eorum ex simplicitate, seu ignorantia tales Deos colebant, sicut imperiti, & vulgares; alij verò. s. veri philosophi contra dictamen rationis eorum hoc faciebant, vt Augustin. narrat in vj. de ci. Dei. cap. x. de Seneca: qui cultum idolorum ad morē asserebat pertinere, non ad veritatem Dei vnde contra tales Dauid dicebat:* Filij viri. *i. virtuosi, acsi diceret, de simplicibus seu*
C *vulgaribus non est mirandum, si à tramite rationis deuient, sed vos sapientes, seu veri philosophi, qui dici debetis filij viri, per assimilationem virtutis, sicut filij Dei aliqui quandoque dicuntur, secundum assimilationem gratiæ;* Vsque quo graui corde. *i. obstinati seu obdurati corde, iuxta illud Exod. vij. b.* Obduratum est cor Pharaonis; Diligitis vanitatem & quæritis mendacium? *Ad quod sciendum, quòd ratio seu mens humana voluntate & intellectu perficiatur: Voluntatis autē bonum, est finis seu consecutio finis; malū autem ipsius est finis intenti carentia; Bonum etiam intellectus est verum, malum autē eius est falsum, vt ex philosophicis documentis habetur. Et ideo idolorum cultores diligunt vanitatem, Similiter quærunt mendacium, vocantes Deum illud quod non est Deus: & sic in tali cultura incurritur duplex malū rationis. s. intellectus, & voluntatis. Quę quidem duo mala Ieremias explicat contra idololatras, Iere. xvj. d.* Domine ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Falsum hæreditauerūt patres nostri, & vanum absq; vtilitate. *Consequenter facta exprobratione talium, ipsos ad latriam inuitat quasi propheticè per cognitionem Christi, cuius doctrina potissimè idola destruxit, iuxta illud Esa. ij. d.* Et idola penitus conterentur: *quod propriè intelligitur fiendum virtute Christi. Similiter & veritas testatur Ioh. xij. e.* Princeps huius mundi eijcictur foras. *A prima enim ętate vsque ad sextam exclusiuè, in qua Christus venit, & doctrina euangelica per orbem fuit diuulgata, idolatria per vniuersum mundum publice viguit, prętquam in paucissimis. s. Israeliticis, qui cultui diuino mancipabantur, licet non omnes nec semper, vt patet in sacris historijs. Notanter ergo dicit:* Scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum, *Christus enim (qui sanctus sanctorum est, Dan. ix. mirificatus fuit à patre, non solum in rum expulsione: in tantum quòd primum signum eorum, qui Christum per fidem recipiebant in primitiua ecclesia, erat dęmoniorum expulsio, Mar. vl. d.* Sig. eos qui credide. hæc sequentur: In nomine meo dęmonia eijcient. *Qui quidem dæmones principales sunt in idolalolatria.* Omnes enim dij gentium dæmonia, *& quia finaliter in-* D
tenditur à quocumque cultore exaudiri ab eo quem colit: ideo psal. in- Psal. 95. b.
uitando idololatras, eis denuntiat quòd sanctus prædictus intantum est mirificatus, quòd Deus exaudit illos qui ad ipsum sanctum clamant, vnde subdit: Dominus exaudiet me cum clamauero ad eum. *i. ad illum sanctum sic mirificatum, iuxta illud Iohan. xvj. e.* Si quid petieritis patrem in no. meo, &c.

Consequenter dicit: Irascimini & nolite peccare, *qui versus multum varie ab expositoribus declaratur, videtur tamen consonum literę & rationi, Dicendum, quòd Gentiles philosophi, quibus Dauid in hoc psal. loquebatur, cognitionē Dei habebant, iuxta illud Rō. j. c.* Qui cum Deum cognouissent, &c. *secundum quam cognitionem merito debuissent trasci contra eos, qui idola vanè colebant: quia secundum Philosophum in ij. rhetorica, Homines irascuntur pręcipuè contra eos, qui despiciunt ea, circa quæ ipsi maximè student. Idcirco huiusmodi philosophos Psal. hortatur di.* Irascimini. *i. contra idololatras simplices seu vulgares, qui veram philosophiam, per quam Deus verus cognoscitur, in qua maximè studetis, despiciunt, debetis irasci, & non eis in tali crimine participare. Vnde sequitur:* & nolite peccare. *Et quia tales philosophi in cordibus seu in secretis cubilibus vanitatem idolorum fatebatur, exterius tamē vulgari consuetudini consentientes, ideo eisdem ait:* Qui dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini, *hoc est dicere, compunctionem debetis habere, ex eo quòd circa diuinum cultum aliud habetis in cordibus & in secretis, aliud in exterioribus ostenditis.*

Consequenter consulit eis quid agendum sit iuxta dictamen naturalis rationis, vnde dicit: Sacrificate sacrificium iustitiæ: *sacrificare enim* E
Deo pertinet ad ius naturale, vt in secunda secundę. q. lxxxv. licet determinationes sacrificiorum ex institutione diuina vel humana fiant, de lege tamen communi naturali sacrificia soli summo seu supremo enti sunt offerenda, vt in prædicta quęstione satis declaratur: & talia propriè possent dici in communi sacrificia iustitię, eo quod naturalis iustitia hoc dictat. Et quia de ratione actus humani est vt ordinetur in finem, Finis autem vltimus & præcipuus hominis est vltima beatitudo, quæ à solo Deo spectari debet: ideo subdit, & sperate in domino. *q. d. sicut oblatio sacrificiorum soli Deo conuenit, ita ipsius vera remuneratio ab eodem est spectanda, non à vanis idolis Consequenter quia multi varia circa felicitatem seu beatitudinē opinati sunt, vt Philosophus narrat in j. Ethi. idcirco subdit:* Multi dicunt, quis ostendit nobis bona. *Vera enim beatitudo secundum Boetium, est status omnium bonorum aggregatione perfectus: Vnde notanter dixit* bona, *in plurali q. d. quis ostendit nobis, quę sunt illa bona quæ aggregantur in vera felicitate; quibus sic quærentibus respondet,* Signatum est super nos lumen vultus tui domine. *hoc est dicere: super nos. i. in superiori parte nostri intellectus: quę est ratio, lumē intellectuale naturaliter est signatum seu impressum, quod quidē lumen, quia à Deo deriuatur, lumē vultus Dei posset dici, per illud quidem lumen prima principia tā speculabilium quā operabiliū cognoscimus, à quibus cętera à nobis naturaliter cognoscibilia deducuntur: & sic illud lumen sufficiens est ad ostendēdum nobis, quę sunt illa bona in vera beatitudine aggregata, quantum naturaliter à nobis possunt cognosci: & sic exponitur cōmuniter iste versiculus. Sed quia vltima & vera beatitudo supernaturaliter nobis inest,* F
nec naturali ratione sufficienter cognoscitur: idcirco hic passus aliter videtur exponendus. s. quod ratio naturaliter illustrata, vultus Dei, dicatur: Sicut enim per vultum homo homini assimilatur, sic assimilamur Deo per rationem, secundum quam ad imaginem Dei sumus creati, vt in pri. di. iij. Lumen autem superadditum huic vultui est gratia per quā cognoscimus ea quę ad salutem nostrā sunt necessaria: vnde Ps. notāter dixit. Signatum super nos *quia tale lumen non est super infideles seu idololatras signatū. Si enim de lumine naturalis rationis intellexisset quęrētibus quis ostēdit nobis bona, proprius respondisset:* Signatum est super nos. *Si autē dicatur quod hęc respōsio nō sufficit idololatris lumine gratiæ carētibus dicēdū quod sic: Nam per liberū arbitriū quilibet posset se prępparare ad gratiam: vnde Prou. xvj. a.* Hominis est animam prępparare, *licet in hoc requiratur motio diuina. Sequitur in alio versu secundum Hebraicam veritatem:* Dedisti lætitiam in corde meo: à fructu frumenti & vini multiplicati sunt. *In quo cęteris expositionibus omissis, videtur dicendum, quod Psalmista in hoc loco ad literam loquitur de sacrificio altaris, quod est summum & vltimum sacrificiū, sub speciebus frumenti, & vini per Christum sacerdotē secundum ordinē Melchisedech consecratū. Qui quidē sensus propriè applicatur sic litteræ. Nam cum Psalm. inuitasset idololatras ad sacrificandū Deo in generali, in hac particula reuertitur ad cōmendandū fructum huius summi sacrificij in speciali, Deo regratiādo & alloquendo sic:* Dedisti lætitiam in corde meo, *cū per spiritum video ex infidelibus seu idololatris, qui modo sacrificare Deo refugiunt, fideles multiplicari de fructu frumenti & vini consecrati: tunc enim incœpit fidelium multiplicatio, dum hoc sacramētum diuulgari incepit, vt patet Act. j. Vnde hic vtendū est quarta regula b. Isi. de specie & genere circa expositionem sacræ scripturæ. vide supra in prologo super Gen. Nam cū de sacrificio in generali primò tractasset, transit ad vltimam & summam speciem sacrificij. Et quia hoc sacrificium est vnionis & vnitatis, in quo fideles in pace Christi & ecclesiæ requiescunt, ideo subdit:* In pace in idipsum dormiam,

miam & requiescam. q. d. etsi corporaliter non attingam hoc sacramentum. In pace. *i. in vnione,* In id ipsum *per fidem,* Obdormiam *in præsenti & in futuro,* Requiescam *firmiter expectando diuina circa hoc promissa, quę sibi singulariter fuerunt reuelata. vnde subdit:* Quoniam tu domine singu. in spe constituisti me.

REPLICA. *In expositione psal. quarti quam facit postil. vt gratiarum actionem ipsius Dauid pro beneficio liberationis quando liberatus est de obsidione Saul circundante eum & viros eius in modum coronæ, vt dicitur. j. Re. xxiij. Burg. dicit eam nec rationi, nec literę consonam. Primum ostendit sic, quia non videtur rationabile Dauid feciſſe duos psal. de eadem materia, sed. liij. psal. est de illa materia, vt dicit postillatorem sentire. Irrationabiliter igitur hanc materiam huic psal. assignat. Sed Burg. nō videtur attendisse quòd tractatus de causa & occasione, non habet eandē materiā cum tractatu de effectu & executione. Nam non est eadem materia primi libri sententiarum, & secundi, cùm tamen primus sit de causa, secundus de effectu & creatura, Sic est in proposito, quòd materia psal. liij. est denuntiatio Ziphęorum quo Saulī innotuit Dauid apud ipsos Ziphęos latitare: Illorum igitur Ziphæorum ingratitudinem ibi redarguit, vt patet, ex qua denuntiatione Saul tanquam ex causa motiua se transtulit, & Dauid ad modum coronę circundedit, adeo quòd de eunsione Dauid quantùm de humano ingenio non erat spes, & tamen diuina dispositione id faciente euasit. Ecce effectus pro quo in hoc psal. gratias agit. Non est igitur irrationabile duos psalmos fore de sic distincta materia quam Burgen. vnam & indistinctam putat: & sic procedunt ex falso fundamento falsa applicationis literę, quas idem Burgen. facit quo ad quartum quod obijcit.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Pro ea quæ conseq. hæred.* Quia hîc honoratur, cui habenda hæreditas affirmatur, à qua æmula excluditur. Ecclesia est, quæ hæreditatem. i. vitā æternā ipsum Deū accipit, quæ hîc loquitur de hæreditate, quā sibi petit, & asserit, æmulā dicens excludi.

BEDA. Id est pro ecclesia, quæ Christo resurgente bonorum spiritualiū dona percepit, quæ & ipsa nōnūquam domini vocatur hęreditas, cuius pretioso est sanguine comparata: vnde dictum est, *postula à me & da. tibi gēt. hęr. tuā.* Totus ergo Psalmus à persona catholicæ profertur ecclesiæ, quæ prima sectione orationem suam poscit audiri, hæreticos & schismaticos prędicans à domini muneribus esse excludendos. Secunda sectione per intellectum scripturarum diuinarum recto tramite dirigi se ad illam fœlicem patriam deprecatur, perfidos inde asserens funditus fieri alienos: Ad postremum commemorans præmia beatorum, vt vna prædicatione & malos prædicta pœna conuerteret & iustos promissa præmia concitarent.

a ¶ Libera id est Sara. b ¶ Non sic Agar. est synagoga.

† In finem † pro ea quæ cōsequitur hęreditatem.

Psalmus Dauid. V.

a ¶ Ægri. b ¶ Aures Dei sunt potentia, misericordia: per potentiā potest, per misericordiam vult. c ¶ Aug. Spiritualis est clamor, qui intelligitur, vnde & auris Dei, præsentia maiestatis accipitur.

Erbā mea † auribus percipe domine, intellige * clamorem meum. Intende voci

¶ Christus. a ¶ Pater.

† orationis meæ, rex meus & Deus meus.

a ¶ Alia litera. Exaudi orationem meam:

1 2 3 4 5

† vide titulum psal. 4. † super hā nechiloth (nomē instrumenti musici, qp interpretatur hęreditas vel exercitus. †exaudi domine. *locutionē

PSALMVS V.

b *Verba mea* CAS. Hîc innuit propheta * trinā orationem esse faciendam: Sunt enim tria principalia vitia in prosperis, tria in aduersis: contra quæ trinam debemus facere orationem. In prosperis, contra carnis concupiscentiam, contra concupiscentiam oculorū, contra superbiam vitæ, In aduersis, cōtra timorem mortis, periculi, vtilitatis.

CAS. Trina oratio, verba, Oris psalmodiā, Clamorem, Cordis affectum, ideo: *Exau.* Ecce ter de eodem.

c *Aurib.* Aures Dei sunt potentia, clemētia. Potentia, qua potest: Clemētia, qua vult audire, nisi enim esset clemētia, nullius preces exaudiret.

d *Voci.* Illa oratio vocem habet, quæ est digna audiri.

e *Rex.* AVGVST. Propriè filius. bene primò rex, quia per eum itur ad patrem, vnde subdit, & Deus meus: & tamen non dicit intendite, sed intende, quia vnus Deus.

✠ HIERON. Ille vere ausus est dicere, *Rex meus, Deus meus* cui non regnat peccatum in mortali corpore.

D

* ceremoniæ est Benedictionū matutinis precibus in choro præmittere trinā orationem; fuit autem Cassiodorus monachus Benedictinus. Tria vitia principalia

Ē

† clamoris mei

F

NICOLAVS DE LIRA.

PSALM. V.

1 Erba mea. *Huic psalmo præmittitur titulus talis secundum Heb. Ad victoria super* חנחילות *psal. Dauid. Ad cuius intellectum sciendum, quod in hac dictione hannechiloth, li, ha, non est de substantia vocabuli, sed est articulare accusatiui casus in Hebręo: sicut cum dicitur in Latino ô magister, li ô, nō est de substantia dictionis, sed est articulare vocatiui casus. Nechiloth autem dictio Hebraica est æquiuoca ad significandum quoddam instrumentum musicum, & sic est nomen singulare: & secundum hoc, sensus huius tituli est:* Psalmus Dauid super Nechiloth. *i. aptus ad cantādum in tali musico instrumento,* Ad victoriam. *i. cum conatu Leuitarum siue cantorum, prout expositum est in titulo psalmi præcedentis. Et ad significandū hæreditates in plurali, quia est plurale huius nominis Nechilah quod significat hæreditatem. Simile habetur frequenter in Latino: Pila enim, vt est instrumentum terendi, est, singulare, & vt signat iacula est nomen plurale, vnde versus.* Pila terit pultes, sed pila gerūtur in hostes. *Et secundū aliquos Hebræ. est.* Psalmus Dauid super hæreditates. *i. pro conseruatione hæreditatū duodecim tribuū Israel. Dicit enim Ra. Sal. quòd psal. iste factus est à Dauid ad hoc, vt sacerdotes & Leuitæ decantarent ipsum ad impetrandum diuinum auxilium contra hostes Israel irruentes in terram suam: & sic ista dictio Nechiloth secundum vtranque significationem ponitur in hoc titulo, quia denotat materiam psalmi, & instrumentum in quo cantabatur: quia Leuitę cantabant psalmos vocibus humanis & instrumentis musicis,* Ad victoriam. *i. cum conatu cantorum, vt suprà expositum est. Idem redit titulus positus in translatione Hieron. iuxta Hebræa. qui talis est:* Victori super hæreditatibus canticum Dauid. *hoc autem quod dicitur* victori *vel* ad victoriam *secundum Hebr. potest referri ad modum cantandi Leuitarum, qui erant cum quodam conatu vincendi, vt dictum est psal. præce. vel potest referri ad ipsum Deum, cui dirigebant huiusmodi cantus, vt esset victor hostium. Igitur secundum sensum istum psal. iste diuiditur in duas partes, quia primò describitur cantandi modus. & secundò effectus, ibi:* Mane audies. *Circa primum dicitur in persona cuiuslibet cantoris deputati ad decantationem huius psal.* Verba mea, &c. *exaudiendo ea in effectu.*

Diuisio

2 Intellige clamorem meum. *id est intentionem affectus, vnde in Hebr. habetur hîc,* cogitationem meam: *oratio debet esse vocalis & mentalis*

3 Intende voci orationis meæ, *Replicatio est eiusdem sententiæ, sicut frequenter fit in his, quæ pronuntiantur ex magno affectu.*

4 Rex meus & Deus meus. *id est,* rex meus *per specialem prouidentiam, & protectionem, licet enim sit rex omnium per potentiam & generale regimen, tamen, dicebatur specialiter rex Heb. per specialem curam & protectionem: quia dedit illi populo, quem eduxerat de Ægypto per multa signa & prodigia in monte Sinai, legem diuinam, secundum quod dicitur psal. cxlvij. b.* Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

Rex Hebr: Deus.

5 Et Deus meus, *Licet enim sit Deus omnium per creationem, tamen dicebatur Deus Iudæorum specialiter per verum cultum & fidem gentibus aliis ad idololatriam deditis*

✠ 1 Quo-

MORALITER.

✠ 1 *Verba mea.* Secundum Hebræos fecit Dauid hunc psalmum ad cantandum per sacerdotes & Leuitas domino pro conseruatone regni Israel, in quo erant xij. tribuum Israel hęreditates. Sic igitur allegoricè iste psal. est oratio ecclesiæ contra infideles terram sanctam occupantes. Ponuntur autem in principio tria. s. *verbum* cum ditur: *Verba mea, &c. Clamor* cum dicitur:

2 *Intellige clamo. meum. & vox,* cum dicitur,

3 *Intende voci orationis meæ,* Verbum propriè dictum est in mēte, vox in ore, Clamor signum est voluntatis intensæ; per quæ significatur, quòd iste psalmus dici debet ab ecclesiæ ministris cum mentis attentione, & debita pronuntiatione, & magna deuotione.

✠ 1 *Quoniam*

a *Quoniam.* AVGVST. Hucusque oratio vt audiatur; hic iam est intellectus eorum, quæ impediunt ad videndum Deum. i. vt se exauditam cognoscat; prius, quasi in præsenti volens auditi, dixit *exaudi*: in quo ipsam inuocationem ostendit; sed caligans inter procellas seculi, sentit se non videre quod cupit, & tamen sperat; scit autē quare nō videat, q ia adhuc est nox peccatorum. Dicit ergo *quoniam ad te orabo.* i. quia tantus es ad quem orabo, *mane exau. vo. meam*: non in nocte, quā peccata fecerunt, sed ea finita videbis. Mane finis tenebrarum, initium lucis, quæ semper crescit, vt nec incipientes excludantur: cur ergo prius dixit *exaudi*: forsan clamauit, & quia non est audita, sentit quid oporteat transire, vt audiatur. Vel, superius audita est, sed non intelligit se auditam, quia nondum videt auditorem, & est *exaudies*, id est, intelligam me auditam: & in hoc mane non ero horarius, sed astabo, & sciam quod esse Deum, & placere iniquitatem nunquam conueniunt. *Es* propriè; *Astat* Deo, vt præsens, qui purus est, & hoc mane mox vt tenebras deserit.

b *Mane astabo.* CAS. Vel, mane quando incipiet æternitas, & tunc plenè videbo quod non placet iniquitas: quia tunc non habitabit, *sed tolletur impius ne vi. glo. Dei*: & tunc non permanebunt, & si misericordiam eius habuerint.

✠✠ BASIL. In ipso diei exordio hoc opus (inquit) perficiam: & non post mille alia opera, vt multi solent. *Astabo* autem *tibi* non loco aliquo, sed operibus, vicinus enim Deo est, qui talis est: nam hinc est vel vicinum, vel procul esse à Deo, alias namque vbique est Deus.

✠✠ GREG. Nox est vita præsens, in qua quamdiu sumus, per hoc quod interea conspicimus, sub incerta imaginatione caligamus; Dauid quoque huius noctis caliginem videns claritatem veri luminis præstolatus, ait, *Mane astabo tibi & videbo*: Adhuc ergo in nocte minus se videre conspicit, qui ad videndum Deum futurum mane concupiscit.

✠✠ AVG. Astabo quid est, nisi, non iacebo: quid est autem aliud facere, nisi in terra quiescere quod est in terrenis voluptatibus beatitudinem quærere? *Astabo*, inquit, *& videbo* Non est ergo inhærendum terrenis, si volumus Deum videre, qui mundo corde conspicitur.

✠ IDEM. in Hypognost. Nō dicimus eos qui perdurant in operibus malis, ita à Deo creatos vt perirent, tanquam ipse illis mores malæ vitæ creauerit: Absit à diuino proposito; Non enim volens iniquitatem est Deus.

c *Neque permaneb. iniusti.* Qui mala faciunt. Nam odisti qui operantur, non qui operati sunt.

✠✠ HIER. Cum dicit, *neque permanebunt*, ostendit quod aliquando manserunt; manserunt autem aliquando injusti ante oculos Dei, māserunt Deo expectante pœnitentiam ipsorum: sed quoniam permanserūt injusti, propterea non permanserunt ante oculos Dei.

Odisti omnes qui operant. ✠✠ IDEM. Infelix est, quem odit Deus. Quis est quem odit Deus? qui operatur iniquitatem. Sed si omnes peccamus, & quicunque peccat odio habetur à Deo, ergo omnes odio habemur à domino. Si autem odio habemur à domino: quomodo gratia saluati sumus? *Odisti omnes qui operantur iniquitatem*: non dixit, qui *operati sunt* iniquitatem, sed qui *operantur* iniquitatem. Qui perseuerant in peccato, illi odio habentur à Deo: qui autem dimiserunt iniquitatem, illi amantur à Deo.

d *Perdes om. qui loquuntur mendacium.* AVG. Quia hoc est veritati contrarium. Veritas est de eo quod est. Mendacium non est substantia vel natura, sed de eo quod non est, & meritò perditur quod declinat ab eo quod est, ad id quod non est.

✠✠ HIER. Rem nouam video: qui malum operatur, odio habetur, qui mentitur, perit. Infelix quidem est, qui odio habetur à domino, sed adhuc viuit, qui autem perit, iam esse desistit. Ergo infelicior est qui loquitur mendacium quam qui operatur iniquitatem. *Os enim quod mentitur occidit animam.* Sed quomodo scriptum est, *omnis homo mendax*? an omnes perimus? Sed ex ipso ordine intelligitur, quî hîc propheta de hæriticis loquitur: qui enim operatur iniquitatem, suā tantum animam occidit: qui autem hæreticus est, & loquitur mendacium, tot occidit homines, quot seduxerit.

AVG. Mentiri est loqui contra hoc quod animo sentit.

AVGVSTIN. Sunt mendacia quædam pro salute, vel commodo alicuius, nō malitia, sed benignitate: vt obstetrices, quę dixerunt Pharaoni falsum, pro filijs Hebræorum. Hæc autē mendacia non re, sed in dolo laudantur: quia qui sic mentiuntur, merebuntur aliquando ab omni mendacio liberari. Est etiam mendacium iocosum quod non fallit: scit enim cui dicitur causa ioci dici: & hæc duo genera non sunt sine culpa, sed non

Duo genera mendacij. Exod. 1.

☞ cum

a ¶ Vere exaudies vocem meam: Quoniam ad te orabo. i. te in simplici corde petam.
b ¶ Orauī, & non desistam, sed semper orabo.

Quōniam ad te orābo domine, mane exaudies vocē meam.

a ¶ Certus de hæreditate. b ¶ Non iacebo in terrenis. c ¶ Non videt Deum qui terrenis inhæret.
d ¶ Aug. iniquitas, mendacium, homicidium, dolus & huiusmodi sunt nox, qua transeun te fit mane vt videatur Deus, Et reddit causam cur mane astabit & videbit, quia Deus non vult iniquitatem: quam si veller, posset ab iniquis videri sine mane.

Mane †astābo tibi & vidēbo, quoniā non Deus vōlens iniquitatē tu es. †Neque habitābit iuxta te malignus, neque† permanebūt iniusti ante oculos tuos. †Odisti omnes qui operantūr iniquitatē, perdes omnes qui loquuntur mendacium.

a ¶ Intellectus exclusionis æmulæ, per exauditionem liberæ. ¶ Id est non sic videbit vt hæreat.
b ¶ Qui male vult proximo. c ¶ Aug. Quia oculi mentis eorum pro tenebris peccatorum non sustinent lucem; & si aliquando vident verum, non permanent: quia amant ea quę auertunt: sed si hęc transit nox, fit mane. vt videant & hęreant veritati.

a ¶ Quia non finit manere in se.

a ¶ Aug. Operatur, cui placet: si displicet, & si cadit, languor naturę facit, non ipse.
b ¶ Generaliter. c ¶ Non solum operantes.

†præparabo sub. me, vel orationem, tibi & speculabor.

Esa. 26. b.

† stabunt, procedent stulti. †12. q. 2. c. 4

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quoniam ad te or. *& non ad idola, sicut Gentiles faciebant: & sic apparet modus cantandi deuotus.* 2 Domine. *Hic incipit versus in Hebræo, & in translatione Hieron. iuxta Hebræam. Vbi ponitur orationis siue psalmi effectus, qui est duplex: scilicet deiectio hostium, & protectio ciuium: secundus ponitur ibi,* Et lætentur: *Prima in tres: quia primo petitur hostium deiectio; secundo adhuc subditur deprecandi modus, ibi,* Ego autem in multitudine; *tertio resumitur ipsa petitio, ibi,* Domine me deduc. *Circa primum dicitur:* 3 Mane exaudies. *Hebræi enim non habent modum optatiuum, sed pro eo vtuntur futuro indicatiui.* 4 Vocem meam, *Faciendo de hostibus vindictam; & dicit mane duplici ratione: Prima est, quia illa hora in scriptura dicitur apta ad faciendum vindictam de peccatoribus secundum quod dicitur infrà psal. c. b.* In matutino interficiebam omnes peccatores terræ; *vnde & illa hora fecit dominus vindictam de Ægyptijs, submergendo eos in mari rubro, secundum quod habetur Exodi. xiiij. f.* Iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum: & subuertit rotas curruū, ferebāturq; in profundum. *Secunda ratio est, quia illa hora surgebant sacerdotes & Leuitæ et disponebant se ad offerendum sacrificium matutinum, quod cum diuinis laudibus offerebatur, ideo subditur:*

5 Mane astabo tibi. *paratus ad tuum obsequium.*
6 Et videbo, *deiectionem hostium per te, Cuius causa subditur,*
7 Quoniam non Deus volens. *sicut dæmones qui à Gentilibus pro dijs colebantur; ideo subditur.*
8 Neque habitabit iuxta te malignus, *id est, idololatra, malo igne ignitus; licet enim Deus sit vbique per essentiam, presentiam, & potentiam: tamen dicebatur specialiter habitare in Ierusalem, secundū quod dicitur. ij. Paralip. vj. a.* Elegi Ierusalem vt sit nomen meum in ea, *Et hoc ratione templi suo cultui deputati: et ideo iuxta eum dicebantur habitare Iudęi in regno Iuda, cuius metropolis erat Ierusalem, & ideo non erat dignum quod Gentiles habitarent in terra illa, qui erant dediti idololatriæ.*
9 Neque permanebunt in iusti, *id est, hostes nostri inuadentes nos iniustè,*
10 Ante oculos tuos. *per approbationem, sed magis deijcies eos per reprobationem.*
11 Odisti omnes qui operantur iniquitatem, *id est, aduersarios nostros inique nos persequentes.*
12 Perdes omnes qui loquuntur mendacium, *quia multi de gentibus circa Iudæos existentibus, fraudulenter simulabant cum Iudęis amicitiam, cùm tamen quærerent eorum subuersionem, secundum quod habetur Nehemię. vj.*

☞ 1 Virum

MORALITER.

† 1 *Quoniam ad te ora. do.* non ad idola, sicut Gentiles idololatræ.
3 *Mane exau. vo. meam.* i. citò exaudias eam: Heb. enim pro optatiuo vtuntur indicatiuo.
5 *Mane astabo ti.* q. d. si citò exaudies, citò astabo ad reddendum gratias. 7 *Quoniam non Deus volens iniqui.* s. infidelium.
8 *Neque habitabit. &c.* quasi diceret: non est dignum, vt Saracenus vel alius infidelis habitet iuxta sepulchrum tuum.
9 *Neque permanebunt, &c.* i. non decet quod increduli maneant in terra super quam sunt oculi tui. Deu. xj.
12 *Perdes omnes qui loquuntur mend.* i. perdas Saracenos, qui falsò dicunt Mahumetū vilissimū, fuisse prophetā domini magnum.

† 1 *Virum*

cum magna. Perfectis autem non conuenit mẽtiri, nec pro temporali vita, cuius morte sua vel alterius non occiditur anima; licet autem eis, sic non falsum dicere, verum tacere: Vt si quis non vult prodere hominem ad mortem, verum taceat, sed non falsum dicat, ne pro corpore alterius animã suam occidat. Non est culpa verũ tacere, vt & dominus: *Multa habeo vobis, etc.* Illud autem vbi non est duplex cor, non debet dici mendacium; vt si quis commodet mihi gladiũ, & promittam reddere poscenti, si furens poscit, non debeo reddere, ne se vel alium occidat: ideo hîc non est duplex cor, quia cũ promisi reddere, non cogitaui furentem posse repetere.

a *Virum sanguinum* ✠ Hieron. Vir sanguinũ omnis hæreticus est, qui quotidie animarum sanguinem fundit; rectè dixit dolosum; & homicida est, & dolosus.

b *Ego autem.* Aug. Tertiò dicit se futuram domum Dei, & nũc proximare in timore ante cõsummationẽ, quæ expellit timorem.

C ✠ Hier. Illi in iniquitate sua egrediuntur de domo tua: ego in tua misericordia ingrediar in domum tuam, quæ est ecclesia.

c *Introibo.* Cas. Per hoc introibo, quia adorabo.

Cass. Petit contra ea, quæ æmula ingerit: vnde ipsa peribit.

d *Domine deduc.* Avgvst. Quartò proficiens inter impedimenta orat iuuari intus, ne linguis dolosis auertatur.

e *Iustitia tua* Cass. Quia pœnitentes & supplices recipis.

✠ Hiero. Cupio intrare in domum tuam, per viam tuam rectam; sed quoniam continuata semitis scandala ponunt inimici mei, & mihi in domum tuam intrare cupienti laqueos tendunt: propterea dirige pedes meos. Meum est pedes ponere in via tua, tuum est dirigere gressus meos.

f *In conspectu.* Avgvst. Vbi homo non videt, cui laudanti vel vituperanti non est credendum: quia non videt in conscientia, in qua iter ad Deum dirigitur. Ideo subdit: quoniam non est in ore eorum veritas.

D ✠✠ Avg. Nihil manifestius, quàm id tempus eum cõmendare, quo proficit. Hoc est enim iter quod non terrarum locis peragitur, sed affectibus animorum. *In conspectu*, inquit, *tuo dirige iter meum*, id est, vbi nullus hominum videt, quibus credendum non est laudantibus aut vituperantibus; Non enim vllo modo posſũt de aliena conscientia iudicare, in qua iter dirigitur ad Deum.

✠✠ Hier. Hoc est, viam tuã rectam fac, propter inimicos meos, qui insidiantur mihi. Quæ est autem ista via? Lectio scripturarum, hoc est, ne in scripturis tuis, per quas cupio ingredi in ecclesiam tuam, corruam. Omnis enim qui male intelligit scripturam, in via Dei corruit.

E g *Quoniã non.* Non modò non est veritas in ore, sed sepulchrũ: quia fœtida promunt ad corrumpendum, quibus si non proficiunt, dolosè agunt, id est, non modò moliuntur, sed efficiunt.

F ✠✠ Hiero. Describuntur hæretici, describitur vir sanguinarius & dolosus, quem abominabitur dominus: *Non est in o eor. verit.* Non habent Christum veritatem in ore suo quia nec in corde habent.

h *Sepulchrum patens.* ✠✠ Hiero. Hæretici infœlices sepulchra sunt dealbata plena ossibus mortuorum: & rectè dixit patens; quandocunque enim vult aliquis deceptus intrare, paratus est hæreticus & suscipit; nunquam hæretici claudunt os suum, sed semper aperiunt.

i *Linguis suis dolosè.* ✠✠ Idem. Aliud in corde tenebant, aliud in sermone pollicebantur; pietatem loquebantur, & impietatem cælabant: Christum loquuntur & occultant Antichristum; sciunt enim quod nemo possit induci, si proferunt Antichristum. Lucem proferunt, & cælant tenebras, vt per lucem ducant ad tenebras.

k *Iudica illos Deus. Decidant à cogi.* Non optat, sed quod futu-

☞ rum est

---

a ¶ Hoc est quod supra: qui operantur iniquitatem b ¶ Homicidam.
c ¶ Quod supra, loquitur mendacium. ¶ Qui decipit vicinum. d ¶ Id est exheredabit.

a Virũm sanguinum & dolosum abominabitur dominus:

a ¶ Qui autem consequuntur hereditatem, exultant in spe.
b ¶ Aug. Multitudo misericordiæ est multi & perfecti sancti, quos nunc parit ecclesia. c ¶ Vt lapis in ædificium, in hoc introitu perfectio notatur.

b egò autem in multitudine † misericordiæ tuæ. Introibo in

c a ¶ Cælestem. b ¶ Id est prope, non est in templo, hoc de processu prius.
c ¶ Aug. qui est magnum præsidium proficientibus sed peruenientibus foras mittitur, quia non timent amicum.

dõmum tuam, † adorabo ad templum sanctũ tuum in timõre

a ¶ Sed nunc contra aduersa. b ¶ Deductio conuenit proficiscenti.
c ¶ Aug. non hominis, vbi malum pro malo datur, quod non Deus. quia etsi punit, non suum malum infert, sed malis suis eos relinquit, homo vero cum punit malo voto hoc agit: & ideo peior ipse malus.

d tuo. Dõmine deduc me in iustitia tũa propter inimicos meos:

a ¶ Remi. meo vt præ oculis habeam præcepta. b ¶ Vel tuam.

e f g dirige in conspectu † tuo viam meam. Quoniam non est in

a ¶ Aug. Quorum iudicio non est credendum. & ideo ad conscientiam, vbi Deus videt, fugiendum est.
b ¶ Aug. quia cor eorum fallitur de peccato, & pœna peccati. c ¶ Aug. Pro voracitate, pro qua adulando mentiuntur.

h ore eorũ † veritas, cor eorum vanum est. Sepulchrum

a ¶ Aug. Quia semper hiat voracitas; vel, adulatione trahunt homines, & deuorant, sibi assimilando, quibus mortuis ipsi sunt sepulchra ¶ Malis.

i patẽs est guttur eorum, † linguis suis dolosè agebant, †

a Quinto prophetia quæ pœna malis, quod præmium iustis. non enim est optatio: sed præuidet quod futurum est. b ¶ Sic. c ¶ Teste conscientia & arguente.

k iudica illos Deus. Decident à † cogitationibus suis,

NICOLAVS DE LIRA.

✠✠ 1 Virum sanguinum, *Id est, effusorem sanguinis innocentis,*
2 Et dolosum, *amicitiam, vt decipiat, simulantem, quales erant hostes Iudæorum.* 3 Abominabitur Do. *eum à se reycciendo.*
4 Ego autem. *Hic consequenter adhuc subditur de psallendi, seu orandi modo, cum dicitur in persona cuiuslibet cantoris huius psal.* Ego autem. *& incipit hic versus in Hebræo & in translatione Hiero. iuxta Hebr.* Ego autem in multi. mise. *i. præsumens de tua misericordia, non de mea iustitia,* 5 Introibo in domum *i. in templum tuo nomini dedicatum.* 6 Adorabo. ad temp. s. t. *quia Iudei, etiam extra Ierusalem existentes versa facie versus Ierusalem adorabant, vt habetur 3. Paral. vj. & Dan. vj.*
7 In timore tuo. *i. reuerendo modo.*
8 Domine deduc me. *Hic consequenter resumitur petitio de subiectione hostium, cùm dicitur in persona populi Iudaici,* Domine de. &c. *i. deduc me in protectione tua, vt sim instrumentum iustitiæ tuæ, ad deijciendum hostes me iniuste persequentes,* 9 Dirige in conspec. *faciendo eam prosperam: & ad hoc allegat aduersariorum malitiam tanquam causam, dicens.* 10 Quoniam non est in ore. &c. *Quia post simulationem amicitiæ inimicitias exercebant, vt supra dictum est.* 11 Cor eorum, *Nihil habens amicitiæ stabilis.*
12 Sepulchrum pa. *q. d. vellent nos si possent, vivos deglutire.*
13 Dolose. *prius amicitiam simulando.* 14 Iudica. *Condemnando eos ad pœnam & interitum. Vnde in translatione Hiero. iuxta Hebræos habetur*: comdenna eos Deus.
15 Decidant à cog. *qnibus cogitant nos perdere, & hereditates nostras possidere.*

✠✠ 1 Secun-

MORALITER.

† 1 *Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus.* Hîc ponitur singulare pro plurali. sicut Exod. viij. f. *Venit muscagrauissima,* id est, multitudo muscarum. Igitur hîc viri sanguinum dicuntur Mahumetus, & tenentes legem eius, quæ à gladio cœpit, & per gladium tenetur. Et vt dicunt aliqui doctores, per gladium terminabitur.

3 *Ego autem in multitudine, &c.* Hîc incipit versus in Hebræo, & ponitur modus adeundi terram illam, cùm dicitur: *Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ principaliter confidens, & non in merito iustitiæ meæ & apparatu militiæ,* 5 *Introibo in domũ tuam.* i. sanctum sepulchrum in quo quieuisti. 4 *Adorabo ad templum sanc.* i. modo reuerenti & deuoto. Et quid orabo?
8 *Domine deduc me in iustitia tua, &c.* id est, deduc me in virtute tua ad faciendum iustitiam de inimicis tuis & meis. Et allegatur ad hoc ratio, cùm dicitur:
10 *Quoniam non est in ore eorum ver.* sed falsitas: quia lex Mahumeti quam confitentur, est confícta multis falsis.
12 *Sepulchrum patens est guttur eorum,* de quo non exit nisi fœtor,
† *Ling. suis dolo. ageb.* frequenter cum Christianis.
14 *Iudica illos Deus,* indicio condemnationis.
15 *Decidant à cogitationibus suis.* quibus machinantur inferre mala fidelibus tuis.

† 1 *Secun-*

rum est prædicit: Decidit qui spe bona frustratur.

A ✻✻ Hiero. Egregiè dixit, *à cogitationibus suis*, quotidie enim hæretici mutant dogmata sua. Denique si vir ecclesiasticus de scripturis eruditus contenderit contra eos, & scripturis sanctis coarguerit eos, statim requirunt, quomodo aliud nouum dogma reperiant. Non quærunt quomodo saluentur, sed quomodo superent: propterea dixit Dauid, *decidant à cogitationibus suis*, & te habeant vnam cogitationem.

B a ✻✻ *Secundum multitud. &c.* Hiero. Quoniam plurimum impij fuerunt, & noluerunt decidere, cogitationibus suis, & impietates impietatibus augent, propterea expelle eos, vnde? ab ea quæ hæreditatem consequitur. Tu expelle eos inde vt quoniam fidem non habent ecclesiæ, ne versentur in eâ.

C ✻✻ Avg. Expelluntur impij ab ea hæreditate, quæ intelligendo & videndo Deum possidetur: sicut expelluntur morbidi oculi fulgore lucis, cum illis ea pœna est, quæ alijs lætitia. Non ergo ipsi manè astabunt & videbunt. Et tam magna pœna est ista expulsio, quàm magnum præmium est illud, quod dictum est, *mihi autem adhærere Deo bonum est*. Huic pœnæ contrarium est, *Intra in gaudium domini tui*: quia huic expulsioni simile est, *proijcite illum in tenebras exteriores.*

b ✻✻ *Quoniam irritauer.te.* Hiero. Tu domine per naturam dulcis es, sed quicunq; peccatores sunt, & hæretici, naturam tuæ dulcedinis vitio suo vertunt in amaritudinem.

✻✻ Chryso. Hoc est, Non sunt mihi curæ ea, quæ mihi facta sunt, sed doleo propter ea quæ tibi fecerunt. Hoc est enim imprimis pij & sapientis animi, suas quidem nolle vlcisci, sed Dei iniurias vehementer persequi. Multi faciunt his contraria, quæ in Deum quidem sunt facta contemnentes, quæ in se autem peccata sunt, acerrimè vindicantes.

c *Et lætentur.* Cassi. Post retributiones malorum subdit præmia bonorum, vt sicut pœna terret, præmia incitent.

✻✻ Chryso. Vide lucrum orationis: & illi meliores euadent, & desistent à vitijs, & alij magna voluptate afficientur, videntes illorum mutationem, & ad id quod est melius, conuersionem.

d *In æternũ exultabunt.* ✻✻ Chry. Alia gaudia nihilò sunt stabiliora, quam fluuiorum fluenta quæ simul ac videntur, præterfluunt.

E Quæ autem ex Deo est lætitia firmis hæret radicibus, & est sufficiès, perpetua est, stabilis, quæ nullis inopinatis casibus interrumpitur, sed per ea quæ prohibent, maior & sublimior redditur: nam & apostoli flagellis cędebãtur, & gaudebãt. Cum ijs qui ita lætantur, Deus habitat, quamobrem dicit.

e ✻✻ *Et habitabis in eis.* Hier. Fœlices erunt, qui Christum, hospitẽ habent merebuntur, fælices qui tabernaculũ Christi erũt.

✻✻ Avg. Ipsa ergo erit æterna exultatio, cũ templum Dei fiunt iusti: & erit gaudium ipsorum ipse incolatus eorum.

f ✻✻ *Et gloriabuntur.* Avg. Tanquam cum adest eis ad fruendum id quod diligunt. Et bene *in te*, tanquam possidentes hæreditarem, de qua titulus psalmi est, cum & ipsi sint eius hæreditas, quod significat, *inhabitabis in eis*. A quo bono prohibentur, quos secundum multitudinem impietatum eorum expellit Deus.

✻✻ Hiero. Non dixit qui timent, sed *qui diligunt*: vbicunque enim timor est, ibi non est dilectio. Perfecta quippe dilectio foras mittit timorem. *Gloriabuntur*, inquit, quia futura est beatitudo nostra, hic sumus miseri, vt posteà fœlices simus.

g *Vt scuto.* Cass. Vno verbo indicat beneficia Dei gratuita. Voluntas, quæ vocat est defensio contra omnia, & corona, & clypeus. Capiti apratus corona est, cordi defensio.

a ¶ Aug. id est, longe, vt merentur pelli ab hæreditate, quæ videndo Deum possidetur. b ¶ Qui sibi videntur intromissi.

a secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos,

a ¶ Vel amaricauerunt. ¶ Aug. Panis de cælo qui dulcis, egris, per peccata ita amarus est, vt sustinere nõ possint. ¶ Econtra. b ¶ De adepta hæreditate. c ¶ Quibus gratulantibus, vel gustantibus suauis est.

† rebellauerunt cõtra te.

b quoniam † irritauerunt te domine. Et lętentur omnes qui

a ¶ Non dubie dico. b ¶ Non temporaliter. c ¶ Id est quia. d ¶ Hæc est ęterna eorum exultatio

c sperant in te: in æternum † exultabunt, & † habitabis in eis.

a ¶ Aug. tanquam habentes ad fruendum quod diligunt, quæ est hęreditas ęterna.

† laudabũt † operies eos. † lętabũtur fac lætari.

d Et † gloriabuntur in tẽ omnes qui diligunt nomen tuum

a ¶ Aug Benedictio est gloriari in Deo & habitari ab eo. Sed quia hanc præcedit vocatio, quæ est gratię, subdit Domine vt scuto & cętera

b ¶ Bona voluntas Dei præcedit nostram, vt vocet ad pœnitentiam: & hæc sunt arma quibus vincitur inimicus, hoc scutum contra eum, qui tribulationibus & tentationibus suggerit desperationem.

e quoniam tu benedices iusto. Domine vt scuto † bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

† volũtate beneplacito vel fauore tuo coronabis eũ aut circundabis eũ.

NICOLAVS DE LIRA

1 Secundum mul. *Multiplicatio enim peccatorum meretur exterminium gentis,*

2 Quoniam irritau. *attribuendo veritatem tuam idolis & dæmonibus, secundum quod dicitur infrà psal. xcv. b.* Omnes dij gentium dæmonia, &c.

3 Et lętentur. *Hic consequenter ponitur secundus effectus, qui est ciuium protectio, cum dicitur:* Et lætentur, &c. *habita victoria de aduersarijs, ex qua causatur lætitia.*

4 In æternum, &c. *id est, exultent, quia sicut dixi, Hebręi pro modo optatiuo vtuntur futuro indicatiui: Et dicit* in æternum, *vt in præsenti in domino gaudeant ipsum laudando, & perfectius in futuro.*

5 Et habitabis in eis, *In præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam, ideo subditur,*

6 Et gloriabuntur, *& subditur causa,*

7 Quoniam tu bene. *In bonis temporalibus & spiritualibus multiplicando, Et subditur pro victoria de aduersarijs gratiarum actio, cùm dicitur in fine psalmi:*

8 Domine, &c. *id est, per tuam bonam voluntatem, non per nostram iustitiam, vel fortitudinem.*

9 Scuto, *scilicet, tuę protectionis & defensionis.*

10 Coronasti nos, *Dando victoriam de aduersarijs nostris: quę per coronationem designatur, eò quòd corona victoribus antiquitus donabatur. Secundum autem sensum allegoricum iste psalmus est oratio ecclesię contra infideles terram fidelium inuadentes. Secundum verò sensum moralem est oratio ecclesię contra dęmones, fideles suos tentationibus persequentes, & quęrentes eos deijcere à consecutione hęreditatis ęternę. Sed istos sensus non intendo prosequi, exponendo totaliter. Tum quia de facili à quolibet intelligente potest ad hoc applicari litera huius psal. Tum quia alij doctores & expositores valde sufficienter prosecuti sunt istas expositiones.*

MORALITER.

† 1 *Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos*, Quasi dicat, iniquitates eorum demerentur, vt de terra illa deijciantur.

2 *Quoniam irritauerunt te domine*, Auferentes cultum tuum de terra, in qua potissimè deberet vigere.

4 *Et lętentur omnes qui sperant in te*, De eorum deiectione.

7 *Et gloriabuntur in te*, Id est, glorientur in te de victoria à te sibi collata.

8 *Quoniam tu benedices iusto*, in bonis ipsum multiplicando.

10 *Scuto bonę voluntatis tuæ coronasti nos*. Id est, coronabis. Scriptura namque sacra loquitur frequenter de futuro per modum præteriti, & econuerso, id est, reddes nobis coronam Ierusalem.

7 Et

GLOSSA ORDINARIA.

a Octava est aduentus domini, in qua peccator timet arguí, & ideo pœnitet.

Avgvst. Octauam dicunt aliqui aduentum domini, qui venturus est, post septem millia annorum (vt aiũt) sed nulli hoc tempus cognitum est: potius octauus dies dicitur, quia omnia tẽpora septẽ dierum repetitione voluuntur. Illæ nullã habẽt varietatẽ. Vel duæ vitæ sũt: Vna pertinet ad corpus, quod est vetus homo, cui & vetus datum est testamentũ, in qua regnauit mors; Altera ad animam, quod est nouus homo regeneratus per Christum. Ad corpus autem quaternarius, ad animam ternarius pertinet. Peracta ergo vtraq; quasi septenario numero, veniet octauus dies iudicij, vbi cuique pro meritis reddetur. Vnde timens ecclesia hîc orat.

Rom. 3. b.

† in fine in carminibus Psal. Dauid pro octaua.

¶ Id est Christum. a ¶ Pœnitentis. b ¶ Pro metu iudicij.

a † In finem Psalmi Dâuid pro octauã.

☞ PSAL.

PSALMVS VI.

DOmine, ne in furore. ✠ THEOD. Octauum futurum statum propheticus sermo nominat, qui est præter septem dies hebdomadis vitæ præsentis, quem titulum posuit, quia iudicij & mortis memi-

PSALMVS VI.



a ¶ Hic seca, hic vre, &c. b ¶ Aug. furor idem est ex Græco quod ira: vnde, & hic varie dicitur, prius furor, postea ira, vel econuerso. c ¶ Quasi conuincas.

Omine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miserere mei
a ¶ Quod minus est. b ¶ Quasi castigandum. c ¶ Sed.
a ¶ Quia iustitiam sustinere nequeo. ¶ Natura & peccato.
dñe quoniam infirmus sum, sana me do-
a ¶ Non parum, sed vsq; ad ossa peruenit, id est, robur animæ, hoc valde. b ¶ Fortitudo animæ. c ¶ Expositio ossium.
mine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turba-
a ¶ Ideo. b ¶ Differs. c ¶ Aug. & ideo qui pius es non differas sed conuertere, vt ego conuertar ad te, sed quia perfectæ conuersioni nostræ semper est paratus, videtur dicit: conuertere, id est, fac me perfecte conuerti, in quo sentit laborem; vnde addit, Eripe animam, quasi in conuersione multis impediram.
ta est valde, sed tu domine vsquequo? Conuertere dñe, &
a ¶ Non merita: quia iusta damnatio peccanti.
eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam:

o, vsquequò differs, quasi dicat, quid restat quin sanes? d *Vsquequo.* AVG. Innuit se diu luctari cum vitijs. Non est autem crudelitas dilatio Dei, sed vt persuadeat animę, in quæ mala se præcipitauit. Nondum enim tam profecerat, vt ei dicatur: *Adhuc te loquente dicam, ecce adsum.* Vt ex difficultate sanationis inde magis caueat sibi, & vt ostendatur quæ pœna sit nō conuersis, si tanta difficultas sit cōuersis: vnde: *Si iustus vix saluabitur, impius vbi apparebit?* ✠ BASIL. Infirmitatem non corporis sed fidei remissionem & concupiscentiæ ardorem vocat. ✠ THEOD. Vox huiusmodi peccatoribus conuenit. Nam infirmitate præcedēre, peccatū vincit. Ossa sunt ratiocinationes per quas Animal dirigitur. dicit autem, *Vsquequo*, obsecrans vt opē properè ferat. Nā spiritu fornicationis animæ vires erāt perturbatæ.

e *Conuertere.* CASSIOD. Qui auersus eras, vel à vindicta,

f *Eripe.* ab imminente morte, Vel eripe animam peccatis ligatā. ✠ BASIL. A iustis duo expetuntur, vt reconciliati sint & anima seruetur. ✠ THEOD. *Conuerte me*, pro, *Attende* me posuit. Ne auertas faciem, ex translatione excandescentium, & aduersantium, & audire nolentium.

g *Saluum me fac, &c.* dando virtutes.

a Quo-

NICOLAVS DE LIRA.
PSASMVS VI.

DOmine ne in furore. *Huic psal. præponitur talis titulus in Heb* Ad victoriam in organis super octauam psalmus Dauid. *Et secundum Heb. octaua est hīc nomen instrumenti musici, eò quod octo chordas habeat, sic nominati sicut monochorda, quæ est instrumentum musicum, ab vnitate chordæ nominatur: secundum hoc igitur sensus huius tituli est:* Psal. Dauid super octauam. *idest, aptus decantari instrumento tali,* Ad victoriam in organis, *id est, in cantibus, eo modo quo cantores conabantur in canticis vnus chorus alium superare, sicut suprà expositum est in titul. psal. iiij. & sic organum non est hic nomen instrumenti, sed cantus. Et propter hoc Hieronym. in translatione iuxta Hebraicum pro organis transtulit hic in* Psalmis *di.* Victori in Psalmis psa. Dauid super octauam, *& patet expositio ex his dictis. & in titulo psal. quarti. Et similiter patet expositio tituli, qui communiter ponitur in Biblijs, qui talis est:* In finem Psal. Dauid pro octaua. *Quia per finem hīc intelligitur vltimum de potentia in conatu cantorum, sicut dictum fuit suprà, titulo quarti psal. Igitur ex prædictis apparet, quòd Dauid autor fuerit huius psal. sed materia psal. seu de quo fecerit non apparet: propter quod variè & multipliciter exponitur apud Hebræos & Latinos: & propter breuitatem sectandam vnam expositionem accipio, quæ mihi videtur literæ rationabilius applicari, scilicet quod Dauid fecerit istum psal. petens misericordiam super offensam, diuinam, qua iactanter & contra legem iussit populum numerari absque datione argenti, quod in tali numeratione præcipitur dari Exod. xxx. propter quod propheta Gad de mandato domini dixit ei:* Trium tibi datur optio, &c. *Vt habetur. ij. Reg. xxiiij. b. Et ibidem subditur:* Dixit autem Dauid ad Gad: Coarctor vndique nimis, &c. *Quia videbat sequi pœnam horribilem super se & populum occasione sui. Et secundum hoc iste psal. in duas partes diuiditur: quia primò ponitur ipsius Dauid mirabiliter afflicti deuota petitio, secundò ipsius Dei exauditio, ibi,* Discedite à me. *Circa primum Dauid primò implorat diuinam misericordiam; secundò ad ipsam obtinendam allegat suam pœnitentiam, ibi,* Laboraui, *Circa primam dicit sic,*

1 Domine ne in furore, *Id est, ne punias me secundū rigorē iustitiæ tuę, sed magis secundū dulcorē tuæ misericordiæ. Et dicit in furore tuo, alludendo ei quod scribitur. ij. Reg. xxiiij. a. de populi numeratione,* Et addidit furor domini irasci contra Israel, commouitque Dauid dicentem ad Ioab: Vade numera Israel & Iudam.

2 Miserere mei do. *Ex visione enim angeli percutientis populum pro numeratione prædicta, Dauid fuit ita territus, quòd de cętero fuit quasi languidus intantùm, quòd non calefiebat vestibus, vt habetur, iij. Reg. j. Et huius languidæ frigiditatis vna causa fuit iste terror, vt dicunt doctores, sicut exposui iij. Reg. j.*

3 Et anima mea turbata est valde, *Videns enim angelum cadentem populum occasione sui, ita fuit turbatus, quod dixit ad dominum:* Ego sum qui peccaui, ego sum qui iniquè egi: isti qui oues sunt qui fecerunt? vertatur obsecro ira tua contra me & contra domum patris mei, *vt habetur. ij. Reg. vlt. b.*

4 Sed tu domine vsquequo? *subintelligitur, sustinebis populi percussionem & meam afflictionem? Et est modus loquendi decurtatus, sicut homo anxiatus & territus non profert intentionem suam completè sed truncatè.*

5 Conuertere domine, *De rigore iustitię ad dulcorem misericordiæ.*

6 Et eripe animam meam, *de isto timore & afflictione,*

7 Saluum me fac propter misericordiam tuam, *non propter iustitiam meam, cum iniquè egerim. Et ad allegationem diuinę misericordiæ subdit per modum causæ,*

1 Quo-

MORALITER.

† 1 *Domine ne in fur. &c.* Psalmum istum fecit Dauid pœnitens de numeratione populi ad iactantiam regni sui. ij. Reg. xxiiij. Licet autem exponi possit moraliter de quolibet peccatore pœnitente, tamen magis propriè de peccatore, qui se iactando recolit bona sua, sicut ille Pharisæus qui dicebat Luc. xviij. b. *Gratias tibi ago domine, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, adul. &c.* Et sequitur: *Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium quę possideo.* Et ex tali iactantia incurrit afflictionem corporis vel animæ & sic pœnitens clamat ad dominum, dicens,

Domine ne in furore tuo arguas, &c. id est, in finali iudicio, quando contra peccatores apparebis iratus, qui modo es mansuetus.

2 *Miserere mei domine quoniam infirmus sum,* id est, pronus ad peccandum ex corruptione primorum parentum, Genes. viij. d. *Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua.*

3 *Et anima mea turbata est valde,* de peccatorum commissione.

4 *Sed tu domine vsquequo?* subintelligitur, differes eam sanare: ideo subditur,

5 *Conuertere domine,* nunc in præsenti,

6 *Et eripe animam meam,* de terrore iudicij futuri:

7 *Saluum me fac propter misericordiam tuam,* quam allego, & non meam iustitiam.

✠ 1 *Quoniam*

a *Quoniam non.* CASSIOD. Ideò hîc festino dimitti, quia post mortem, & in inferno non accipitur confessio.

b *In inferno* AVG. Confessus est diues, qui Lazarum vidit, etsi de profundo, cuius comparatione coactus est confiteri mala sua vsque adeò, vt & fratres roget ab his præmoneri: sed post iudiciũ in profundioribus tenebris nullam lucem Dei videbunt, cui cõfiteãtur. Vel, mortem dicit peccatũ, in quo immemor est Dei qui mãdata eius contẽnit.

✠ BASIL. Hoc non dicit quod salus nostra in præsenti tantum vita subsistat: absit; sciebat etenim resurrectionis doctrinã: sed quod post migrationem ex hac vita rẽsipiscentia tempus nõ habeat.

c *Laboraui.* CASSIOD. Narrat ærumnas quibus pœnitentes auertitur, gemit dum videt quid egit, & quæ pœna futura.

✠ BASIL. Per omnem hoc vitam suam fecit: neque de præterito tantum, sed de futuro loquitur. Quod enim reliqui omnes remissionis tempus fecerunt, ille confessionis fecit.

d *Lectum.* CASS. Conscientiam, quæ quibusdam quies, quibusdam tormentum. Stratum, sensualitatem; fertilem faciam, quæ erat arida. Vel, lectus delectatio corporis, in qua homo resoluitur. Stratus cumulus peccatorum vt vestium, quo resoluto, imbre lachrymarum, noua messis virtutum crescat.

✠ THEODORET. Actum iniquitate contaminatum.

e *A furore.* AVG. Ab ira, vel Dei, quæ in iudicio, & hîc in cæcitate mentis. Ibi exteriores tenebræ, quia tunc penitus extra Deum, id est, lucem: quia in summa cæcitate. Hic iam incipiunt in peccante, & ideo dicit turbatum, non extinctum oculum. Vel, à sua ira, qua turbante solem, id est, sapientiam Dei, nõ potest videre. Vel ideo sic laboro, quia *inueteraui*, membrum factus veteris hominis: vnde hoc? *quia turbatus à furore* primo parenti exertò; *inueteraui* ad similitudinem veteris vestis, quæ nec est vsui, nec decori. Ne quis desperet de grauitate peccatorum, subdit. *Discedite. &c.*

CASSIOD. Correptio, vt separetur ab illis, quorum collegio peccauit, & insistat mandatis Dei.

✠ THEOD. Non amplius blandiantur mihi, qui proprias iniquitates non vident: Sed terrorẽ impleantur; iustum est enim Dei iudicium.

f *Inimicos.* AVG. id est, vitia vel malos homines, qui verè sunt inimici ad Deum se conuertentium, à quibus separatur omnis bonus, non loco, sed animo; Quia verò non est inanis tantus labor pœnitentiæ, exauditum se significans, subdit, *Discedite.*

g *Dominus.* Ter dominus, quia trinitatem affuisse precibus ostendit: Incepit à lachrymis, exauditus exultat.

✠✠ AVGVSTIN. Iste fructus est illius gemitus in quo laboratur, & illarum lachrymarum, quibus lauatur lectus, & stratum rigatur: quoniam qui seminat in lachrymis, in gaudio metet.

h *Exaudiuit dominus.* CASSIOD. Dat exemplum fideliter orantes audiri.

☞ a *Eru-*

---

a ¶ Aug. Intelligit nunc esse tempus conuersionis, quia cum hæc vita transierit, non restat nisi retributio.
b ¶ Aug. Infernus est cæcitas animi, quæ mortuum inuoluit; sed vt inde liberer, laboraui, & quasi parum profuerit, addit, lauabo.

Quoniã non est in morte qui memor sit tui, † in infernõ
a ¶ Ego autem. ¶ Satisfaciendo. b ¶ Cordis.
autem quis † confitebitur tibi? † Laboraui in gẽmitu meo,
a ¶ Et post. b ¶ Ad literam, vel peccata. ¶ Aug. Quasi alternatim patitur noctes, cum carne seruit legi peccati: & dies seruit, cũ mente seruit legi Dei.
c ¶ Lectus est voluptas corporis & delectatio seculi, in quo æger animus quiescit.
† lauãbo per singulas nõctes lectũm meum, lachrymis meis
a ¶ Idem quod lectus. b ¶ Rigare ad interius pertinet, vt sit fletus vsque ad intima cordis.
¶ Ideo quia. c ¶ Futuro quem timeo.
strãtum meum † rigãbo. † Turbatus est † à furõre oculus
a ¶ Aug. vel prophetia est: quia ira in iudicio, vel nunc vbi grana à paleis nuda, & si inter eas.
b ¶ Quia etiam inter omnes, à nullo immunis, omnibus consensi.
meus, † inueterãui inter omnes inimicos meos. Discẽdite
à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exau-
a ¶ Compunctionem pro commissis. ¶ Remittendo. b ¶ Aug. Repetitio crebra ex affectu quia gaudenti non sufficit semel dicere, quod gaudet. c ¶ Pro deponendis peccatis.
diuit dominus vocẽm fletus mei. Exaũdiuit dns deprecãtio-

B † laudabit te. & vbiq, in psal. hęc dictio significat laudare, gratias agere.
† natare faciam.
† mollificabo dissoluam.
† caligauit contabuit, immutatus est, præ ira vel ob iram, sub. tuã Deus.
† mollificabo, dissoluam.
† ab ira
† in omnibus inimicis meis.
C

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

D

E † vel in sepulchro fouea. & eadem est vox Hebræa vbicunque in psal. legitur infernus.
† Defeci, fatigatus sum.
† 20. dist. c. si diaconus
† inueteratus, dimotus est. propter omnes tribulantes me.
F

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quoniam non est in mor. *id est, post mortem,*

2 Qui memor sit tui, *memoria fructuosa, quantum ad eos qui decedunt in peccato mortali: ideo subditur,*

3 In inferno autem quis cõfitebitur tibi, *scilicet, confessione laudis diuinę, quasi diceret nullus, eo quod in inferno nulla est redemptio. Timebat enim Dauid, ne magna pars populi, quæ moriebatur subito, in illa pestilentia trium dierum decederet in peccato mortali, & sic damnaretur, quod erat ei valde lugubre: sicut & mors filij sui Absalom, quamuis ipsum persequeretur, eò quod probabiliter credebat, ipsum in peccato mortali decessisse, sicut fuit iij. Reg. xviij.*

4 Laboraui in gemitu meo. *Hîc consequenter Dauid pro impetratione diuinę misericordiæ allegat pœnitentiam suam de peccato commisso di.* Laboraui in gemitu meo, *prę anxietate cordis, non potens cõtinere à gemitu, etiam coram hominibus: & de die in diem, quod est durum & laboriosum maiestati regiæ.*

5 Lauabo per singulas noctes, *quia de nocte in secreto cubiculi magis erumpebat in signis pœnitentię profluuium lachrymarum, propter peccatum commissum.*

6 Turbatus est à fu. *id est, à dolore cordis. Vnde in Heb. & in translatione Hiero. iuxta Hebræos, pro* furore, *habetur amaritudine, ex qua profluebant lachrymæ in tanta abundantia, quòd visus acies caligabat.*

7 Inueteraui, *id est, ad interitum corporis & animæ propinquaui, secundum illud Heb. viij. d.* Quod antiquatur & senescit, prope interitum est.

8 Inter omnes inimicos meos, *scilicet, Sathan & satellites suos, qui me prouocauerunt ad peccatum numerationis populi, secundum quod habetur. j. Para. xxj. a.* Consurrexit autẽ Sathan cõtra Israel: & incitauit Dauid vt numeraret Israel.

9 Discedite à me omnes qui operamini iniquita. *Hęc est secunda pars principalis huius psalmi, in qua ponitur diuina exauditio, de qua certificatus fuit Dauid per verbum Gad prophetę dicentis sibi de mandato domini, quòd ędificaret altare in area Ornan Iebusæi & sibi sacrificaret: Deus autem non præcipit sibi offerri sacrificium ab homine, nisi placatus erga eum. Secundo hoc intellexit per descensum ignis de cœlo super holocaustum suum, vt habetur infrà Parali. xxj. qui descensus signum est diuinæ placationis & acceptionis, sicut dictum fuit. Gen. iiij. de oblatione Abel. & ij. Reg. xviij. de oblatione Eliæ. Non est autem verisimile, quòd Dauid tantùm beneficium transierit sine speciali gratiarum actione, nec inuenitur alius Psalmus Dauid ad hoc applicatus: propter hoc dixi in principio huius psalmi, quòd ad istam sententiam rationabiliter applicatur.* Dicit igitur Dauid: Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, *id est, tu Sathan & satellites tui, qui me concitastis ad numerationem populi.*

10 Quoniam exaudiuit dominus, &c. *Sicut enim dæmones ingerunt se peccatoribus, vt faciant eos ruere de peccato in peccatum: sic refugiunt, quando vident peccatorem à Deo exauditum & liberatum, quia cùm superbissimi sint, abhorrent ab hominibus deuinci.*

11 Exaudiuit dominus depre. meam. *Replicatio est eiusdem sententiæ ad ostendendum maiorem gratitudinem diuinę gratiæ sibi factæ.*

☞ *Eru-*

MORALITER.

† 1 Quoniam non est in morte, *id est, post mortem,*

2 Qui memor sit tui, *pœnitentia fructuosa:*

3 Laboraui in gemitu meo, *iam de præterito,*

5 Lauabo per singulas noctes lectum meum, &c. *de futuro: nam ad habendum remissionem requiritur pœnitentiæ continuatio, sicut de beato Petro legitur, quòd singulis noctibus surgebat hora, qua Christum negauerat, & flebat, ita quòd facies eius videbatur adusta ex fluxu lachrymarum.*

6 Turbatus est à furore oculus, *id est, præ dolore cordis & lachrymis obscuratus est visus eius. Et subditur causa.*

7 Inueteraui, *corruptione peccati:*

8 Inter omnes. *id est, dæmones ad malum me prouocantes. Sed quoniam vera pœnitentia certam spem habet ad remissionem peccatorum, subditur,*

9 Discedite à me omnes, qui operamini, &c. *id est, vos dæmones qui estis in malo obstinati.*

10 Quoniam exau. do. *hæc sunt verba pœnitentis, quando sentit coniecturaliter diuinam consolationem.*

a ¶ Pro impetrandis virtutibus. b ¶ Quasi oblationem. c ¶ Ergo iam. ¶ De actibus, quia mali.

nem meam, dominus orationem meam suscepit. Erubescant

¶ Timore iudicij. ¶ Alias non habet vehementer.

a ¶ Aug. Illis conuersio ad confusionem, qui nolnerunt habere ad salutem.

& conturbentur vehementer omnes inimici mei, † conuer-

a ¶ Cass. Ne eant quo tendebant, & non differatur; sed erubescant valde ve. post conuersionem ex recordatione: quod est custodia virtutis. ¶ Et hæc omnia.

tantur & erubescant valde velociter.

a *Erubescant & conturbentur.* CASSIO. Quasi in conclusione, iam liber à peccatis, exultans, pro inimicis, vt conuertantur, orat: vt, sicut ipse

1 AVG. *Erubescant.* Hoc non hic (vbi potius irridēt eos, qui omnia relinquunt, & infirmos erubescere faciūt) sed in iudicio. D

† confunditur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Erubescant & conturbentur, *Reuertitur ad exprimendum erubescentiam & turbationem dæmonum, quando vident peccatorem resurgere, & Deum sibi placatum, propter causam dictam.*

2 Conuertantur, *non conuersione pœnitentiæ, quæ non cadit in dæmonibus, sed conuersione erubescentię, retrocendo à me à Deo exaudito, secundum multitudinem suæ misericordiæ: ideo subditur,*

B 3 Erubescant valde velociter, *quia diuina gratia in instanti infunditur, & per hoc diabolica instantia confusa citò repellitur. Iste autem psalmus potest exponi moraliter de quolibet peccatore veraciter pœnitente, & implorante diuinam misericordiam pro sua liberatione à culpa commissa & pœna incursa: et post longam & deuotam orationem probabiliter se æstimat à domino exauditum per datam sibi diuinitus internam consolationem; propter quod iste psalmus inter septem psalmos pœnitentiales est primus. Sed hanc expositionem non intendo prosequi. Tum quia de facili ad hoc potest litera applicari. Tum quia doctores nostri hanc expositionem & consimiles non solum sufficienter, sed etiam sufficientissimè tractauerunt, & in scriptis multipliciter reliquerunt.* E

† MORALITER.

1 *Erubescant et con.* sicut enim dæmones gaudent & gloriantur de peccatoris deiectione: ita turbantur & erubescunt de eius releuatione.

3 *Conuertantur.* quia cum sint superbissimi, videntes se superatos, nolunt ibi diutius commorari: vnde Matth. iiij.b. de Christo scribitur, *Et reliquit eum dia.* tanquam in tentatione victus.

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem, psalmus.* AVG. Chusi, qui transiuit in partem Absalom, sed de historia velamen sumpsit mysteriorū. Chusi, silentium; Iemini, dexter; Achitophel, fratris ruina; id est, Iudæ scelus qui dominum tradidit. Contra hos dolos dominus dimicauit silentio, id est, alto secreto, quò cæcitas in Israel facta est, vt *cùm plenitudo gentium intret, totus Israel saluus fiat*: de quo Apostolus exclamat admirans, non exponens, *O altitudo diuitiarum, sapientiæ & scientiæ Dei.* Hoc silētio dominus passionis occultans sacramentum, ruinam fratris, id est, scelus Iudæ, conuertit in misericordiam: & quod ille ad perniciem vnius hominis fecit, iste ad salutem omnium flexit. Cantat ergo hunc psalmum domino fidelis: cui facta sunt verba Chusi, id est, manifestatio huius silentij, quod dexter & fauens Deus operatus est ei. Non enim erat eis abscondendum, pro quibus gestum est.

AVG.

AVGVST. Potest hic psalmus in persona Christi intelligi; si qua humiliter dicta sunt, ad infirmitatem nostram referantur, quam gestauit. Primo petit ex omnibus tribulationibus liberari.

a PSALMVS. VII.

Omine Deus. CASSIOD. Iste est primus psal. eorum, in quibus per actus Dauid futura mysteria domini significantur. F Mysteriū incarnationis, silentium fuit Iudæis; Vt Dauid à filio, ita Christus à populo, quem nutrierat, persecutionem sustinuit.

✠ THEOD. Psalm.

C † Sigaion instrumēti musici nomen, quod solicitudo vel angor, aut exercitatio, ignoratio siue error, interpretatur. Rom. 11. c. Ibidem. c.

a ¶ Christum. b ¶ Dirigens nos. c ¶ Fidelis, cui facta est mysterij reuelatio. d ¶ Ad honorem.

In finē † psalmus Dauid, quem cantauit domi-

a ¶ Manifestatione alti silentij, quo Christus occultauit Iudæis mysterium passionis.

b ¶ Id est, dextrę, quia consuluit saluti Dauid necessaria proditione; vel quia illud silentium deus dexter, id est, fauens & propicius huic fideli apparuit.

no pro † vērbis Chusi filij Iemini.

¶ Per potentiam.

Omine. Psalmus VII.

a

à Dauide; quem cecinit Domino pro verbis Chusi filij Iemini Aufugiens enim Dauid Absalonem, Chusi adiutorem inuenit, cuius consilium Achitophelis (qui suspendio factus est sui homicida (consilio præpositum, eidem aufugiendi occasionem dedit: Ideo Dauid & hymnum Deo canit, & doctrinam addit, vt iniuria affecti in Deo spem ponant.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS VII.

1 DOmine Deus meus, in te. *Huic psalmo præponitur talis titulus in Heb.* Ignorantia Dauid, quam cecinit domino super verba Chus filij Iemini. *Ad cuius intellectum sciendum, quod Chus hic accipitur pro Chusi, quod est nomen proprium & appellatiuum. Et secundum hoc est hic duplex expositio huius tituli & psal. Prima est prout Chusi est nomen proprium cuiusdam hominis, qui fuit amicus ipsius Dauid, vt habetur. ij. Reg. xv. qui ad instantiam Dauid inuxit se fictè cum Absalom, vt impediret consilium Achitophel: & significaret ipsi Dauid ea quę tractarentur contra eum in consilio Absalom, quod fecit. ij. Re. xvij. Et ideo quando Dauid audiuit, quod Achitophel dederat consilium, quod ipse cum duodecim milibus bellatorum persequeretur Dauid in campestribus, antequam posset ingredi aliquod fortalicium: & ad suggestionem Chusi, in angustia positus, disponeret se ad transeundam Iordanem, vt esset in loco tutiori, ne forte fieret consilium Achitophel contra eum: fecit hunc psalmum petens à domino ab illo periculo liberari. Et ad hanc sententiam satis concordat litera psal. sed litera tituli videtur discordare, cum dicitur*: Ignorantia Dauid, quam cecinit, &c. *quia secundum omnes expositores ignorantia accipitur hic pro peccato ignorantiæ, quod committitur ex ignorantia crassa, quæ non excusat à toto: persecutio autem, quam sustinuit Dauid, ab Absalom & Achitophel eius consiliario fuit ei inflicta propter adulterium commissum cum Bersabee, & homicidium Vriæ, secundum quod prædixit ei Natan propheta. ij. Reg. xij. c* Hæc dicit dominus: Ecce ego suscitabo super te malū de domo tua, &c. *Dicta vero peccata non fuerunt commissa per ignorantiam, sed ex certa scientia, vt patet. ij. Reg. xj. Item quia Chusi prædictus nō videtur fuisse de stirpe Iemini: Tum quia vocatur Arachites, ij. reg. xv. Tum quia non est verisimile, quod Dauid fecisset sibi amicū familiarem & consiliarium hominem de stirpe Iemini, de qua fuerat Saul eius persecutor. Et ideo est alia expositio, quam sequitur Ra. Sa. & Ionatham filius Oziel in translatione Chaldaica, quòd Chus, siue Chusi, est hic nomen appellatiuum, & significat Æthiopem. & hoc idem sentit Hiero. qui in translatione sua iuxta Heb. huic psal. præmittit talem titulum*: Pro ignorantia Dauid, qui cecinit domino super verba Æthiopis, filij Iemini. *Et vocatur hic Æthiops ipse Saul, eò quòd fuit denigratus infamia, et moribus, pro iniqua prosecutione Dauid, & horrenda occisione sacerdotum Nobe in odium Dauid, vt habetur. j. Reg. xxij. cuius occisionis Dauid fuit culpabilis per ignorantiam crassam, eo quòd præsente Doeg Idumæo petiuit panes, & gladiū ab Achimelech sacerdote. Unde quando Abiathar filius Achimelech fugit ad Dauid, nuntiando ei mortem patris sui, & aliorum sacerdotum (vt habetur j. Reg. xxij. d) Dauid culpam suam recognoscens, dixit ad Abiathar:*

a *Libera*

MORALITER.

1 *Domine deus. meus.* Psalmum istum fecit Dauid, eò quòd fuerat occasio mortis sacerdotum Nobe, vt habetur. j. Reg. xvij. petens à domino, ne propter hoc traderetur in manus Saul & aliorum persequētium ipsum. Hunc ergo psal. debet dicere domino, qui per incautelam suam est occasio magni mali petens à domino liberari, & dicat. *Domine Deus meus, etc.* id est, in tua misericordia, non in mea iustitia, *Saluum me fac, &c.* corporaliter vel spiritualiter.

† 1 *Nequando*

☞ a *Libera*. AVG. Quasi, superato omni bello vitiorum, iam pro-
A fectò nihil restat, nisi inuidus diabolus.
b *Rapiat. Redimat*. CAS. Propria verba; domini est liberare,
leonis rapere. Ordo, prius persequentes ponit, inde leonē. Expia-
tus enim ab omnibus spiritualibus nequitijs, à diabolo liberatur.
c *Domine si feci ist.* CAS. Ad literam de Dauid, & Absalon. *Si*
B *feci istud*. id est, si hoc malum mihi per præteritam culpam con-
†erue. tigit. Vel, si modo est iniquitas in manibus,
¶aceret & non sit qui eripiat. id est, operibus meis. Vel, *si reddidi re. mihi mala, &c.* (quod dicitur æquitas apud homines) *meritò*, (etsi
C non videatur hominibus) *decidam ab inimicis*
†de pœ di. a.c. oppo- nitur. †ergo. *meis, inanis* à fructu manſuetudinis.

AVG. *Si feci istud*, vel, vniuersale peccatum, quod sine nomine dixit, quod est superbia, quæ est radix omnium malorum; Vel, quod sequitur, *si est iniquitas*, quod de omni peccato accipitur.

✻ THEOD. *Domine Deus si feci istud*, deinde manifestius docet, & dicit, *Si est iniquitas in manibus meis*. Et demonstrans quam speciem iniustitiæ hic dicat, illico subiungit, *si reddidi &c.* non solum prior iniuriam non intuli, sed neque illos qui nocue- D
runt mihi, vnquam vlcisci volui, vt Saulem. Et si quid tale vnquam commisi, *Decidam ab inimicis meis inanis*, i. me tua cura priues *Et gloriam meam in puluerem deducas*, non solum gloria & regno priues, sed ridiculæ morti me tradas.

a ¶ Per creationem b ¶ Voluntate. c ¶ Non in me. d ¶ Spiritualibus nequitijs, vitijs, & peccatis.
¶ Prætendit meritum.

Deus meus in tē sperani, saluum me fac ex omnibus perse-
a ¶ A diabolo & angelis eius. ¶ A leone. b ¶ Aliquando. c Id est, diabolus qui in illis vitijs & peccatis impugnat, vnde, vt leo rugiens circumit.
a
b quentibus me, & †liberā me. Nequando rapiat vt leo ani-
a ¶ Cui semper insidiatur. ¶ De corpore non curat, si carne affligatur. b ¶ Si tu non redimis, ille rapit.
c ¶ Nisi Christus.

mām meam, † dum non est qui redimat neque qui sal-
a ¶ Nisi qui redimit. ¶ Dando vitam æternam. b ¶ Quia sine innocētia nemine videt posse saluari, dicit.
¶ Item prætendit meritum. c ¶ Aug. hic patet perfectum loqui, cui solius diaboli insidiæ cauendæ sunt. ¶ Scilicet.

c uum faciat. Domine Deus meus, si feci istud, si est mi-
a ¶ Mala scilicet. ¶ Aug. hoc non potest dicere, nisi perfectus, sciens Christum hoc fecisse.
¶ Aug. maior patientia si non reddidi his, qui pro bonis reddiderunt mala.

d quitas in manibus meis. † Si reddidi † retribuentibus mi-
a ¶ Pro bonis. ¶ Qui se vindicat, occulte à diabolo superatur. a ¶ Etiam. ¶ Impugnando. i. suggerendo.

e hi mala, decidam † meritò ab inimicis meis inanis. Per-
a ¶ Singularis. ¶ Diabolus. b ¶ Cui homines non habent quid faciant.
c ¶ Decipiendo per consensum.

sequatur inimicus animam meam, & comprehendat

1 ✻ BASIL. Animus philosophicus: non e-
2 nim dicit, puni hostem,
3 sed serua me; nec, par-
4 ricidæ nominatim mē- E
5 tionem facit, quem
6 tamen leonem nomi-
7 nat.
8 d *Si reddi*. AVG. Id
9 est, si re non sum imi-
10 tatus in iusto silentio,
11 id est, patientia, qua
12 pro me operatus es.

✻ BASIL. quanquā F
& ipse exercitus col-
legerat, non tamen
13 auxilij loco ducebat,
14 etiam vniuersum or- † pacificè degēti mecum malū. & spoliaui inimicos meos gratis (immeritò, vel sine causa)
bem, nisi cælesti auxi-
15 lio potiretur.

e *Decidam meri. ab ini.* AVGVST. Non iureiurando hoc sibi imprecatur, sed dicit quod contingit se vindicantibus: propheta ergo, nō iurat per execrationem; quòd est grauissimum iurisiurandi genus. AVGVST. Inanis factus vana & superbia lætitia, quòd quasi vinci non potuit: Salomon, *Melior est qui vincit iram, quam qui capit ciuitatem.* Prouer. 16. Genes. 3. d.

☞ a *Con-*

NICOLAVS DE LIRA.

thar, Ego sum reus omnium animarum patris tui: *& causam huius assignans dixit*, Sciebam enim, *id est, scire poteram, & debebam, in illa die, quòd cum ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annuntiaret Sauli, & ideo Dauid fecit hunc psal. orando dominum vt remitteretur sibi dictum ignorantiæ peccatum, ita quòd propter hoc non traderetur in manus Saulis, & aliorum ipsum persequentium: & secundum hoc sensus communis huius tituli est*, Ignorantia Dauid, *id est, culpa ignorantiæ Dauid prædicta*, quam cecinit domino, *id est, propter quam remittendam cecinit domino hunc psal.* super verba Æthiopis, *id est, propter verba Saulis denigrati in fama & moribus*, Filij Iemini, *quia Saul fuit de stirpe Iemini, vt habetur. j. Reg. ix. Per verba autem ista Saulis, intelligitur præceptum eius, quo præcepit Doeg Idumæo interficere sacerdotes domini: & ciuitatem eorum percutere in ore gladij, viros & mulieres, paruulos & lactantes, vt habetur. j. Reg. xx. Ad istum autem intellectum vadit titulus Hieron. in translatione iuxta Hebr. & patet ex dictis. Alium etiam psalmum fecit Dauid contra malitiam ipsius Doeg, vt videbitur infrà.* Domine Deus meus, &c. *Igitur secundum sententiam prædictam, quam tenent* Diuisio. *Hebræi, (& Hieron. idem videtur sentire ex titulo psal.) Psalmus iste in duas partes diuiditur, quia primo Dauid petit suam liberationem, ibi*, Domine Deus; *secundò ad hoc allegat multiplicem rationem, ibi*, Domine Deus meus *Circa primum dicit sic*, Domine, *per omnium generalem gubernationem*.

1 Deus, *per creationem*,
2 Meus, *per specialem cultum & deuotionem*:
3 In te speraui, &c. *scilicet de tua pietate confidens, plusquam de mea æquitate.*
4 Saluum me fac, &c. *à Saule & suis complicibus me persequentibus protegendo.*
5 Et libera, *ab ipsis assecurando.*
6 Nequando ra. vt leo, *crudelissimus.*
7 Animam meam, *per occisionem à corpore separando.*
8 Dum non est, &c. *ex horrenda enim occisione sacerdotum propter Dauid, ipse sciebat, quòd si caderet in manu Saulis, nullo precio posset redimi, nec per humanam potentiam saluari, eò quod Saul tenebat potentiam regni.*
9 Domine Deus. *Hic consequenter Dauid pro sua liberatione allegat triplicem rationem, prima accipitur ex sua innocentia; secunda ex diuina iustitia, ibi*, Exurge domine; *tertia ex persequentium nequitia ibi*, Consumetur nequitia peccatorum. *Circa primum Dauid allegat suam in-* Diuisio. *nocentiam, imprecando sibi malum, si in ipso sit contrarium*, Domine Deus meus, *exponatur sicut prius.*
10 Si feci istud, &c. *de præterito, scilicet, quòd quæsierim mortem Saulis, prout sibi ab eo, & detractoribus imponebatur: Vnde dixit ei Dauid. j. Reg. xxiiij. c.* Quare audis verba hominum loquentium Dauid quærit malum aduersum te, &c.
11 Si est iniquitas, &c. *quærens facere de futuro, quod mihi imponitur, vt dictum est.*
12 Si reddidi retribuentibus mihi mala, &c. *hoc est, si persequentibus me reddidi malum pro malo: quod patet ex hoc, quòd Saul persequendo Dauid bis cecidit in manus eius, ita quòd potuit eum occidere, vt habetur. j. Regum. xxiij. & xxvj. & tamen Dauid ei pepercit.*
13 Decidam meritò ab inimicis meis inanis, &c. *id est, sine virtute: ita quòd non possim me ab eis aliqualiter defendere secundum hanc literam Dauid imprecatur sibi malum pœnæ, nisi fuerit innocens à prædictis. In Hebræo autem, & in translatione Hier. iuxta Hebr. sic habetur:* Si reddidi retribuentibus mihi malum, & dimisi hostes meos vacuos, *spoliando Saulem & homines suos bonis suis; imò hastam Saulis & scyphum aquæ, quæ acceperat in tentorio Saulis, in certum signum, quòd poterat eum occidere, restituit, vt habetur infrà Regum. xxvj. & secundum illam literalem, quæ verior videtur, in fine huius versus*, Si reddidi retribuentibus mihi mala, &c. *Dauid non imprecatur sibi malum, sed allegat innocentiam suam: sed in principio versus sequentis incipit hoc imprecari, dicens.*
14 Persequatur inimic. anim. meam. *i. meipsum, nisi fuerim innocens à prædictis.*
15 Et compre. *ita quòd non possim effugere.*

☞ a *Et*

MORALITER.

† 6 *Nequando rapiat vt leo animam meam*. ſ. persecutor corporalis per mortem corporalem, vel spiritualis per mortem spiritualem.
8 *Dum non est qui redimat neque qui saluum faciat*, scilicet salutem meam præter te.
9 *Domine Deus*. Hic allegatur triplex ratio pro petitionis exauditione. Accipitur autem prima ex parte sui; dicens, *Domine Deus meus si feci istud*, malitiosè, sciens quòd tantum malum sequi deberet ex mea actione.
11 *Si est iniquitas in manibus meis*, talis quòd vellem reddere mala benefactoribus meis.
13 *Decidam meritò ab inimicis meis inanis*, quasi diceret, iustum esset quòd traderer meis inimicis, & quòd ipsi me comprehenderent, & totaliter conculcarent. Sed quoniam adhuc sum innocens ab istis,

☞ a *Conculcet, &c.* AVG. Anima peccatoris, (de quo, *Terra es, & in terram reuerteris*) cibus serpentis est (cui in maledictione dictum est, *Terram manducabis,*) id est, diaboli, quia terra. i. terrena est. Et ideo hîc ait, *Conculcet in terra vitam meam*, id est, in terram redactam sibi incorporet, & ibi sit despicabilis.

b *Gloriam me.* AVG. quæ debet esse in conscientia, vbi Deus videt; & solida in domino, vt, *Qui gloriatur, in domino glorietur. Deducat in pulverem.* id est, in superbiam & iactãtiam, vt scilicet velim gloriari apud homines.

c *Pul. de. Puluis quem projecit ventus.* AVG. Superborum iactantia, Vult ergo vt gloria sua sit solida intus, vbi Deus videt: Est enim puluis, si apud homines gloriatur; ecce quã cauenda superbia.

d *Exurge domine*, Petit vt gloria resurrectionis Christi subueniat.

e *In ira tua.* Perfectus enim iste non precatur hic aduersus homines, sed aduersus diabolum, vt possessionem eius amittat, peccatores, scilicet, & impios, qui sunt eius possessio; Et quia ablatio hominis, quia pœna est diabolo, dicitur ira Dei contra eum. Vel, precatur hic Christi resurrectionem, sicut in præcedenti, eius incarnationem: vt *O domine Deus meus, &c.*

✻✻ *Et exaltare.* CHRYSO. Quomodo exaltatur altus, & qui est semper altissimus? eius enim naturæ altitudo nec crescit, nec minuitur, sed semper similiter & eodem modo se habet. Quanam ergo ratione exaltatur? Exaltatur in multorum mentibus. Cum C longanimitate vtitur, inimici existimant, hoc non esse longanimitatis, sed imbecillitatis: quocirca etiam humiliatur, non quidem re, sed ipsorum cogitatione. Sed quemadmodum sol existimatur obscurus esse ijs qui laborant oculis, reuera autem non est opacus sed illustris: ita Deus, etiamsi ita existimetur, non est tamen imbecillis, sed id ex illorum insipientia accidit. Quid ergo ait? Exaltare etiam apud inimicos meos, vt qui te imbecillum existimant, ex ijs quæ patiuntur, videant tuam gloriam.

f *In finibus.* Mundus, vel infernus, sunt fines diaboli.

g *Et exurge do.* Superbus diabolus, quia per iniquitatem vincitur, subdit: Vel *Exurge*, id est, in toto orbe notus efficere, resurgendo, *in præcepto*, vt præceptum humilitatis facias implere: & hoc inde sequitur, quia synagoga de diuersis populis, vel specialiter Iudæis. *Circum. te-* amando, vel persequendo; *propter hanc*, id est, amantem, *regredere*, id est, fac scire eos omnipotentiam tuam, qui descendisti vt te viderent; vel *propter hanc*, id est, persequentem, in qua locum non inuenis, *regredere in altum*, id est, subtrahere his, qui te persequuntur.

✻ THEO. Tu statuisti eos defendere, qui iniuria afficiuntur: quod igitur alijs promisisti, fac nunc ô domine, vt omnes hymnos tibi afferant, Deumque altissimum, qui omnia prospicit, te nuncupent. Nam hæc vox: *Regredere in altum* hoc significat, Cum natura altissimus sis, & apud multos incognitus, ostende te, quod es, ob sollicitudinem quam circa iniuria affectos habes; deinde vaticinantis more subiungit;

Dominus iudicat populos, Non solum meam iustitiam iudicabis, sed omnem hominum naturam.

h *Syna.* AVG. Congregatio populi, scilicet, qui vel humilem contemnêtes circumdederunt vt persequêtes; vel amãdo, vt credentes. *Regredere* resurgendo, ascendendo propter synagogam crediturum, vt mittas spiritum de alto, quo fit congregatio; vel *propter hanc*, id est, persequentem synagogam, in altum regredere, te illi subtrahendo; quia locum non habes in malis, subtrahe te illis. Vel, *exurge in ira*, id est, exerce iram tuam contra inimicos, scilicet, Iudæos, dicit ecclesia. Deinde quasi exponendo subdit, *exaltare in finibus*, id est altus efficere, vt te non intelligant, quod est silentium tituli, vt ficte crucifigant. *Et exurge in præcepto*, id est, cum appares humilis, altus esto: Ipsa enim humilitate exaltatus est, id est, non est intellectus, & per hoc quod non intelligunt te Iudæi, qui crucifigunt. credent in te gentes: Et ita synagoga *populorum circundabit te*, *plenitudo*, scilicet, *gentium* credendo; & *propter hanc* synagogam gentium, *in altum regredere*, id est, rursus define intelligi, quia & ista te offensura est, vnde, *Putas cum venerit filius hominis inue. fi. &c. Refrigescet enim charitas multorum*, & dominus in altum regredietur, vt à paucis syncera fides teneatur. Sed quomodolibet hîc locus exponatur, conuenienter sequitur, *Dominus iudicat populos*, post ascensionem in cœlum, quæ regressio accipitur, quia inde venturus est iudicare viuos & mortuos; vel, cùm peccantes Christianos deserit intelligentia veritatis, quæ iterum regressio dicitur. Secundum aliam sententiam venit Christianos iudicare, quod iudicium non timens perfectus auder orare, *Iudica me*: dominus iudicat, de iudicio regressi, id est, Christi.

i *Innocen.* AVG. Quia non reddidi retribuentibus mi.

k *Sup. me.* AVG. Iustitia & innocentia sunt super me, quia non à me sed à Deo.

✻ THEOD. Non suam ostentat iustitiam qui dicit, *Quoniam iniquitatem meam ego agnosco*, sed iustitiam dicit in proposita materia: neque enim (inquit) Absalonem offendi, nec Architophelem nec eos qui vna cum ipsis bellum gerunt contra me.

☞ a *Corda*

a ¶ Id est, occultando vitam meam, terram faciat, scilicet, cibum sibi, quia non est tantum leo, sed & serpẽs; b ¶ Hominem ad imaginem Dei factum. c ¶ Ad nihilum redigat.

& cõnculcet in terra vitam meam, & glõriam meam in pũ-
a ¶ Si hoc feci, hoc mihi contingat: sed quia non merui. ¶ Aug. appare per carnem: dormit enim cum in secretis suis latet incognitus. b ¶ Cass. id est, vindicta contra diabolum.
uerem deducat *. Exũrge domine in irã tua, & exaltare † in
a ¶ Id est, in possessione, vt ibi honoreris à conuersis. b ¶ Diaboli & angelorum eius.
c ¶ Aug. quia humilitatem præcipis, prior eam imple, humilis appare, vt à te discant alij superbiam vincere.
finibũs inimicõrum meorum. † Et exũrge domine Deus
a ¶ Congregatio.
meus in præcepto quod mandasti, & synagõga populorum
a ¶ Quidam amando, quidam persequendo. b ¶ Vt diligens exerceatur, odiens amplius excrucietur. b ¶ Cælum.
circundãbit te. Et prõpter hanc in altũm regredere, dominus
a ¶ Pœnitens supra ajebat, saluum me fac propter misericordiam tuam, quia vocat ad pœnitentiam; iam vocatus, quia præcepta seruauit, secundum iustitiam petit iudicari. b ¶ In bonis faciendis.
iudicat populos. † Iudicã me domine secundum iustitiam
a ¶ Quia sine malis sum, quia non reddidi retri. mihi mala. b ¶ Supra quam dignus sum.
meam, & secundum † innocentiam meam super me.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et conculcet, &c. *me occidendo, ita quod cadauer meum conculcetur ab hominibus & bestijs.*

2 Et glo. me. *id est, gloriam regni Israel, mihi à Deo promissam per Samuelem.*

3 In pulverem dedu. *per cadaueris mei incinerationem.*

4 Exurge do. *Hîc consequenter allegat rationem suæ liberationis ex parte diuinæ iustitiæ, dicens*, Exurge domine in ira tua. *i. in effectu iustitiæ tuæ per vindictam:*

5 Et exalta. *tuam iustitiam ostendendo.*

6 Et exur. do. de. me. in præ. quod man. *id est, sicut tu mandasti iudicibus facere vindictam de malis, ita facies tu vindictam de meis persecutoribus: quia non habeo iudicem in terra, ad quem possum recurrere, eò quòd me persequitur rex terra.*

7 Et sy. *Hic incipit versus, & est sensus:* Congregatio populorum circundabit te, *scilicet, circa templum, in quo est habitatio tua, orando pro vindicta iustitiæ fienda contra gentiles eos persequentes, ideo subditur,*

8 Et pro. hanc in al. re. *id est, propter iustitiam faciendam & ostendendam, de supernis procede. Dicitur enim Deus quodammodo procedere in altum, quando effectum suę potentiæ ostendit qui prius non apparebat.*

9 Do. iu. po. *Dicuntur autem hic populi, Iudæorum aduersarij, de quibus fuerunt frequenter vindicati diuinitus propter orationem eorum deuotam, sicut patet in libris Regum, & libris Iosue & Iudicum: & ideo Dauid consimiliter petit iudicari, non zelo vindictæ, sed amore iustitię, dicens,*

10 Iudica me. &c. *& patet sententia ex dictis.*

7 Et

MORALITER.

† 4 *Exurge domine in ira tua.* i. in effectu vindictæ tuæ.

5 *Et exalta. in fi. ini. me.* repellendo inimicos à me, ita quod retrocedant ad loca sua.

6 *Et exurge dom.* Hîc ponitur secunda ratio, & accipitur ex parte Dei, qui præcepit iudicibus inferioribus facere iustitiam, & sic facere debet ipsam, ideo dicitur, *Exurge domine in præcepto quod mandasti.* f. faciendo iustitiam de persequentibus me.

7 *Et syna. popul. circum. te-* f. ad te laudandum de facto iustitiæ.

8 *Et prop. hanc.* f. iustitiam, *in altum regredere*, ostendendo altitudinem tuæ iustitiæ in iniquorum punitione.

9 *Dominus iudicat pop.* quasi dicat sicut quilibet dominus temporalis iudicat & punit suos subditos, sic tu, qui es dominus generalis omnium, debes iudicare & punire omnes iniquos homines, vel dæmones; ideo concluditur,

10 *Iu. me do. se. iu. me*, ferendo pro me sententiam.

7 Et

1 Consu.

D

*Sela supr. Psal. 3.

† propter indignationes (vel, indignans super hostes meos)

† Excita mihi iudiciũ, quod præcepisti (i. restitue me in officio), quod mihi demandaras, i. in regnũ, vt restituatur tibi populus; vel, presta, quæ promisisti, vindictã.)

E

F

Luc. 8. b. Matt. 24. b

† De pœ. di. 2. § opponitur vltra me. †perfectionem meã quæ sunt in me.

☞ a *Corda.* Avc. Quid quisque cogitet,
A b *Renes.* Quid quemque delectet; quia finis curæ, & cogitationis est delectatio, ad quã nititur peruenire. Opera nostra in dictis & in factis possunt videre homines: sed quo animo fiant, & quo peruenire cupiant, solus videt Deus; qui cùm videt cor esse

† Cõsumet nunc malũ impios, (vel, finiatur obsecro malum impiorum) & stabiles.

in cœlo, & non delectari in carne, sed in domino, id est, cùm bonæ sunt cogitationes, & earũ fines, dirigit iustum, & non solùm dirigit, sed adiuuat iustum.

† longanimis & patiens nunquid.

✻ Theod. Renes vero cogitationes appellat: Quoniã enim pudẽdos appetitus rerum excitant, hinc deinceps cõcupiscentiæ cogitationes mouentur, *renes* tropice cogitationes nominauit.

B † cõuersus fuerit (sub. Deus, vel homo)

† ei parauit vasa (instrumenta,) iaculamortifera.

c *Iustum adiutorium.* Avg. Duo sunt officia medicinæ, scilicet morbum sanare, & sanitatem custodire. Secũdum primum dixit in alio psal. *Infirmus sum, sana me domine*: Iuxta alteram dicit hic perfectus, *Iustum adiutorium meum à Domino*

Suprà 6. a. *no.* Et illa enim, & ista medicina saluos facit: sed illa ex ægritudine transfert ad salutem, hæc in ipsa salute conseruat. Illa ad morbum euadendum, remedium; hæc autem ne ad morbum

C recidat, remedium præstat. Illa sanamur infirmi, hac custodimur sani.

d *Deus iudex.* Cassiod. Hic metu futuri iudicij terret, & spem reuersis promittit.

e *Num.* Avg. Alia litera. *Nunquid adducit iram per singulos dies?* In Græco significantius, *adducit iram*: quia non in ipso est ira, qua punit, sed in angelis iræ, per quos punit: qui non propter iustitiam qua non gaudent; sed propter malitiam, pœna humana delectantur: quos per singulos dies non cõgregat ad vindictam, sed per patientiam ad pœnitentiam inuitat.

✻ Basil. vt iustus vult, vt fortis potest, quare non punit? quoniam patiens est: licet res ipsa pœnas exposcat, benignitas tamen Dei tolerat & sustinet. Per iram autem, supplicium intelligit.

D

f *Gladium suum.* Avgvstin. Alia litera: Frameam suam splendificauit.

Cassiod. *Gladium suum*, manifestam vindictam exercebit, nec impar dictum est hoc, quia *arcum suum tetendit* minatur, ne putetur remissa patientia; *parauit*, vt mox missurus sagittam putetur

g *Arcum su.* Cas. A simili. Sicut enim qui tetendit arcum minatur, ita per sacrã scripturam minatur malis, ne remissa putetur Dei patiẽtia. & *parauit.* q. mox missurus sagittã putetur: sicut quis arcum parat, vt sagittam mittat.

✻ Theod. Iniquos exterret, & iustã vindictam ostendens, Achitophelis perniciem prædicit: suntque verba, non vindictæ sed comminationis.

† diriget. * iustus. † Clypeus meus est Deus. de pœ. di. 1. c nunquid Ne sede va c. j. in prin. E † vel, iudicet iustum † minatur (sub. impio) † acuet.

Arcum suum tetendit. Avg. temperando vetus testamẽtũ per nouum testamentum: *Parauit*, per explanationem,

Avgvst. Vel, *parauit.* Parat & disponit Deus, non quidem faciendo errare, sed errare permittendo, vt propter peccata quidam malo voto legentes, malè intelligant in scripturis, quod est eis pœna peccati, vt & quasi spinæ à somno excitent bonos vt scripturis inuigilent. Vel, de bonis vtrumque potest accipi, qui ijdem sunt vasa mortis, & sagittæ, secundum illud Apostoli: *Alij sumus odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitam.* Vnde venient iudicium, de quo dicit, quod non pax Dei & ineffabile lumen de se profert, vnde puniantur iniqui: sed ipsa peccata vertuntur ipsi homini in pœnam, vt quæ fuerunt delectamenta homini facienti, sint instrumenta Deo punienti. Vel, vasa mortis obscura quædam loca, vnde mors hæreticis; sed ardentibus studio, sagittæ.

F

☞ a ✻ Theo-

---

a ¶ Etiam. b ¶ Qui in sordi. est for. ad. vt iam tandem veniat iustum iudicium. c ¶ Ex eo. d ¶ Vt iustus iustificetur adhuc.

† Cõsumetur nequitia peccatorum, & † dirriges iustum, 1
a ¶ In occulto, vbi nullus videt, nisi ipse, qui perspicit corda. ¶ Cogitationes. b ¶ Delectationes. c ¶ Quia iam iusto tributum, & est quasi medicina, quę seruat salutem; altera est quæ facit.

a scrutans corda & renes Deus *. † Iustum adiutorium meum 2 3 4 5 6
a ¶ Non ait, & renibus: quia vbi cor ibi & delectatio, cum æterna cogitantur.
b ¶ Sed ô iniqui quorum nequitia consummatur, conuertimini. ¶ Quia. c ¶ Secundum merita.

a b c d à domino, Qui saluos facit rectos corde. Deus † iudex iu- 7
a ¶ Cui nemo resistet. b ¶ Si modo. c ¶ Non: sed expectat ad pœnitentiam, vnde post grauius punit.

stus, fortis & † patiens, nunquid † irascitur per singu- 8 9 10
a ¶ Quasi dicat: Iusti saluabuntur: sed ô vos peccatores.
b ¶ Aug. gladius, Christus: qui primo aduẽtu vagina humilitatis tectus; secũdo, coruscabit, lumẽ suis, terror impijs

e f los dies? Nisi † cõuersi fueritis, gladium suum † vi- 11
a ¶ Aug. scripturam, vbi per cordam no. testa. duritia veteris flectitur & domatur.

g brabit, arcum suum tetendit, & parauit illum. Et 12 13
a ¶ Aug. Hæreticos, qui ex scripturis venenant animas.
b ¶ Inde etiam sagittas iaculatur, id est, apostolos, quos effecit ardentibus amore Dei, qui omnia contemnentes dicunt, Quis me seperabit ab amore Christi? ¶ Apostolos: vnde: Sagittę potentis acutæ.

† in eo parauit vasa mortis, sagittas suas † ardentibus 14 15

† persequẽtibus (sub. pauperem. i. vt eis vterentur. vel, cõtra prosequentes pauperem)

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Consumetur. *Hic consequenter propter suam liberationem allegat persequentium malitiam, dicens.* Consu. ne. *In translatione Hieron. iuxta Hebr. sic habetur,* Consummetur. *& in idem redit id est, terminetur, & in Hebræo habetur,* finiatur,

2 Peccatorum. *id est, Saul & suorum satellitum, me nequiter occidere quærentium. & ista nequitia fuit terminata quantum ad effectum, quãdo Dauid timens incidere in manu Saulis, fugit ad terram Philisthinorum, secundum quod dicitur.* j *Regum xxvij.* & nuntiatum est Saul quod fugisset Dauid in Geth, & non addidit vltrà vt quæreret, desperans se posse capere eum.

3 Et dirriges iustum, *scilicet, me seruum tuum.*

4 Scrutans corda. *id est, tu Deus facies prædicta, qui es* scrutans corda, *id est, clarè videns cogitationes.*

5 Et renes. *id est, delectationes, quæ per renes designantur, eo quod delectationes venereorum, quę sunt magis vehementes, vigent in renibus vitorum, secundum quod dicit Greg. homil. xxxv.* Quia vitis luxuria in lumbis sit, fœminis in vmbilico, testatur dominus qui de diabolo ad beatum Iob loquitur, dicens: Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in vmbilico vẽtris eius. *Videbat enim Deus clare cogitationes iniquas Saulis quarentis occidere innocentem, & delectationes eius malas, eo quod assuetus malis delectabatur in eis, secundum quod dicitur Prouerb. ij. a. de talibus*: Qui lætantur cùm malè fe. & exul. in re. pessi. *Et cogitationes Dauid rectas, & eius delectationes bonas, propter quod dignum erat vt à Deo dirigeretur & adiuuaretur, ideo subditur.*

In renibus delectatio.

6 Iustum adiutorium meum. *& patet litera ex dictis.*

7 Deus iudex iu. *reddens iustis & iniquis secundum suam iustitiam & iniquitatem perpetratam.*

8 Fortis, *quia nullus potest impedire eius voluntatem:*

9 Et patiens, *quia non statim punit iniquitatem perpetratam, sed expectat dans tempus pœnitentiæ, ideo subditur.*

10 Nunquid, &c. *i. nunquid infert vindictam statim, cum aliquis committit contra eum offensam? quasi dicat, non, sed expectat tempus debitum dans pœnitentiæ locum: sed quia quando peccatores hac Dei patientia abutuntur, grauius puniuntur. ideo subditur,*

11 Nisi conuersi fueritis. *tu Saul, & Satellites tui, à malis vestris.*

12 Gladium suum vibra. *ad vos perforandum: quod fuit impletum in monte Gelboe, vbi Saul irruit super gladium suum, qui dicitur hîc gladius domini, ex hoc quod illud factum fuit ex ordine diuinæ iustitiæ inquantum fuit pœnale.*

13 Arcum suum teten. *quia ibidem Saul fuit vulneratus à sagittarijs, vt habetur.* j. *Reg. vlti. quorum arcus dicuntur arcus domini, eo quod ordine suæ iustitiæ fuit sic vulneratus: & non solùm Saul fuit sic mortuus, sed etiam complices eius.*

14 Et in eo parauit vasa mortis, *instrumenta mortifera; quia in Hebræo instrumenta cuiuslibet artis dicuntur* vasa, *& ideo ostendens quæ sint ista vasa, subdit,*

15 Sagittas. *Sagittæ enim illę, quarum ferra igniũtur, antequam proijciantur, grauius nocent: propter quod talibus sagittis aliquando vtuntur in bellis, maximè contra obsessos. Sagittę autem Philisthinorum, quæ dicuntur sagittæ Dei ratione prædicta, fuerunt valde graues Sauli & suis complicibus: & ideo sagittis ardentibus comparantur. Causa autem huius nocumenti subditur, cùm dicitur,*

☞ 1 Ecce

MORALITER.

† 1 *Con. &c.* Hic ponitur tertia ratio, & accipitur ex malitia persequentium, cum dicitur, *Consumetur nequi. pe.* ita quod non habeat effectum.

3 *Et dirri. iu.* saluando ipsum.

4 *Scrutans corda & renes Deus*, id est, cogitationes interiores & actus exteriores.

6 *Iustum*

6 *Iustum ad. me. à do.* qui cognoscit innocentiam meam.

7 *Deus iudex iustus, &c. Nun. ira. per sin. di.* statim puniendo mala. q. d. non: sed expectat pœnitentiam, quæ si non sequatur, augebitur pœna, ideo subditur,

11 *Nisi con. fue. gla. su. vi.* i. punitionem suam parabit.

14 *Et in eo parauit vasa mortis.* scilicet gehennæ, quæ est mors secunda: & subditur causa.

☞ ✠ THEO. qui enim peccati syluam igni obnoxiã admiserunt, & ligna, fœnumque, & stipulam congesserunt (vt ait Diuinus Apostolus,) ignitis sagittis configentur.

a *Ecce.* Quasi, hæc parauit Deus in scripturis.

AVGVSTIN. Vnde videtur homini esse causa dãnationis. Sed *ecce.* q.d. non ex Deo sed ex homine est, quia *lacum ape. &c.*

b *Concep. do.* AVG. id est, appetitu temporalium rerum.

c *Peperit.* effecit, emisit: & in emissa iniquitate est lacus, id est, præcipitium alijs. Vnde subdit.

d *Lacum aperuit.* Et sic est comparabilis aperienti lacum:

a ¶ Autem. b ¶ Cum nequitia in animo concepta, in opere consummatur. ¶ Nititur efficere. c ¶ Quia à diabolo per suggestionem.

d ¶ Aug. qui est de terrenis rebus pro quib. mala machinamur: hę sũt semẽ vnde iniquitas, id est, iniustitia nascitur.

† operatus est. † Iob 15. d. ✠ mędaciũ. A † effecit. † Eccè pãrturit iniustitiam, cõcepit † dolõrem, 1

a ¶ Etiam. b ¶ Consentiendo suggestioni terrenarum cupiditatum. ¶ Fraudem inchoauit. c ¶ Instando operi fraudis.

& peperit † iniquitatem. Lacũm aperũit, & effodit eum, 2

a ¶ Aug. fraudem pariendo, prius læditur fraudator damno innocentię, quam alius damno pecuniæ. b ¶ Aug. quia noluit euadere, sed seruus esse peccati, libidine rationi dominante. c ¶ Quem concepit.

B & incidit in foueam quam fecit. Conuertetũr † dolor eius 3

a ¶ Mentem. b ¶ Rationem. c ¶ Quam peperit. In Zacharia, sedens super talentum plumbi. d ¶ Quasi impetu, & ideo grauatur vt non reuolet ad requiem sanctorum.

in cãput eius, & in verticẽ ipsius iniqũitas eius descẽdet.

a ¶ Hæc confessio non est peccatorum, sed iustitiæ Dei, qui iustus iustos protegit, & malos pro sua malitia punit. Contra hanc laudem nihil valent blasphemiæ implorum, qui mala excusant per fortunam, vel fatum vel diabolum, cui non potest resisti, vel aliam naturam quę non est ex Deo. ¶ Ideo. ¶ Laudabo. b ¶ Opere. ¶ Hoc ad gaudium pertinet, sicut pœnitentia ad tristitiam.

C f Cõfitebor domino secundum iustitiam eius, & psãllam nomini domini altissimi. ¶ Quia. 4

✠✠ THEOD. Achitophel, qui malã illã sententiã expectorauit, & contra patrẽ (qui illũ nulla affecerat iniuria) iniquũ filiũ armauit: illaqueabitur (inquit) retibus, quæ in aliorũ venationẽ fixit.

f *Confitebor Domino.* CASSIOD. Conclusio, quasi omnia in summam colligens, alacriter se dicit confiteri.

cum: aperit enim concipiẽdo fraudem; effodit parturiendo, instando operi fraudis; incidit pariendo, fraudem, scilicet, perpetrando.

c *Conuer. dol. &c.* Capur, anima, vertex, ratio: cui dominantur peccata, & supersunt: & superdescendent cum in pœnas detrudent.

D † peruersitãtem (afflictionem, quæ alios affligit.)

E † peruersitas (afflictio quæ alios affligit.)

F

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce par. *Hic est ordo prapostetus: quia conceptio precedit parturitionem. Saul autem primò* concepit dolorem *ex inuidia contra Dauid, dolens quod plus probitas Dauid laudaretur, cum cantaretur in choris,* percussit Saul mille & Dauid decem millia, *vt habetur. j. Reg. xviij. parturyt autem* iniustitiam, *quando dolore inuidiæ inualescente, qui similis est dolori mulieris parturientis, filiam suam dedit ei si Dauid, vt eum faceret ruere gladio Philisthinorum; ita quod sub simulatione amicitię quærebat eum interficere, secundum quod habetur. j. Reg. xviij.* Peperit *autem* iniquitatem, *quando apertè & manifestè voluit eum interficere, vt habetur. j. Regum xix. tunc enim manifestè apparuit malitia sua, quæ prius latebat in ipsius corde, sicut in partu apparet fœtus, qui prius in ventre.*

2 Lacum ape. *quia Saul quæsiuit occisionem Dauid per Philistheos, vt dictum dictũ est: & ipse incidit in hoc malũ, quia ab eis occisus fuit, ideo subditur:*

3 Conuer. do. eius. *id est, malum, quod ex dolore inuidiæ concepit contra me, conuertetur super eum: & patet litera ex dictis: Et patet etiam ex dicto, quod Dauid hic prophetando prędixit mortem Saulis, & modum, & eius causam.*

4 Confi. do. *Hic vltimò in fine psal. conuertit se Dauid ad laudem Dei de sua liberatione à persecutione Saulis secundum ordinem diuinę iustitiæ, & patet litera.*

MORALITER. *autem posset exponi psalmus iste, vt sit oratio cuiuslibet positi in afflictione corporali ex persecutione iniusta, vel in afflictione spirituali ex tentatione dæmonum maligna, petentis diuinitus liberari allegando suã innocentiã & persecutorũ malitiam; & pertranseo: tum quia ad hoc potest litera de facili applicari secundũ prædicta, tum quia, sicut prædixi, intendo insistere sensui literali.*

---

† MORALITER.

1 *Ecce par.* Concipere præcedit parturire, & parturire parere. Malus igitur ex suggestione diaboli concipit voluntatem peccandi, parturit autem per conatum adimplendi, parit autem in actu peccati, & sic lacum inferni sibi aperit & incidit.

3 *Con. do. eius, &c.* quia malum ipsius reuertitur per pœnam super caput eius, & innocens liberatus ad Dei laudem conuertitur & sic in eius persona subditur, *Confitebor domino, & c.*

ADDITIO.

In Psal. vij. Domine Deus meus in te speraui. *Titulus ipsius psalmi non bene exponitur in postilla, nec per consequens rectè assignatur principalis materia eius. Ad quod sciendum, quod licet hoc nomẽ Chusi appellatiuè hic sumatur, prout significat Æthiopem secundum translationem Hier. & etiam Æthiops in hoc loco intelligatur pro aliquo homine denigrato in fama & in moribus: non tamen debet intelligi de Saul. Nam manifestum est, quod tanta fuit humilitas Dauid, quòd nunquam legitur vocasse Saul nisi nomine proprio, vel nomine regio, vel Christum domini, tam in absentia, quàm in præsentia, non solùm in vita, (& hoc patet in quamplurimis locis. j. Reg.) sed etiã post mortẽ sæpe vocauit eum Christũ domini, vt patet. j. Reg. j. cap. Similiter in cæteris tit. psal. in quibus fit mentio de Saul, semper vocat eum nomine proprio sine aliqua ignominiosa appellatione, vt patet in psal. qui incipit:* Diligam te Domine. *& in psal.* Miserere mei Deus, miserere mei. *& in psal.* Eripe me de inimicis meis Deus meus. *& in alijs: vt infrà suis locis patebit. In quorum proprijs titulis sit expressa mentio de Saul sub proprio nomine sine tali cognominatione.*

Postil. etiam dixit infrà psal. xvj. super illud verbum: Vt non loquatur os meum opera hominum, *quod Dauid non relaxauit os suum irreuerenter de Saul loquendo, sed magis reuerenter: Non ergo videtur rationabiliter dictum, quod hic singulariter nominasset eum sic vituperiosè. Præterea, dicere quod Dauid fuit culpabilis per ignorantiam crassam in morte sacerdotum, non videtur rationabile: tum quia ipsemet postil. excusat Dauid ab huiusmodi peccato, vt j. Regum xxij. tum quia nullo modo Dauid nec aliquis alius bona mẽtis debuisset præsumere, quod Saul tantam crudelitatem exercuisset in sacerdotes, qui penitus ignorabant inimicitias intrinsecas, quę erant inter Saul & Dauid, & cum hoc sciebant illa esse vera qua Achimelech dixit Sauli scilicet,* Quis in omnibus seruis tuis sicut Dauid fidelis, & gener regis, & glorioſus in domo tua, &c. *prout in prædi. c. Tum quia non legitur in libris. Reg. nec Para. quod Dauid petiuisset veniam ab hoc peccato, sicut consueuit petere ab alijs peripsum commissis. Nec aliquis propheta ex parte Dei legitur ipsum arguere de hoc peccato sicut de alijs. Nec etiam in psal. facit mentionem de petendo huiusmodi veniam. Quod autem alleg. postil. di. quod Dauid cognouit culpam suã di. ad Abiathar:* Ego sum reus animarum patris tui, &c. *non valet, Tum quia dicit Gregorius. in c. v. dist. c. Ad eius.* Bonarum mentium est ibi timere culpam, vbi culpa minimè reperitur. *Tum quia talia verba Dauid intelligi debent dicta esse ad consolationem, & maiorem securitatem Abiathar, vt firmiter crederet Dauid esse sibi magis obligatum.*

Præterea posito quod Dauid esset culpabilis in occisione sacerdotum, & quod circa hoc materia psalmi versaretur, tamen litera non videtur rectè appropriari isti casui. Dicit enim Dauid in prima allegatione, quam pro sua liberatione facit in hoc Psal. Domine Deus meus, si feci istud si est iniq. &c. *Sed constat quod secundum postil. ipse Dauid non erat innocens in hoc peccato, sed potius culpabilis: quomodo ergo imprecabatur maledictionem si esset culpabilis, di.* persequatur inimicus animam me. &c.

Ex quibus verbis manifestè apparet, quod ipse erat immunis ad hoc, quod sibi ab aduersario in hoc loco imponebatur quod non potest conuenire prædicto casui, prout ponitur à postil. Et ideo circa titulum huius psal. sequendo translationem Hiero. tanquam veram, aliter videtur dicendum, scilicet, quod Æthiops iste est Semei filius Gemini, & de cognatione Saul, qui fugiente Dauid ab Absalom egressu est ad maledicendum Dauid, et mittendum lapides contra eum. di. Egredere vir sanguinum & vir Belial: reddidit tibi dominus vniuersum sanguinem domus: quoniam inuasisti regnum pro eo, vt habetur ij. *Reg. xvj. b. vnde patet quod Semei ille volebat imponere Dauid, quod fuisset culpabilis in sanguine Saul, eò quod successisset sibi in regnum: ex quo Dauid sentit se valde afflictum. Vnde circunstantibus dicebat:* Si forte respiceret dominus afflictionem meam. *prout in eo ca. Et ne tanta sua iniuria nequissima impunita remaneret. Dauid præcepit Salomoni tempore mortis suæ vt interficeret Semei, vt habetur. iij. Reg. ij. vbisic:* Habes quoq; apud te Semei filiũ Gemini, qui maledixit mihi maledictione pessima, quando ibam ad castra, &c. *Et sequitur:* Deducesque canos eius cum sanguine ad infernum.

Huic

A *Huic igitur historiæ propriè reducitur sensus literalis ti. huius psal.* scilicet, *sic.* Pro ignorantia Dauid. *hoc est culpę quę imponebatur Dauid de morte Saul, cuius culpę nullo modo erat sibi conscius: & sic eam penitus ignorabat: eo modo quo intelligitur illud Psal. xxxiij.* quæ ignorabant, interrogabant me. *quod exponitur ad literam, proponebant contra me mala, quorum non eram mihi conscius: vt postil. exponit ibi infra. & sequitur in tit.* quam cecinit domino, *offerendo sibi innocentiam, vt per hoc Deus conuerteret maledictionem Semei in benedictionem: vt ij. Reg. xvj. c. alle.* Fortè respiciet dominus afflictionem meam, & reddet mihi bonum pro maledictione hac hodierna. *Ei sequitur in tit.* super verba Æthiopis, *id est, Semei, qui sic erat denigratus in vita, vt non esset dignus nomine proprio vocari, vnde Abisai in prædi. c.* canem *vocabat eum dicens:* Quare maledixit canis iste domino meo regi, &c. *vnde notanter dicitur in ti.* super verba Æthiopis, *non super facta, nam licet prædictus Semei mittebat lapides contra Dauid & contra seruos eius, & spargebat terram aduersus eum in magnam contumeliam, vt habetur ij. Reg. ca. supradicto, Dauid tanquam magnanimus tamen non curabat de factis suis, sed potius de infamia, quam sibi pessimè imponebat: & ideo* super verba Æthiopis cecinit domino. *Et sic materia principalis huius psal. supra dicta verba illius Æthiopis, scilicet Semei fundatur, licet cum ea de alijs ad eam quodammodo pertinentibus tractetur. Circa quam materiam decem facit.*

Diuiditur Psalm. in decem

Primò *Primò enim Dauid petit suam liberationem tam ab Absalon, à quo pro tunc fugiebat, quam etiam à Semei & à consanguinitate Saulis, quam etiam pro tunc rationabiliter timebat ex subitò incursu ipsius Semei, vnde dicit:* Saluum me fac ex omnibus persequentibus me,

B *sub signo vniuersali, vt cõprehendat persecutores ex parte Absalon, & ex parte Saul. Et quia istæ duę persecutiones irruerant super Dauid subitò & quasi ex improuiso, idcirco dicebat,* Nequando rapiat vt leo animam meam, &c. *quasi dicat, isti persequentes insidiosè & repente, vt leo me rapere. sine spe redemptionis intendunt.*

Secundò *Secundo alleg. suam innocentiam de culpa prædicta sibi malitiosè imposita di.* Domine Deus meus si feci istud: *quod mihi imponit iste Æthiops, scilicet quòd procurassem mortem Saulis;* si est iniquitas in manibus meis, *vt præter illa mihi imposita, aliquando malum eius procurassem,* Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis, *totum istud exponatur sicut in postil. vsque ibi:* in puluerem deducat. Tertiò *petit vindictam ex diuina iustitia di.* Exurge Domine in ira tua &c. Quartò *quia Æthiops ille scilicet Semei, volebat prætendere, quòd Dauid inuasisset regnum quasi tyrannicè, vel intrusiuè dicendo,* quoniam inuasisti regnum pro eo (*vt suprà. alle. est*), *idcirco petit stabilitatem regni, sui, quod legitimè habuerat: Tum ex institutione diuina per Samuelẽ, vnde dicit,* Exurge domine in præcepto quod mandasti: *hoc est in confirmatione regni mei quod ex præcepto tuo habui, Tum quia regnum habuit etiam ex electione, seu constitutione humana, conformando se diuinę institutioni vnde dicit:* & synagoga populorum circundabit te, *quia populi congregati, scilicet, in Hebron. & in Ierusalem sequendo mandatum Dei, ipsum Dauid receperunt in regem, vt ij. Reg. v. Quinto* petit *quòd huiusmodi iustitia contra aduersarios suos notabilius fieret propter hanc infamiam sibi malitiosè impositam: vnde dicit:* Et propter hanc in altum regredere. *id est, propter hanc maledictionem mihi malitiosè tempore meæ persecutionis impositam,* in altum regredere: *hoc est altius*

C *ostendendo potentiam iustitiæ tuæ iudicando populos aduersantium, vnde dicit,* Dominus iudicat populos, *liberando ipsum Dauid iustum & innocentem, vnde dicit,* Iudica me domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me: *vbi* iustitiam *alleg. quantum ad verum ius, quod habebat in regno, vt dictum est,* innocentiam *verò quantum ad eius immunitatem à peccato prædicto sibi falsè imposito. Sextò quia Dauid post mortem Saul & sibi pro maiori parte adhærentium crediderat se iam esse liberatum ab illa persecutione, & modo videbat ex parte adhuc insurgere contra eum tribulationes & contumelias: idcirco petebat à Deo quòd illa persecutio nequissima iam ex toto terminaretur, vnde dicebat:* Consumetur, *id est, terminetur seu finiatur* nequitia peccatorum, *id est, Saul & suorum satellitum, qui sicut antea manu armata eum quærebant occidere, sic & modo iniuriando seu blasphemando ipsum persequebantur qua nequitia sic terminata, Deus, qui* scrutans corda & renes *dirigeret iustum, scilicet, ipsum Dauid: vnde & dicit,* Et diriges iustum scrutans corda & renes Deus, *quæ quidem directio sibi debebatur ex diuina iustitia propter rectitudinem cordis, quam habebat circa prædicta, vnde subdit,* Iustum adiutorium meum à domino, qui saluos facit rectos corde, *id est, adiutorium meum, quod peto à domino, est iustum, inquantum est ab eo, ad quem pertinet saluare rectos corde. Septimò quia posset quis quærere: si Deus ex iustitia saluauerat Dauid de manu Saulis propter rectitudinem cordis sui, & Saul per oppositum condemnauerat ex eius malitia, quomodo tanto tempore Deus tolerauit malitiam ipsius Saulis permittendo afflictionem Dauid ab eo? Ad quod respondit, quod hoc non est ex iniusitia Dei nec impotentia, quia* Deus est iudex iustus & fortis: *sed hoc prouenit ex diuina patiẽtia seu misericor-*

Sextò

Septimò Quæstio.

misericordia, per quam non statim punit, sed dat tempus pœnitentiæ, vnde dicit, Fortis, & patiens: nunquid irascetur per singulos dies? *id est. statim punit cum aliquis offensam committit? quasi dicat non, sed quandoque* dissimulat peccata propter pœnitẽtiam, *vt Sa. xj* Octauo *exhortatur Semei & alios sequaces Saulis, sicut Sibam filium Bochri, qui etiam erat Iemini, & ex illa parte conatus est turbare regnum Dauid, vt habetur. ij. Reg. xvij. vt conuerteretur ab impugnatione ipsius Dauid, ne eis contingeret, sicut contigerat ipsi Saul, in quo Deus exercuerat vindictam suæ iustitię, vnde dicit:* Nisi conuersi fueritis, *vos scilicet consanguinei seu sequaces Saul, à persecutione mea.* Gladiũ suum vibrabit, arcum suum tetẽdit, &c. *vsque ibi* Sagittas suas ardentib. effecit, *quæ omnia acciderunt ipsi Saul tempore suæ mortis ex ordinatione diuinæ iustitiæ, prout in postil. latius declaratur, quasi dicat Dauid supradictis aduersarijs, Conuertimini ab impugnatione mea. ne vobis contingat, iustitia diuina operante, ea quę contigerunt Sauli prædecessori vestro, scilicet, ea quæ in litera continentur: quę Dauid in hoc psal. narrat non prophetando de futuro, prout postil. dicit sed potius narratiuè comminando. Nono declarat causam tantę vltionis diuinæ circa Saul, vt ostendatur quod malitia Saul propria fuit causa huius vindictę diuinæ, non autem Dauid procurante, sed potius iniustitiam ab ipso Saul patiente: vnde dicit,* Ecce parturit iniustitiam, &c. *scilicet, ipse Saul: & exponatur totum sicut in postil. vsque ibi:* Et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. *Decimò finaliter connumerat se ad reddendas gratiarum actiones Deo excusans se ab infamia prędicta sibi imposita, eo quod punitiones Saulis & suorum attribuenda sunt iustitiæ diuinę, vt dictum est, non autem ad culpam ipsius Dauid, vnde dicit,* Confitebor domino secundum iustitiam eius, &c.

Nono

Decimò

REPLICA.

In expositione psal. qui incipit: Domine Deus meus in te speraui. *Burg, notat postil. ex tribus. Primò quia postil. dicit quod per nomen* E *Æthiopis quod ponitur in tit. huius psal. intelligitur Saul. Contra quod arguit Burg. sic: Dauid fuit adeo humilis, quod nunquã legitur de Saul irreuerenter locutus, igitur non vocauit hic Saul Æthiopem. Hic respondeo per aliqua dicta. Primum, non est opus humilitatis de prauo bene loqui, quia iustum est prauorum mala commemorare. Iustitia autem & humilitas sunt virtutes connexæ: nõ est igitur virtutis, sed cuiusdam credulitatis opus, quod de Saul non legitur irreuerenter locutus. Secundum dictum; Dauid honestè loquens de Saul deprauato non habuit respectum ad personam priuatam sed publicam, nec habuit respectum, ad aliquam eius virtutem, sed ad Dei tolerantiam. Tertium dictum Dauid vel quicunque alius dicens veritatem, non loquitur irreuerenter: quia verum à quocunque dicitur, à spiritusancto est, cuius instinctus & generalis & specialis, irreuerentia rationabiliter dici non potest. Quartum dictum. Nomen Æthiopis, de se non est nomen irreuerentiale, quia est nomen personæ gentis. Quintum dictum: Nomen Æthiopis propter aliquam veram similitudinem ad Saul translatum non est irreuerentiale, quia verè dictum ad literam, vel transsumptiuè non est irreuerenter dictum. Ex quibus patet solutio argumenti per Bur. facti quo ad hoc. Et mirum est de Burg. qui exponit illum versum huius psal.* Consumetur nequitia: *de Saul & suis complicibus: quomodo non arguit ibi Dauid os suum irreuerenter contra Saul relaxasse, quia maior irreuerentia est ipsum dicere nequam & peccatorem quàm Æthiopem: quia illa est irreuerentia ad literam, ista per pulchram transsumptionem: neutra tamen est verè irreuerentia, quia vtrunque verum* F *iuxta intellectum tertij dicti suprapositi. Ad laudem enim Dei, commemorare peccata prauorum & panas correspondentes, non est irreuerentiale, sicut dicere Iudam mercatorem pessimum, &c. Secundo Burg. notat postil. hic, quia dicit Dauid peccasse per ignorantiam crassam in nece sacerdotum, quos occidit Saul. de quo j. Reg. xxij. Quod dictum dicit Bur. irrationabile ex eo, Primò quia vt dicit postil. in loco alle. excusat Dauid à peccato in illo facto, secundo quia ex eo non legitur Dauid de peccato illo pœnituisse. Respondeo hic quòd Bur. falsum imponit postil. quia in loco alle. postil. non excusat Dauid à peccato, etsi in alio loco ipsum videatur excusare: hoc intelligendum est de tanto non de toto, quasi non peccauerit in hoc facto ex malitia, sed ignorantia crassa, vt hic dicit: de qua modo vide in correctione ij. Regum. xv. Nec sequitur, si Dauid non legatur pœnituisse de huiusmodi peccato, quòd igitur non peccauit, cum sit peccatum venia dignum: quia non ex malitia factum, imò videtur pœnitentiam suam de hoc peccato Dauid descripsisse. j. Reg. xxij. d. vbi dixit ad Abiathar:* Ego sum reus omnium animarum patris tui, &c. *Tertiò Burg. notat hic postil. quasi implicet exponendo illum versum:* Domine Deus meus si feci istud, deci. ab ini. me. *vbi Dauid imprecatur sibi ipsi malum nisi sit innocens sed secundum postil. Dauid non fuit innocens imo reus in nece sacerdotum, igitur imprecatur sibi malum, vt videlicet deiciatur à quo tamen malo se petit hic liberari, & sic est implicatio, hic respondeo quod Dauid in hoc psal. habuit duplicem respectum: Vnum ad peccatum ignorantiæ quo ad necem sacerdotum, de qua est sermo, timens ne propter huiusmodi peccatum permitteretur à Deo persecutio ipsius Dauid, vnde se petit liberari: & sic iste versus potest sic continuari, quod dicat Dauid:* Domine Deus meus si feci istud, *videlicet ex malitia,*

decidam ab inimicis meis inanis, *Sed tu scis quòd per ignorantiam, igitur veniam merear, prout petiui in prin. huius psal. di.* Saluum me fac ex omnibus. *Alium respectum habuit Dauid ad peccatum infidelitatis, quod ei aduersarij eius & adulatores Saul imponebant suggerentes quod Dauid semper tenderet ad malum Saul, & regnum ipsius conaretur sibi vsurpare: & ob illum respectum petit liberari à Saulis iniusta persecutione, quia nihil eorum fecit, quę ei sic imponebantur, ideo dixit*, Domine Deus meus si feci, & cet. *Et secundum illum duplicem respectum multum conuenienter applicatur titulus & materia huius psal.*

GLOSSA ORDINARIA.

Tres pro torcularibus psal. diuersorum hominum præscribũtur, David Asaph & filiorum Core † Vide titulum. 4. psal

a *In finem, &c. pro. tor.* Aug. Pro torcularib. id est, ecclesiis, quia de ecclesiæ constitutione agit, cum dominus post resurrectionem ascendit, misit spiritum, quo impleti apostoli, & alij fideles prædicando ecclesias cõgregauerunt. Ecclesia dicitur torcular vbi boni àmalis opere ministrorum separãtur, non loco, sed effectu, & quasi à tegumentis purgantur, vt frumẽta in area à paleis, & in torcularibus vina à vinaciis, quæ tamen necessaria erant, vt simul nascerentur & crescerent, & ad maturitatem peruenirent. Vel, quia in ea intellectus verbi Dei dum sono vocis ministratur, quasi vinũ includitur vinacio, & sic fertur ad aures quasi ad torcular vbi discernitur, quia valet sonus vsq; ad aures, intellectus verò à memoria quasi à quodam lacu excipitur: inde in mentem & mores quasi in cellas transit. Vel, torcularia sunt martyria, vbi corpora pro nomine Christi persecutione calcantur, & quasi vinacia in terra remanent, animæ in requiem emanant.

a ¶ Id est Christum, quia agit de exaltatione secundum duas naturas. b ¶ Tendens.
¶ Id est ecclesijs: de quarum constitutione & causa constitutionis agit.

† In finẽm Psalmus Dauid † pro torcularibus. Psalmus. VIII.

a ¶ Omnium secundum potentiam. b ¶ Secundum receptionem & cultum.
c ¶ Cal. Quæ infinite: nullus enim sufficit omnes creaturas agnoscere in quibus es admirabilis.

1 Dominẽ dominus nõster: quam † admirãbile
2 3 lat quoniam & Dominus vitis vocatur, vindemiant, sunt fideles mysticum vinum præparantes. Maxima autem est perfidiæ Iudæorum criminatio, multitudinem enim torcularium audientes, manifestéque scientes, vnum quoddam torcular datum fuisse, imo verò neq; torcular sed lacũ ante torcular. *Protorcular enim*, inquit, *effodi in illa*, intelligere nolũt, antiqua cessasse, noui vero testamenti gratiam apparuisse, quæ omnes homines ad salutẽ vocat. Quapropter nõ ampliusse cundũ antiquam legem super vnum altare hominum fructus sacerdotes

PSAL.

PSALMVS VIII.

Domine dominus noster quam. Cas. Primò laudes Dei, maiestas eius, & operatio excelsa describuntur.

✠ Theo. Considerandum quod in quolibet psalmo, in quo septuaginta, *In finem* posuerunt, Aquila & Theodotion *Victoriæ auctori* interpretati sunt: Symmachus verò, *Triumphalis*: hic igitur psalmus triumphalis est Deo victoriæ auctori, qui Diabolum destruxit, & homines liberauit. Torcularia autem Ecclesias appellat quoniam & Dominus vitis vocatur, qui verò eam vitem vindemiant, sunt fideles mysticum vinum præparantes. Maxima autem est perfidiæ Iudæorum criminatio, multitudinem enim torcularium audientes, manifestéque scientes, vnum quoddam torcular datum fuisse, imo verò neq; torcular sed lacũ ante torcular. *Protorcular enim*, inquit, *effodi in illa*, intelligere nolũt, antiqua cessasse, noui vero testamenti gratiam apparuisse, quæ omnes homines ad salutẽ vocat. Quapropter nõ ampliusse cundũ antiquam legem super vnum altare hominum fructus sacerdotes

† super haggittith (nomen instrumenti quod interpretatur torcularia) † vel, grãde (excellẽs)

☞ vinde-

NICOLAVS DE LIRA.
PSALMVS VIII.

Domine dominus noster. *Huic psal. præponitur talis titulus in Hebræo.* Ad victoriã super חגיתית hagittith psalm. Dauid. *Ad huius intellectum sciendum, quod hæc syllaba*, ha. *quę præponitur huic vocabulo* gittith, *est articulare accusatiui casus in Hebræo, sicut Gallico dicimus* le maistre, *hæc syllaba* le, *est articulare accusatiui casus & nominatiui. Sed in Latino non ponitur talis articulatio, quia casus distinguuntur & cognoscuntur per variationem vocabuli in fine: cum dicitur magister, magistri, magistro magistrum: nisi in vocatiuo casu, vbi dicitur aliquando ô magister, ita quod ly ô, est articulare vocatiui casus. igitur si supradictus titulus huius psal. de Hebræo ponatur in Latino debet sic dici: Ad victoriam vel victori super gittith psal. Dauid; ita quod hęc prępositio*, super *sufficienter exprimit accusatiuum casum in hoc vocabulo* gittith, *quod est nomẽ Hebraicum equiuocum vt dicunt Hebræi: quia vno modo est nomen cuiusdam instrumenti musici sic vocati Hebraicè, eò quod primo factum fuit in Geth ciuitate Philisthinorum: & sic exponit Ra. Sa. prædictum titulum* psal. Dauid (*est iste supple*) super gittith. *i. aptus decatari in tali instrumento musico, eò quod diuersi cãtus diuersis instrumentis appropriantur;* Ad victoriam *siue* victori, *in quodam conatu Leuitarum, quorum vnus chorus conabatur in cantando superare alterum, sicut plenius fuit dictum suprà in tit. psalm. iiij. Alij verò Hebræi antiqui dicunt, quod* gittith *hic accipitur in alia significatione videlicet prout significat torcular, dicentes quod per hoc intelligitur Edon siue Esau, qui dicitur torcular, Esa. lxiij. a. vbi dicitur:* Quis est iste qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosra: *Et sequitur*: Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? *Et respondet*: Torcular calcaui solus. *Dicunt enim quod hac scriptura loquitur de Messia, in cuius aduentu expectant regnum Romanum per regnum Edon designatum, calcandum & subiciendum Iudæis per regem Messiam, sicut torcular calcatur. Et intelligunt regnum Romanum prout aliquando continuit sub se omnia regna terræ, quæ expectant sibi subiicienda per regem Messiam, & maximè populum catholicum Romanæ ecclesię subiectum, & sic exponunt titulum prædictum*: Victori super torcular, *id est, regi Messiæ deuicturo Edom prædicto modo* psal. Dauid, *id est, dicatur ad laudem eius psal. factus ab ipso Dauid cum dicitur*: Domine dominus noster. *Igitur patet quod secundum Hebræos antiquos ipse psalm. est de victoria facta per Christum, quod verum est, quia hoc expresse saluator dicit Mat. xxj. allegans aliquod dictum in hoc psalm. scriptum de ipso, quod cum pueri in templo ad eius laudem clamarent*, Osanna filio Dauid, *principes sacerdotum indignati dixerunt ei*, audis quid isti dicũt. *quasi dicant: non deberes sustinere talem nere talem falsum applausum; & respondit eis.* Nunquid non legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfe. lau. *id est, vos qui legistis scripturas, deberetis intelligere, quòd hoc scriptum est de me. Hoc etiam patet per Apostolum in epistola ad Hebræos ij. vbi magnam partem huius psal. induxit tanquam dictam de Christo, & per consequens totum psalm. di. sic*: Quid est homo quòd memor es eius, &c. *vsque ibi*: Omnia subiecisti sub pedibus eius. *Et postea subdit exponendo de Christo di.* Eum autem qui modico quam angeli minoratus est, videmus Iesum per passionem mortis gloria & honore coronatum. *Nec potest dici quod istę expositiones fuerint mysticæ, sed sunt literales: quia Christus loquebatur legisperitis, & Apostolus Hebræis, qui non attendebant nisi ad sensum literalem: propter quod Hebræi antiqui bene dixerunt, dicendo quod iste psalm. est de Christo intelligendus ad literam, & quod Romanum imperium erat ei subiciendum sicut videmus impletum in capite à Constantini tempore, aliæ etiam partes orbis Christo subiicientur ante finem mundi, vt est prophetatum per Daniel. vij. d.* Omnis populus trib. & linguæ seruient ei. *Sed istud quod Iudæi expectant, scilicet, futurum Messiam, est falsum. Accipiendo igitur illud, quod est veritatis falsitatem dimittendo, potest exponi titulus Hebraicus positus, & titulus Hier. in translatione iuxta Hebraicum, qui est omnino similis, nisi quòd ponit plurale pro singulari, di. sic*: Victori pro torcularibus psal. Dauid. *id est, regi Christo victori.* Pro torcularibus, *id est, pro meritis suarũ passionum, quæ* torcularia *dicuntur, si accipiantur partes passionis, siue* torcular, *si accipiatur tota passio simul, eò quod sanguis eius ibi fuit expressus, sicut sanguis vuæ in torcularibus seu torculari: & hoc in spineæ coronæ impositione, flagellatione, & pedum & manuum confixione, & lateris transfixione: per quę habuit plenam victoriam & glorię coronam: & exaltationem super omnia creata*, Psal. Dauid. *id est iste psalm. factus est à Dauid ad eius gloriam & honorem.*

Ad diuisionem igitur huius psal. secundum sententiam tituli prædicatam considerandum, quod licet triumphus Christi fuerit meritorius ratione humanitatis patientis, ratione cuius est super omnia exaltatus, secundum quod dicit, Apostolus Phil. ij. b. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomen: *tamen fuit effectiue virtute diuinitatis, vt patet auctoritate Apostoli inducta. & ideo Psalm. Dauid confitetur in Christo potestatem diuinitatis; et secundo conditionem humanitatis, ibi*, Quid est homo. *Circa primum dicit,*

1 Domine. *omnium per generalem gubernationem,*
2 Dominus noster, *per specialem cultum et fidem: & quia ex semine Dauid assumpsit carnem,*
3 Quam admirabile, *id est, valde admirabile.*

☞ Est nomen

MORALITER.

† 1 *Domine dominus no.* Sensus literalis huius psal. est de triumpho Christi, sed mysticè potest exponi de suo corpore mistyco, quod est ecclesia, cuius est duplex status, militans & triumphans, & licet & licet secundum vtrunque possit accipi magnificentia Dei, secundum illud Psalm. *Confessio & magnificentia opus eius*, tamen magis propriè dicitur de triumphante, secundum hoc ergo dicatur: *Domine dominus noster.* quam admirabile est nomen tuum id est, valde admirabile.

† *In vni-*

☞ vindemiant, sed in finita altaria, quæ numerum superant, per
A omnem terram & mare introduxit. & hoc 83 psal. magis deinde docet. Hic autem orbis terræ salutem vaticinatur, & Dei prouidentiam erga homines docet, atque vnigeniti humanitatem prædicit.

✻ Theod. Interrogatus Dominus à Iacob de nomine, *Quid qnæris nomen meum, quod est mirabile*; & Deus quidē semper magnificentiā habebat, sed hominibus illa non erat nota; *eleuata est* quando omnes nouerūt, eum cęlo, terrę vniuersisque dominari, vt vaticinatur Abacuk.

Gen. 32.

† fundasti fortitudinē (vel, inseruisti robur, aut cōfirmasti laudem.

B

Abacuk. 3.

✻ Bas. Noster est tū quod ex non existentibus nos fecit, tum quòd à nobis cognoscitur.

a *In vniuersa.* Cas. Non ergo Iudæi vel quilibet alij, sibi vendicent quod omnium est, quod est intentio.

b *Cælos.* Avg. Ad literam, vel scripturas: quia excedit elo quia omnium scripturarum; Vel, *super cælos.* Cōtinuando cum sequētibus, id est, in scripturas, quas inclinat infantibus, propter inimicos crucis: qui destruuntur, cum videntur, id est, intelliguntur scripturæ vsque ad infantes ductæ: & cū per eas vsque ad robur nutriuntur, & sublimitatem intelligentiæ eriguntur.

1. Cor. 3. a

C

c *Infantium.* Avgvs. Insipientium, quibus apostolus lac dabat, quos signabant illi, qui dominum laudabant, in quos hoc vt itur dominus testimonio. Ex his perfecit laudem, quia si soli perfecti essent in ecclesia, non consuleretur humano generi; sicut nunc, cùm & minimi nondum capaces cognitionis rerum spiritualium nutriuntur fide temporalis historiæ. *Inimici*, sunt omnes, qui dispensationi per crucifixum factæ contraria dicunt: *Defensores* videntur hæretici fidei, philosophi sapientiæ, cùm tamen & illi fidem, & hi sapientiam veram impugnent.

Lib. de anima.

✻ Tertvl. Christvs ex ore infantium & lactentium expediendo laudem, nec pueritiam nec infantiam Hebręis pronūciauit, quarum altera cum suffragio occurrens, testimonium ei potuit offerre: altera pro ipso oblata vtique vim sensit.

Matth. 21.

✻ Theo. Secundum historiam veritas vaticinationis cognosci potest quando dominus dixit Iudæis indignantibus, quod pueri
D Osanna clamarent, respondit: *Nonne legistis, ex ore infantium, &c.* Id verò diuinam potentiā demonstrat, quoniā per homines qui humanam scientiā nō didicerāt, permiciosum tyrannū euertit.

✻ Basil. Præteritis cæteris mīraculis, eius quod à pueris est factū meminit, quia illa antea, licet nō ad hunc modum, facta sunt: chorus verò lactentium puerorum tūc primum loquutus est. Recte autem dixit, *Ex ore*, neq; enim ex mēte erat laus ista infantiū, sed ex ore dūtaxat, & labijs.
d *Lactentium.* Cas. non ætate, sed vt Petrus, *quasi modo geniti*, qui nondum esE cam, sed lac sumere possunt; & est, non solum à perfectis, sed & ab insipientibus prædicaris. Vel, infantes & lactentes dicit apostolos, qui fuerunt homines simplices, & indocti, vnde, *Stulta mundi elegit Deus vt confundat* perfectior est laus.

1. Pe. 2. a

1. Cor. 1. d.

Vel ex ore infantium & lactentium, ideſt, ex verbis puerorum Hebręorū perfecisti laudem, quæ videbatur pueriliter agi propter inimicos, ne videatur humana sapientia sed diuinitus data

e *Inimicos tuos.* paganos.

f *Inimicum.* Iudæum, qui inimicus est Dei, dum patrem solùm defendit: quia *qui non honorificat filium, non honorificat patrem*, vel inimicus voto.

F

g *Vltorem.* sectæ suæ defensor, expositio eius quod est inimicum. Perfecisti. destrues.

h *Quoniam videbo* præ Iudæo, spiritu.

i *Cælos tuos.* apostolos, videbo præsentialiter in posteris, hoc bene conuenit primitiuis.

✻ Theodoretvs. Cælum illiusque ornatus magnificentiam diuinam ostendit.

✻ Basilivs. Opera non manuum, sed digitorum dixit, vt quæ videntur minimæ esse operationis ostendat.

k *Opera digitorum tuorum.* quia cooperatione trinitatis perfecti, quæ significatur in tribus digitis hīc, vt ibi: *Qui appendit tribus digitis. mo. terrę.* Et per eos.

Esai. 40. c

l *Lunam & stellas quæ tu fundasti.* non illi.

☞ *Quid*

a ¶ Gloria fama. b ¶ Non in Iudęa tantum. c ¶ Per hoc admirabilis. d ¶ Incomprehensibilitate. ¶ De terra humilitate. ¶ Deus homo sedens ad dexteram patris.

a est nōmen tuum in vniuersa terra. † Quōniam eleuata est 1
¶ Fama. ¶ Filius. a ¶ Remi. super omnes rationabiles creaturas. b ¶ Non pro ætate sed æqualitate.
b magnificentia tua supēr cælos. Ex ore infantiūm & la- 3
¶ Simplicium. ¶ Insipientium. ¶ Quasi non solum à perfectis sed ab insipientibus prędicatis. a ¶ Paganos. ¶ Destruendos.
c d ctentium † perfecisti laudem propter inimicōs tuos, 4 5
a ¶ Iudicium. b ¶ Defensor em.
e f vt † destruas inimicūm & vltorēm. Quoniam videbo 6
a ¶ Intelligam scripturas quę spiritu Dei factæ sunt, cuius sunt septem dona, cum sit vnus spiritus, sicut plures digiti in vna manu. b ¶ Vniuersalem ecclesiam. ¶ Vel doctores.
c ¶ Ecclesias sigillatim per loca.
g h cælōs tuos opera digitorum tuorum, lūnam & stēllas 7
i k l

† Qui posuisti gloriā tuā (id est, laudātē te in cælis, vel homines, in terra laudem tuam ad astra tollunt)

† cessare facias.

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Est nomen. *propter quod dicit Apostolus post verba præmissa*, Exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. *Illa autem, quæ superexcellentia sunt incomprehensibilia sunt à nobis, & per consequens sunt admirabilia.*

2 Quoniam eleuata est magnificentia tua. *id est, ipse Christus, qui ratione deitatis, dicitur Dei sapientia, & virtus, secundum quod dicit Apostolus. j. Cor. d.* Prędicamus Christum, Dei virtutem, & Dei sapientiam. *In istis autem duobus consistit magnificentia, eò quod per ista duo sunt magna facta, circa quę propriè est magnificentia, Vt habetur iij. Ethi. & nomen magnificentię hoc ostendit.*

3 Super cælos. *id est, super omnem creaturam cœlestem, etiam angelicam: sicut dicit apostolus Heb. j. b.* Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hęreditauit, &c.

4 Ex ore infantium, &c. *Diuinitas autem Christi fuit confessa ab angelis confessione laudis ab hora natiuitatis, prout habetur Luc. ij. b.* Et subitò facta est cum angelo multitudo militię cælestis exercitus laudantium Deum, &c. *Sed laus ista fuit perfecta, quando puer in templo clamabant confitentes diuinitatem Christi, dicentes:* Osanna, *id est, obsecro, salua*, in excelsis, *Salutem enim cælestem nullus dat nisi Deus, secundum quod dicitur in psal.* Gratiam & gloriam dabit dominus, *Pueri autem isti non erant homines literati, qui ex scientia legis & prophetarum possent cognoscere diuinitatem Christi, & sic confiteri: propter quod ista laus videtur processisse à spiritusancto, linguas eorum mouente, sicut locutio asinæ Balaam, non facit ab ea nisi pasitiuè tantum, sed effectiuè fuit ab angelo linguam eius mouente, & sic ista laus puerorum videtur perfectior fuisse quam angelorum, quantùm ad hoc, quod efficiebat hoc modo immediate à spiritusancto, qui præcellit omnes angelos in infinitum.*

5 Propter inimicos. *confutandos: quia per istam laudem, & scripturæ interpretationem à Christo factam, principes sacerdotum Christo inimicantes fuerunt confutati.*

6 Vt destruas. inimic. & vltor. *id est populum Iudaicum Christū persequentem, qui fuit eius inimicus, & etiam vltor inquantum sub titulo Vltionis iniurię legis Mosaicæ, eum persequebantur, imponentes sibi transgressionem legis in violatione sabbathi, & quibusdam alijs: & iste populus vltor & inimicus propter hoc fuit postea destructus per Romanos, Christo eos ad hoc incitante ex ordine suę iustitiæ.*

7 Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum, &c. *Hīc consequenter Dauid exprimit in Christo conditionem humanitatis quantum ad humiliationem eius & exaltationem, di.* Quoniam videbo cęlos tuos opera digitorum tuorum, *id est cælum sydereum in quo sunt stellę, & empyreum in quo sunt angeli, eminentiam eorum considerando respectu naturæ humanæ in se consideratæ, ideo subditur.*

✻ Quid

MORALITER.

† 1 *In vniuersa terra*, quasi dicat multò plus est admirabile in cælesti gloria, ideo subditur,

2 *Quoniam eleuata est magnificentia tua, &c.* Sed quoniam ciuitas cælestis, si esset tantum ex viris perfectis, non esset sic laudabilis sicut est per hoc, quod pueri sunt cum eis: ideo subditur,

3 *Ex ore infantium & lactentiū.* Et isti pueri sunt in triplici differētia. Nā aliqui confessi sunt Christū morte, sed non ore: sicut innocētes occisi ab Herode; Aliqui verò ore sed nō morte, scilicet pueri clamantes Christo, *Osanna filio Dauid, &c.* vt habetur Mat. xxj. Aliqui verò vtroq; modo, sicut beatus Pancratius, qui cōfitens fitēs Christum, passus est anno ætatis suæ. xij. & beata Agnes anno. xiij. & similes qui sunt in ciuitate cælesti Deum laudantes.

6 *Vt destruas inimicum & vltorem.* li. *vt*, tenetur causaliter & consecutiuè. Nam propter primos, destructus fuit Herodes, & propter secundos, scribæ & sacerdotes pueros increpantes, & propter tertios, tyranni Gentiles.

7 *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum.* Hīc ostenditur qualiter homo ad triumphantem ecclesiam eleuatur, cum dicitur, *Quoniam videbo cęlos tuos, opera digitorum tuorum*: quæ sunt creaturę incorruptibiles, & valde excellentes respectu corporis humani, ideo subditur,

† *Quid est*

a *Quid est homo.* CASSIO. Secundò, naturam hominis olim vitiatam, dicit in Christo super omnia exaltatam. Prius enim ostenderat omnipotentiam deitatis. Cas. Per hominem, peccatores: per filium hominis, spirituales.

CAS. Homo, quilibet vilis, cuius memor Deus miserēdo, Filius hominis, Christ⁹ homo: quoniam per eum, tu visitas eum, cum verbū caro factū est, in quo medic⁹ venit ad infirmos.

✠ TERTVL. Ignobilitatis argumēta primo aduētui competunt, vt sublimitatis secūdo: nec Rex gloriæ à cælestibus salutatus prius, quā Rex Iudæorum proscriptus in crucem.

✠ BASI. Præcisa est homini in animātes omnes data potestas: Dominatur eis quidē, sed artibus & solicitudine, & cū timore, peccati memor.

✠ THEO. Homo mortalitate minor factus est Angelis, post vero humanitatē Dei & saluatoris nostri, IESV CHRISTI natura nostra gloriā recepit. *Gratia enim salui facti estis*, inquit, apostolus, & congregauit, & collocauit nos in cælestibus in Christo IESV.

b *Aut filius.* AVG. Disiunctio innuit distare inter hominem, & filium hominis. Omnis filius hominis homo, sed non econuerso vt Adam. Homo ergo omnis, qui portat imaginē terreni: Filius hominis, qui cælestis, & merito nouus homo, filius hominis: quia nouus ex veteri quadam mutatione fit.

AVG. Cur relictis altioribus hęc ima dicit? Sed oues innocētes dicit, Boues, qui operantes, terrenos faciunt fructificare, Et hoc de angelis & hominibus dicitur, vt de omnib⁹ probet quod subiecti sint, *oues* innocentes, tam homines quam angelos: *Boues* arantes, & triturantes, qui in vinea domini vomere spirituali arbusta criminis præscindunt. *Vniuersas*, fœminino genere vtitur, vt notet fructificantes, qui semine verbi Dei hominum corda fructificare faciunt.

c *Insuper & pecora.* Malos ergo Christo subiectos esse notat, quod minus videtur: hi enim carnales in latitudine campi, id est, in amplitudine voluptatum, non in montibus virtutum, habitantes.

✠ THEOD. Horum testis diuinus Apostolus clamans: *Eum qui modico quam angeli minoratus est, videmus* IESVM *propter passionem mortis, gloria, & honore coronatum.*

d *Pecora campi.* AVG. Qui in carne viuunt, vbi nihil arduum ascendunt: sed lata via, cui inhærent, est quę ducit ad interitum: vnde & Abel in campo occiditur.

e *Volucres.* superbi: de quibus, *Posuerūt in cælū os suū* Quorū caput dicit, *Ascendā in cælū & exaltabo solium meū, & ero similis altissimo.*

f *Pisces maris qui perābulant semitas maris.* curiosi Hæc tria, voluptas carnis, superbia, curiositas, includunt omnia vitia, quæ sunt concupiscentia carnis, ambitio seculi, (id est, superbia,) concupiscentia oculorum, per oculos curiositas maximè præualet.

† quas præparasti.

Adu. Iudęos de coron. militis † decore coronabis.

a ¶ In cęlis, id est in scripturis. b ¶ Eleuata est magnificentia, &c. ¶ Et quia hoc per filium ergo. c ¶ Peccator terrenus. d ¶ Quasi longe positi.

a b † quæ tū fundāsti. Quid est homo quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? † Minuisti eum paulò minis ab angelis, gloria & † honōre coronasti eum, & † cōstituisti eum supēr opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pēdibus eius, oues & bōues † vniuersas, insuper & † pecora campi. Volucres cæli & pisces maris, qui † perambulant semitas maris. Domine dominus noster quàm † admirābile est nomen tuum in vniuersa terra.

a ¶ Christus homo. b ¶ Visitatur, id est vultu illustratur, vnde, Signatum est super nos, &c. ¶ Quasi pœnitentem, qui prope est munditia vitæ. c ¶ Quia passibilis & mortalis, in alijs superat.

¶ Corporis incorruptibili claritate a ¶ Vt omnibus sit venerabilis. b ¶ Quia circulus mundi ad fidem eius venit. c ¶ Stabiliuisti.

a ¶ Aug. quia angeli sunt opera manuum, & super eos constitutus est vnigenitus Dei filius. b ¶ Omnia quidem, quia super omnia opera constituisti eum. ideo dico.

a ¶ Sub dominio & potestate. b ¶ Arantes, & triturantes, c ¶ Fructificantes, d ¶ Per hæc distinguit à prædictis sanctis, hęc sunt acina sicut prędicta vinum.

a ¶ Cuiosos, qui in profundo seculi temporalia, quæ quasi semitæ in mari cito vanescunt inquirunt pertinaci studio.

¶ Ergo. a ¶ Conclusio quæ tendit totum.

1 verbi Dei hominum
2 corda fructificare fa
3 ciunt.
4 5 6 7 8 9 10

† Et defecisti eum paululum à Deo (vel, ab angelis)
† vel, dominari facies.
† vniuersa ipsa. Hebr. 2.
1 Cæ. 15.
† bestias agrestes.
† trāseuntē (quicquid pertranſit)

† Psal. 72. b Esai. 14. d

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quid est homo, *id est natura humana respectu angelicæ, quasi dicat, modicum quid, & tamen,*

2 Memores eius. *eam à peccato liberando: videtur enim Deus quodammodo oblitus fuisse humanæ naturę, quandiu dimisit eam sub malo culpæ & pœnę: & recordatus ipsius, quando venit liberare eam, sicut petebat Dauid,* Veni ad liberandum nos. &c. *hoc autem naturę angelicæ non fecit, cuius peccatum non remediauit.*

3 Aut filius hominis. *id est, filius virginis, quia homo est generis communis: quasi dicat natura humana Christi in se considerata minor est angelica: & tamen.*

4 Visitas eum. *assumendo illam naturam in supposito verbi, vt sic esset vnus filius virginis, & Dei: hoc autem non fecit Deus naturæ angelicæ, quia* nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ, vt dicitur *Hebr. 2. d.*

5 Minuisti, &c. *in sua passione, quia angeli non sunt hoc modo passibiles, scilicet passione corporali.*

6 Gloria, &c. *quia per meritum suæ passionis resurrexit, & ascendit in cælum, & coronatus super angelos sedet ad dexteram Dei patris, secundum quod dicitur Marc. vlt. d.* Et dominus quidem Iesus post quam locutus est eis, assumptus est in cælū, & sedet à dextris Dei.

7 Et constituisti. *propter quod dominus post resurrectionem suam, Mat. vlt. dixit.* Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra: *& ideo subditur,*

8 Omnia subiecisti, *quia etiam angeli supremi sunt homini Christo subiecti.*

9 Oues. *Istud additur ad remouendum errorem illorum, qui dixerunt, quod diuina prouidentia non se extendit ad ista inferiora, sed tantum ad superiora, in quorum persona dicitur Iob. xxv. c.* Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat.

10 Domine dominus. *hic in fine psal. resumit Dauid primum versum, sicut in cantilenis fieri solet, quod in fine reiteratur principium, & ideo exponatur sicut prius. Moraliter autem posset exponi psalm. iste, qui est de Christo capite, vt visum est, de quolibet fideli, qui est membrum Christi: qui per virtutem humilitatis & patientiæ per diuinam virtutem sublimatur ad coronam glorię, ad quam & nos perducat.*

MORALITER.

† 1 *Quid est homo.* corpore fragilis & corruptibilis, quasi dicat, nihil, videlicet, respectu ipsarum.

2 *Quod memor es eius.* ad eleuandum ipsum super cælum sydereum in empyreo, quod est locus angelorum. Et respondetur ad hoc, cùm dicitur,

5 *Minuisti eum paulo minus, &c.* quasi dicat licet ratione corporis sit fragilis, tamen ratione animæ ad imaginem Dei factæ non multum distat ab angelica natura, & ex Dei beneficio æqualis efficitur in gloria, ideo subditur.

6 *Gloria & honore coronasti.* Mat. xxij. c. Erunt sicut angeli Dei in cęlo: Et propter dignitatem animæ à principio creationis homo prælatus est cæteris corporalibus creaturis, Gen. j. c. *Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs terræ, vniuersęque creaturæ, &c.* ideo subditur.

7 *Et constituisti eum.* à principio creationis.

† *Super opera manuum tuarū.* Et patet ex dictis: ideo concluditur quod in principio fuit propositū de magnificentia Dei relucente in creaturis, cum dicitur: *Domine dominus &c.*

ADDITIO I.

In psal. vij. Domine dominus noster.

Hic psal. satis bene exponitur in postil. exceptis paucis in quibus videtur aliquid vltrius addendum. Primum est: quia cum dicit: Admirabile est nomen tuum in vniuersa terra, *innuit nobis quòd nomen Christi, de quo agitur, non in Iudæa tantum erat publicandum admirabile, sicut nomen Dei tempore ve. te. (de quo psal.* Notus in Iudæa Deus: & in Israel magnum nomen.) *sed etiam in vniuersa terra, quod factum fuit per apostolos quibus iniunctum fuit. Act. j. b.* Eritis mihi testes in Iu. & Sa. vsque ad ex. ter. *quod & fecerunt, quia* in omnem terram exiuit sonus eorum. *Secundum est: quia cum dicit,* Eleuata est magnifi. &c. *intelligitur magnificentia propriè de humanitate Christi, nā secundum Philosophum in 4. Ethi. pertinet ad magnificum præparare conuenientē habitationē: Constat autem prout dicitur Col. ij. quod* in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis, *& hoc est quod dicit glo. in hoc loco,* Magnificentia tua. *id est filius tuus Deus & homo,* eleuata est *de terrena humilitate* super cælos. *& sic magnificentia Dei in hoc loco est ipse Christus. Tertium est quod cum dicit:* Ex ore infantium & lactentiū perfecisti laudem: *licet in hoc quod dicit,* Ex ore infantium, *intelligantur pueri in templo clamantes vt Christus allegat, Mat. xxj. tamen hoc quod dicit* lactentium, *non propriè applicatur ipsis pueris, qui iam transcenderant ætatem lactentium, vt de se*

A *vt de se patet ; sed habet intelligi de simplicibus fidem catholicam tempore apostolorum recipientibus, de quibus. j. Pe. iij. a.* Quasi modò gèniti infantes lac concu. *& j. Cor. iij. a.* Lac vobis potum dedi, non escam: *Vnde sicut in pueris seu infantibus laus Dei videtur processisse à spiritusancto, linguas eorum mouente, prout dicitur in postil. sic in lactentibus (qui licet vsum rationis habentes, nõ tamen aliam doctrinam propter simplicitatem suam capere possent) laus Dei seu confessio fidei videtur procedere à spiritusancto, mentes eorum illuminante, sic ex ore vtrorumque laus perficitur, in corde, scilicet, & in ore. quia* corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem, *Rom. x. b. Quartum est, quia cum dicit,* cœlos tuos opera digitorum tuorum, *intelligendum est de empyreo, quod est cœlum spirituale, & ideo dicitur:* Opera digitorum tuorum *quod denotat operis subtilitatem, cæli autem syderei quia corporei sunt, non dicuntur opera manuum, iuxta illud,* Opera manuum tuarum sunt cæli. *Quintum quærendum est, cum Psalm. dicit,* Lunam & stellas quæ tu fundasti: *cur prætermisit facere mentionem de sole, qui maximè principalior est inter sydera: vnde & in scripturis sacris semper eis præfertur, & de eo fit principalis mentio, vt in psal.* Solem in potestatem diei, & lunam

Psa. 135. & stellas in potestatem noctis : *& sic de multis aliis. Ad quod dicẽdum, quòd in hoc loco Psal. loquitur de cœlo empyreo, vt dictum est : in quo per lunam designatur vniuersalis ecclesia, prout in gless. & sic per*

B *stellas debent intelligi singulę beatorum personę, tam angelicę, quam humanę, secundum quam cõsideratione Christus designari debet per solem, qui est verus sol iustitiæ, iuxta illud Malach. 4. a.* Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, &c. *qui quidem sol est magnificentia Dei super cælos, vt dicitur in primo versu huius psalm. idcirco de sole non facit hic cum luna & aliis stellis mentionem, quæ tantum in cælo empyreo sunt, non suprà cælos sicut sol, qui est magnificentia Dei: vnde & rationabiliter admiratur videns excellentiam huiusmodi lunę & stellarum,* Quid est homo quòd memor es eius: *Sextum aduertendum est, quod hic psal. notabiliter et propriè correspondet autoritati Apostoli Phi. ij. per postil. allegatæ, scilicet :* Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. *primò quia sicut ibi habetur, quòd per meritũ humilitatis passionis Christi eius humanitas fuit exaltata intantũ, quod* dedit ei nomẽ quod est super omne nomen, *&c. pari forma psal. cũ præmisit in tit.* Victori super torcularibus, *quod passionẽ denotat, subdit,* Quã admirabile est nomen tuũ, &c. *Huic etiã quod dicit Apostolus,* Propter quod & Deus exaltauit illum, *correspõdet psal. dicens,* Exaltata est magnificentia tua, &c. *Similiter huic quod dicit Apostolus,* Dedit illi nomen quod est super omne nomẽ,

Philip. 2. b. *correspondet psal. dicens,* Quam admirabile est nomen tuum ! *Huic etiam quod dicit Apostolus :* In nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, *correspondet psal. dicens.* Videbo cælos tuos, lunam & stellas; *Huic autem quod dicit,* terrestrium, *correspondet psal. dicens,* Oues & boues, &c. *Huic autem quod dicit,* infernorum, *correspondet psal. dicens,* Pisces maris, qui perambulant semitas maris. *Licet enim terra sit infimum elementum ; tamen secundum modum loquendi sacræ scripturæ, maria dicuntur esse subtus terram: eò quod flu-*

C *mina communiter fluunt versus mare, vnde legitur,* Quia ipse super

Psal. 3. b. maria fundauit eam. *Huic autẽ quod dicit Apostolus,* Et omnis lingua confiteatur. &c. *correspondet psal. dicens,* Ex ore infantium & lactentium, &c. *In quo comprehẽdit omnem linguam, scilicet, corporalem, et mentalem modo supradicto. Septimum psal. in vltimo versu resumit primum versum, prætermittendo tamen id quod dixerat :* Quoniam eleuata est magnificentia. *Et sic potest intelligi nomen Dei in hoc vltimo versu sumptum de diuinitate tantum, prout in gl. Phil. ij. nam nomen diuinitatis cœpit cognosci in vniuersa terra per exaltationem Christi, sicut in infirmitate passionis dicitur esse exinanita.*

ADDITIO.

In eodem psal. viij. vbi dicitur in postil. Hæc syllaba ha, quæ præponitur huic vocabulo gittith.

Hæc syllaba ha, *iuxta veram & communem Hebraicæ linguę grammaticam, nec est articulare accusatiui, nec alicuius alterius casus: quia indifferenter præponitur cuilibet casui. Quod sic patet : nam vbi habemus Gen. j. a.* terra autem erat ina. & va. *in quo loco terra est manifestè nominatiui casus, ibi tamen præponitur hęc syllaba* ha, *vt ibidem patet. Similiter in eo. cap. vbi dicitur,* Congregationésque aquarum appellauit maria, *In quo loco li* aquarum, *est manifestè genitiui casus, ibi etiam præponitur huic dictioni* aquarum *hæc syllaba* ha. *Similiter Gen. ij. c. a. vbi trãslatio nostra habet,* Præcepitque ei dicens, *In Hebræo habetur;* Præcepitque homini dicens : *quod idem est in sententia, cum ibidem de homine loquitur, in quo loco huic dictioni homini, quę est manifestè datiui casus, præponitur hæc syllaba* ha. *Similiter Ge. j. a. vbi dicitur:* Diuisitque aquas quæ erant sub firmamento *huic dictioni* aquas, *quę manifestè est accusatiui casus, præponitur hæc syllaba* ha, *vt ibidem patet. Similiter Deuter. xxxij. a. vbi dicitur:* Audite cæli quæ loquar. *in quo loco li* cæli, *est vocatiui casus. vt est manifestum, eidem præponitur hæc syllaba* ha. *Similiter Gene. ij. a. vbi dicitur:* Compleuitque Deus die septimo. *vbi li* septimo, *est manifestè ablatiui casus: præponitur ei hæc syllaba* ha. *Et sic in aliis complurimis & innumerabilibus locis. Ex quibus patet quod hęc syllaba* ha, *non est in Hebræo accusatiui, nec alicuius alterius casus, vt dictum est. vnde apparet quod hoc habuit postillator ab aliquo minus sufficienter docto in Grammatica Hebraicæ linguæ. Sed videndum est, quid significet hęc syllaba* ha *in Hebraica lingua, cum alicui dictioni præponatur. Ad quod sciendum, quod cum nomina communia seu appellatiua in propositionibus proponuntur sine signo vniuersali, intelliguntur indifferenter pro quocunque vno, quod illo nomine posset appellari, vt cũ dicitur, Magister venit, intelligitur indifferenter de quocũque qui magister dicitur: & ad verificandũ talẽ propositionẽ sufficit quod vnus magister venit quicunque sit ille. Sed contingit sæpe quod in multos magistros, qui conueniunt in aliqua societate seu collegio. sit aliquis magister notior, vt puta de quo frequentius fit sermo in tali societate, vel collegio, quàm de cæteris magistris, propter aliquam præeminentiam officij, vel alicuius singularitatis ad magistrum pertinentis : In quo casu in Hebraica lingua cum dicitur, Magister venit, sine additione intelligitur de quocunque indifferenter sicut in lingua Latina fit communiter. Sed cum additur in Hebræo hęc syllaba* ha, *huic dictioni magister, tunc non verificatur nisi de illo magistro notiori modo prædicto, vt dictum est. Ita quod existentibus multis magistris in eodem collegio quorum vnus esset notior ratione prędicta, falsum esset dicere, magister venit: cum additione huius syllabę* ha, *nisi ille magister qui singulariter modo prædicto determinatur, venisset. Et inde est quædam regula grãmaticalis in lingua Hebraica, quod nunquã nomini proprio fit additio istius syllabæ* ha, *licet etiam propria nomina varientur per casus. Cuius ratio patet ex dictis, quia illud quod significatur nomine proprio non exigit aliquod signum per quod distinguatur ab aliis, cum nil significetur per nomen proprium nisi aliquod singulare, nisi forte sumatur aquiuocè, quod est alterius rationis. Contingit tamen quandoque quod præponitur hæc syllaba* ha, *superflue, sine hac propria significatione, sicut & in propheticis locutionibus quãdoque ponuntur plura verba vbi pauca sufficerent secundum modum communem humanum. Et ista sunt diligenter attendenda in expositione multorum passuum sacræ scripturæ ad habendum verum sensum literalem sicut Esaiæ. vij. c. vbi dicitur:* Ecce virgo concipiet, *In Hebraico additur huic dictioni* virgo *hæc syllaba* ha, *quod non modicæ attentionis est, vt ibidem Deo dante videbitur His visis hoc nomen* גיתית *gittith, in Hebraico secundum suam plenam & veram acceptionem non significat torcular, vnde Ra. Abẽhazra qui inter cæteros expositores Hebraicos proprius literam sequitur, ad ridiculum reputat dicere, quod hic sumitur gittith, pro torculari seu, torcularibus: hoc enim magis pertinet ad etymologiam seu allegoriam quam ad sensum literalem : vnde secundum illum & alios non mediocris autoritatis hoc nomen gittith, significat instrumentum musicum sic dictum, eò quod fuit datum ad decantandum Obededom Getheo, qui fuit Leuita. & sic gittith, est nomen adiectiuum, acsi diceretur in Latino, instrumentum Getheum; vel ideo fortè secundum alios istud instrumentum musicum fuit intitulatum à Getheo, eò quod Dauid inuenit eum, cùm habuit victoriam de Golia, qui cognominabatur de Geth, vnde. j. Reg. xvij. c.* Apparuit vir ille spurius ascendẽs Goliath nomine, Philistæus de Geth: *maximũ enim robur Philistinorũ, qui Israeli aduersabantur, residebat in Geth : quapropter Dauid in lamentationem Saulis et Ionathæ cum dixisset :* Quomodo ceciderunt fortes, &c. *subdit:* Nolite annuntiare Geth. *ij Reg. j. c. quasi dicat illi robusti de Geth hoc audientes deridebunt de fortibus Israel. Vnde in memoriam illius maximæ victoriæ quam Dauid habuit auxilio diuino de illo robustissimo Philistæo de Geth, imposuit hoc nomen alicui notabili instrumento musico, cum quo laudes Deo decantauerunt in recognitionem tantę victoriæ. & secundum hoc additur ista syllaba* ha, *isti dictioni* gittith, *ad denotandum quod illud instrumẽtum* gittith, *erat notius inter alia instrumenta talia musicalia aliarum specierum, vel fortè quia aliquod singulare instrumentum* gittith, *nomine erat notius & excellentius respectu aliorum in sua specie, & in tali cantabantur huiusmodi psalmi.*

In finem

a *In finem pro occultis filij*. Nec additur cuius, per excellentiam est vnigenitus Dei.

b *Occultus*. Quia alia eius sunt manifesta. Duo ergo sunt aduentus, primus occultus Iudæis, qui gentibus profuit; vnde, *Cæcitas contigit in Israel, vt plenitudo gentium intraret*. Secundus manifestus omnibus. Duo etiã sunt iudicia Dei:

B Occultum, quod nũc agit, quod incipit à domo Dei, id est, pœna qua quisq; vel exercetur ad purgationem; vel mouetur ad conuersionem; vel, si contemnit, excæcatur ad damnationẽ. Manifestum autem, erit in vltimo, cum cuique retribuet secundum merita. Hîc ergo agit de humili aduentu, qui, cæcatis Iudæis, profuit gentibus: & de pœna, qua iudicat purgando, conuertendo, excæcando.

† Almuth labbẽ (nomẽ instrumẽti musici, quod interpretatur supermortem labbẽ vel pro iuuentute splendida siue filij. aut super morte in spiritis: aut incrementum filij)

C PSALMVS IX.

c *Onfitebor tibi domine in toto corde meo, &c.* Propheta lætus psallit, quia cultura diaboli aduentu Christi destruitur: & Christus regnat, iudicat, adiuuat.

✠ THEODOR. Symmachus quidem, Triumphalem de morte filij interpretatus est: Aquila vero, victoriæ auctori iuuentutis filij: & Theodotion, de florida ætate filij. Concordissimè omnes docent, quod hic psalmus continet victoriam, quam Dominus, Christus cõtra mortem consequutus est. Occultum autẽ mysteriũ hoc septuaginta nuncuparũt; Nam & Euãgelista de morte Christi loquens subiunxit, *Et erat occultum ab oculis eorum. Et* D. Paulus clamat, *Mysterium occultum à seculis*.

✠ BASILIVS. Confessio aut est, aut gratiarum actio, condemnatio propriorum peccatorum, vt hic.

✠ THEODORET. Proprium est perfectorum totum cor Deo, (qui ex tota anima est diligendus) dedicare, nec cogitationes partiri in Deum & Mammona; & narrare mirabilia eius, vt fiant auditores participes cantus hymnorum.

D

E

F

Math. 2. Col. 1.

† domine

a ¶ Christum. b ¶ Id est de. ¶ Scilicet Dei, vel ipsius Dauid, de quo natus est Christus. c ¶ Loquentis in persona ecclesię.

In finẽm † prõ occultis filij. Psalmus Dauid. IX.

a ¶ Quicunque detrahat: ego. b ¶ Quia in nullo de prouidentia dubito, sed omnia recte agi sentio: quæ stulti temere & casu agi putant. c ¶ Non in parte.

1 Confitebor † tibi dõmine in totõ corde
2 meo, narrãbo ōmnia mirabilia tua. Læ-
3 tãbor & exultabo in tẽ, psallãm nomini
4 tuo, altissime:
5 6 in conuertendo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur & peribunt a facie tua.

a ¶ Alijs. † b ¶ Omnia narrat qui de visibilibus ad inuisibilia transit, vt qui Lazarum in corpore, Paulum suscitauit in mente, quod maius est. ¶ Generaliter, visibilia & inuisibilia. ¶ Vel, quæcunque dico sunt mirabilia. c ¶ Non nostra.

a ¶ Non solum narrabo alijs sed &c. ¶ Non in secularibus, sed in occultis filij. ¶ Apud me. b ¶ Alibi non est lętitia. c ¶ Opere. ¶ Vt meo exemplo psallant alij.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS. IX.

Almuth

Onfitebor tibi domine in toto corde meo. *Huic psalmo præponitur talis titulus in Hebræo.* ad victoriã עַלְמוּת לַבֵּן almuth labbẽ Psal. Dauid. *Ad cuius intellectũ sciẽdum, quod hæc dictio* almuth *ab aliquibus in duas partes diuiditur, & sic est sensus*, super mortem; Labben *importat filiationem, & hoc modo accepit Hieron. in translatione iuxta Hebraicum, dicens sic*, Victori super mortem filij Psalmus Dauid. *& secũdum hoc aliqui expositores nostri dixerunt, quod Dauid fecit hunc psalmum pro morte filij sui Absalon; Sed beatus Aug. hoc reprobat, & merito, vt videtur, quia Dauid in morte Absalon non cecinit carmen lætitię, sed magis carmen lugubre, di.* Filij Absalon, quis mihi tribuat vt ego moriar pro te, &c. *ij. Reg. xviij. g. In hoc autem psal. exprimitur carmen lætitiæ, quia in secundo versu dicitur*, Lætabor & exul. in te. &c. *Et circa medium Psal.* Exultabo in salutari tuo; *Alij dixerunt, quod Dauid fecit hunc psalmum gratias agens de morte primogenitorum Ægypti in exitu Israel de Ægypto, vt habetur exo. xij. Et sic est prędicti tituli sensus:* Ad victoriam per mortem filij, &c. *id est filiorum, accipiendo singulare pro plurali, sicut Exo. viij. f.* Venit musca grauissima. *id est, multitudo muscarum. Sed ista expositio non habet magnam apparentiam quia in toto psalm. isto nou fit mentio apperta de ista persecutione primogenitorum Ægypti, nec de exitu filiorum Israel de Ægypto. Item hæc expositio & prædicta improbantur per hoc quod prędicta dictio Hebraica* almuth *in omnibus Bibliis Hebraicis quas ego vidi, scribitur pro vna dictione: et sic non potest signare, super mortem. Accipiendo igitur almuth prout est vna dictio, adhuc secundum Hebr. habet triplicem significationem, quia vno modo est nomen instrumenti musici in quo cantabatur iste psal. vt dicunt aliqui Hebræi. Sed hanc expositionem vt inconuenientem dimittit Rab. Sa. Alio modo signat iuuentutem, sicut* alma in *Heb. signat iuuenculam, & hanc sequitur Rab. Sa. di. quod Dauid in spiritu sancto præuidit iuuenes fortes de Israel captiuandos per Romanos, & postea per maximum tempus releuandos (licet non in eisdem numero) per regem Messiam, quem in aduentu suo dicit subiecturum orbem terrarum Iudæis, et sic est sensus tituli prædicti,* Super iuuentutem filij. *id est, filiorum, &c. Sed hæc expositio supponit falsum et erroneum scilicet Christum esse venturum: & ideo totaliter est vitanda; Tertiò* almuth *signat occultationem: & secundum hoc ponitur titulus huius psal. cõmuniter in Bibliis nostris:* In finem pro occultis filij psal. Dauid. *quam significationem sequuntur Aug. & Cassio. propter quod intendo eam sequi.*

Iudicium diuinum duplex.

Ad cuius intellectum sciendum, quod duplex est iudicium diuinum, Vnum est iudicium discretionis, quo discernuntur fideles ab infidelibus, & hoc potissimè incepit à prædicatione Christi et apostolorum, quia iusto Dei iudicio, licet occulto nobis, aliqui conuersi sunt ad fidem, & alij in

Rom. 11. d. *infidelitate indurati. Cuius ratio est nobis valde occulta: vnde cum Apostolus dixisset Rg. ix. c.* Cuius vult miseretur, & quem vult indurat *Et postea. xi. c.* Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei, in eos quidem qui non credunt seueritatem, in te autem bonitatem Dei, si permanseris; *Postea subdit:* O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. *Et psal. xxxv. a.* Iudicia tua abyssus multa. *Aliud autem est iudicium Dei, quod dicitur iudicium discussionis quod erit in fine mundi: & licet istud iudicium futurum sit valde clarum, quia tunc manifestabũtur etiam occulta cordium, tamen est modo nobis valde occultum, secũdum quod dicit saluator Math. xxiij. c.* De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli in cælo, nisi solus pater. *Vtrumque autem iudicium datum est ipsi Christo, secundum quod ipse dicit Iohan. v. d.* Pater omne iudiciũ dedit filio. *Et de isto iudicio duplici sibi dato, quod præuidit Dauid in spiritu sancto, fecit hunc psalmum, & sic est sensus tituli prædicti:* In finẽ pro occultis, *& c. id est, iste psalmus factus est à Dauid* pro occultis filij, *id est, pro duplici iudicio prędicto dato filio,* In finem. *id est, dirigens nos ad considerationem finis mundi & beatitudinis, quę tunc retribuetur iustis tanquam vltimus finis. Et sic iste psalmus est de iudiciaria potestate Christi, sicut præcedens psalmus de sua exaltatione, quantùm ad sensum literalem. Non enim omnis expositio psalmorum de Christo est mystica, sicut supra ostensum est psalm. ij. & viij. Et idem dicendum est de isto. Plura enim expressius prophetauit Dauid de Christo quam alij prophetæ: propter quod dicitur eximius propheta rum, sicut dictum fuit in principio huius libri. Igitur secundum hoc iste psal. diuiditur in duas partes, quia primò Dauid se cantare prędicit, secundò materiam sui cantus subiungit ibi:* In conuertendo. *Circa primum dicit sic.*

Diuisio

1 Confitebor tibi domine, *scilicet, confessiones laudis.*

2 In toto corde meo. *id est, intellectu & affectu.*

3 Narrabo omnia mirabilia. *id est, excellentia mirabilia tua: quæ sunt in duobus iudiciis tuis nobis valde occultis: & hic est hyperbolica locutio. sicut dicitur, Tota ciuitas currit ad tale spectaculum, ad denotandum multitudinem euntium, quamuis multi non vadant; sic sunt multa Dei mirabilia quę non narrantur in hoc psalm. tamen dicitur:* Omnia mirabilia, *ad denotãdum magnitudinem horum mirabilium.*

4 Lætabor, *Interius.*

5 Et exultabo. *exterius: dicitur enim exultatio quasi extrà saltatio. vnde infra psal. lxxx. iij. a.* Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. *quia secundum quod dicit beatus Greg. j.* Quamuis iudiciũ futurũ terribile sit iniustis, tamen iustis erit materia exultationis. *propter quod dicit saluator de illo iudicio apostolis Luc. xxj.* His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, *id est exhilarate corda, prout exponit Gregor. cuius ratio, quoniam appropinquat redemptio vestra.*

6 Psallam. *in futuro enim iudicio apparebit Christi sublimitas, cuius in primo aduentu ostensa est humilitas.*

☞ In con.

MORALITER.

† 1 *Confitebor.* Secundum sensum literalem psal. iste loquitur de potestate Christi iudiciaria, quantum ad duplex iudiciũ. Primũ est iudiciũ discretionis, quo nunc fideles ab infidelib. discernuntur, de quo dicitur Ioh. xij. *Nunc iudicium est mundi.* Secundum est iudicium discussionis futurum in fine mundi, quo singulorum merita & demerita discutientur, vt pœnæ vel præmia secundum ordinem iustitiæ reddãtur. Et sensus literalis huius psalmi ad hoc tendit, vt semper simus in timore positi ratione vtriusque iudicij. Primo ratione iudicij discretionis, quia & si certi sumus

† nos esse

✠ In con-

☞ a *In conuertendo inimicum meum, &c. peri.*

A ✻ Theo. Symmachus, Cantabo nomini tuo altissime', conuersis inimicis retrorsum, & collusis atque perditis à facie tua.

Aug. quia dum diabolum conuertisti retro, membra infirmãtur, vt nil nocere possint, & non erunt, vel, destruentur ex toto ab impugnatione tua, cũ

Matt 25 d. † Propterea quia conuertisti inimicum meũ retrorsum, & fecisti impingere

B † sedes.

dices, *Ite maledicti*, vel, peribunt cum aufert a tuo altissime. † In cõuertendo inimicum meum retrorsum, 1 2

a ¶ Impij vt nihil possint contra pios. b ¶ Quia non erunt, vnde: Conuerte impium & non erit, scilicet impius, sed iustus. c ¶ A cognitione Dei. vel impugnatione tua cum dices: ite maledicti. d ¶ Sed quomodo hoc. e ¶ Quando iudicatus est Christus.

infirmãbuntur & peribũt à facie tua. Quoniam fecisti iudi- 3 4 5

a ¶ Quam egit contra impios accusatus. b ¶ O Deus super animam Christi, quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. vel ô Christe post resurrectionem ad dexteram patris: vnde mittens spiritum per apostolos increpasti gentes pro peccatis: & sic perijt impius factus pius; vel diabolus. ¶ Quia.

cium meum & cãusam meam, † sedisti b super thronum qui iu- 6

a ¶ Terruisti. b ¶ Non dicuntur impij qui credunt Deo. c ¶ Adeo perijt quod.

dicas iustitiam. Increpãsti gentes, & perijt impius: nomẽ 7 8 9

a ¶ Impiorum b ¶ Quia amodo nihil poterunt in populo Dei tranquillo,

eorũ delesti in † æternum, & in seculum seculi. † Inimici de 10 11

¶ Gentilium. ¶ Diaboli. a ¶ Diuersi errores quibus animas occidit. ¶ Rebelliones. b ¶ Per Christum nunc ex parte, tunc plenarie. c ¶ Illos in quibus diabolus regnat. ¶ Munitiones. d ¶ Excluso diabolo vt seruiant iustitiæ. e ¶ Vt nec memoria eorum sit. ¶ Apud Deum ne puniat. ¶ Vel ritus eorum excidet.

Ioh. 5. d. † alia littera in seculũ & in seculum seculi.

c f

fecerunt frameæ in finẽm, & ciuitates eorum destruxisti. Pe- 12 13

a ¶ Sed contra. b ¶ Frustra ergo contra eum, nisi sint impij.

g

rijt memoria eorum cum sonitu, & dominus in æternum per 14 15

a ¶ Permanet & iudicabit, quia parauit. b ¶ Cum iudicatus est, quia per patientiã cœlos acquisiuit. c ¶ Alias sedem suam. d ¶ Tandem aperte.

C

manet. Parauit † in iudicio b thronum suum, & ipse iu- d 16

a ¶ Mundum ipsum vel de toto orbe omnes gentes. b ¶ Ex meritis digna reddens. c ¶ Omnes gentes. ¶ Hoc est quod dixit orbem terræ in æq.

† ad iudicandum. † terrarum

h

dicabit orbem † terræ in æquitate, iudicabit populos

a ¶ Vt inimicus retro conuersus non noceat, sed hoc non nisi. b ¶ Interim. c ¶ In malis vitandis. d ¶ Illi qui nil amat in transitorijs.

i

in iustitia. Et factus est dominus † refugium d pauperi, 17

a ¶ In agendis. b ¶ In quibus opus est. ¶ Cass. Dulce auxilium quod in necessitate datur. c ¶ Exponit oppor. ¶ Posito paupere.

† exaltatio † tẽporib. tribulationum.

k † adiutor in † oppõrtunitatibus, in tribulatione. 18 19

graui *fine* clauduntur. Sed econtra dominus permanet. D

Finẽ, Aug. est gladius quem vibrabit in secundo aduentu apertè iudicans, & qui modo occultè, vsque ad quem aliquid valent hostis frameæ, sed tunc penitus deficient.

Eorum. Cassio. *Eorum*, pluraliter, cum suprà inimici singulariter dixit, quia cum plures sunt dæmones, quia tamen in malitia similes sunt, quasi vnum.

Cum sonitu. Aug. id est, & strepitus & tumultus impietatis perijt. vel cum impietas euertitur, strepitus fit, quia non venit ad summam pacem, nisi qui magno strepitu cũ vitijs pugnauit. E

† Vel inimici finitæ, cõsumptæ sunt solitudines, deuastationes, sub. tuæ in æternũ & vrbium quas destruxisti, perijt memoria cũ ipsis. F

✻ Theod. Claram abolitionem significat ex metaphora domorum, quæ ex aliquo motu concidunt.

h *Thronum suum.* Cassiod. Iudiciariam potestatem, qui in humilitate iudicatus est, in maiestate iudicabit.

✻ Theod. Non tantũ in præsenti vita priam potentiam ostendit, verum & in futura vita terribile iudicium demonstrabit.

† exaltatio.

i *Et factus.* Quantum est, cum qui index est, esse refugiũ pauperi, qui nihil mũdi cupit! Galat. 4.

✻ Theod. Pauperem, Naturam humanam appellat, ob nimiã iniquitatis paupertatem: *in opportunitatibus*, Aquila, *in tempore*, Symmachus, *Opportune* interpretati sunt, quando enim venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum.

k *In opportunitatib.* Aug. Non opportunius homo à seculo auertitur, nisi his voluptatibus, labores & dolores misceantur. Nota.

☞ *Spe-*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 In conuertendo, &c. *Hic consequenter Dauid exprimit materiã sui cantus, quæ est, duplex iudicium prædictum: & primo exprimit iudicium discretionis; & secundo iudicium discussionis, ibi,* Conuertantur, &c. *Primo dicit,* In conuertendo, &c. *quasi dicat, propter hoc lætabor & exultabo in te, quia inimicus meus, scilicet diabolus, qui incitauit Dauid ad numerandum populum, vt habetur. ij. Reg. xxiiij. & j. Paral. xxj. & etiam inimicus humani generis, in cuius persona loquebatur Dauid, & non solum in sua parte, conuertetur.*

2 Retrorsum, *Quia à tempore prædicationis Christi & apostolorum frequenter dæmones fuerũt expulsi & fugati, vt patet in euangelio Ioh. xij. e.* Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. *Et in actibus apostolorum in pluribus locis.*

3 Infirmabuntur. *Quia potestas dæmonum fuit debilitata, ne possent tantum nocere hominibus quantum ante: Ideo subditur,*

4 Et peribunt. *Reputabant enim in hoc quodammodo se perire, quod arcebantur à nocumento hominum, vt dicitur Marc. j. c.* Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, venisti ante tempus perdere nos.

5 Quoniam fecisti, *id est, facies tempore Christi à me desciscturi secundum carnem: & loquitur de futuro per modum preteriti, propter certitudinem prophetiæ, quo modo loquendi frequenter vtuntur prophetæ.*

6 Sedisti super thronum, *Per hoc designatur potestas iudiciaria Christi quantum ad iudicium discretionis, quo fideles credentes ab obstinatis infidelibus sunt separati. Ideo subditur,*

7 Increpasti gentes, *Per prædicationem apostolorum, de idololatria, cui erant subdita.*

8 Et perijt impius, *id est, diabolus, quia gentes prædicationem apostolorum recipientes, confregerunt idola, in quib. dæmones colebantur.*

9 Nomen eorum delesti, *Quia qui prius vocabantur pagani, modo vocantur Christiani, & nomina idolorum perierunt de terra, sicut prædictum fuit Zach. xiij. a.* In illa die dicit dominus, Perdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra.

10 Inimici defecerunt, &c. *id est, gladij diaboli, quibus quasi innumerabiliter sauciebat genus humanum.*

11 Defecerunt, *Quia pro magna parte eorum potestas diminuta est per Christum, & apostolos, vt prædictum est.*

12 Et ciuitates, *Multæ enim ciuitates culti dæmonum deditæ per principes catholicos sunt destructæ, vt per Carolum magnum & alios principes Christianos.*

13 Perijt memoria eorum, *id est, idololatrarum & idolorum.*

14 Cum sonitu, *id est, per sonitum prædicationis apostolorum & aliorum prædicatorum, vt prædictum est supra.*

Vel aliter: Cum sonitu, *scilicet armorum et tubarum qui solet fieri in bellis, quantum ad illos qui perierant Christianorum armis.*

15 Et dominus in æternum permanet, *Quia regnum domini nostri Iesu Christi stabile est in æternum.*

16 Parauit in iudicio thronum suum, *Per hoc notatur Christi potestas iudiciaria, quantum ad iudicium discretionis, vt dictum est suprà, & est repetitio eiusdem sententiæ, sicut frequenter fit in canticis.*

17 Et factus est dominus refugium pauperi. *id est: populo catholico, qui fuit valde pauper & abiectus in principio.*

18 Adiutor in opportunitatibus. *id est, in tempore opportuno, quod est tribulationis tempus. Ideo subditur.*

19 In tribulatione. *scilicet martyrum quorum intantum fuit adiutor, vt tormenta non solum sustinerent patienter, sed etiam gaudenter: Act. v. g.* Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati., *Ideo subditur,*

☞ Et spe-

MORALITER.

† nos esse de numero fidelium, tamen nescimus an simus de eis quantùm ad meritum. Eccles. 9. c. *Nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit.* Similiter ratione iudicij discussionis, quia nescimus in qua parte ponendi simus, scilicet cum ouibus ad dexteram, vel (quod absit) cum hædis ad sinistram. & sic præter sensum literalem non apparet mihi pro nunc alia moralitas requirenda.

a *Sperent.* Augus. Cũ desinunt sperare in rebus seculi. Auersos à sæculo, quærentes vbi figant spem, excipit cognitio nominis. Nomen scitur, cum ille cuius est nomẽ, noscitur. Nomen est illi dominus, quod nouit, qui libẽter ei seruit, vel, qui est, & ideo nemo speret in transitorijs, nihil habẽtibus præter, fuit, & erit. Nã quod in illis futurũ est, cũ venerit, fit statim præteritum, expectatur cum cupiditate, amittitur cum dolore, nõ tenetur cum certitudine.

✠ THEOD. Aquila & Symmachus. *Confident* dixerunt, vtẽtes verbo indicandi, pro imperandi. Cum enim effecta salus fuerit, qui te Deum creatorem didicerũt, in te collocabunt spẽ suam.

b *Quoniam non reliquisti.* Fideles prouocat ad laudem prophetæ, respiciens beneficia præsentis tẽporis, & futuri.

c *Sion.* AVG. speculatio, quæ modo agitur, vt perueniamus ad pacis visionem, id est de Sion in Ierusalem: quælibet autem studiosa speculatio fit in errorem, nisi dominus in ea habitet.

d *Studia*, Hieron. id est mãdata eius quibus studendum est.

✠ THEODOR. Ex vetusta Iudæorum opinione hoc ait: didicimus tamen ex Apostolica disciplina, etiam cælestem esse Sionẽ, etenim, inquit, *accessistis ad Sion montem.* *Studia* autem, Symmachus *artes* exposuit, Aquila vero *mutationes*: mutatio enim maxima facta est, qui quondam inimici erant, amici facti sunt. Et hæ saluatoris artes decorę: Immortalitas pro mortalitate data est, & per crucem salus.

e *Quoniam requirens.* AVG. sed quasi dicant, qui missi sunt euangelizare, nemo credit nobis, & occidimur, respondit: non sine fructu, quia *requirens vltione san. e.* in iudicio, vbi gloria occiso, pœna occisori erit: *recor. est, &c.*

f *Recordatus.* AVG. non post obliuionem, sed post longum tempus, secundum affectum infirmorum, qui oblitum putant, quia non tam cito fit vt volunt: quibus etiam adde, imo non est oblitus vt putatis. & si dixi *recordatus*, hoc contra querentes, qui prodilatione putant oblitum.

✠ THEODOR. Nouit enim Dominus cędes patratas à Diabolo per hominum deceptionem. *Clamorem* autem non preces sed miserias dicit.

g *Miserere.* CAS. In sua persona dicit quod vnusquisque petit.

h *Vide.* CAS. Aspectus Dei, auxilium est, qui cum fit, & lux tenebras fugat: de superbia inimici æstimatur humilitas patiẽtis, quia tantùm hi humiliantur, quantũ illi extolluntur.

i *Qui exaltas me de portis mortis &c.* AVG. id est ab omnibus cupiditatibus, quibus itur ad mortẽ: mors iam est ipsa lætitia in perfruendo cupitis, vnde Apostolus, *Vidua, quæ viuit in deliciis, mortua est.*

k *Portis filiæ Sion* Sũt omnia optima studia, per quæ venitur ad visionẽ pacis in ecclesia: in quibus bene nuntiãtur omnes laudes Dei, vt petentibus detur sanctum, & non canibus. Vel, portæ mortis sunt corporei sensus, à quibus exaltantur, qui quærunt, non quæ videntur, sed quæ nõ vidẽtur. Et portę Sion scilicet, sunt Sacramẽta, & initia fidei, quæ pulsantibus aperiũtur, vt perueniatur ad occulta, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit.

CAS portæ contra portas, quia hæ mortis, illæ vitæ.

l *Sion.* CAS Omnes ecclesias mundi generauit, quia ibi natus est Christus vnde fides incępit.

✠ BASIL. Habitationẽ non vocat inclusionem, sed proprietatẽ quam eius loci habebat, & quod amicè erga eum affectus esset.

✠ THEOD. Sionem cælestem dixit; portas illius, ecclesias, quæ vbiq; terrarũ sunt; per quas in illam introierunt, qui crediderũt.

m *Exultabo.* AVG. Hucusque clamor, inde, dicit ecclesia quæ affligitur, exultabo in Iesu. CAS. spe enim salua est.

✠ THEOD. gentes dæmonum agmen appellat, qui exciderunt, aut gentes, quæ interfecerunt Apostolos & martyres, quorum occisione pietatis præmium est confirmatum.

n *In laqueo.* AVG. Laqueus occultus, dolosa cogitatio; Pes, animæ amor, qui si prauus est, dicitur cupiditas; si rectus charitas. Eo enim mouetur anima quasi ad locũ, quo se peruenisse per amorẽ lætatur. *In laqueo* ergo. i. fraudulento consilio: pes. i. amor qui per

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et sperent in te. qui nou. nomen &c. *veram fidem.*

2 Quoniam non dereliquisti. *Absque consolatione.*

3 Quærentes te. *moribus & fide, & ideo pro tantis beneficijs subdit propheta.*

Diuisio. 4 Psallite domino. *gratias agendo.*

5 Qui habitat in Sion. *Id est, in ciuitate cælesti hic expressa per Sion, quæ specula interpretatur, quia ibi facie ad faciem Deus videtur: & ideo licet sit vbique per essentiam, præsentiam & potentiam, tamen in cælo specialiter habitat per apertam visionem.*

6 Annunciate inter gent. studia. &c. *id est, legem euangelicam, quam studiosè docuit verbo & facto, vt dicitur Act. 1. a.* Cœpit Iesus facere & docere. *Hac autem annuntiatio euangelij fuit iniuncta discipulis Christi, Iudæis ipsam repellentibus propter quod Paulus & Barnabas dixerunt Act. 13 g* Vobis oportebat primo loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis ęternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes; sic enim nobis præcepit dominus.

7 Quoniam requirens. &c. *construatur sic:* Nõ est oblitus, *scilicet ipse dominus.* Clamorem pauperũ, *id est martyrum*, quoniam recordatus est, *scilicet clamoris ipsorum.* Requirens sanguinem eorum de *manu tyrannorum, aliquando per panam temporalem, aliquando per ęternam, & aliquando vtroque modo.*

8 Miserere mei domine, *loquitur in persona ecclesiæ.*

9 Vide humilitatem, &c. *id est afflictionem mihi illatam à tyrannis.*

10 Qui exaltas, &c. *sicut in primitiua ecclesia Ioannes Euangelista ante portam latinam in feruentis olei dolium missus, tanquam fortis athleta exijt vnctus non adustus: & Paulus in Damasco & Ierusalem de ianuis mortis fuit diuinitus saluatus, vt habetur Act. 9. & 21. & multi alij Christi discipuli sic fuerunt saluati.*

11 Vt annuntiem omnes laudationes, &c. *id est in ecclesia militante, quæ est filia triumphantis. Ad hoc enim fuit Ioannes prędicto modo saluatus, vt annuntiaret prędicationes Christi in Græcia, & Apocalypsim scriberet. 7. ecclesijs quę sunt in Asia. Similiter Paulus vt prædicaret euangelium gentibus, vt dicitur Act. 9. c.* Vas electionis mihi est iste vt portet nomen meũ coram gentibus & regib. *Et ex eadem causa mors imminens multis sanctis, fuit diuinitus retardata, vt patet in eorum actibus, propter quod ex tanto beneficio à Dauid pręuiso subdit,*

12 Exultabo in salutari tuo &c. *quo sic saluabis electos tuos.*

13 Infixæ. *multi tyranni in Gentilitate obstinati in persecutione martyrum subitò mortui sunt, & in inferno dimersi: sicut Egeas in persecutione Andreæ à dæmone suffocatus interijt, & Quintianus sancta Agatha interfecta, Dei iudicio in flumine interijt, & similiter de multis alijs accidit, vt patet in legendis sanctorum.*

14 In laqueo, &c. *quia plures tyranni laqueum mortis parantes Christianis, præoccupati sunt morte diuino iudicio: & sic frustrati sunt ab intentione, sicut Iulianus apostata in bello Persarum occisus est à beato Mercurio iam ante defuncto, ad preces sancti Basilij & populi sui, eo quod ciuitatem & populum disposuerat destruere in suo reditu de illo bello: & sic comprehensus est pes eius in laqueum mortis quem alijs prępararuerat. Et ex hoc & prædictis effectibus concludit Dauid,*

✠ Cognoſ.

☞ A qui per fraudem peruenit ad vanam lætitiam, comprehensus est, quia illa delectatio alligat eos, vt inde abrumpere amorem, & ad vtilia vertere non audeant: Si enim conentur, dolor est deserere, quæ delectant, & ille doctor non sinit abscedere.

a *Cognoscetur.* Cassio. Vel de futuro iudicio potest totum accipi. Quasi, inde scietur vera iudicia facere, quia peccator suis operibus constringetur, & in infernū conuertetur: non memoria eorum tantùm punitus, vt quidam falso putant.

B † Sela. s. i. meditatio vel, laus in seculū, id est, semper hāc salutē, quæ hic scribitur, meditemur, & in ea lętemur † expectatio (spes) † timorem (terrorem sed si Heb. מורה legatur, præceptorē & doctorē significat) † abscondiste in tēpore tribulationis.

b *Conuertantur pec.* Avgvst. Hic est canticum diapsalmatis, quasi occulta lætitia separationis: quæ hic fit non loco, sed affectu, intra bonos & malos.

Cassio. Peccatoribus cum Antichristo finem malorum prædicit; quasi hoc interim, sed tandem c *conuertentur*, ne in suis gaudeant; *In infernū*, ne alibi mittendos se putent.

c *Patientia.* Avg. Patiēter, propter hoc præcipuè memor erit Deus pauperū, scilicet propter patientiā.

C d *Exurge.* Avgvstinvs. Precatur futurum iudicium.

a ¶ Affectus. ¶ Amor animę. b ¶ Et. ¶ Vel hic à suis, vel in iudicio ab omnibus.

2 comprehensus est pes eorum, † Cognoscetur dominus iudi-

a ¶ Secernens malos a bonis. ¶ Hic merito, non loco: ibi autem & loco.
¶ Hoc. b ¶ Non a Deo procedit quo cruciet eos, sed ab eis.

cia faciēs, in operibus suarum manuum comprehensus est

a ¶ Pro qualitate operum damnatus pœnis exterioribus. ¶ Illaqueantur delectatione mortifera.
b ¶ Scilicet exponit peccatores. ¶ Aug. Quasi: sicut non probauerunt Deum habere in notitia, ita dedit illos Deus in reprobum sensum.

b peccator*. Cōuertantur peccatores in infernū, omnes gen-

a ¶ Etsi hoc videtur, cum mali florent felicitate, & iusti laborant: in fine tamen mundi non contemnentur pauperes.

tes quæ obliuiscuntur Deum. Quoniam non in † finem oblī-

a ¶ Aug. Qua modo opus est ad ferendos malos: qui iam voto separati, donec finaliter separentur & loco.

c uio erit pauperis, † pātientia pauperum non † peribit in finē.

a ¶ Ad iudicandum. ¶ Patientia pauperum non peribit: vt autem non pereat. b ¶ Super eos.
c ¶ Purus; non Deus, sicut finget Antichristus. d ¶ Aug. Sed ante.
¶ Per eum præcipitantur in peccatum, damnentur, & de malo in malum.

d Exurgē domine, † non confortētur homō: iudicentur gentes

a ¶ Cas. In occulto, quod pauci iusti & sancti vident. b ¶ Quia te & tuam legem noluerunt.
c ¶ Prauę. d ¶ Antichristum. e ¶ In ruinam illorum.

in cōspectu tuo. Cōstitue domine † legis latorem super

a ¶ Gentiliter viuentes. b ¶ Quia nolunt esse filij hominis, id est, noui; sint veteres.
c ¶ Gentes iudicentur.

e eos, vt sciant gentēs quoniam hōmines sunt*. Vt quid do-

a ¶ Scilicet à tuis. b ¶ Quasi subito intellexerit; vel quasi sciens, vt doceret, quæ, scierit, soluit; opportune despicis, & finis tribulat: hoc consilio vt incendantur desiderio aduentus tui.

mine † recessisti lōngè: † despicis in opportunitatibus in † tri-

a ¶ Amore Dei; vel, purificatur. b ¶ Spiritu c ¶ Impii.

g bulatione. † Dum superbit impius incenditur pauper, cōm-

¶ Malæ cogitationes sunt eis vincula. a ¶ Cogitationibus. b ¶ Comprehendere sanctos.
c ¶ Cur hoc est? ¶ Magna ira Dei, vt desit correctio, & adsit adulatio.

h prehenduntur in cōsiliis quibus cōgitant. † Quōniam lauda-

a ¶ In se. b ¶ Nocendo. c ¶ Quasi Deus.

tur peccātor in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur.

f *Vt quid.* Avgv. Diapsalma, quia illi (Antichristo) licebit tanta facere, vt Deus putetur: subdit quasi vocem gementium, & quærentium de dilatione iudicij.

Cassi. Avg. *Vt quid.* Mala illius temporis pertractat, quorum, nimietate permotus dicit Deo, Cur recessisti: Dum tardat subuenire, quærit, vt simplices sanctos doceat. Ecce cur despicis vt videtur gementibus, dum differtur, vel modico tempore, sed opportunè, ita scilicet, Dum *superbit.*

g *Incenditur pauper, comprehenduntur in consiliys quibus cogitant.*

Avg. Mirè prouidentia Dei de malis operatur: Comparatione peccantium boni magno studio bonæ spei accenduntur ad rectè viuēdum: sicut & per hæreses crescit, & gratior est inuentio veritatis. Fornax ligna cinerat, aurum purgat: sic tribulationes ligna vitiorum, & aurum virtutum, sic damnantur mali, iusti saluantur.

* Theod. Concinnè hoc verbum, incenditur, mærentibus dedit nam qui dolore afficiuntur, velut quendam fumum, per os gemitum emittunt.

h *Quoniam laudatur.* Ideo superbit vel comprehenditur, quia laudatur à suis, impletione desideriorum sensualitatis suæ.

Avg. Adulantium linguæ alligant animas iu peccatis: delectat enim ea facere, in quibus non solum non metuitur reprehensor,

† Notus est dominus propter iudicium quod fecit.

† æternum & infra E

† periet in æternum

† prœualeat

*Sela. 5. Psal. 3.

† manes procul

† tribulationibus

† Propter (superbiam impii persecutionē sustinebit (conburetur) afflictus, (vel impii exaltatus insectatus afflictum) F

1 Cognoscetur, &c. *quia per effectus iustitię apparet potestas iudiciaria Christi, quantum ad iudicium discretionis.*

2 Conuertantur. *Hic consequenter agit Dauid de iudicio discussionis, quod erit in fine mundi: & primò describit huiusmodi iudicium; secundo tempus huius Antichristi præuium, ibi,* Vt quid domine.

Circa primum dicit, Conuerta. pereat &c. *quod erit, quando per sententiam iudicis Christi deijcietur in inferni profundum; & cuiusmodi sint isti peccatores, subdit.d.*

3 Omnes ge. &c. *s. in fine vitæ morientes remedio pœnitentiæ. Et quia sicut mali punientur, ita boni præmiabuntur: ideo subditur,*

4 Quoniam non in finem. *hoc est, in finali iudicio;*

5 Oblatio erit paupe. *videtur enim pauperum obliuisci in præsenti, non liberans eos de malis præsentis vitæ, cum tamen possit: sed tunc recordabitur, quando eorum patientia remunerabitur; ideo subditur,*

6 Patientia paup. *quia sicut per sententiam finalis iudicij iniusti ibunt in supplicium æternum: ita iusti in vitam æternam, vt habetur Mat. xxv. d. Et quia hoc est desiderabile iustis, ideo petit* Dauid,

7 Exur. do. non confortet. *So. per potestatem iudiciariam super alios homines, quia talis potestas auferetur in finali iudicio; ideo subditur,*

8 Iudicantur gentes. *generaliter sine exceptione,*

9 In conspectu tuo. *Sed quia potestas iudiciaria data est ipsi Christo, vt supra dictum est, ideo subditur,*

10 Constitue domine legislatorem su. eos: *scilicet, Christum legislatorem euangelicæ, ad iudicandum eos: secundum quod dicitur Act. x. f.* Ipse est, qui constitutus est iudex viuorum & mortuorum

11 Vt sciēt g. q. homines sunt. *Puri, excepto Christo, qui est Deus & homo; qui in iudicio apparebit in forma humana, in qua iudicatus fuit coram Pilato; iudicabit tamen autoritatiuè per formam deitatis.*

12 Vt quid do. *Hic consequenter Dauid describit tempus Antichristi, quod erit finali iudicio præuium: vbi primò ponitur Antichristi persecutio; & secundo eius deiectio, ibi,* Exurge domine. *Circa primū sciendum, quòd tanta est futura persecutio ecclesiæ tēpore Antichristi, vt videatur Deus eam deseruisse, si posset fieri; quam Dauid præuidens in spiritu dicit,* Vt quid domine recessisti, *&c. i. recedes tempore Antichristi; loquēs de futuro per modum præteritiratione prædicta. videtur enim Deus recedere quodammodo à fidelibus, quando non liberat eos, cum possit, à tantis persecutionibus.*

13 Despicis in opportunitatibus, in tribulatione. *Illos enim videtur Deus despicere, tanquam rem nullius pretij, quos non liberat tempore opportuno, quod est tempus tribulationis.*

14 Dum superbit impius, *id est, Antichristus; & loquitur de futuro per modum præsentis, propter certitudinem prophetiæ.*

15 Incenditur pau. *id est, populus Christianus sibi inobediens cruciatur, omni genere cruciatus, quod per incendium designatur in scriptura: & aliquos, ad literam, incendet.*

16 Comprehenduntur, *id est, comprehendentur, vnde in translatione Hiero. iuxta Hebraicum habetur:* Capiantur. *s. Antichristus & satellites eius; qui, secundum dicta doctorum antiquorum, in monte Olineti fulminabitur, & magna pars adhærentium sibi: de quo dicit Apostolus. ij. ad Thi. ij. b.* Tunc reuelabitur ille iniquus quem dominus nostet Iesus interficiet spiritu oris sui &c.

17 In consiliis &c. *Quia sicut cogitabunt cruciare Christianos, sic à Deo cruciabuntur.*

18 Quon. lau. p. *i. Antichristus à sibi adulantibus, qui dicitur* homo peccati *& iniquus. ij. ad Thes. ij. a.*

henſor, ſed etiam auditur laudator.

A à *Iræ ſuę.* Cassio. Antichriſti, quia omnia turbulenter & crudeliter faciet: Vel, Dei, non quæret Deum pænitendo; vel, Deus eum, vt hîc vlciſcatur, ſed in futuro grauius puniturus.

✻ Theodo. *Exacarbauit dominum peccator ſecundum multitudinem iræ ſuæ.* Hic diſtinguendum eſt; & poſtea ſubiungẽdum, *non quæret*, pro; exacerbauit Dominũ dicens; Non quęret; nõ putans Iudicẽ ea, quę patiantur, inquirere. b *Inquinatæ.* Cass. Nequitiæ cauſa eſt, quòd Deum nõ habet ante oculos, & ideo viæ eius, id eſt, cogitationes & opera, fordent.

B c *In omni tempore* Avg. Suo. ſ. vitæ ſuæ: vel, ad comparationẽ omnium, qui fuerũt, Quod inde procedit, quia, *Auferuntur iu. tua.* quia differtur, nõ putat ſe puniendum. Et, quia *omnium inimicorum ſuorum dominabitur.*

✻✻ Idem. Cum magnum malum homines putent, oculorum corporaliũ

C cæcitatẽ, qua lux iſta retrahitur: quantam ergo pœnam patitur, qui ſecundis rebus peccatorum ſuorũ eò perducitur, vt non ſit Deus in conſpectu eius?

d *Dixit, &c.* Omnes gentes occupabo, ſed non *ſine malo.* i. peccato, quod ei proprium eſt. Vel, ſemper ero ſine malo: hoc ſibi promittit, *cuius maledictione os plenum*, &c.

e *Non mouebor.* Avg. vel, putabit ſe malis artibus, & non aliter, venturum de mortali generatione in æternam, quod & Simon magus putauit

f *Sub lingua.* Cas. i. cogitationes eius ſunt de labore ſanctorũ, & dolore corporeo: quod in martyribus patet. Vel, labor ſanctorum & dolor, qui eſt in pœnis corporis, eſt *ſub lingua eius.* i. eſt leuior lingua eius, quæ intus nocet: illa. ſ. pœna extra.

Vel, *ſub lingua*, quia verba plus timentur & nocebunt, quam verba, quibus præcipitatur & peribit anima.

g *In occultis, &c.* Avgvs. id eſt, ambiguis, vbi non facilè videtur, quid petendum, quid non.

a ¶ Quia. ¶ Et Per hoc, ¶ Vt hoc patiatur, id eſt correctionis flagella ab eo ſuſpendantur.
b ¶ Verum Deum, vt puniatur. c ¶ Antichriſtus. d ¶ Ideo.

†Irritauit, ſłoccifecit †Exacerbauit dominum peccator, ſecundum multitudinem 1

a ¶ Non attendit peccata. b ¶ Tanta eſt ira Dei; vel nequitia Antichriſti. ¶ Quia.
c ¶ Aug. Magnum eſt malum, luce veritatis deſeri.

a iræ ſuæ nõn †quæret. Nõn eſt Deus in † conſpectu eius: † 2 3

a ¶ Alias, contaminatæ. b ¶ Cogitationes, & conſilia. c ¶ Aug. Putat, quod non iudicet Deus

b inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore. † Auferuntur iu- 4 5

a ¶ Aug. dicitur omnes reges ſuperaturus, vt ſolus regnet & ſedeat in templo Dei, extollens ſe ſupra omne quod colitur & dicitur Deus, & quia per malas artes ad illud culmen veniet, addit,

dicia tua à facie eius, omnium inimicorum ſuorum domi- 6

a ¶ Apud ſe: extra, alia dicit, vt bonus videatur b ¶ Aug. Id eſt fama mea non tranſibit ad poſteros, niſi malis artibus tale culmen conſequar, de quo tacere non poſſint.

d e nabitur. Dixit enim in cordẽ ſuo, non mouẽbor à genera- 7

a ¶ Exequitur eius malitiam: b ¶ Blaſphemiis & contumeliis.
c ¶ Intra os, non extra, quia effectu caret.

tione in generationem † ſine malo. Cũus maledictione ŏs 8 9 10

a ¶ Ira & inſidiis alios ſibi conuertet. ¶ Amaris verbis, minis ſcilicet. b ¶ Blandis. c ¶ Non in lingua: tacite enim apud ſe iſta cogitabit, aliter extra loquetur. d ¶ Iniquitas, vnde ſequitur pernities.

f plenum eſt & † amăritudine & dŏlo, ſub lingũa eius † lăbor 11

a ¶ Cum mora. b ¶ Latroni comparat. c ¶ Quos ditabit, quorum felicitatem ad alios decipiendos oſtẽtabit

g & dolor. † Sẽdet in inſidĭjs † cum diuitibũs, in occultis, vt 12 13

a ¶ Faciendo nocentem. b ¶ Quia pauperes ſpiritu maxime perſequetur 14

h intẽrficiat innocentem. Oculi eius in † pauperẽm reſpiciunt, 15 16

a ¶ Quia neſcit, qui decipitur. ¶ Alias, occulto, velut leo in cubili ſuo b ¶ Propter vim.
c ¶ Propter dolum. d ¶ De vtroque repetit.

i inſidiatur in abſcondĭto quaſi lĕo in ſpelũnca ſua. Inſidiătur 17

a ¶ Ad quid? b ¶ Dolo vel vi. c ¶ Violentia, vel dolo.
d ¶ Trahit ad ſe cruciatibus, vel econuerſo dum blandis attrahit, quod tamen non minus eſt rapere.

ŭt răpiat † pauperem, † răpere pauperem dum † attrăhit eum. 18

a ¶ Ecce dolus. b ¶ Qui ſibi fit. c ¶ Aug. Caſs. quanto mirabiliora faciet ſigna, tanto ſancti contrarij magis contemnentur, & pro nihilo habebuntur: ſed inclinabitur & cadet, cum ſanctis ſupplicia intulerit.
d ¶ Vel putare impunitum ſe, inclinatio eſt & caſus. ¶ Vis.

k In † lăqueo ſuŏ † hŭmiliabit eum, inclinăbit ſe & cadet, 19 20

¶ Merito incli. & cadet.

cũ dominatus fuerit pauperum. Dixit enim in corde ſuo, obli- 21 22

a ¶ Pauperum, ad ſaluandum; vel ſui ad puniendum. b ¶ Me, vel illos. c ¶ In die iudicij. d ¶ Sed ¶ Manifeſta potentia. ¶ Cito veni. 23

l m tŭs eſt Deus, auertit faciem ſuam, ne videăt in † finẽm. Exurgĕ 24 25

n

h *Oculi eius in pauperem, &c.* Cas. Exponit inſidias, *oculi*, quaſi miſericordia & affectu, vel, alios ſic decipit, quòd oculi crudeliter reſpiciunt in pauperes ſpiritu.

✻ Basilivs. Vide quomodo & in beſtiam tandem mutetur, perinde enim eum Propheta deſcribit ac ſi beſtiam deſcriberet.

i *Leo in ſpelunca &c.* Quia in eo vis & dolus. *Vis* in imperio, *dolus* in miraculis. Hæc eſt tertia perſecutio compoſita vi & fraude. Duæ ſunt antè: Prior violenta, cum martyres tormentis agebantur; altera fraudulentia, per hæreticos & falſos fratres

k *Inclinabit.* Cas. Cum nimia felicitate in otium remiſerit animum, cadet repẽtino interitu: & dominus ſpiritu oris eius interficiet eum.

l *Finem.* Negant videre deum, qui dicunt eum non curare humanas res, quia terra finis rerum, & vltimum elementum, in quo nihil agitur ſine ordine: Sed homines eum non vident, quoniam pertinet ad occulta filij; laborans ergo eccleſia illo tempore in fluctibus, excitat dominum, *Exurge domine.*

m *Exurge domine Deus, & exaltetur manus, vt obliuiſcaris, &c.* Cass. Precatur iudicium, vt hic citò finiantur, quæ tanta ſunt, vt nemo velit tempus, quo hæc fiunt, dilatari.

n *Exurge.* Quaſi ex improuiſo, vt conterantur, dum tui tecum exaltati glorificantur.

D

E †omnibus cogitationibus †proſperabũtur (aut afflictionẽ inducent) † In altitudine (id eſt procul, vel excelſa ſũt, aut ablata ſũt, iudicia tua, coram eo, in omnes inimicos ſuos ſufflabit, (aut flatu proſternet. † afflictio, quę alios affligat, & inquietet.

F †attraxerit † contritã humilẽque ſe oſtẽdet. † cũ fortitudinibus eius) id eſt, illius fortitudine cõgregatio oppreſſorum.

☞ a Pro-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Exacerbauit &c. *Ex nimia adulatione adhærentium ſibi eleuabitur in tantam ſuperbiam, quòd blaſphemabit dominum, prouocans iram dei.*

2 Secundum mul. iræ. *i. iræ dei contra ſe prouocatę.*

3 Non quæret. *ſcilicet pœnitentiam, ſed morietur in obſtinatione. Ideo ſubditur.*

3 Non eſt Deus &c. *id eſt nullius reputationis coram ſe quia de ipſo dicitur. ij. ad Theſ. ij. a.* Qui aduerſatur, & extollitur ſuprà omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita, vt in templo dei ſedeat, oſtendens ſe, tanquam ipſe ſit Deus.

4 Inquinatæ ſunt &c. *Quia ſemper occupabitur in peccatorum pollutione.*

5 Auferuntur iu. &c. *Quia in nullo timebit diuina iudicia ſupra ſe ventura, præ elatione & obſtinatione nimia.*

6 Omnium inimico. ſuorum dominabitur. *Potentia et ſeductione populos ſibi ſubiiciens.*

7 Dixit enim in cor. *Quia ex nimia elatione reputabit dominium ſuum ſtabile.*

8 Sine malo &c. *id eſt, ex præſumpta ſecuritate dicet, ero ſine malo cuiuſcunque pœnę.*

9 Cuius. &c. *blaſphemando Chriſtum.*

10 Et amarit. *præcipiens inobedientes ſibi ad amaritudinem vitæ perduci.*

11 Et dolo. *Quia verbis doloſis multos decipiet.*

12 Sub lingua eius labor & dolor. *Quia præcipiet inferre laborem & dolorem ſanctis.*

13 Sedet in inſidiis, *Meditando imponere inſidias ſanctis.*

14 Cum diuitibus, *huius ſeculi, in hoc ſibi adhærentibus.*

15 Vt interficiat innocentem, *id eſt, populum fidelem ſibi non obedientem.*

16 Oculi eius pauperem reſpiciunt, *id eſt in populum Chriſtianum tunc depauperandum, conſiderans qualiter poſſit totaliter deſtruere ipſum. Ideo ſubditur,*

17 Inſidiatur vt rapiat. *Et patet litera ex dictis.*

18 Rapere pauperem, &c. *Quia quos tormentis flectere non poterit, verbis doloſis ad ſe trahere ſtudebit: Et quia aliquos doloſitate decipiet, Ideo ſubditur,*

19 In laqueo &c. *Sed quia propter hęc finaliter deijcietur, ideo ſubditur,*

20 Inclinabit ſe, *non voluntariè, ſed diuina virtute.*

21 Et cadet, *ſcilicet à dominio ſuo.*

22 Cum domi. fu. pauperum. *ſcilicet, Chriſtianorum ſuo tempore ſubiectorum; & cauſa eius deiectionis, cum dicitur,*

23 Dixit enim &c. *non habens notitiam factorum meorum.*

24 Auertis faciem &c. *Ex quo videtur, quòd Antichriſtus futurus fautor huius erroris ſit, quòd diuina prouidentia non ſe extendat ad iſta inferiora.*

25 Exurge dom. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Antichriſti finalis.*

☞ Et

☞ a *Propter quod irritauit impius deum.* AVGVS. Iam itaque & de A i iudicio illo intelligens & exultans, dicit, propter quid, id est, quid proficit tanta mala facere,

b *Dixit enim Deus in corde suo &c.* IDEM. Sensus iste pronũtiationem quærit: in qua si erratum fuerit, obscuratur, sic enim dixit

B impius: Non requiret Deus, quasi, Deus laborem & dolorẽ consideret, vt tradat eos in manus suas. i. quasi laborare & irasci timeat, & ideo parcat eis, ne puniendo eos laboret, & turbetur ira: sicut aliquando faciunt homines dissimulata vindicta, ne laborẽt, vel irascãtur.

AVGVS. Christus Iudam tolerauit & ad prædicandum misit, & ei eucharistiam dedit vt ostenderet, dona peruenire ad eos, qui fidem accipiunt, qualis Iudas fuit.

c *Vides enim quoniam tui labo. & dolorem.* id iam præordinasti, vbi tradas eos in manu tua.

d *Orphano &c.* AVGVS. cui moritur pater mundus, per quem carnaliter est genitus, vt dicat *mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.*

e *Contere brachium* Pœnis terret, bonis demulcet.

f *Quæretur.* AVGVS. Quan adhuc necessarium sit ad purgandos nos, sicut supra dum superbit impius &c. sed quia non inuenietur, id est, quia iam non est in quo sit locus peccato illius, plano ferro non est opus lima.

g *Dominus regnabit in æternum & in seculum seculi.* Hoc regnum gratius erit pro cõcurrẽtibus malis, quòd veniet destructo Antichristo, ab hoc regno peribitis gentes, sed pauperes habebunt, quia *desiderium pauperum &c.*

h *Præparationem cordis.* CAS. Vel, concupiscentiam, quod est vbi omnibus viribus animæ aliquid ardentius petitur. Vel, hoc, quod in cordibus eorũ ipse Deus præparauit. Vel, quã statim voluntatem petere Deo audiat.

i *Auris &c.* AV. Nominatis mẽbris, quę in nobis visibilia & corporea sũt, in deo potẽtias operationũ intelligi oportet.

k *Iudicare pupillo & hum. &c.* Secũdus aduẽtus manifestꝰ erit, sed & nũc in occultis ponitur, quia de eo nemo scit. *Apponat*: Tunc omnia mala finiẽtur, cum homo, id est, autor malorum cum sua plebe damnabitur.

✻✻ AVG. Post occulta ergo filij, de quibus in hoc psalmo multa dicta sũt; erũt manifesta filij, de quibus pauca in fine eiusdẽ psalmi nũc dicta sũt. Ex his autẽ titulus factus est, quæ maiorem hic partem tenent. Potest & ipse dies aduentus domini recte numerari inter occulta filij de quibus pauca quamuis ipsa Domini præsentia manifesta futura sit. De illo enim die dictum est, quod nemo eum sciret, neque angeli neque virtutes, neque filius hominis. Quid ergo tam occultum, quam id, quod ipsi iudici occultum esse dictum est, non ad cognoscendum sed ad prodendum?

☞ *In finem*

† iram. † Vt tradatur (sub. impius) vel; & quod dedit (seipsum) † impij & malis; quæ tes impietatem eius, non inuenies. † Perierũt. † Præparabis cor eorũ, auscultabit auris tua. † Vt iudices vel, vindices pupillum & oppressũ, ne vltra conterat hominem de terra (vel, ne mortalis homo post hac audeat vim inferre, aut ne vltra formidet mortalis de terra. Gal. 6. d.

† humiliũ (mitis) & infra † in finem. † vel, Sed tu vides afflictionem (quæ nos affligit) & iram. † relinquet (sub. causã suam) † rex. † exaudisti domine. Matt 24.

NICOLAVS DE LIRA.

nalis delectio, quæ fiet virtute diuina ad preces sanctorum: quod præuidens Dauid, de hoc similiter orans, dixit, Exurge do. d. *videbitur enim quasi dormire Antichristi tempore, eo quod tanta mala permittat eum agere: & per consequens videtur surgere, quando incipiet eum deijcere.*

1 Et exalt. manus &c. *i. potestas tua ad eum deijciendum & percutiendum.*

2 Ne obliuiscaris paup. *dimittendo eos in Antichristi persecutione & suorum.*

3 Propter quid irritauit imp. &c. *Antichristus suis blasphemiis contra eum.*

4 Dixit enim. in. c. s. nõ requiret. *facta mea, ad puniendum; tanquam nescieni ea, vt prædictum est. vel, impotens ad me restringendum: & tamẽ non est ita, ideo subditur,*

5 Vides. *tu Deus cuius oculis omnia sunt nuda & aperta,*

6 Quoniã tu lab. vt dolorẽ. *quos infliget sanctis tuis Antichristus,*

7 Consideras, *diligenter ad puniendum.*

8 Tradas eos: *scilicet Antichristum & & satellites suos.*

9 In manus tuas, *scilicet iustitiæ tuę.*

10 Derelictus est pauper. *id est populus Christianus.*

11 Orphano *id est, populo Christiano, qui Antichristi tempore videbitur quasi quasi sine patre protegente, & matre compatiente.*

12 Tu eris adiutor, *accipiens eos in manus tuas misericordię.*

13 Contere brachium peccatoris, *id est Antichristi. qui dicitur* homo peccati & filius perditionis *ij. Thes. ij.*

14 Quæretur peccatum illius, *id est, diligenter discutietur nequitia ipsius, an sit amplius vtilis ad purgationem electorum.*

15 Et non inuenietur, *ad hoc vltra vtilis, eo quod sufficienter erunt purgati: & sic Antichristus cum suis deijcietur in ignem inferni, sicut pater proijcit virgam in ignem post debitam filij castigationem. Et quia tunc apparebit manifesta potestas, & dominium Christi, ideo subditur,*

16 Dominus regnabit, &c. *quia potestas eius* potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur, *vt dicitur Danie. vij. d.*

17 Peribitis gentes. *id est, tu Antichriste & tui complices: & quia hoc erit ad petitionem sanctorum, ideo subditur,* Desiderium pauperum exaudiuit dominus, &c. *Et finaliter concludit Dauid,*

18 Iudicare pupillo &c. *id est. pro populo catholico & fideli, quod erit in extremo iudicio.*

19 Vt non apponat magnif. se homo &c. *id est, Antichristus, qui erit homo purus, licet per maliciam à dæmone obsessus, propter quod ostendit se tanquam sit Deus, vt dicitur ij. ad Thes. ij. b.*

✻ PSAL.

ADDITIO. I.

In psal. ix. Confitebor tibi domine, *vbi dicitur in postilla:* Ad cuius intellectũ sciendũ, quod hæc dictio almut. *Titulus huius psal. non exponitur secundum Hebraicam veritatem, nec etiam litera huius psalmi propriè applicatur huic sensui, scilicet* pro occultis filij, *prout dicitur in postill. Ratio primi est: nam secundum veritatem Hebraicæ linguę hęc dictio* עלמות *almut non significat occultationem, nisi præponatur ei hæc litera h, vel n, ita quod dicatur nalmut vel halmut: Verè iste titulus interpretatur dicendo* pro occultis. *Item filius in hoc titulo Hebraicè positus non est genitiui casus, sed datiui cum dicitur* לבן *laben, vt patet scienti veritatem huius linguę: & sic patet primum scilicet quod titulus huius psal. non exponitur in postilla secundum Hebraicam veritatem. Secundam patet, nam licet litera psalmi, saltem pro magna sui parte, sit applicabilis duplici iudicio filij Dei prout postilla. dicit, non tamen Psalmista in hoc psalmo tractat de huiusmodi iudicio, quantùm ad eius occultationem, sed potius quantum ad eius iustitiam & potentiam, atque manifestationem, vt patet diligenter intuenti: vnde improprie dicitur,* Pro occultis filij: *potius enim debuisset dicere,* Pro iudiciis filij, *vnde melius videtur titulus exponendus scilicet, vt intelligatur hęc dictio* almut *secundo modo, scilicet prout significat* iuuentutem *seu adolescentiam, secundum quod in multis locis sacrę scripture accipitur* alma *pro adolescentula, &* elem *pro adolescente: vnde & in titulo psalmi. xlv. dictio eiusdem significationis ponitur, scilicet* alamoth: *& exponitur ibidẽ* pro iuuentute, *secundum Hieronymum, quam sententiam ibidem sequitur postilla. ideo secundum hoc sensum prędicti tituli erit talis:* Victori in iuuẽtute seu in

adoleſcentia filio pſal. Dauid: *quã ſignificationem ſequendo, pſalmus iſte diuiditur in duas partes, ſecundum quod duplicem materiam videtur habere: vnam. ſ. primordialem & figuratiuam, et aliam principalem & figuratam, ſecunda ibi:* Parauit in iudicio, *Prima pars, quæ eſt primordialis, tractat de victoria Dauid, quam habuit contra Goliam, vt habetur. j. Reg. xvij. cui materia propriè applicatur titulus ſcilicet ſic,* Victori filio in adoleſcentia: *hoc eſt dicere, Iſte pſal. attribuitur filio, qui fuit victor in adoleſcentia ſua. ſ. Dauid. vnde verba huius tituli propriiſſime adaptantur huic hiſtoriæ: non ſolum realiter, ſed etiam verbaliter. Legitur enim ibi, quod cum Saul vidiſſet Dauid egredientem contra Philiſthæum, dixit ad Abner, Cuius filius eſt iſte puer? vbi in Hebræo habetur, iſte* Elem: *quibus verbis prædictus titulus propriè correſpondet, vocatur enim vtrobique victor iſte ſcilicet, Dauid,* filius, *&* Elem, *id eſt puer. Circa igitur iſtam materiam primordialem primo Dauid reddit gratiarum actiones Deo de illa victoria, dicens,* Confitebor tibi Domine &c. lætabor & exultabo in te. *Conſequenter exprimit beneficium quod à Deo habuit in eadem victoria, dicens,* In conuertendo inimicum meum retrorſum. *ſ. Goliam, & etiam in debellatione ſeu fuga ſuorum cum dicit:* Infirmabuntur, & peribunt à facie tua. *ſ. Philiſthim. Et quia hæc victoria Deo eſt attribuenda, ideo dicit,* Quoniam feciſti iudicium meum, & cauſam meam. *Quod quidem iudicium, quia ex mera iuſtitia diuina proceſſit, eo quod ſpurius ille. ſ. Golias blaſphemabat populum Dei dicens,* Ego exprobraui agminibus Iſrael hodie, *vt in prædic. cap. ideo ſequitur,* Sediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam. *Et quia in hoc conflictu exercitus aduerſariorum non æqualiter fuit debellatus: Gentes enim pro maiori parte fuerunt in fugam conuerſæ, & conſequens confuſæ, ſed caput eorum ex toto perditum: ideo dicit,* Increpaſti gentes, id eſt, *Philiſthinos,* Et perijt impius. *i. Golias. Et quia fama & gloria omnibus eorum ex hoc actu fuit de cætero denigrata, ideo dicit,* Nomen eorum deleſti in æternum &c. *Ratio enim huius deletionis: quia* Philiſthini *præcipuè confidebant de fortitudine ſua & capitis ſui, & excellentia haſtę & gladij & aliorum armorum quæ habebat. Cum enim per vnum puerum, ſeu iuuenem inermem fuerunt deuicti, tunc fuit deletum prædictum nomen eorum. Vnde Dauid dicebat* vt nouerit eccleſia hæc, quia non in gladio nec in haſta ſaluet Dominus &c. *Id circo dicit,* Inimici defecerunt frameæ in finem, *id eſt frameę inimici defecerunt in finem, ſeu à fine intento. Et ſequitur,* Et ciuitates eorũ deſtruxiſti, id eſt, *tu Deus, qui iudicas iuſtitiã, deſtruxiſti ciuitates Philiſthinorum. ſ. à gloria ſua, eo quod Iſrael perſequendo Philiſthæos venerant vſque ad portas Accaron, quæ eſt principalis ciuitas, ex quo memoria audaciæ ſeu fortitudinis Philiſthinorum delebatur. Vnde ſequitur,* Perijt memoria eorum cum ſonitu, *ſcilicet tubarum, ſeu exercitus populi Iſrael. Et vt oſtenderet, quod vltio diuina contra eos adhuc non erat conſummata, Sequitur,* Et Dominus in æternum permanet: *id eſt paratus vlteriora facere contra aduerſarios populi ſui.*

Parauit in iudicio &c. *Hic incipit ſecunda pars huius pſal. ſcilicet principalis, & figurata, in quo Pſal. tract. de iudicio, ſeu de iudiciaria poteſtate Chriſti. Ad quod ſciẽdum, quod hæc hiſtoria, ſcilicet victorię Dauid tam contra Philiſthæum, quam contra leonem, & vrſum, de quibus in prædicto ca. i. Reg. fit mẽtio, figuratiua eſt multiplicis victoriæ Chriſti: vnde glo. in prædicto. ca. ſic ait:* Pugna Philiſthiuorum contra Iſrael pugna dæmonum cõtra eccleſiam accipi poteſt. Golias vero diaboli ſuperbiam ſignificat, quem Dauid. i. Chriſtus ſingulari certamine proſtrauit, & populum Dei eripuit, qui leonem & vrſum necauit. i. diabolum. ſ. & Antichriſtum, alterum nunc latenter inſidiantem, alterum poſtea manifeſte ſæuientem. *Hæc in glo. Et ideo poſtquam Pſalmiſta regratians Deo hiſtoriam figuralem narrauit, conſequenter in hac parte rem figuratam denuntiat, quæ conſiſtit in duplici iudicio Chriſti. ſ. diſcretionis & diſcuſſionis, ſecundum quę tam diabolus quam Antichriſtus & eorum membra penitus proſternuntur. Vnde hęc pars diuidenda eſt & exponenda prout in poſtil. excepto quod ſecundum hanc expoſitionem quidam verſus exponuntur melius ſecundum figuram. ſicut cum dicit:* Infixæ ſunt gentes in interitu quem fecerunt: & In laqueo iſto quem abſconderũt &c. *quod magis propriè exponitur de Philiſthinis, qui credentes laqueum parare populo Dei per Goliam, in ipſo comprehenſus eſt pes eorum: Similiter* Cognoſcetur Dominus iudicia faciẽs &c. *nam ex hoc quod in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt Golias, Dei iudicium cognoſcitur, vt ſic ſcilicet de re ad figuram, vel è contra tranſeat locutio in eodem contextu. Nam ſecundum Iſid. de ſummo bon. xxv. ca. propter connexionem capitis diaboli ad ſua membra iniqua, ſcriptura loquens de vno, in eodem contextu tranſit ad loquendum de altero, ſicut Eſa: xiiij. c. loquens de rege Babylonis, qui erat diaboli membrum, tranſit ad loquendum de principe dęmonum, cum ſubditur ibidem:* Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer.

Si autem contra prędictam expoſitionem quis obiciat, dicens: Quomodo pſal. iſte fuit intitulatus de victoria Dauid adoleſcentis, cum in eodem pſal. tractetur de iudicijs Dei, quę maiora ſunt, cum tamen denominatio fieri debeat ſemper ſecundum Philoſophum à digniori, Ad hoc dicendum, quòd moris eſt prophetarum in ſimilibus, cum de diabolo tractatur, & de aliquo eius membro notabili, intitulare prophetiam de membro, & deinde introducere tractatum de capite. ſicut Ezech. xxviij. c. intitulatur prophetia de principe Tyri, & ibidem tranſit ad loquendum de diabolo, dicens, Tu ſignaculum ſimilitudinis &c. *Et eadẽ ratione ſub titulo victorię Dauid contra Goliam, tractatur de victoria Chriſti contra diabolum & Antichriſtum, qui quidem proceſſus eſt in nobis connaturalis ſecundũ Philoſophum in. i. Phyſicorum, ſcilicet à magis notis ad minus nota.*

REPLICA.

In pſalmo: Confitebor tibi domine. *Bur. improbat titulum, quem ponit Beatus Hier. iuxta Hebręum, & quẽ exponit beatus Aug. Caſſio. Haymo. & magiſter in gl. eos ſequitur & poſtil. In quo minus bene ſe habet Burgen. Primo, quia improbat ſanctos doctores, cum tamen ei videatur crimen læſę maieſtatis, ſi quandoque poſtillat. declinat dicta ſancti Tho. ex magna ratione. puto enim omnes ante eum proprietatem idiomatis Hebræi ignoraſſe: inde auſus fuit ſe cunctis opponere ex debili ratione. Arguit enim ſic contra titulum, qui eſt* pro occultis filij &c. *Vtrunque inquit iudicium Chriſti, ſcilicet diſcretionis & diſcuſſionis, de quo hic tractat pſal. non eſt occultum: igitur non eſt applicabile titulo, qui ponitur huic pſal. pro occultis filij. Hic videtur dicendum, quod quamuis vtrunque iudicium erit manifeſtum in fine ſeculi, eſt tamen nobis, imò toti eccleſiæ occultum pro ſtatu præſenti: & ſic de eo tractat Pſalmiſta in hoc pſalmo, prout declarat et bene applicat poſtillator & magiſter in glo. Burgenſis autem fingit aliam titulum talem,* Victori in iuuentute filio pſal. Dauid: *ponens iuuentutem, vbi beatus Hiero. & ſancti ponunt* occultationem. *Sed reuera titulus non videtur ad propoſitum huius pſal. Nam dato, ſed non conceſſo, quod quinque primi verſus huius pſal. exponi poſſent de victoria Dauid contra Goliam, quæ ipſi in iuuentute contingebat, ſicut Burg. vult: totum, tamen reſiduum huius prolixi pſal. ad huiuſmodi iuuentutem non eſt applicabile iudicio Chriſti, quod contingit mundo inueterato, nec reſpicit ad Chriſti iuuentutem. Quamuis enim omne iudicium dedit pater filio, vt patet Ioh. v. ad iuuentutem tamen nullum habet reſpectum. Nec eſt veriſimile, quod titulus pſal. de beat reſpicere tantum partẽ proœmialẽ, et ad partem executiuam nullam habere applicationem: & ſolum pertinere, ad figuram, vt vult Burg. et nihil pertinere ad rem figuratam. Sed & ecce ſi quis voluerit ſequi Bur. in expoſitione primæ partis huius pſal. de victoria Dauid contra Goliam, non cogitur propter hoc recedere à ſanctis doctoribus mutando titulum, nam titulus:* Pro occultis filij, *ſeruit bene eidem expoſitioni, nam illa victoria, etſi in facto fuit manifeſta, tamen quo ad virtutem qua facta fuit ipſa victoria, fuit inopinabilis & occultiſſima: quia diuino iudicio facta, quod eſt occultum filij, quamuis vt dictum eſt, manifeſtandum.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finē.* Avg. psal. Dauid prophetæ docētis resistere hęreticis.
✻ Theodor. Hunc psalmū Dauid dictauit, cum Saul ipsum in sequeretur,& admoneretur ab aliquibus,vt fuga salutem quęreret. Cōgruit omnibus, qui iniuria afficiuntur,& in Deo spem collocāt. Inscribitur autem, *In finem.* vt qui prædictionem contineat iusti iudicij Dei, & pœnæ nefariis hominibus inffligendæ.
✻ Hilar. & Cass. In Saracenos & malè credentes scribitur.
✻ Evseb. Est autem perfecti dicere cum B. Paulo. *Quis nos separabile à charitate Christi.*

Rom. 8.

† vide titulum psalmi quarti.

† Vel trāsmigta à monte vestro.

Avg. Respondet hæreticis, qui se mentiuntur habere Christum', & alios ad se ab ecclesia trahere volunt. Vnus mons est in quo confido, quomodo monetis transire, quasi sunt multi Christi? Vel,in vos,montes per superbiam,passer pennatus virtutibus & præceptis: sed hæc non sinunt ad vos transire, quia habeo domum, &c.
✻ Theodor. Cur hortamini me huc & illuc tentoria transferre?
✻ D. Amb. anima passer est habens alas spirituales quas, vt Christus manus in cruce,extendit.
✻ Hierony. passerem sæpe loco prudentiæ legimus. Hebræi צִפּוֹר zippor. i. auicula.
✻ Basil. Animam pro corporali vita sumit, cui insidiantur inimici.

† In finem psal. Dauid Psal. X.

a ¶ Ergo. a ¶ Ecce increpatio.

IN domino confido, quomodo dicitis animæ meæ: † Trānsmigra in montem sicut passer? Quoniam ecce peccatores † intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas † in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. Quoniam † quę perfecisti, destruxerunt.

a ¶ A tuo imo. b ¶ Ad Christum qui apud nos est. ¶ Eminentiam intellectus, quem nos habemus.
c ¶ Qui in alto nidificat, vel auis quasi instabilis sum,si transeo. ¶ Vel montes.
a ¶ Quibus hoc, & quare: vel,Ideo in Deo fidendum.
a ¶ Versus se detorserunt ad vulnerandas animas. b ¶ Parata in corde habent venenosa verba: vel in scripturis subtilē,vt sibi videtur,intellectū habuerūt. c ¶ In exceptaculo mēus.
a ¶ Cum senserint se non posse conuinci, lumine ecclesię obscurato propter multos carnales & imperitos homines. b ¶ Alia litera: in obscura luna.

PSALMVS X.

b IN *Domino con.* Avgvst. de hæreticis qui catholicos in suam volunt conuertere prauitatem.

Avgvst. *In Domino confido* quoad literam potest legi de passione,& dicit Christus secundum hominem, vt solet contra terrores Iudæorum, *In do. confi.*

In domino confido. cum peccantes volunt sagittare rectos.

C *In obscu. lu.* id est repleta peccatoribus synagoga.

Destruxerunt. Iudæi.

Iustus, quem destructorem legis contemnebant.

Dominus in tem. verbum in homine, vel filius hominis in cœlo.

In pauperem. quem suscepit, vel propter quem passus.

Palpebræ. apertio & opertio oculorum, mors & resurrectio, vbi probauit discipulos.

Interrogat. iam de cælo regens ecclesiam.

Odit animam, cur ita sit docet.

Pluit enim,&c.

Avg.

c *Quoniam ecce.* Avg. Hi sunt terrores comminantium nobis de peccatoribus, vt ad se quasi iustos transeamus. Dicunt enim, *peccatores intenderunt arcum,* scripturas,vnde venatas sagittas mittant, quas in cordis occulto parant.

d *In obscuro.* Cass. In simplici sensu degentes,vel,in suis ambiguis sententijs, non quod scriptura ad hoc valeat,sed quia,

e *Quoniam quæ perfeciſti.* Conuertit ab his sermonem ad Deum quasi: Cur dicunt transmigra? Cur de peccatoribus terretur, qui intendunt sagittare rectos? *quia quę perfecisti,destru.* in suis conuentibus, vbi paruulos, qui erant lacte nutriendi,ex quorum ore laus perficitur, venenis necant.
✻ Basilivs. Quæ perfecisti. i. præcepta tua.
✻ Theo. Nonnulli hæc cum præcedētibus versibus cōiunxerūt, sed ea,quæ sequuntur, non finunt: subiungit enim, *quoniā quę perfecisti,destruxerunt.* vnde discimus, Vatē cōuertisse verba in Deū: clandestinas autem insidias *obscurum* appellat, namque hoc no-

☞ men

NICOLAVS DE LIRA,

Psalmvs X.

IN domino,&c. *Huic psal.præponitur talis titulus in Hebręo.* Ad victoriam Dauid: *In translatione vero Hie. iuxta Hebręum dicitur,* Victori Dauid. *& est eadem sententia. Exponitur autē dupliciter: Vno modo, quod Dauid fecit hūc psa.ad laudē Dei victoris,vel,qui dedit Dauid victoriā de inimicis, Alio modo,quod Dauid fecit hunc psal. decantandum à Leuitis cum conatu, quo vnus chorus nitebatur alium superare, vt dictum est suprà psalm. iv. De materia autem huius psalm. dicit Rabi Salomon, quod Dauid fecit hunc psalmum, quando fugiens persecutionem Saulis, dixit illud, quod habetur.j. Regum. xxvj. c.* Maledicti sunt in conspectu Domini,qui eiecerunt me hodie, vt non inhabitem in hæreditate domini dicentes: Vade serui Deis alienis. *Et postea subditur,quando fugit ad regem Geth:sed litera psalmi non videtur cōcordare, cum dicitur:* In domino confido, quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montem sicut passer: *fugiens Saulis persecutionem. Ista litera magis videtur sonare, quod remanserit in terra ex diuina confidentia. Et eodem modo improbatur opinio, quæ dicit,quod Dauid fecerit hunc psalmum, eo quod Dauid ad instantiam virorum suorum fugit ad loca montuosa, quę erant tutiora,vt habetur.j. Regum in pluribus locis: non tamen confidebat in montibus illis, sed in domino. Litera enim huius psalmi magis videtur sonare, quod detestatus fuerit fugam. Et ideo videtur mihi,salvo meliori iudicio,quod iste psal. sit exponendus de reuersione Dauid in terram Iuda ex diuina confidentia,prout habetur.j. Regum xxij. a. vbi dicitur, quod Dauid fugit ad regem Moab,cui Gad propheta dixit ex parte Domini,* Noli manere in præsidio, sed proficiscere & vade ad terram Iuda, *quod & fecit, confidens de protectione diuina. Igitur secundum hoc psalmus iste diuiditur in duas partes, quia primo ponitur confidentia Dauid in persecutione,Secundo assistentia Dei in eius protectione,ibi,* Dominus in templo. *Circa primum dicit sic,* In domino confido. *id est,in eius protectione, assecuratus ex verbis Gad prophetę.*

2 Quomodo dicitis trāsmigra. &c. *id est fuge extra terram Israel à facie Saulis.*

3 Sicut passer, *euolans fugit à facie sagittātis: & dirigit Dauid verbum illud ad viros, qui cum eo erant, qui dictam fugam sibi consuluerant, eo quod multi eorum essent amaro animo, et oppressi are alieno, vt habetur. j. Regum xxij. c.*

4 Quoniam ecce peccatores,&c. *Hoc allegabant viri Dauid dicentes: Fuge sicut passer terram Israel,quia Saul & complices eius omnibus modis quærunt te interfecere.*

5 Vt sagittent in obscuro, *id est insidiosè.*

6 Rectos corde. *Id est Dauid & fratres eius.*

7 Quoniam quem perfecisti destruxerunt. *Hic dirigit Dauid sermonem ad Deum, dicens,*

8 Quoniam quem perfecisti. i. *Achimelech sacerdotem, quem in statu perfecto fecisti.*

☞ 1 Destru-

MORALITER.

† 1 *In domino con. &c.* Psalmum istum literaliter exposui de confidentia Dauid,qua monitus à Gad propheta venit ad manendnm in terra Israel, vt habetur.*j.* Reg. xxij. confidens quod dominus eum protegeret à Saul,& aliis eius inimicis, licet monitus fuisset à viris suis extra terram Israel habitare.

Allegoricè vero exponi potest de Christo,per Danid figurato, nam & ipsi similiter persuasum fuit, quod exiret de terra propter persecutionem Herodis.Luc.xiij. e. *Transi hinc & vade,quia quærit te Herodes interficere.* Et sicut Dauid non assensit viris, suis, sic nec Christus talibus verbis, sed sic respondit: *Ite, & dicite vulpi illi: ecce dęmonia eijcio, sanitates perficio, hodie & cras, & tertia consumor.* Sic ergo in persona Christi hominis dicatur, *In domino confido,* Quod protegat me ab Herode.

2 *Quomodo dicitis animę meæ transmigra in montem sicut passer.* id est, quod fugiam à facie Herodis, sicut passer à facie sagittantis.

3 *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum parauę.* verbum est dicentium Christo quod fugeret,& est sensus,Herodes & eius satellites insidiantur vitæ tuæ. Et inducitur exemplum de eius præcursore iam occiso ab Herode,cum dicitur,

7 *Quoniam quę perfeciſti, etc.* id est Iohannem quem perfectum dixisti. Mat. xj. *Inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista.* q. d. sic de tę facient.

☞ men σκοτομήνη noctem Luna carentem ostendit. *Rectos corde* nominauit, non summam sibi virtutē assumēs, sed cum suis nihil se vnquam mali cogitasse, vt Saulem offenderet, *quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt inquit.* Non rapui regnum, sed à tua gratia regnandi electione susceptū: illi autē destruere conantur, contrà tuā sententiam armati.

Quid fecit? Ex Aug. secundū vtrāque partem inuitat ad solutionē quæ est: Dominº est in suis, vt faciat tēplum & cælum, id est arcana scientes: in minores vero oculi re. Vel hoc etiam à domino, quia oculi eius. Interrogat iustū & impium.

† probabunt (vel, explorant.)

B † Probabit (examinat)

✠ Basil. Iustus quid fecit? ad te confugit qui in cælis, & templo es.

† ignem lege reliqua in accusatiuo.

✠ Theodor. oculi, palpebræ, dicūtur, tanquam de re corporea, ab humanis rebus, res diuinas homines edocendo.

a ¶ Si hæretici offendunt, Christus nonne pacem dat vobis? b ¶ Quid vtrisque det incipit ostendere. c ¶ Communiter omnium per potentiam. d ¶ Quod est cęlum. ¶ Id est in sanctis suis, vt faciat, eos sibi templum. ¶ Vbicunque non est sic, vt in suo templo.

a sti deſtruxerunt, iūſtus autem quid fecit? Dominus in templo

¶ Est. a ¶ Specialiter. b ¶ In fidelibus, vnde, Templum Dei sanctum est, &c. c ¶ Et ideo non sunt timendi tumultus, qui in retibus fiunt, antequam ad littus veniatur. d ¶ Quia est ei lux.

sancto suo, dominus in cælo sedes eius. Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebræ eius † interrogant filios hominum.

¶ Misericordia. a ¶ Crebra apertio scripturarum per loca, & opertio per alia. b ¶ Probant. c ¶ De veteribus innouatos per fidem.

a ¶ Solus de conscientijs iudicat. b ¶ Per hæreses & tribulationes. ¶ Etiam. c ¶ Non qui facit: diligit qui ex desiderio & affectu.

Dominus † interrogat iustum † & impium: qui autem diligit

a ¶ Idem quod peccatum. b ¶ Quia. ¶ Etiam. c ¶ Inde inexcusabiles.

b iniquitatem, odit animam suam. Pluet super peccatores la-

a ¶ Doctrinam illaqueantem b ¶ Cupiditatis, c ¶ Malorum operum fœtor. ¶ Pœna blasphemorum. d ¶ In futuro, vel tumultuosa mens. e ¶ Vltima separatio à iustis. ¶ Quia & pœnæ secundum mensuram meritorum.

c queos, † ignis & sulphur & spiritus procellarum † pars ca-

a ¶ Quare hoc.

d licis eorum. Quoniam iustus dominus & iustitias dilexit,

a ¶ Secundum vtranque partem.

e † æquitatem vidit vultus eius.

1 deficit vt renouentur
2 notat ecclesiam, vbi
3 creditur resurrectio
4 mortuorum futura.
Obscura autem est luna vel cum menstruis
5 cursibus finitur, vel
E cū fulgor nubilo interpolatur, vel in eclipsi vbi cruenta videtur, id est cum noua
6 ecclesia nondum ter-
7 ris effulsit, vel cū nu-
8 bibus blasphemorū
9 tecta vituperatur, vel
10 in eclipsi vbi cruenta
11 videtur, id est, de cæ-
12 dibus martyrum. In his terroribus iniqui dolosa verba iaculā-

† & impiū & diligentem iniquitatem odio habuit anima eius.

† vel portio calicis eorum (idest talia bibēt pro iniquitate.

† rectum intuebuntur vultus eius (vel æquitati, & ei qui recta operatur est intentus vultus eius.

F tur, vt rectos peruertant. Vel cum filij ecclesiæ peccant occasione lunę obscuræ, opprobria iniqui ingerunt catholicis. Sed nil timendum confidenti in domino: timeat qui confidit in homine, qui tunc dicit sancta sacramenta, cum per sanctos dentur.

b *Pluet super.* Quid malis reddat ostendit.

Augvst. Pluit de nubibus, id est pseudoprophetis. Vel de bonis vnde emanant laquei, cùm malè intelligitur: sed non nisi his qui peccatores sunt.

c *Ignis.* Aug. Primò igne cupiditatum vastantur: inde malorum operum fœtore abijciuntur à sanctis, inde merguntur æternis pœnis.

✠ Theo. Ab ijs autem quę Sodomis acciderunt format supplicia, etenim in illas ciuitates pluit dominus ignem & sulphur. Calicem autem supplicium appellat quem gentibus propinare iussus est Hieremias.

d *Iustitias.* Aug. Pluraliter, vt iustos accipias, in quibus multæ iustitiæ cum vna sit Dei.

e *Æquitatem vidit.* Æquitas visa est in facie, id est, notitia eius: facies enim est notitia eius, id est, potentia qua dignis innotescet. Vel vidit: quia non se dat noscendū malis, sed bonis, quod est æquitas. ☞ GLO-

A Aug. Quid ergo times, ne obsit impius sacramentis non syncere communicans? *Odit animam.* Animæ suæ nocet, non iusto, qui Deo credit.

a *Iustus autem.* Minatur iudiciū, cuius timore deserant falsitates.

C *Interrogat.* Aug. id est probat, quia boni de obscuris non fatigantur, sed exercētur de cognitione: nō inflantur, sed cōfirmātur.

Quæ perfeciſti. id est perfectè edidisti, vel implendo prædicta. Destruxerunt, malè exponendo.

Aug. *In obscuro.* Vel *obscura luna.* Duæ sunt opiniones lunæ, quarum quæ vera est, vel non omnino vel difficile sciri potest. Alij dicunt eam lumen suum habere, sed globum eius dimidium lucere, dimidium obscurum esse: dum autem partem quæ lucet paulatim ad terram conuertit, vt videri possit, corniculata appareret & sic crescit donec tota illa pars videatur: & dum iterum cōuertitur, obscura pars incipit apparere, donec tota iterum nobis offeratur. Hæc est ecclesia quæ ex spirituali parte lucet, ex carnali obscura est: & spiritualis pars modo per bona opera apparet hominibus, modo in cōscientia latet, soli Deo nota, & solo corpore videtur. Alij dicunt quod nō habet lumē nisi à sole: sed quando cum illo est, eam partem habet ad nos, qua non illustratur eo

De lunari lumine & globo.

eo, & ideo non lucet, sed cùm recedit illustratur ab ea parte quā habet ad nos, donec sole occidente plena surgat ab oriente, cùm autem ex altera parte soli cœperit propinquare, superior pars illustratur, inferior obscuratur: Hoc item ecclesiæ conuenit, quæ lumen non habet nisi à sole iustitiæ. Si quis autē hæc obscura vitat, satis habet incrementa lunæ & detrimēta attēdere: quæ si D

NICOLAVS DE LIRA.

1 Destruxerunt. *scilicet Saul & Doeg & alij complices eius cum alijs sacerdotibus, vt habetur. j. Regum, xxij. in odium Dauid ideo dicit.*

2 Iustus autem quid fecit. *quasi diceret, Achimelech iustus nihil fecerat dignum morte. Vel Iustus, id est Dauid qui nihil fecerat propter quod tanta strages propter eum deberet fieri.*

3 Dominus. *Hic consequenter describitur diuina assistentia in Dauid protectione, cum dicitur,* Dominus in templo sancto suo, &c. *id est in templo gloriæ suæ, vbi à sanctis angelis videbitur clare, & sic est in ipso modo speciali: non enim potest intelligi hoc de templo materiali, quod nondum erat factum à Salomone.*

4 Oculi eius in pauperem respiciunt. *id est Dauid & populum eius depauperatum, quia cum eo erant multi debitis multis obligati, vt dictum est supra: respiciebant autem oculi Dei ipsum Dauid protegendo.*

5 Palpebræ eius interrogant filios hominum, *id est, scrutantur actus eius & cogitationes eorum.*

6 Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam, *ad remunerandum.*

7 Et impium. *Ad puniendum: temporibus tamen debitis.*

8 Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam, &c. *Quia per hoc docetur ad gehennam. In translatione Hie. iuxta Hebraicum habetur sic,* Dominus iustum probat, *id est, approbat:* impium autem & diligentem iniquitatem odit anima eius: *s. Dei, præparans ei pœnam pro suis iniquitatibus. Ideo subditur.*

9 Pluet super peccatores, &c. *Quia frequenter subito & improuise moriuntur, quasi capti laqueo.*

10 Ignis & sulphur, &c. *Quia in gehenna est tanta pœna, quod verbis non potest bene exprimi.*

11 Quoniam, &c. *Sicut omne animal diligit sibi simile.*

12 Æquitatem, &c. *Ad remunerandum: sicut videt iniquitatem ad puniendum. vt dictum est.*

☞ PSAL-

MORALITER.

† 3 *Dominus in templo.* Hic circa Christum hominem ponitur diuina protectio, cum dicitur.

13 *Dominus in templo sancto,* id est in humanitate Christi, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Col. ij. b.

4 *Oculi eius in pauperem respiciunt,* id est, Christum hominem, qui vixit in paupertate vsque ad mortem, & super ipsum erant oculi Domini per singularem prouidentiam.

5 *Palpebræ eius interrogant filios hominum,* quia scrutatur cogitationes & actus eorum.

6 *Dominus interrogat iustum,* vt in bono perseueret:

7 *Et impium.* vt se emendet.

8 *Qui au. diligit inquit, &c.* Se nolens emendare,

9 *Odit animam suam.* Quia præparat eam gehennæ, quæ per multa grauia describitur cum subditur.

9 *Pluet, &c.* Ad designandum eius importabilem grauitatem, & subditur causa.

11 *Quoniam iustus do. &c.* Propter quod non dimittit dedecus culpæ sine decore iustitiæ.

† *MORA-*

GLOSSA ORDINARIA.

☞ A

Pro octa. Cas. *Pro octaua*: quia hic petit propheta iniquitatem mundi destrui, vt ad veritatem promissionis futuræ perueniat. Avgvs. Octaua pro die iudicij: sicut in sexto psal. dictum est.

a *In finem psalmus Dauid per octaua.*

✻ Theodor. Incusat eos, qui ipsum inimico Sauli produnt, quique significant, vbi ipse Dauid degat, titulũ habet *de octaua.* tanquam de iusto Dei iudicio mẽtionem faciens, & *In finem* veluti vaticinatio posterioribus seculis futura sit.

† vide titulum psal. 4. & 9.

† Salua (vel succurre.) B

PSAL. XI.

b Saluum me fac. Reuocat autẽ à falsitatibus seculi ad eloquia Dei, vbi salus, à peruersitate seculi petit saluari.

c *Quoniam defecit.* Cass. Exponit quæ timuit multa: congregans in vnum, vt sit maior vis.

✻ Theodor. quoniam veritas in periculo est, ne extinguatur, omnesque mutua infidelitate laborant. Amicitiam simulant & hostilia committunt.

d *Sanctus.* Cassio. Deus, qui vbique præsens, quantum ad homines defecit, qui in eum non credunt.

4. Reg. 8. Dan. 3.

e *Proximum.* Avg. Proximum omnis homo, cum nullo malè agendum est: proximus primæ natiuitatis conditione, est omnis homo, Carnis cognatione amici & cognati, Misericordiæ comparatione beneficus quilibet.

f *Corde, &c.* Germinatio, duplex cor significat, in quo dolosus describitur, vnde, *Vir duplex animo incõstãs est in omnibus vijs suis.* Boni habent vnũ cor, & vnam animam.

g *Dispердat Dominus vniuersa lec.* Cas. id est, passim pereant, qui in vna prauitate conueniunt.

h *Linguam magnilo.* Cass. id est, superbã: hi sunt hypocritæ, habentes speciem in sermone ad decipiendos homines & Deo non subditi.

Remig. vel, philosophi.

i *Qui dixerunt: linguam nostram.* Cass. iactant se de potestate laborium, quasi nõ à Deo acceperint.

✻ Theodor. Talis Pharao, qui dixit, *Nõ noui Dominum*, Talis & Rapsaces, qui dicere ausus est, *Ne te decipiat Deus: in quo confisus es.* Et Nabuchodonosor, qui tribus pueris dixit, *Quis est Deus qui eripiet vos de manu mea?*

k *Inopum & gemitum pauperum*, Avgv. Cassio. *Inopes*, Gentiles, qui nec legẽ nec prophetas habuerũt, *pauperes*, *Iudæi.*

l *Nunc.* quod non in priori populo.

m *Exurgam.* apparebo in filio.

† In finem psalmus Dauid pro octaua. XI.

¶ Cass. quasi timens, subito exclamat pro magnitudine periculi.
a ¶ Non inuenitur sanctus in mundo vbi tot mali.

† Aluũ me fac domine, quoniã defecit 1
¶ Vere sanctus, quoniam diminutæ sunt, &c.
† sanctus: quoniã † diminutę sunt veri- 2
a ¶ Veritas vna, sed in hominibus multæ.
b ¶ Non in; quia culpa eorum dona Dei depranantur.
c ¶ Insuper. ¶ Vere diminutę sunt ve.
tãtes à filijs hominũ. † Vãa locuti sũt v- 3 4
a ¶ Quod deterius. b Garruli.
c ¶ Ad decipiendum. d ¶ Multiplici corde, propter germinationem.
nusquisq; ad proximũ suũ, † lãbia dolõsa † in cordẽ & corde lo- 5 6
a ¶ Garrulli & dolosi sunt. ¶ Sed. b ¶ Ne quis se excipiat. c ¶ Garrulitates & dolos.
¶ Non ipsos homines. d ¶ Superbiam.
cuti sunt. Disperdãt dñs vniuersa labia † dolosa, & linguã mã- 7 8
a ¶ Cass. loquacitate se extollunt, & ponunt in sua potestate, quod à Deo se accepisse non putant.
¶ Facundia & eloquentia.
gniloquã. Quĩ dixerũt: linguã nostrã † magnificabim⁹, labia 9 10
a ¶ Apud nos. b ¶ Cuius regulæ subiicimur. c ¶ Sed contra hoc.
¶ Aug. pro inopia & paupertate spiritualium bonorum filium mittam. d ¶ Mortalitatem & passibilitatem.
nostra † à nõbis sunt: quis noster dominus est? Prõpter † miseriã 11 12
a ¶ De malis naturaliter non essent digni. ¶ Pater.
inopum & gẽmitum pauperum; nunc exurgam dicit domi- 13 14

† labio blãditiarum (vel, labiũ adulationum.)
† roboremus (vel propter linguam nostram robusti erimus, ea nobis autoritate comparamus.

C

E

† vel misericors (sanctimonia) † Defecerunt (vel, imminuti sũt fideles) † Mendacium † id est, ore aliud promunt aliud corde tegunt. † blanda.

† nobiscũ (penes nos sunt.)

F

† vastitatẽ pauperum, & clamorem.

☞ a *Ponam*

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs XI.

✻ Saluum me. *Huic psalmo præponitur titulus talis in Hebræo*, Ad victoriam super octauam canticum Dauid. *Et hic accipitur* octaua *pro instrumento octo cordarum, in quo cantabatur illud canticum: sicut dictum fuit suprà psal. vj. Istum autem psal. Dauid fecit, quando fugiens de Ceila saluatus fuit cum viris suis de proditione habitatorum Ceilę, qui tractauerant de proditione eius malum pro bono, quia saluauerat eos de Philisthæis, vt habetur. j. Reg. xxiij. Dicit igitur.*

1 Saluum mẽ fac domine, *de ciuitate Ceila.*

2 Quoniam di. sunt veri. *operum & verborum.*

3 A filiis hominum, *id est, ab habitoribus Ceila, qui dicuntur hic filij hominum, & non Dei: & ideo dicitur,*

4 Vana locuti sunt, &c. *Mutuò se exhortantes, & occultè ad prodendum Dauid in fauorem Saulis regis.*

5 Labia dolosa. *supple, habent viri Ceilæ.*

6 In cor. & corde locuti sunt. *Quia in verbis suis prætendebant ipsi Dauid fidelitatem & inter se contrarium tractabant.*

7 Disperdat dominus vniuersa labia. *id est, Ceiletarum.*

8 Et linguam magniloquam, *Quia erant protendentes verbis ipsi Dauid, quod fecerat magna pro eo.*

Vel linguam magniloquam, *quia ciues Ceilæ dicebant se facere magnum pro rege Saule, vt sic haberent eius gratiam si traderent ei Dauid. Vnde subditur.*

9 Qui dixerunt. *id est, inter se tractauerunt.*

10 Linguam no. ma. &c. *Quia prodendo Dauid magna pro Saule faciemus, & sic habebimus opportunitatem magna petendi ab eo.*

11 Labia nostra, &c. *id est, verba, quę tractamus contra Dauid, procedunt à nobis, & non ex aliorum suggestione, & sic erũt magis placita coram rege, et quæ essent illa verba subdit,*

12 Quis noster dominus. *est? Sic enim dicebant. Quis dubitat quin Saul sit dominus noster, & non Dauid? ideo debemus ei fauere. Sed ratio non valet, quia ratio erat contra Deum & iustitiam.*

13 Propter miseriam, &c. *Hic consequenter ponitur ipsius Dei protectio circa Dauid, cùm dicitur in persona eius,* Propter miseriã, &c. *scilicet Dauid & virorum eius, qui multas miserias sustinebant, tanquam fugitiui & depauperati.*

14 Nunc exurgam dicit dominus, *ad eos protegendum à dicta proditione.*

☞ a Ponam

MORALITER.

† 1 *Saluum me fac. &c.* Psalmus iste literaliter loquitur de saluatione Dauid, quando fugit de Ceilã, eo quod habitatores Ceilæ disponebant eum tradere Sauli, quamuis Dauid saluasset eos de Philisthæis diripientibus bona eorum. j. Regum. xxiij. & in hoc Dauid fuit figura Christi, qui venit in mũdum pro salute Iudæorum, & tamen ipsi tradiderunt eum gentibus ad occidendum, & sic dicitur in persona eius, *Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus*, de populo Iudæorum.

2 *Quoniam di. sunt, &c.* Nam aliquando loquebantur Christo blandè, vt eum caperent in sermone, Matthæi xxij. b. *Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces.*

5 *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum.* tractãtes quo modo perderent Christum, cùm tamen Deitati suæ non possent nocere: nec etiam humanitati, nisi quantùm volebat sustinere.

6 *Labia dolosa, &c.* Iudæ proditoris, & Pharisæorum.

7 *In corde & corde locuti, &c.* Iudas enim dicẽdo: Aue rabbi, intendebat eum tradere morti. & Pharisæi sibi loquendo blandè quærebant eum capere in sermone, vt dictum est.

8 *Disperdat dom. &c.* & sic factum est: quia Iudas se suspendit, & Romanorum exercitus Iudæos destruxit.

10 *Qui dixerunt linguam nostram ma. &c.* Eum accusando coram Pilato.

12 *Labia nostra à nobis sunt*, id est, possumus loqui contra eum verum vel falsum.

13 *Quis noster dominus* est? Quasi diceret. Iste non est, qui dicit se esse Messiam: vnde coram Pilato, negauerunt ipsum esse futurum regem.

14 *Propter miseriam.* Hic ponitur effectus passionis Christi: & sunt verba Dei patris per Christum, detentos in limbo liberantis, cùm dicitur, *Propter miseriam inopum, &c.* id est, existentium in limbo.

15 *Nunc exurgam.* ad liberandum eos per Christum.

7 *In*

a *Ponam*, consolationem pauperum.
b *Fiducialiter*, potenter, cui nil resistit.
✻ THEODOR SYMMAC. manifestam salutem perficiam.
Ponam, AVG. Non dicit quod, sed sciendum est quod ad pauperes consolandum pertinet,
c *Eloquia domini.* CAS. Contra mala seculi Christus à patre missus, cuius eloquia vera sunt, impiorum falsa.
d *Casta.* CASSIO. Contra hoc, quod supra, *vana locuti sunt.*
e *Examinatum.* contra, *labia dolo. in cor. & cor. lo. sunt.*
f *Septuplum.* AVG. Perfectè, vel per septiformem spiritū verbum nitet, scilicet per pietatē & timorem & cætera dona. vel purgatum per septuplum, scilicet per paupertatem spiritus, mansuetudinem, & cæteros gradus beatitudinis, de quibus sermo in monte. Octaua ergo beatitudo, est persecutio ignis, quo septupliciter probatur argentum: hæc enim examinat & clarificat, & quod perfectum est demonstrat.
✻ THEOD. septuplum, pro sæpenumero posuit, hoc enim scripturæ consuetum est.
g *Tu Domine.* CAS. Vtilitatem diuinorum eloquiorum ad dominum se conuertens ostendit.
✻ THEODOR. *à generatione hac, & in aternum.* i. præsentis generationis laqueos effugiemus, & æternæ salutis compotes erimus.
h *In circuitu.* Conclusio de vtraq; parte. AVG. *In circuitu.* i. cupiditate temporalium, quæ septē diebus voluuntur, & nō veniunt in octauum id est, æternum: vnde *ventilator est impiorum rex sapiens, & immittit illis rotam malorum*, id est, ambitum volubilium.
✻ THEODOR. Impij diuina relicta via huc & illuc aberrant, volentes obsidere māsuetiores. Tu vero ex altitudine naturæ apparens, tua dignos cura eos putabis, qui ab illis bello petuntur.
i *Multiplicasti filios hominum.* AVGVST. Est & multiplicatio in temporalibus quæ auertit ab vnitate Dei: sed iusti multiplicantur secundum altitudinem, quando eunt de virtute in virtutem.

Matt. 5. a † Ponam in salute, illa quæ abit, (vel, Dolore afficiet id est, seruabo fidelem ab illo qui tendit ei laqueos. Alij legunt, pro illaqueabit eum loquetur pro eo, id est Deus tuebitur causam pauperis. Chal. interpretatur. Ponam redemptionem populo meo, & impiis testificabor malum pro ipsis) B

a ¶ Iesu, non in seruis. b ¶ Aug. docendo. ¶ Non quasi scribę & Pharisæi, sed tanquam potestatem habens mutandi & addendi, vt autor legis. ¶ Quod non in seruis. c ¶ Hic propheta.

a nus. † Ponam in salutari, fiduciāliter agam in eo. Eloquia do-
a ¶ Sine corruptione simulationis. b ¶ Eloquia per tribulationes probata. c ¶ Nihil terrenitatis habens.
b c mini eloquia † casta, argentum † igne examinatum, probatum
a ¶ Id est, à terra, genitiuus pro ablatiuo more Græco. b ¶ Et ô domine tu, non ipsi nos. c ¶ Supra de malis. Disperdat dominus vniuersa labia dolo.
d e terræ purgatum septuplum. Tu domine seruabis † nos, & cu-
a ¶ Hic de bonis: quod seruet, &c. b ¶ Hic tanquam inopes & pauperes, ibi opulentos & diuites. c ¶ Huius seculi. d ¶ Ducendo in æternam beatitudinem. e ¶ Vnde: Deus meus pone illos vt rotam.
f g stodies nos, à generatione hac in æternum. In circuitu im-
a ¶ Non secundum meritum, sed vt altum decet. b ¶ Sicut stellas cęli.
h i pij ambulant, † secundum altitudinem tuam multiplicasti fi-
¶ Secundum promissionem Abrahæ.
lios hominum.

D

E † munda? † conflatū à domino terræ, (vel, in vase in quo argentum excoquitur, aut terreo) Prou. 2. † eos & cu-stodies eū ideſt, vnum quemque ipsorum) † cum exal-tati fuerint vilissimi filij hominū (vel principatū obtinent probrosi, vel superbierint viles inter homines.

F

NICOLAVS DE LIRA.

C 1 Ponam in salutari, *id est in* ephod, *vbi Dominus dedit responsum salutis ipsi Dauid petenti. j. Reg. a.* Si tradent me viri Ceilæ, & eos qui mecum sunt in manu Saulis? & dixit dominus tradent: *& subditur*: Nuntiatumque est Saul, quod fugisset Dauid de Ceila & saluatus esset.
2 Fiduciali ter agam in eo, *id est in Dauid*: *ad hoc enim saluauit Deus Dauid, vt populus Israel per eum protegeretur, & fiduciaiter ageret.*
3 Eloquia dom. &c. *quę locutus est ad Abiathar reuelando proditionem habitatorum Ceilę.*
4 Eloquia casta. *sine macula falsitatis.*
5 Argentū igne examinatum, probatū. *hoc additur ad exprimendum certitudinem veritatis in verbis diuinis: ideo subdit Dauid,*
6 Tu Domine serua nos, &c. *scilicet protegendo contra praedictam proditionem.*
7 Et custodies nos, à gen. *id est, habitatoribus Ceilę et à Saule.*
8 In æternum. *quia non permittes nos cadere in manibus eorum.*
9 In circuitu impij, &c. *id est, habitatores Ceilę & ipse Saul, qui quærebant Dauid, & viros eius deceptionibus inuoluere.*
10 Secundum altitudi. tuam, id est, *secundum altitudinem consily tui, quod est incomprehensibile.*
11 Multiplicasti filios hominum, *id est, Saul, Doeg, & alios eorum complices, & Ceilæ habitatores in mea persecutione ad exercitium patientiæ meæ et meritum vitæ futuræ.*

Posset autem iste psal. exponi moraliter de quolibet viro iusto in persecutionibus posito, contra quem parantur machinationes et exercentur. Deus tamen totū conuertit ad meritum suę patientię: & ipsa est sperās ab omnibus liberari auxilio diuinæ gratiæ: sed pertranseo, quia de facili potest litera ad hanc sententiam applicari.

PSAL.

MORALITER.

† 2 *Fiducialiter agam, in eo.* i. in Christo, qui *proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Hebr. xj.* Et quoniam erant prædicta per prophetas, subditur.
3 *Eloquia do. eloquia casta.* q. d. sicut verissima sunt impleta. Et quoniam liberatio patrum de limbo non fuit ad horam, sed ad semper, ideo in eorum persona dicitur.
5 *Tu domi. serv. nos & cu. nos à ge. hac in aternum*, id est, ex nunc vsque in perpetuum. Licet autem potestas dæmonis tunc ablata fuerit à dictis patribus, non tamen à viatoribus: ideo subditur.
8 *In circuitu impij ambula.* id est dæmones circumeunt, vt fideles decipiant. j. Petri. v. b. *Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret.*

Sed quoniam electi euadunt insidias dæmonum, ideo subditur,
9 *Secundum altitudinem tu. &c.* id est tu domine Deus secundū altitudinem consilij tui nobis occulti.
10 *Multiplicasti filios hominū.* qui reponēdi sunt in regno cælorū.

† MO-

ADDITIO.

In psal. xj. Saluum me fac: *vbi dicitur in postilla:* Huic psalmo præmittitur talis titulus. *Litera huius psalmi non propriè adaptatur historiæ Dauid fugientis de Ceila, prout postil. exponit. Tum quia in titulo de hoc non fit mentio sicut in aliys psalmis, vbi, de casibus singularibus, qui ipsi Dauid contigerunt tractatur, sicut in psal. ij. vbi præmittitur in ti. psalmi* Dauid cùm fugeret ab Absalom filio suo. *Similiter in psal. illo, in cuius titulo ponitur*, Ad victoriam psal. Dauid, quando, venit Doeg Idumæus: & nuntiauit Sauli, &c. *& in psal. cxlj. in cuius titulo ponitur.* eruditio Dauid cùm esset in spelunca: *& sic de multis alijs, Tum quia verba psalmi manifestè videntur loqui generaliter, quasi de toto mundo, vel saltem de generatione contemporanea, cùm qua ipse Dauid conuersabatur, in qua licet essent fortè multi probi viri & veraces: quia tamen pro maiori parte deficiebant, et denominationes secundum Philosophum fiunt à maiori, idcirco dicebat*, Diminutæ sunt veritates à filijs hominum, *huiusmodi: Vnde melius videtur dicendum secundum glos. quæ in hoc loco sic dicit:* Videns sanctus vir multiplicatam vanitatem huius seculi, exclamat pro magnitudine periculi, & ait: Saluum me fac Deus. *& infrà*: Quoniam defecit sanctus, id est, non inuenitur sanctus in hoc mundo, vbi tot mali sunt: & hæc opinio fuit in Elia quando dixit: Domine, relictus sum ego solus. *Hęc in glo. secundū quā glossam bipertitus est psalmus: nam in prima parte Psalmista petit à peruersitate seculi saluari, In secunda ostendit quomodo contra huiusmodi mala seculi oportebat Deum exurgere ad remediandum, secunda ibi*, Propter miseriam inopum, &c. *Prima pars faciliter est applicabilis ad propositum eo modo quo exponitur in postilla hoc mutato, scilicet quod illa quę referuntur ad viros Ceilæ tantum, referantur quasi in vniuerso modo prędicto. Similiter cùm dicitur in fine huius partis:* Quis noster dominus est? *non referatur ad Saul, prout in postilla, sed intelligatur sic, quod mendaces viri de facundia suę loquacitate confidentes iactabant se de potestate propria laborium quasi à Deo non sint. vnde dicebat.* Qui? noster dominus est? *id est, quis est & cuius regulæ nos subijcimur? quasi diceret, nullus. Secunda vero pars vlteriorem requirit indaginem. Pro cuius declaratione sciendum quod quia Psalmista principaliter attribuebat mala mundi ad defectum veritatis inter filijs hominum, idcirco quia contraria contrarijs curantur, prophetice dicit, quod ad tollendum huiusmodi falsitatis malitiam venturus erat ille, cuius eloquia sunt maximè vera, sicut dicta impiorum summè falsa, vnde sequitur*, Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, *scilicet iustorum, qui de malis gemunt, & pro peccatis conteruntur, supple tollendam*: Nunc exurgam dicit dominus, *id est, apparebo.* Ponam in salutari. *id est, in Iesu consolatione*

nem

nem pauperum. Et fiducialiter agam in eo, *id est, potentialiter, quia nihil ei resistet. Consequenter dicit*: Eloquia domini, &c. *ostendens quod eloquia huius saluationis sunt contraria prædictis, vt dictum est. Sunt enim quasi* argentum igne examinatum, purgatum, septulum, *id est, per septiformem spiritum purificata atque rutilantia. Quia tamen aduentus huiusmodi autoris veritatis non ita de propinquo Psalmista prospiciebat, idcirco petebat à generatione falsiloqua sibi contemporanea custodiri & seruari. vnde dicit*: Tu domine seruabis nos à generatione hac: *Et vt magis ostenderet se indigere tali custodia, subdit*: In circumitu impij ambulant ad deuorandum iustum; *eo modo quo. j. Petri. v. b. dicitur.* Aduersarius vester diabolus circumit quærens quem deuoret, *& sequitur*: Secundum altitudinem tuam, *id est, secundum incomprehensibilitatem consilij tui.* Multiplicasti filios hominum, *scilicet impios, de quibus in prima parte dicebat*: Diminutæ sunt veritates à filijs hominum. *q. d. ex duobus maxime indigemus custodia tua: vnum est, quia aduersarij sunt astuti & solliciti contra nos: vnde in circumitu ambulant. Secundum est, quod sunt multi numero, vnde & si non essent valde timẽdi propter eorum multitudinem, etc.*

REPLICA.

In psalmo Saluum me fac, *modica est diuersitas, quia expositio posillatoris est de singulari casu. Burgens. autem generaliter extensa.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem.* Cas. Psalmus de charitate Christi, in qua totius legis perfectio est, quam qui habet, mundum non amat: propheta in persona antiquorum patrum plenus charitate, quam auidè incarnationem expectat, quasi de dilatione conqueritur, in quo dilectio proximi ostenditur: cuius saluti hoc optatur, vt abiecta superstitione, cultura vnius Dei susciatur. Vel, in persona modernorum sanctorum secundum aduentum expectãtiũ, secundum illud, *Cupio dissolui & esse cum Christo.*

† Vide psa. 4.

a ¶ Plenitudinem scilicet temporis, vel consummationem æternæ beatitudinis. b ¶ Dirigens c ¶ Christi vel prophetæ.

† In finẽm psalmus Dauid XII.

a ¶ Id est præsentiam incarnationis mihi subtrahis. b ¶ Aug. id est, differs me ad intelligendum ipsum specialiter, qui est sapientia & finis. c ¶ Vsque ad temporis plenitudinem. ¶ Cum venerit plenitudo tẽporis, &c.

b SQVEQVŏ domine obliuiscẽris me in finẽm ¶ Galat. 4. d. ¶ Repetit.

a ¶ Non das animæ notitiam tui. b ¶ Præsentiam filii, quę hominibus videda est.

Phil. 1. d.

vsquequo auẽrtis faciẽm à tuam me? Quandiu

c ¶ Quousque. ¶ Quousque ad tempus. ¶ Quousque ad tempus.

PSALMVS XII.

b *Vsquequo.* ✠ Theodoretvs. Hunc psalmum non Saulem fugiens, sed ab Absolom bello petitus scripsit. Et enim quæ de Saule feruntur, ante peccatum fuerant, & hac de causa magna cum fiducia loquebatur, Ea vero, quæ de Absolom, acciderunt, post peccatum extiterunt, & propterea luctus & gemitus verbis connexus est.

Cas. hæc prima pars, est de dilatione aduentûs conquestio.

✠ Theod. Procrastinationem auxilij, *obliuionem* appellauit: rogat autem ne omnino diuina prouidentia destituat, & more excandescentium, & eos, qui offenderunt, videre nolentium, hoc dictum posuit, *vsquequo auertis faciem tuam à me*, ab humanis rebus orationem formans.

1 2 3 4 5

c *Quamdiu.* Cass. Magnus ardor sustinentis: dicit deesse cõsilium, vt videndi mitiget affectum, quando magna anxietas est concupiscere bonum, & diutius sustinere, crescit desiderium in dolorem, quia spes protrahitur.

NICOLAVS DE LIRA.

Psal. XII.

1 VSquequo domine. *Huic psalm. preponitur talis titulus in Hebræo*, Ad victoriam Dauid. *vel secundum Hiero.* Victori Dauid. *quod in idem redit. Et exponitur dupliciter: Vno modo vt sit sensus per suppletionem, Iste psalm. factus à Dauid, decantandus est ad victoriam, id est, cum quodam conatu Leuitarum, vt frequenter supr. est expositum, Alio modo, vt sit sensus, Iste psalm. factus est à Dauid ad laudem Dei victoris super omnia, vel qui præstat victoriam. De materia autem huius psalm dicit R. Sal. quod factus est de quatuor regnis, per quę affligendi erant filij Israel. Primum est regnum Babyloniorum, quod destruxit ciuitatem Ierusalem, et templum, & captiuauit populum sub Nabuchodonosor rege, vt habetur iiij. Reg. vl. Secundum est regnum Persarum, sub quo fuit prohibita reędificatio templi, vt habetur j. Esdræ iv. Tertium est regnum Græcorum, per quod fuit positum idolum abominationis in templo, & populus occisus, & compulsus ad idololatriam sub Antiocho rege, vt habetur j. Mach. j. ij. & iij. Quartum est regnum Romanorum, per quod fuit iterum templum destructum, & ciuitas, & populus captiuatus sub Tito et Vespasiano imperatoribus. Et à prima afflictione fuerunt liberati filij Israel per Cyrum, qui remisit captiuitatem, dans licentiam reædificandi templum, secundum quod habetur j. Esdræ j. A secunda per Darium, sub quo consummatum est templum, vt habetur j. Esdrę vj. A tertia per Macha. A quarta expectant liberari per regem Messiam. Sed istud dictum deficit in duobus. Vnum est, quia supponit falsum, scilicet, Christum venturum, & quod debeat terminari ista captiuitas Iudęorum, quę vsque ad finem mundi durabit, secundum quod dicitur Amos ij. a.* Super tribus sceleribus Iuda, & super quartum non conuertam, *quod sic exponitur, Vno modo, quod licet scelera tria, propter quę incurrerunt tres primas afflictiones, fuerunt eis remissa quantum ad hoc, quod liberarentur, non tamen quartum scelus, quod fuit venditio, & occisio Christi propter quæ sunt in hac captiuitate, remittetur eis sic, quod ab ista captiuitate liberentur. Secundum est, quod dicit populum Israel grauiter afflictum à regno Persarum, quod non est verum, quia illud regnum remisit captiuitatem Babyloniæ, vt dictũ est, et permisit filios Israel habitare in terra sua pacifice, & vti legibus suis. Nec illud impedimentum reædificationis templi fuit à regibus Persarum, vt dicit Ka. Sa. super j. Esdrę, sed ea Samaritanis, quibus fuit cõcessum, quod non permitterent ciuitatis reędificationem: & sub hoc prætextu prohibuerunt reædificationem templi plus facientes, quã eis mandatum fuerat à rege. Vnde & postea consummatum est templum sub Dario rege Persarum. Et ex decursu j. Esdræ & Neemiæ apparet, quod regnum illud tractauit Iudæos satis humanè: propter quod dicitur Eze. j. quod illud regnum designatur per faciem hominis, quia illud regnũ satis humane filios Israel tractauit. Sequendo igitur dictum R. S. in parte, dimittendum est regnum Romanorũ, et regnum Persarũ, rationibus prædictis: & loco ipsorum est accipiendum regnum Assyriorum, quia captiuauit Israel tempore Osee: vt habetur iij. Re. xviij. Et regnũ Ægyptiorum, quod afflixit regnum Iuda tempore Ioachaz, quẽ Pharao Nechao vinctũ misit in Ægyptum, imponens terræ tributum magnum, vt habetur iv. Regum xxiij. Et sic tertium regnum est Babyloniorum, & quartum Græcorum. Igitur secũdum istam sententiam Dauid præuidens quatuor afflictiones prædictas sibi succedentes, facit quatuor quęstiones, petens & desiderans eas terminari, dicens in persona populi Israel.*

2 Vsquequo do. obliuiscens me. *scilicet in populo meo mihi successuro, permittendo eum affligi ab Assyrijs.*

3 In finem. *id est, tandiu: videtur enim afflictio, quod nunquam debeat terminari sua afflictio.*

4 Vsquequo auer. *tandiu dimittendo populum meum in Ægyptiorum seruitute.*

5 Quandiu. *tractans & considerans quomodo possint liberari à captiuitate Babylonica. Et loquitur Dauid in persona Iesu filij Iosedech, & Zorobabel filij Salathiel, qui frequenter meditabantur, et Deum deprecabãtur de captiuitatis huius reditu, & dominus exaudiuit eos, quia factum est sub eorum ducatu, vt habetur j. Esdræ.*

1 Do-

MORALITER.

† 1 *Vsquequo domine.* Psalmum istum literaliter exposui de quatuor tribulationibus Israel, quas præuidit Dauid, scilicet ab Assyriis, Ægyptiis, Chaldæis, & Græcis, quarum terminationem Dauid petijt in hoc psalmo.

Moraliter autem per istas quatuor tribulationes possunt intelligi passiones quatuor principales, scilicet spes & timor, gaudium & tristitia, rationem multipliciter perturbantes. Spes male elevans, quæ dicitur præsumptio. Timor à virtute deiiciẽs, qui dicitur mundanus. Gaudium de proximi malo, & tristitia de eius bono. Passiones enim istæ rationem obnubilant, voluntatẽ deprauant, ad inferni pœnam obligant, & dæmones lætificant. Contra primum dicitur,

2 *Vsquequo domine obliuis. me.* tanquam absconditum in nubilo excæcante rationem. Contra secundum dicitur.

4 *Vsquequo auertis faciem tuam à me.* tãquam auerso à te per voluntatis deprauationem. Contra tertium.

5 *Quandiu ponam consilia in anima mea.* eo quod cogito me obligatum ad gehennam. Contra quartum.

☞ *Con.* AVG. Consilio non est opus, nisi in aduersis, i. quãdiu ero in aduersis: vel, est respectus, tãdiu auertis, quandiu ponã con. vt nisi ponat quisque consilium in anima, vt operetur misericordiã: nec eum diriget Deus in finem, neque det ei plenam sui notitiã.

a *Per diem.* AVG. continuè: vel *diem*, pro tẽpore, quo vult exui, dolens precansque æterna.

† anxieratẽ afflictionẽ, mœrorem.

b *Vsquequo exaltabi.* CASSI. Dicit, quia ante aduentum Christi diabolus captiuos tenebat homines. Vel

B *super me*, id est, meam crudelitatem, quia toto orbe colitur, & quia sic orbis interit, plorat.

✻ THEODOR. hæc & nobis dicere, diuinãque opem semper implorare conuenit, qui

Exo. 4. c. † in salute tua (id est, cum libereris me) à diabolo bello petitur.

c *Respice.* CAS. Post cõquestionẽ, oratio, vt illuminetur, ne cedat fraudib⁹ inimici, qui in misericordia cõfidit.

Respice. AVG. Mitte quem missurus es.

d *Exaudi.* CASS. pro omnibus, pro quibus generaliter petit.

e *Illumina.* CASS. Si non corpore, videamus vel mente.

✻ THEO. Nocte calamitatum circũdatus, veluti quodam somno, mœrore detineor: si vero tui auxilij lux affulserit, calamitatũ noctem dissipabit, & mœstitiæ somnum sedabit, si autem opem differes, vereor, vt in mortem somnus incidat, nam mœror cogitationibus fortior factus fuerit.

✻ BASI. Oculi illuminandi prophetæ obscurati concupiscentia: Mortem autem secundam intelligit.

f *Obdormiã.* CAS. quando fidei lumine sepulto, carnali delectatione clauduntur. D

g *In morte.* CASSI. id est, in peccato, quod fit in spiritum sanctum de quo Ioannes: *Est peccatum ad mortem, non pro eo dico vt quis oret.*

h *Exultabunt.* AVG. Non solum propter me illuminare, sed ne inimicus gaudeat.

i *Speraui.* CAS. Et si festinat, tamẽ patiens est: quia & si differtur, firm⁹ est in spe, & interius iam vidẽs exultat, quem carne videre desiderat: vnde & sibi bona data dicit qui prius quærebatur.

✻ THEO. Ne inimicis me ridiculum ostẽdas hoc enim omniũ grauium est grauissimum: hinc autem est manifestissimum, hũc psalmum post peccatum dictasse, non enim iustitiæ sed benignitati confidit.

† in mortẽ (id est, moriar æterna morte) E

† lapsus fuero (vel nutauero)

† quoniam retribuit mihi. F

✻ BASI. *In salutari.* in salute, quam tu operaris.

✻ THEODORETVS. Etsi inexplicabilem tuam ignoro naturam: tamen mihi nomen tuum sufficit ad colendum & declarandum, omneque iustum auxilium postulandum. Credo enim me id consecuturum, etiamsi nomen tuum tantum inuocauero.

Tribuit. CAS. Non tribuet: magna virtus fidei iam habet quod futurum est.

k *Exultabit cor.* Si tantum desiderat, si sic famulatur venturo, quid faciendum suscepto.

☞ PSAL.

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Dolorem in cor meo per diem, *id est, omni die: quia de destructione ciuitatis Ierusalem et templi dolebant quasi continuè.*

2 Vsquequo exaltabitur inimicus. *id est, Antiochus, qui per superbiam sta fuit eleuatus, vt videretur sibi, quod haberet pelagus ad iter agendum, & terram ad nauigandum, propter mentis elationem, vt dicitur ij. Machabęo v.*

3 Super me. *quia populum Israel afflixit, & nimis suppeditauit; & ideo propheta subdit:*

4 Respice. *oculo tuæ misericordię.*

5 Et exaudi me. *liberando à tanta tribulatione.*

6 Domine. *per omnium gubernationem.*

7 Deus. *per creationem.*

8 Meus. *per verum cultum & fidem.*

9 Ne vnquam obdormiam in morte, *mortalis culpę, & per consequens sequens in mortem gehennæ, fractus impatientia & desperatione, sub tanta tribulatione.*

10 Nequando dicat inimicus meus, *id est, diabolus.*

11 Prævalui aduer. *quod contingit, quando aliquem deijcit à morte culpæ, in mortem gehennę.*

12 Qui tribulant me exultabunt. *Ad hoc enim Sennacherib, & Nabuchodonosor tribulauerunt filios Israel, vt transferrent eos de terra sua: vnde Sennacherib transtulit filios Israel in Assyrios, Nabuchodonosor tres tribus in Babylonem, & Pharao Ioachaz in Ægyptum, vt suprà dictum est. Similiter Antiochus tribulauit Iudæos, vt faceret eos transire ad Gentilem ritum.*

13 Ego autem in misericordia tua. *Non in iustitia mea.*

14 Speraui. *Ab istis tribulationibus liberari. Ideo subditur.*

15 Exultabit cor meum, *lætitia interiori.*

16 Cantabo domino, *lętitia exteriori, secundum quod dixit Psal. lxxxiij. a.* Cor meũ & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

✻ PSAL.

MORALITER.

† 2 *Vsquequo exaltabitur inimicus*, id est, diabolus me tenens captiuum.

8 *Illumina oculos.* Hic ostenditur qualiter dicta tribulatio terminetur, cùm dicitur, *Illumina oculos me.* id est, intellectũ meum & affectum lumine tuæ gratiæ:

9 *Ne vnquam obdormiam in morte.* id est, ne moriar in somno mortalis culpæ.

10 *Nequando dicat inimicus meus prævalui.* nam in puncto mortis est finis belli.

12 *Qui tribulant me.* id est, satellites dæmonis gaudebunt.

13 *Si motus fi motus fuero.* de vita præsenti cũ peccato mortali.

14 *Ego autem in misericordia.* Quæ tunc succurret.

15 *Exultabit cor me. in salutari.* id est, in spe salutationis tuæ.

16 *Cantabo domino qui bona trib.* scilicet bona naturæ, & spero quod tribuet bona gratię & gloriæ.

† MORA-

ADDITIO.

In psal. xij. Vsquequo domine. *vbi dicitur in postilla*: De materia autẽ huius psalmi dicit Rab. Sal. *Expositio Rab. Sal. in hoc psal. non est literalis: ex hoc enim quod propheta quater repetit petitiones, seu conquestiones, seu tribulationes, petens & desiderans eas terminari, non sequitur quod totidem sint tribulationes separatæ, à quibus liberari petit. Contingit enim sæpe in scripturis sacris repetitio vnius, & eiusdem, ad maiorem firmitatem, seu expressionem conceptus mentis, prout infrà*, Attollite portas, &c. *& iterum* Attollite portas, &c. *& ideo hac expositio etiam inter Hebręos non reputatur literalis, sed quasi mystica. Vnde & Abenhazra, & alij expositores, qui magis propriè literam sequuntur, non referunt quatuor conquestiones prędictas ad quatuor tribulationes abinuicem separatas, sed in vna & eadem tribulatione dicunt, exprimi nouos sensus conquerentis, vnde cum dicitur*, Vsquequo domine obliuiscéris me, &c. *psalm. conqueritur ex hoc, quod Deus tandiu reliquerat eum in tribulatione: quod videtur iam quasi obliuiscens eum. Cum autem dicitur secundo*, Vsquequo auertis faciem tuam à me. *conqueritur de hoc, quod non solum Deus se ostendit quasi obliuiscens, quod contingit in humanis ex sola obliuione, quæ provenit ex labilitate memorię, sed etiam Deus se ostendebat, vt volens obliuisci ex certa deliberatione, quod propriè significatur cum dicit*, Auertis faciem tuam à me. *Dominus enim, qui auertit faciem suam à suo seruo, manifestè ostendit, quod vult eum obliuisci, & non ei prouidere: quod est signum maioris indignationis, prout Deut. xxij. c. & ait*, Abscondam faciem meam ab eis. *Quę omnia de Deo intelligenda sunt metaphoricè. Cum autem*

A autem tertio conqueritur, dicens, Quamdiu ponam consilia in anima mea; propheta ostendit se esse valde anxiatum in anima, & dolorosum in corde, ex vehementia timoris, qui est de malo futuro, nam secundum Philosophum in vj. rhetoricæ, Timor consiliatiuos facit. Cum autem quartò conqueritur, dicens, Vsquequo exaltabitur inimicus super me? ostendit se afflictum ex exaltatione inimici, quæ inter cæteras pressuras est valde horribilis, unde Dauid dicebat. vj. Reg. xxiiij. c. Incidamus in manus domini, & non in manus hominum. Unde melius videtur dicendum ad literam secundum glo. scilicet, quòd propheta in hoc psal. in persona antiquorum patrum, quasi de dilatione aduentus Christi, per quem futuram redemptionem expectabant, conqueritur; vel in persona sanctorum modernorum secundum Christi aduentum desiderantium, iuxta illud Phil. j. d. Cupio dissolui & esse cùm Christo; vel potius secundum vtrunque reddendo singula singulis. Cum autem dicit, Respice & exaudi me, petit illuminari, ne cedat fraudibus inimici, confidens in misericordia Dei, quòd exultabit in salutari suo, &c. D

REPLICA.

Similiter in psal. Vsquequo, postillatoris expositio de tribulationibus Israel ad literam; Burg. de tribulationibus fidelium per allegoriam; Liberatio enim populi Israel à tribulationibus corporalibus, & temporalibus, est figura liberationis fidelium à tribulationibus spiritualibus

PSALMVS XIII.

a B Dixit insipiens. Cas. Increpatio Iudæorum, descripta eorum malitia.

✻ Theod. Hic psalmus, in fine tēdit: quia de futuris prædicit. Argumentum enim est de Sēnacherib, qui blasphemauit; ex cuius exercitu ab Angelo, Iosia rogāte, cētum octoginta quinque milia Assyriorū fuere cęsa; cuius psalmi exordiū valde cō gruit verbis Sēnacherib & Rapsacis.

Cas. Primus psa. de increpatione Iudæorum & conuersione. Increpat insipientiam & duritiam Iudæorum, qui Christo præfēte, quē optauerunt, non credunt. Quasi, priores expectauerunt Christum venturum, sed cum

a ¶ Dirigens. b ¶ Christi, vel prophetę.

† In finem Psalmus Dauid XIII.

a ¶ Gentilis vel Iudęus. b ¶ Quia nemo audet dicere, etsi cogitare

a Ixit †insipiēns in cōrde suo, non est Deus.

a ¶ Cæci, vt dicant, non est Deus. ¶ Quia b ¶ Aug. sicut non probauerunt Deū habere in notitia, ita tradidit illos dominus in reprobum sensum. ¶ Reprobi.

†Corrūpti sunt & abōminabiles facti sunt

a ¶ Quia seculum amant, non Deum. ¶ Alias affectionibus.
b ¶ Et quia à Christo recedunt. c ¶ De illis.

in stūdiis suis: nōn est qui faciat bonum,

a ¶ Id est nec vnus; vel preter vnum Christum sine quo nemo facit bonum. b ¶ Mittendo filium misertus est.

b non est vsque ad vnūm. Dominus de cælo prōspexit su-

a ¶ Aug. honoratius nominat Iudæos, propter vnius dei cultum.
¶ Non hominis. b ¶ Videri faciat c ¶ Corde Deum in homine. d ¶ Sequendo mandata.

c per filios hōminum, vt videāt si est intelligēns aut requi-

a ¶ Iudęi tales facti, quales & gentes, de quibus supra: Dixit insipiens in corde, &c.
b ¶ Cum declinatione permitiosi sibi & aliis.

rens Deum. Omnēs declinauerunt, simul† inūtiles facti

Dixit insipiens: hîc homo non est Deus.

✻ Bas. Alias enim vbique est, in corde verò insipientis non est. Insipientem autem qui malo est ingenio dicit.

✻ Theodo. fundamentum & radix impietatis, vitæ corruptela est.

† Vide ps. 4

† Imprudēs.

† Corruperūt) sub. viā suā) abominabile fecerūt opus non est vsque ad vnum.

C

la est. Subditi autem Ducis insaniam sequuti sunt.

✻ Basilii. In templo enim cordis sui impietatem statuerunt.

b Dominus de cœlo. Cas. Sed inde inexcusabiles, quia dominus prospexit, id est, de humana natura eminuit. E

✻ The. Simile his est verbis, quæ Abrahæ fuerunt dicta: *Clamor Sodomorum & Gomorreorum multiplicatus est, &c. descendā, & videbo, de cælo autē prospexit*, quia vindictam

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

è cælo Assiriis misit.

✻ Bas. Nutū & inclinationē nō dicit, sed philantropiam, & curā Dei hinc discе.

Aug. de cœlo, id est, per sanctas animas prospicit: nā per se nil eum latet. Vel, de cœlo, per animas sanctas, quæ sunt cœlū & sedes Dei, Vel, dominus pater de cælo, id est, secreto diuinæ mentis. F

† fœtuerūt / corrupti sūt vel cōputruerūt)

Cas. vel de æqualitate Dei patris.

c Si est intelligens. Cas. Vel vidit, si est intelligens, & inuenit quod aliquis non intelligit: quia non requirit; sed declinat, nam: *Omnes declinauerunt, &c.*

Bas.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XIII.

1 Dixit insipiens. *Hunc psal. præponitur talis titulus in Hebræo* Ad victoriam Dauid. *Et exponatur sicut suprà psa. præcedenti. De materia huius psalmi dicunt aliqui, quod est de Sennacherib, qui per nuntios & literas blasphemauit Deum Israel, vt habetur iiij. Reg. xviij. & xix. dicens, quod non posset eruere Ezechiam de manibus suis, & sic negabat diuinā potentiam, & per consequens Deum, quia est idem cum sua potentia: & litera huius psalmi satis potest ad hoc applicari, excepto versu vltimo, qui videtur discordare: qui facit mentionem de reditu captiuitatis plebis Iudaicę. Sennacherib autem non captiuauit Ezechiam, & populū eius: & licet captiuauerit Osee regem Israel, & eius populū, illa tamen captiuitas non est reducta, nec reducetur secundum sententiam Iudæorū: propter, quod Rab. Sal. exponit hunc psal. de Nabuchodonosor, qui blasphemauit Deum Israel verbo & facto, quando iussit incendi eius templum per Nabuzardan, quod non fecisset si reputasset eum verum Deum. Et secundum hoc diuiditur iste psam. in quatuor partes: quia primo describitur Nabuchodonosor, & populi sui malitia, secundo circa hoc examinatio diuina, ibi,* Dominus de cœlo, *tertiò debita pœna, ibi,* Nonne cognoscet; *quarto liberatio populi Israel ex Dei misericordia, ibi,* Quis dabit. *Circa primum dicitur:*

Nota quod bis est iste psalmus in psalterio, scilicet 52.

Dixit

2 Dixit insipiens, *scilicet Nabuchodonosor & eius exercitus.*

3 Non est Deus, *Non negabat generaliter Deum, quia colebat Deum suum, vt habetur Daniel j. sed negabat Deum Israel esse verum Deum potentissimum: quod est falsum & erroneum.*

4 Corrupti sunt, *luxuria: quia babylonij erant luxuriosi.*

5 Et abominabiles, *idolatria, quæ est Deo abominabilis: vnde & frequenter in sacra scriptura nominatur abominatio.*

6 In studiis suis, *Quia talia studiose & à propo sito exercebant*

7 Non est qui faciat bonum, *scilicet meritorium, licet aliquando faceret aliquod bonum de genere.*

8 Non est vsque ad vnū. *Hoc non est in Hebræo, nec in translatione Hier. iuxta Hebraicum: sed infra ponitur, vbi exponetur.*

9 Dominus de cælo prospexit. *Hic consequenter ponitur dicta malitia examinatio, cùm dicitur,* Dominus de cælo prospexit, &c. *quia nihil penitus potest latere ipsum.*

10 Vt videat si est intelligens &c. *per veram cognitionem.*

11 Aut requirens Deum, *per bonam operationem. Et quales prædictos inuenerit, ostenditur,*

12 Omnes declinauerunt, *à rectitudine iustitię.*

13 Simul inu iles, &c. *Dicitur autem res inutilis, quę non valet ad finem intentum, sicut medicina, quæ non valet ad sanitatem. Homo autem ordinatur ad felicitatem, ad quam isti erant inepti.*

1 Non

MORALITER.

1 *Dixit insipiens in corde suo non est Deus.* Psalmum istum exposuit literaliter de Nabuchodonosor, qui præcepit incendi templum domini iiij. Regum xv. quod non fecisset, si ipsum verum Deum æstimasset: & sic negauit eum facto.

Moraliter autem potest exponi de quolibet obstinato in malis: & sic negat Deum factis, & si non verbis, ad Titū j. b. *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Igitur talis obstinati primò describitur conditio, cùm dicitur, *Dixit insipiens in corde: nonne Deus.* Nam ita superbè peccat, & inuerecundè, acsi

acsi non esset Deus, qui eum videret, nec posset punire.

2 *Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis.* Deo & angelis, & hominibus bonis.

3 *Non est qui faciat bonum, non est vsque, &c.* Quia de talibus nō est vnicus, qui faciat bonum meritorium.

4 *Dominus de cælo prospexit super filios hominum, etc.* Non est per hoc intelligendum, quòd aliquid de nouo cognoscat, sed hoc dicitur ad ostendendum, quòd vult omnes homines saluos fieri voluntate antecedente.

5 *Omnes declinauerunt.* ruentes de peccato in peccatum: & loquitur de obstinatis.

† 1 Si

☞ * Basi. Deus hominem fecit rectum, & vtilem libero arbitrio:
A sed peccato omnes defecerunt, facti inutiles.

a *Sepulchrum*. Cass. ita inutiles aliis facti, quia guttur eorum est sepulchrum, &c.

Sepulchrum. Cas. Dicuntur hi tres versus, qui sunt vsque ad secundam diuisionẽ, ibi, *Nonne cognoscent, &c.* non esse de Hebræo, quos tamen A. postolus ad Romanos contra Iudæos adduxit. Sed dicũtur ab Apostolo, propter Indæorum vituperationem, de multis psalmis compacti, & à Lxx interpretibus additi. Vnde inferius iste idem psal. eos non habet.

B

b *Contritio* Avgv. ita inutiles sibi facti sunt: quia contriti per Titum & Vespasianum, vbi & infelices vbique diuisi. Vel,

C lapis angularis Christus super eos cadens conteret eos per excæcationẽ. Et sic contritio est modò in viis eorum, & infelicitas in futuro.

Cassi. Via impiorum, *Contritio*: quia terit & teritur, dũ aliis & sibi nocent, *Infelicitas*, quia ad infernũ ducit: vnde & nec reuerũtur, quia *viã pacis nõ cognouerunt*; hæc omnia ideo, quia *nõ est timor Dei ante ocu. &c.*

c *Nonne cognoscent*. Minatur iudicium impiis.

d *Dominum non, &c.* Avgvs. Non enim verè hunc inuocant, qui Deo displicentia amant.

Cas. Inde augetur interitus, quia necesse est mala agere, cum superbi nolunt Deũ inuocare. Sicut cautela est, opportunè timere; ita ignauia, ineptè trepidare, vt pro gente & loco, timore Dei abiecto.

D

a ¶ Nullus facit bonum sine vno, scilicet Christo.

sunt: non est qui faciat bonum, nõn est † vsque ad vnum.† 1 2

a ¶ Aug. vel Voracitatem gulæ significat, vel quia deuorant eos, quibus suos mores persuadent. ¶ In fetidis mes est voracibus adulatio & omnibus malis. b ¶ Mala sub specie boni suadentes. ¶ Aug. Co- ¶ Adulantes aliis.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose age 3 4

a ¶ In corde quod peius est, quam in ore. Dolus aspidis, quia nolunt audire præcepta legis: sed mala reddunt prædicantibus ea. b ¶ Hoc est venenum aspidum. ¶ Opprobriis, blasphemiis.

bant, venenum aspidum sublabiis eorum. Quorum os mã- 5

¶ Minis, a ¶ Inconsulte omnia facientes. ¶ Expediti consuetitudine male faciendi b ¶ Voluntas & effectus.

ledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorũ 6

a ¶ Christi & suorũ b ¶ Quia tales: Ideo. ¶ Augusti. Omnes viæ malorũ plenæ sunt laboribus & miseria.

ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in viis 7

a ¶ Operibus. b ¶ Christum vel euangelium. ¶ Aug. de qua domini Iugum meum suaue.
c ¶ Isti non dicunt, non est Deus. sed tamen non timent deum.

eorũ, & viam pacis non cognouerunt: nõn est timor Dei 8

a ¶ Quasi, predicta mala faciunt, nec de histiment in futuro iudicio: sed, Nonne cogn. b ¶ Quasi, hoc cognoscent tunc, quod modo scire nolunt, scilicet, quod deus est in generatione iusta. ¶ Tunc.

ante oculos eorum. Nonnè † cognoscent omnes qui operan- 9 10

a ¶ Ang. vt qui ministerio suo vtuntur ad capienda commoda ab hominibus, nõn ad salutem hominum vel gloriam dei. ¶ Seducendo vel occidendo.
b ¶ Alias populum meum sicut cibum panis. c ¶ Cas. vt sit eis satietas de deceptione Christianorum.

tur iniquitatẽ, † qui deuorant plebem meã sicũt escam panis? 11

¶ Aug id est, quotidie sicut panis quotidianus est cibus. ¶ Alias deum.
a ¶ In damno temporalium, timuerunt perdere scilicet regnum terrenum, vbi non erat timendum, & non cœlum vbi esset timendum.

Dñm nõ inuocauerũt: illic † trepidauerũt timore vbi nõ erat 12

a ¶ Aug. non ea, quę seculum diligit. b ¶ Aug humilem aduentum Christi contemsistis factum ideo, vt quos vocabat, in deo solo spem ponerent, non in seculo: ideo aduentus consilium dicitur. c ¶ Vel cuiusibet.

timor. quoniam † dñs in generatione † iusta est: cõsiliũ inopis 13 14

15

bus salutarem Saluatoris nostri aduentum, qui illinc exortus est,

a *Nonne cognoscent*. Minatur iudicium impiis.

d *Dominum non, &c.* Avgvs. Non enim verè hunc inuocant, qui Deo displicentia amant.

Cas. Inde augetur interitus, quia necesse est mala agere, cum superbi nolunt Deũ inuocare. Sicut cautela est, opportunè timere; ita ignauia, ineptè trepidare, vt pro gente & loco, timore Dei abiecto.

† etiã vnus † Isti tres versus sequentes non sunt in Hebræo sed neque apud Lxx.

1 2 * Basil. admoniti 3 non cognouerunt; dolentes cognoscent. 4

e *Consilium inopis*. Cassiodor. Inuectio in Iudæos, quibus obscurè dicitur, consilium Christi cõfudisti, id est, recipere noluisti, qui ad vos liberandos venerat. Admiratiuè legendũ. 5 6 7 8 Quoniã dominus, vnde magis esset reuerẽdus, inde magis contemnitur. Postremò 9 conuersio eorum præ dicitur, *cùm plenitudo gen. intra. Quis ex Sion.* id est, de Iudæis procedens, &c. 10 11

E F

* Theod. hic locus duplicem vaticinationem habet. Nõ solũ hanc domesticã salutem obsessis prædicit, verumetiam multis pòst temporibus salutarem Saluatoris nostri aduentum, qui illinc exortus est, vaticinatur.

† iusti

☞ a *Quis*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Non est qui faciat bonum. *scilicet meritorium, quòd non potest esse sine fide & charitate.*

2 Non est vsque ad vnum. *ita quod nec vnus talis reperitur in eis, quia* sine fide impossibile est placere Deo, *vt dicitur ad Heb. xj. b.*

Aliter exponitur. Non est vsque ad vnum exceptiuè, id est, in omnibus populis non est nisi vnus populus Iudaicus, qui de Deo habeat legem veram & cultum. Lex enim data in monte Sinai solum fuit data populo Iudaico.

3 Sepulchrum patens. *quia nitebantur deglutire populũ Iudaicum*

4 Linguis, &c. *quia malum quod inferre non poterant potestate, inferre quærebant fraudulentiis & dolositate.*

5 Quorum os. maledictione. &c. *id est, blasphemiis contra Deum.*

6 Et amaritudine, &c. *Contra Dei populum, quem videbant interfici, & ad amaritudinem deduci mortis, ideo subditur,* Veloces pedes eorum, &c.

7 Contritio & infelicitas, &c. *Ad hoc enim discurrebant per terram Israel, vt populus Iudaicus totaliter contereretur, & ad miseriam deduceretur.*

8 Viam pacis non cognouer. *Id est, tenere noluerunt: Et causa huius subditur, cùm dicitur,*

9 Non est timor Dei. *Scriptũ est Prou. xv. d* Per timorẽ domini, declinat omnis à malo: *& ideo subtracto huius timoris retinaculo currunt homines ad malum sine freno.*

10 Nonne cognoscent. *Hic consequenter ponitur prædictorũ peccatorum pœna, cum dicitur,* Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem. *scilicet Dei iustitiam, quasi dicat, sic, quam cognoscent per pœnas sibi inflictas experientiam.*

11 Qui deuorant, &c. *quia delectantur in occisione, sicut in sapidè cibi comestione, secundum illud Prou. ij. c* Letantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis.

12 Dominum non inuocauerunt. *in afflictione positi, quia non crediderunt in eum: propter quod dicitur Rom. x. c.* Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt?

13 Illic trepidauerunt, &c. *secundum quod scribitur Prou. xxviij. a.* Fugit impius nemine persequente. *Dicit autem Rab. Sal. quod hoc fuit impletum in Balthasar nepote Nabuchodonosor, qui videns manu scribentem in pariete, fuit ita territus, quòd compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur, ex nimio tremore. vt habetur Dan. v. & tamen manus illa eum non tangebat, nec sciebat quid significabat.*

14 Quoniam dominus in, &c. *In Hebræo non est principium versus, sed finis versus est præcedentis, vbi redditur causa dicti timoris: eo enim quod dominus est in generatione iusta scilicet in congregatione iustorum, immittitur ab eo talis timor aliquando malis hominibus.*

15 Consilium *Hic est principium versus, & est sensus*: Consilium inopis. *id est, populi Israel depauperati.*

☞ 1 Con-

MORALITER.

3 *Sepulchrum*. nam de ipso non egrediuntur nisi verba fœtida: ideo subditur,

4 *Linguis suis dolose ageb. &c.* ad proximi deceptionem.

5 *Venenum aspidum* id est, documentum perstiferum.

5 *Sub labiis*. ad fidei corruptionem.

5 *Quorum os maledictione*. id est, blasphemiis horribilibus contra Deum.

6 *Veloces*. Hic ponitur obstinati malitia contra proximum, cum dicitur, *Veloces pedes eorum. &c.* nam pedes animæ, qui sunt affectiones, & pedes corporis prompti sunt ad homicidium; ideo subditur,

7 *Contritio*, scilicet proximi,

7 *Et infelicitas*, scilicet sui;

7 *In viis eorum, &c.* quia quærunt conterere proximum: & per hoc currunt ad infernum.

9 *Non est timor dei* & ideo siue freno festinant ad malum.

10 *Nonne cognoscent, &c.* scilicet quod Deus sit timendus, quasi dicat sic: quando oculos eorũ aperiet pœna, quos modò claudit culpa.

11 *Qui deuorant plebem meã &c.* id est, populum simplicem resistere non valentem.

12 *Dominum non, &c.* quia ipsum non timuerunt.

13 *Illic trepidauerunt*. quia propter eorum malitiam dominus immittit eis siue persecutore timorem, Pro. xxviij a. *Fugit impius Nemine persequente.*

14 *Quoniam*. propter hoc enim quod dominus existens in iustis per gratiam, sufficit eis, & non solicitantur de terrenis, ideo reputantur tanquam bestiæ confusibiles.

6 *In*

† *Quia*

¶ O vos Iudæi.

a ¶ Sed ¶ Alius ¶ Scilicet nisi ille quem humilem spreuisti.

☞ a *Quis dabit ex Si.*

confudistis: quoniam dominus spes eius est. Quis dabit ex a Sion salutare Israel, † cùm auerterit dominus captiuitatē plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

a ¶ Cas. cum damnauerit diabolum, qui populum eius captiuat. b ¶ Christus.

a ¶ Repetit ¶ Quod est.

† quando conuertet (reducet)

A CASSI. Postremò Iudæorum conuersio prædicitur, quæ fiet cum plenitudo gentium intrauerit.

b *Cùm auerterit.* CAS. Pro Iudæis etiam hoc testimonium Esaiæ ponit Apostolus: *veniet ex Sion qui auertit captiuitatem, vel impietatem à Iacob.*

1 ✠ THEODO. Obsecrat vt decem tribus, quæ erant iam in seruitutem redactæ, eandē salutē cōsequantur: tunc enim erit maxima lętitia populo, qui geminā habet Iacob, & Israel, nominationē

☞ PSAL.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Confudistis. *tu Nabuchodonosor, & exercitus tuus, id est, confusibile & opprobriosum dixistis: & quod sit illud consilium. subditur,*

2 Quoniam dominus spes. *impręperabant enim filiis Israel Babylonij in captiuitatem ductis, quod sperabant in Deo, qui sic permiserat eos captiuari.*

3 Quis dabit. *Hic vltimo ponitur liberatio populi Israel ex Dei misericordia, cum dicitur per modum optantis,* Quis dabit ex Sion. *id est, ex cœlo per Sion designato, eò quod ibi fuit templū domini. Vel aliter,*

B Quis dabit, *per modum negantis.*

4 Salutare Israel. *q.d. nullus: quia in captiuitate Babylonica destructum fuit templum vt habetur iij. Reg. vl. & sic non poterat ibi offerri sacrificium pro salute Israel: & sic liberatio ab illa captiuitate ex sola Dei liberalitate erat expectanda, propter quod subditur,*

5 Cum auerterit do. captiuitatem *Reducendo eam de Babylone.*

6 Exultabit &c. *Quia redierunt cū magna lætitia & exultatione.*

Moraliter autem posset exponi psal. iste de quolibet peccatore in malis suis obstinato: qui licet verbis confiteatur Deum, tamen negat facto; secundum illud ad Titum. j. d. Confitentur verbis se nosse Deum, factis autem negant: *cuius malitiam Deus examinat, & punit, & innocentem de manu eius eripit. Et secundum prædicta ad hanc sententiam potest de facili litera applicari.* E

✠ PSAL.

MORALITER.

† 3 *Quis dabit.* Hic petitur liberatio iustorum ab iniquorum persecutione, vt possint liberius Deo seruire, cum dicitur, *Quis dabit*, id est, ex ciuitate cælesti. Hebr. f. *Accessistis ad Sion montem ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cœlestem.*

4 *Salutare Israel,* id est populo iusto.

5 *Cum auerterit dominus captiuitatem,* id est, persecutionem simplicium ab iniquis.

6 *Exultabit Iacob &c.* id est supplantans vitia.

6 *Et lætabitur Israel.* id est meditans cælestia.

† MO-

ADDITIO.

In psal. xiij. Dixit insipiens, &c. *Psal. iste apud catholicos melius & magis propriè potest exponi ad literam de Iudæo, Christi in persona contemptore, quam de Sennacherib vel Nabuchodonosor.*

Primò, quia Sannacherib & Nabuchodonor non negabant generaliter Deum, quia colebant Deos suos, vt patet. iiij. Reg. viij & Daniel j. sed negabant Deum Israel esse verum Deum potentissimum. Iudæus C *autem, Christum contemnens, Deum negat generaliter: Cuius ratio est, nam ipse omnes Deos cęterarum nationum negat dicens,* Omnes dij gentium demonia &c. *& cum hoc negando Christum, propriè negat Deum Israel, & per consequens talis generaliter negat Deum, vnde de ipsis dicit, quòd Deum non habent. Propriè igitur Iudæus Christum negans esse Deum, est insipiens, qui* in corde suo dicit non est Deus: *quia licet ore suo vnum Deum profiteatur habere, scilicet creatorem cœli, & terræ, & huiusmodi, & etiam quandoque implicitè Pharisæi, profiterentur esse Christum Deum, vt cum tentantes dicebant:* Scimus quoniam verax es, & viam Dei in veritate doces. *vt habetur Mat. 22. b. ex quo sequitur Christum esse Deum, cum in doctrina hoc pluries contineatur; tamen in corde Deum verum negat, contemnens Christum qui est verus Deus.*

Secundo; quia hoc quod dicitur: Illic trepidauerunt timore vbi non fuit timor, *non potest sanè intelligi de Balthasar, prout R.S. dicit: Balthasar enim, licit nesciret in particulari, quid manus illa significabat, scribens Dan. v. bene tamen percipiebat illud esse magnum monstrū significatiuum, contra statum regni sui: cum in tam magna sollennitate suæ festiuitatis hoc apparebat: vnde optime secundum gl. propheta in hoc psal. agit contra Iudęos contemptores Christi & negantes veram deitatem eius.*

Circa quod tria facit, Primò enim ipsos increpat, dicens: Corrupti sunt, &c. *vsque ibi,* Non est timor Dei ante oculos eorum: *& circa hoc, eos dicit à Deo examinatos, dicēs,* Dominus de cœlo prospexit. *& cætera.* si est intelligens *scilicet corde credendo Deum esse hominem;* aut requirens Deum. *scilicet sequendo mandata eius: quod non inuenit, sed* omnes declinauerunt *simul; Secundo eis minatur iudiciū cum dicit:* Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem. *hoc est dicere, Nunquid hi qui verum Deum hominem negant, &* deuorant plebem meam sicut escam panis, *scilicet Christi discipulos persequendo, nec de his timent, sed potius trepidant vbi non est timor, quia timuerunt perdere regnum terrenum. Ioan. xj.* Si relinquimus eum, sic venient Romani, & tollent locū nostrum, &c. *Nūquid non cognoscent per experientiam suppliciorem.* Quoniam dominus in generatione iusta est. *q.d. sit cognoscent. Iuxta est enim omnis dies perditionis eorum, Deuteron. xxxij. e. vnde litera istius partis sic contexitur:* Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, &c. quoniam dominus in generatione iusta est, *& in ea generatione*

Sed circa psal. Dixit insipiens. *Bur. facit argumentum inualidum contra postil. exponētem ipsum de infidelibus et gētilibus, contra quod arguit sic: Gentiles, etsi negabant Deum Israel esse verum Deum, non tamen generaliter negabant Deum esse, quia colebant deos suos; Exponit igitur de Iudęis negantibus Christum esse Deū. Sed reuera si argumentum Bur. valet contra postil. valet etiam contra se, quia si Iudæi negabant, Christum esse deum, non tamen negabāt generaliter Deum esse: quia Deum verum colebant secundum legem. Vnde bene stant simul Iudæi negabant Christum esse Deum, sed etiam non negabant Deum esse; Stant simul, Deum negabant, & non negabant deum. Prima pars patet per sylogismum expositorum, quia illum negabant, & ille est Deus: igitur Deum negabant, demostrando Christum per ly* illum: *Et illa secunda pars etiam manifesta est per generalem confessionem, & cultum omnium Iudæorum. Intellectum igitur psal. huius vide in Anselmo contra insipientem: & doctorem subtilem. q. j. ij. di. li. j.*

PSALMVS XIIII.

Domine quis. CASS. Psal. iste propriè morum est institutorius, præsumptionis repressio: vbi agitur de vnitate præsentis ecclesiæ, & futura quiete. Primò interrogat propheta, quasi sacerdos ante faciē dominī stans, & responsa petit; volēs scire, quos Deus sua dignos iudicet ecclesia.

✻THE. Proponit vitam, per quā illos, qui sub Dei potestate sūt, viuere decet. diuinique auxilij fieri cōpotes: *tabernaculū autem* Dei templum apellat.

Mōtē Dei, Hierusalē.

✻BAS. Quia superiori psalmo dictū, omnes declinauisse, quærit propheta, quis habitabit in tabernaculis? Respondet Spiritus sanctus, *quę ingreditur sine macula*. Exo. *Tabernaculum* est quod Moses cōpegerat; *mōs sanctus*, Templū quod Salomon extruxerat

Psalmus XIIII.

a ¶ Alia translatio: peregrinabitur in tabernaculo tuo. b ¶ Quod proprie est belli atque militantium. ¶ Id est præsenti ecclesia, vbi contra diabolum dimicamus.

Omine quis habitābit in tabernāculo tuo,
a ¶ Aeterna beatitudine, vbi pax & æterna quies.
aut quis requiescet in mōnte sancto tuo?
a ¶ Quasi, ille habitabit & requiescet. b ¶ In tabernaculum. c ¶ Innocens. ¶ In quo notatur temperantia. ¶ Ecce prima. d ¶ Ecce secunda. ¶ Quia non satis est abstinere à malo. e ¶ Id est qui scit & dicit; in quo notatur prudentia & iustitia. ¶ Ecce tertia.
Qui ingreditur sine maculā, & operātur iustitiā. Qui loqui-
a ¶ Conceptam. b ¶ Quia aliquis aliquando verum dicit, & putat fallere. ¶ Ars innocentiæ, id est, temperantię. ¶ Ecce quarta.
tur veritatem in cōrde suo, qui non egit dolum in lingua
a ¶ Aug item pars innocentię. ¶ Ecce quinta. b ¶ Pro omni homine. c ¶ Ecce sexta.
sua. Nec fecit proximō suo malum, & opprobrium non ac-
a ¶ Non libenter, vel temere credidit criminatori. b ¶ Quasi non accepit opprobrium, &c. Sed. c ¶ Non potuit cogi nocere alicui. ¶ Fortitudo.
cēpit aduersus proximos suos. Ad nihilū dedūctus est in
¶ Ecce septima. a ¶ Diabolus vel homo male suggerens b ¶ Aug Glorificat Deus timentes, quod est initium sapientiæ: Superiora ad perfectos, hæc ad insipientes. ¶ Iustitia. Ecce octaua.
conspectu eius mālignus: timēntes autem dominum glorificat.

Psal. 14

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

tacuit indignis fraudulenter quærentibus.

✻THE. Iustitiam perfectam virtutem nominat, Congruenter ad modum primum de corde mentionem facit, deinde, delingua, tādem de actionibus. Opus enim præcedit sermo, sermonem mens.

Non egit dolū. Dolus est in lingua, cùm aliud dicitur, aliud est in pectore. Vel, non egit dolum, quia omnia, quæ audiuit à patre, sine aliqua adiectione, vel suppressione, nota fecit proximis, id est, discipulis; Iudæis, proximis secundum carnem.

Nec fecit proximo malum. sed pro eis orauit; nō acceptum habuit opprobrium aduersus proximos suos, sicut est patens perhoc, quòd Iudam non mordaci increpatione lacerabat.

✻BASIL. Sicut Ionathan.

✻IDEM. Sicut Petrus pecuniam Simeonis respuit, & Paulus in persecutionibus.

✻IDEM, Sicut Achab Naboth.

✻IDEM. Qui proximum probris nō est insectatus vt Pharisæus publicanum, nec probris proximorum gratia est affectus, vt Eli propter filios suos.

✻IDEM. Prophetæ Baal in conspectu Eliæ.

Ad nihi. AVG. Hæc est perfectio, vt nihil in homine valeat malignus, & vt hic sit in conspectu, id est, certè sciat, malignum non esse, nisi qui à creatore ad creata conuertitur.

Malig. id est, diabolus despicitur; vt cū dixit, *vade retro Sa. etc.* Econtra, *timentes dominum glorificat*. Iurauit, quando apostolis certissima veritate promisit: *Iam non dicam vos seruos sed amicos*

✻BA-

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XIIII.

1 Domine quis &c. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo*: Psalm. Dauid. *Ex quo apparet autor psal. De materia autē huius dicunt aliqui, quod Dauid fecit hunc psal. ad ostendendum, quis esset dignus habitare in terra Israel in securitate, & absq; transmigratione; scilicet ille, qui habet conditiones in hoc psa. descriptas, cum dicitur*, Qui ingreditur si. &c. *vsque in finem psal. Promisit enim Deus illis illius terræ habitationem, quandiu colerent eum, & facerent iustitiam: & eos de terra expellere quando facerent contrarium, vt patet Deut. xj. & in pluribus locis vetera. Et cū dicitur*. Domine quis &c. *per* tabernaculum & montē *intelligitur ciuitas Ierusalem, cuius vna pars erat in monte, & in illa fuit templum; Et per Ierusalem, quę erat metropolis in Iudæa, intelligitur tota terra illa: & ad hoc potest satis applicari litera huius psal. Videtur tamen mihi, quod Dauid fecit hunc psalmum pro sacerdotibus & Leuitis in templo ministrantibus domino: & ideo tenebantur ad maiorem perfectionem, quam communis populus; sicut ecclesia ministri, quam laici. Et secundum hoc diuiditur iste psalmus in tres partes, quia primo Dauid circa hoc mouet quæstionem; secundò ponit solutionem quæstionis, ibi*, Qui ingreditur; *tertiò conclusionem, ibi*, Qui facit hæc. *Circa primum dicit.*

2 Domine quis ha. &c. *id est, quis est dignus tibi seruire in loco sancto, vbi est arca testamēti? Et dicit* in tabernaculo, *quia tempore Dauid arca fuit in tabernaculo, quod ei tetendit, vt habetur j. Para. xvj.*

3 Aut quis re. *hoc est, in quiete mentis et corporis tibi seruiet.*

4 In monte. *id est, in monte Moria, quem elegit Deus, vt ibi fundaretur templum suo nomini dedicandum.*

5 Qui ingreditur. *Hic consequenter ponit Dauid responsionem, describendo perfectionem, quæ in ministris domini requirebatur, cùm dicitur*: Qui ingreditur sine macula *scilicet corporis & mentis: præcipitur enim Leu. xxj. c. quod homo. de semine Aaron habens maculam corporalem repellatur à sacerdotio; & plenius declaratum fuit ibidem, & multo magis est indignus ministrare Deo habens maculam mortalis culpæ.*

6 Et operatur. *quia non sufficit declinare à malo, nisi etiam operetur bonum.*

7 Qui loquitur verit. in. corde. *id est, prout existit in corde suo: & hęc facit quędam virtus, quæ à Philosopho. veritas nominatur per quam homo talem in verbis et factis se ostendit exterius, qualis est interius.*

8 Non egit dolum in lingua *alium verbis decipiendo.*

9 Nec fecit prox. f. malum. *in facto.*

10 Et opprobrium, *defectus eorum præteritos improperando, vel ad eorum infamiam alijs propalando.*

11 Ad nihilum. *quia secundum veritatem non est aliquo honore dignus, eò quod honor deferendus est alicui in testimonium suę virtutis, vt habetur iiij. libr. Ethicorum.*

12 Timentes autem, *id est, virtuosos.*

13 Glorificat. *eos manifestè & publicè honorando. Reuerentia* enim

---

MORALITER.

1 *Domine quis, &c.* Iste psa. videtur factus fuisse à Dauid ad ostendendum perfectionem ministrantium in tabernaculo siue templo, tempore veteris test.

ALLEG. & Moraliter significatur perfectio ministrorum ecclesiæ. Circa quod primò mouetur quæstio cum dicitur, *Domine quis, etc.* scilicet digne.

In tabernaculo, Militantis ecclesiæ.

3 *Aut quis requiescit in mon.* scilicet ecclesiæ triumphantis post laborem militantis.

4 *Qui ingreditur*. Hic responsio, cum dicitur.

4 *Qui ingreditur sine macula*. scilicet mortalis culpæ & infamiæ: nam eccle-

ecclesiæ ministri debent esse integræ famæ.

6 *Et operatur iustitiam*. scilicet abundantem, de qua dicitur Mat. v. c. *Nisi abundauerit iustitia vestra, etc.* Maior enim debet esse iustitia ministrorum ecclesiæ, quam populi communis.

7 *Qui loquitur veritatem in corde*, sacram scripturam, quæ est verissima, meditando.

9 *Nec fecit proximo suo malum*. sed magis bonum: nam per istas negationes intelliguntur oppositæ affirmationes. Psal. xxxvj. c. *Declina à malo et fac bonum.*

11 *Ad nihilū deductus est in conspectu*. Quia bonus prælatus malos à promotione repudiat, & timentes Deum promouet & honorat.

‡ *Qui*

☞ ✻ Basil. Vt Abdias centum prophetas Domini.
A ✻ Idem. Vt Abraham Abimelech & Dauid Ionathę.
✻ Idem. Sicut Cornelius & Zachæus.

a *Qui iurat proximo, &c.* Aug. Hæc tria non sunt magna; sed qui nec ista potest, multo minus potest loqui veritatem in corde, & non agere dolū, & non facere malum proximo. Tamen
B †vel iuravit, se ipsum affligere, & non mutauit. hæc parua ita concludit, *qui facit hæc, non mo. in æter.* id est, perueniet ad illa maiora, in quibus est stabili-
C tas: vnde & per futurum tempus dicit cum in superiori conclusione præteritum posuerit, *ad nihilum deductus est.*

✻ Theodo. Præmium virtutis, diuina ope continue perfrui, in multis bonis degere, & æternam vitam expectare. Hæc non minus nobis, quam antiquis congruunt, quando præter antiquā legem legem, nouam recipimus, & maiori gratia potiti sumus. D

b *Pecuniam.* vel terrena est, quæ penitus ad vsuram dari prohibetur, quam dominus Iudæ tradidit ad erogandum pauperibus, non ad vsuram; Vel, spiritualis, quæ ad vsuram dari iubetur, id est, prædicatio ad instruendos homines.

a ¶ Non nocet sed subuenit. c ¶ Firmiter promittit. b ¶ Sed promissum reddit. c ¶ Non temporalem expetit mercimoniam. ¶ Ecce nona.

a † Qui iurat proximo suo, & non decipit, qui pecuniam suā
b a ¶ Causam innocentis non deprimit pro munere alicuius. ¶ Ecce decima.
c non dedit ad vsuram, & munera † super † innocentem non
¶ Ab ipso.
d accepit. Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.

c *Et munera super innocentem.* Accipit quidē Christus mu- E
1 nera, vt à magis,
2 & quotidie pias ob- † contrā
3 lationes; sed non † innocētē
4 contra innocentes,
5 imo animam pro
6 eis dedit.

d *Qui facit hęc, non mouebitur.* Ecce absoluta responsio interroganti: facit (dicit), vt ad actum nos inuitet, non solum ad cantandum hæc. F

Qui facit hæc, mouebitur. Cas. Conclusio. Similiter qui facit hæc, requiescet in monte.

☞ a *Tituli*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *enim delata alicui in testimonium suæ virtutis, etiam in secreto, vel coram paucis, dicitur honor: Si autem hoc fiat publice, & coram multis, dicitur gloria, quasi quędam claria, g. mutata in c. à claritate dicta.*

1 Qui iurat. *quia facit iuramentum bonum & tenet ipsum. In translatione Heb. iuxta Hebraicam habetur sic,* Iurat vt se affligat *per ieiunia & vigilias, carnem castigando; & non mutat, iuramentum seruando. Tamen ibi ponitur iuramentum pro voto, quia vtrunque est obligatorium.*

2 Qui pecuniam, &c. ad vsu. *etiam Gentili, vt dicit hic glo. Hebraica. Et per hoc videtur, quod iste psa. de perfectione sacerdotum, & non communis populi intelligatur, vt dictum est: quia lex Mosi permittebat communi populo tradere ad vsuram alieno, qui non erat de gente Iudaorum, vt habetur Deut. xxiij sed hoc non permittebatur sacerdotibus, qui debebant esse maioris perfectionis.*

3 Et munera super. *ad accelerandum ei iustitia iudicium. Cum enim aliquis aliquis casus dubius accidebat in aliqua ciuitate extra Ierusalem, debebat reduci ad iudicium sacerdotum in Ierusalem, vt habetur Deut. xvij Et pro determinatione illius iudicy non erat licitum eis aliquid accipere pro mercede.*

4 Qui facit hæc. *Hic consequenter Dauid infert conclusionem, di. Qui facit hæc, quæ dicta sunt in hoc psal.*

5 Non mouebitur, *Id est, non amouebitur tanquam indignus à suo ministerio.*

6 In æternum, *Id est in vita præsenti, nec etiam à premio in vita futura. Contraria vero faciens amouebitur, secundum quod dicitur Esa xxij. e.* Vade & ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo ad Sobnam præpositum templi, & propter malitiā suam dices ei: Quid tu hic, aut quasi quis tu hic: *& subditur:* Ecce te faciet dominus asportari sicut asportatur gallus gallinaceus, &c.

Moraliter autem posset exponi psalmus iste de perfectione ministrorum ecclesię, & posset textus applicari de facili; sed pertranseo intendens sensui literali.

☞ NICO-

MORALITER.

1 *Qui iurat, &c.* nam pro veritate obseruanda iurandum est etiam viris perfectis, ne veritas pereat; ita tamen quod iuramentum sit verum, iustum, & discretum.

2 *Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram,* sed per modum à Christo traditum. Luc. vj. c. *Date mutuum, nihil inde sperantes.*

3 *Et munera super innocentes,* id est, ab innocente pro iustitiæ suæ defensione: nam ad hoc tenetur iudex ex officio suo. Ponitur conclusio cum dicitur:

4 *Qui facit hæc,* quę dicta sunt.

6 *Non mouebitur in æternum.* quia non mouebitur à statu gratiæ: & sic perueniet ad statum glorię quæ est æterna.

† MO-

ADDITIO.

In Psal. xiiij. Domine quis habitabit, *vbi dicitur in postilla:* Videtur tamen mihi quod Dauid fecit hunc psalmum. *Ea quę in hoc psalmo ponuntur ad virtutem pertinentia, non videntur pertinere ad ministros ecclesia tantum, prout postil. dicit sed potius ad communem populum, tanquam ea, quæ communiter requiruntur de necessitate salutis. Nam cum dicit,* Qui ingreditur sine macula, *intelligitur de macula mentis, tantum, quæ est per culpam mortalu peccati, eo modo quo dicitur, Deut. xviij.c.* Absque macula eris corā domino Deo tuo: *vbi loquitur toti populo, & non sacerdotibus tantum, vt ibidem patet. Similiter in prohibitione vsurarum, non legitur in ve. te. aliqua differentia inter sacerdotes & populares, sed indistincte prohibentur eis vsurę quantum ad Israelitas: vnde Exo. xij indistincte etiam permittebant eis quantum ad alienas, Deut. xxiij. Similiter cum dicit,* Et munera super innocentē non accepit, *intelligitur planè contra eum, qui accipit munera pro condemnatione innocentis, quod prohibetur communiter. Deut. xvj. Vnde ex his & aliis in hoc psalmo contentis, non sequitur quod iste psal intelligatur de perfectione sacerdotum, & non communis populi, sicut postil. ait: sed potius omnia in eo contenta videntur esse de necessitate salutis. Et ideo melius videtur dicendum cum glos. quæ in hoc loco distinguit tabernaculum à monte sancto, intelligendo* tabernaculum *pro presenti ecclesia, in qua est continua militia, iuxta illud Iob. vij. a.* Militia est vita hominis super terram, *proprium est enim belli atque militantium in tabernaculis habitare: vnde vnde & contubernales milites dicuntur, tanquam simul habentes tabernacula. Ad quem sensum facit Hebraica veritas, in qua vbi dicitur* Quis habitabit, &c. *habetur,* quis peregrinabitur in tabernaculo tuo? *quia dicitur. ij. Cor. v.* Quamdiu in hoc corpore sumus à Deo peregrinamur: *Consequenter pro* monte sancto *intelligenda est ecclesia superior: in qua est vera requies: vnde dicit,* Qui requiescet in monte sancto tuo, *quia nullus in agone contendet, vbi non est visio pacis. Prophera igitur quia in presenti ecclesia propter corporalem cohabitationem bonorum cum malis, quidam, licet indigni, iactant se esse de ecclesia cum tamen vere non sint, quęrens à Deo dicit,* Domine quis habitabit, *seu quis peregrinabitur* in tabernaculo tuo: *id est, in presenti ecclesia se sic habeat, vt in monte sancto tuo, scilicet in futura beatitudine sit dignus requiescere. Ad quod subditur responsio Dei.* Qui ingreditur sine macula, &c. *vbi ponūtur decem virtutes seu decē effectus virtutum notabiliter, vt habetur in gl. vide ibi. Et finaliter concludit:* Qui facit hoc nō commouebitur in ęternum, *quia non solum requiescet, quod quādoque quodāmodo in hac vita, saltem imperfecte, contingit, sed etiā talem stabilitatem attinget, de qua posset dici,* non mouebitur in æternum: *Quod non potest dici nisi de requiescente in superiori ecclesia, de qua legitur in psal.* Deus in medio eius non commouebitur.

Replica. Psalmum: Domine quis habitat in taber. *postil. exponit specifice de heroicis. Bur. autem generaliter de ecclesia: species autem generis non contradicit: & talis varietas inter postillato. & Burgen. sape occurrit, de qua de cetero non fit mentio, quia vtraque pars stare potest in veritate.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Tituli.* CAS. Hic titulus de Euangelio, non de veteri testa. sumitur. Quod titulus notauit, id est, victoria & regnum, conuenit Christo, quod hic agitur.

✠ THEOD. Hic domini mortem & resurrectionem prædicit, atque eorum salutem, qui in illum crediderunt. Columnæ inscriptio autem, præter mortem, victoriã demonstrat. Columna enim non sepulchris solis imponitur, verũ viuentibus etiam erigitur, literasque sculptas habet, quæ inspicientes victoriã doceant, Inscriptio igitur συλλογραφίας hoc significat.

† Michtã (Quidam putant initiũ esse carminis, Alij nomen instrumenti musici, quod inter pre. plaga integra, si postponatur dictioni, Dauid, aut insigne est, vel honor militaris, aut pauperẽ & simplicẽ significat) ¶ In sãctis qui sunt in terra, & fortibus, (admirabilibus, vel, præclaris) omnis voluntas mea est (vel, iucunditas & complacentia)

¶ Sicut in area triumphali.

† Tituli inscriptio ipsi Dauid. Psal. XV.

¶ Inter pericula. a ¶ Et debes. ¶ Ecce meritum, quo seruari debeo.

Onserua me domine, quoniam ſpẽraui in
¶ Non in me. a ¶ Speraui. ¶ Quia, vel Et. ¶ Non labijs, sed cordis affectu.
te: dixi domino, Deus meus es tũ, quoniã †
a ¶ Augustinus. Bonis meis non expectas beatus fieri.
bonorum meorum non eges. † Sanctis qui
¶ Non maledictionis, sed cui benedicitur
a b ¶ Aug. Christus dicit voluntatem moriendi & resurgendi:
c ¶ Completas, plantatas. Vel, in eis, id est in eos qui hęc viderunt & intellexerunt.
sunt in terrã eius mirificauit omnes voluntates meas in eis.
a ¶ Sed prius. ¶ Aug. non ad pernitiem, sed vt ad medicum accelerarent. b ¶ Sed non priori more.
† Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraue-
runt.

PSAL. XV.

Conserua Psal. secundus, qui breuiter de passione & resurrectione tangit; primò vnam hominis naturam Christus ostendens, petit se seruari, dicens, omnia, quæ pertulit, ad gloriam hæreditatis suæ perducta.

AVG. Christus secundum hominem hic loquitur, de quo titulus regalis in passione eminuit, *Iesus Nazarenus rex Iudæorum.*

c *Bonorum meo.* CASS. Si Christi hominis bonis non eget Deus, sed ab ipso habet omnia: destruitur arrogantia hominum & hæresis Pelagianorum, qui putant aliquid bonis suis viribus fieri.

✠ BASI. & THEO. Ex persona Saluatoris dictatus est hic psal. secundum vero humanitatem prolatus; vt Apostolus docet in epistola ad Hebræos, postulat autẽ vt homo, cõcedit vt deus. Hoc autem, *Dixi domino, Deus meus es tu*, congruit illo dicto, *Vado ad Deum meum, & Deum vestrum.*

✠ THEODOR. SYMMA c. bonum mihi non est sine te.

d *Sanctis qui.* CASS. Exposuit iam Christus qualiter orauit, narrat nunc quæ bona fecit illi Deus.

AVGVS. *Sanctis.* Qui in terra viuentium spẽ suam fixerunt, quæ est eis ancora in fluctibus seculi; miras fecit omnes volũtates meas in profectu eorum, in quo senserunt, quid eis profuit & humilitas, vt morerer, & potentia vt resurgerem.

† bonum meum nõ super te id est, bonũ nisi à te, vel, nõ coeris mihi beneface-re, vel, bonitas mea nulla est apud te)

† Multiplicentur dolores eorum, qui post alterũ (sub. Deũ) acceleraverũt. (vel, alteri deo fidunt. Chaldę. interpre. impij multiplicant imagines suas, & postea festinant offerre oblationes suas.

e *Mirificauit.* CASS. Quasi, hæc dixi domino: Dominus autem mirificauit, id est, fecit miras voluntates, hæ sunt miræ dum eis obedientes, fiunt de terrenis cælestes.

✠ BASI. & THEODO. Apostolos, & eos qui audiuerũt, quoniã omnia, inquit, præcepta mea impleuerũt: & omnibus tyrãnis superiores facti dixerũt cum Apostolo, *Cum infirmor tunc potens sum.*

f *Multiplicatæ.* CAS. Qua mirificauit vo.me. sanctis, quibus per seueritatem legis, infirmitas carnalis multiplicata est, vt gratiam noui testam. desiderarent.

Vel multiplicatę salubri affectione Deo prouidente, vt de exteriori afflictione intelligatur.

☞ a *Nec*

NICOLAVS DE LIRA.

PSAL. XV.

1 Onserua me, &c. *Huic psal. præponitur titulus talis in Hebræo.* Humilis & simplicis psal. Dauid: *quod exponũt aliqui de persona ipsius Dauid simplicis & humilis, vt patet ex discursu j. Reg. & ij. petentis à Deo conseruari in persecutionibus Saulis, & Absalon filij sui. Sed hoc non videtur verum, quia Petrus apostolus ad intelligendum scripturas diuinitus illustratus dicit hunc psalm. intelligendum esse de Christo, non de Dauid, Act. ij. d. vbi sic dicit de Christo:* Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri ab eo, quod probat *per literam huius psal. dicens,* Dauid enim dicit in eum, *id est, in Christum vel in populum Christianum,* Prouidebam dominum cotã me semper, &c. *vsque ibi:* Notas mihi feciſti vias vitæ, replebis me iucunditate cum facie tua, *allegans literã huius psal. secundũ Lxx, translationem, quæ tunc erat autentica, & subdit eam exponendo,* Viri fratres, liceat audẽter dicere ad vos de patriarcha Dauid, quoniã defũctus est, & sepultus. & sepulchrũ eius est apud nos vsque in hodiernum diem. *q.d. hæc scriptura non intelligitur de eo, sed de Christo, cuius resurrectionem præuidit in spiritu sancto. Ideo subdit ibidem:* Prequidẽs locutꝰ est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, nec caro eius vidit corruptionẽ. *Ex quo patet manifestè, quod intentio beati Petri est, hunc psalmum debere intelligi, non de persona Dauid, sed de resurrectione Christi. Et ideo quærere hic alium sensum literalem, videtur quodammodo iudaizare. Igitur secundum istam sententiam exponitur titulus prædictus.* Humilis & simplicis Dauid, *id est, iste psa. factus est à Dauid ad laudem humilis & simplicis, scilicet, Christi, qui de seipso dicit Mat xj. d.* Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. *Et secundũ hoc iste psal. diuiditur in duas partes, quia primo describitur hominis Christi actio virtuosa: secundo eius resurrectio gloriosa, ibi,* Propter hoc læta. &c. *Circa primum describitur actio Christi virtuosa, primo, erga Deum, secundo, erga proximum, ibi,* Sanctis qui sunt in terra; *tertio iterum erga Deum, ibi,* benedicam dominum. *Circa primum dicit Dauid in persona Christi hominis,* Conserua me domi. *per talem modum loquebatur Christus homo Deo patri:* Transeat à me calix iste, *Mat. xxvj. d.*

2 Quoniam spera. in te. *Licet autem in Christo non fuerit spes prout est virtus theologica, eò quòd ab instanti conceptionis suæ fruebatur fruitione beata, & sic erat ibi tentio, quę non stat cum spe, quæ est virtus theologica, habens Deum non habitum pro obiecto: tamen in Christo fuit spes gloriæ corporis ante resurrectionem, quam à Deo expectabat.*

3 Dixit domino. *Sic loquebatur Deo patri positus in passione:* Eli Eli lamma azabthani: quod interpretatur, Deus meus Deus meus vt quid dereliquisti me; *Mat. xxvij. f.*

4 Quoniam bonorum. *Deus autem pater nullo creato bono eget: & ideo non eget bonis ipsius Christi, vt hominis.*

5 Sanctis, &c. *Hic consequenter describitur actio Christi erga proximum, & primo quantum ad apostolos dicens,* Sanctis, &c. *id est, Apostolis alijsque discipulis Christi.*

6 Mirificauit omnes. *id est, mirabiles fecit in eis illustrando eos scientia ad prędicandum, & confirmando miraculis prędicationes eorum. Istæ tamen actiones Christi ei competebant ratione deitatis. Et quia per prædicationes apostolorum conuersa sunt gentes ad fidem, quæ prius erant idololatriæ deditæ, ideo subditur:*

7 Multiplicatæ, *id est, infirmitates idololatrię Gentilium, Quod patet ex translatione Hier. iuxta Hebraicum, vbi dicitur,* Multiplicabuntur idola eorum.

8 Postea. *Quia dimisisti idolis ad fidem Christi velociter cucurrerunt, Iudęis remanentibus in infidelitate pro maiori parte.*

☞ 1 Non

MORALITER.

1 *Conserua me.* Secundum sensum literalem psal. iste loquitur de resurrectione Christi, & eius exaltatione ad dexterã Dei. Licet autem moraliter posset exponi de quolibet Christiano, qui est de numero electorum, videtur tamen mihi exponẽdus magis propriè de corpore Christi mystico, accepto pro ecclesia de gẽtibus collecta: & sic primo petitur eius conseruatio, cũ dicitur, *Conserua me.* id est, in tua gratia & non in legali obseruantia.

3 *Dixi domino,* Iesu Christo.

3 *Deus meus.* Eius deitatem confitendo. Ro. x. b. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem con. &c.*

4 *Quoniam bonorum.* In oblatione sacrificiorum legalium, quæ fiebant de terrę nascentibus & animalibus, ideo dicitur in persona Dei psal. xlix. c. Nunquid manducabo carnes taurorum, & sanguinem hircorum potabo. q. d. non.

5 *Sanctis qui sunt in terra, &c.* id est, in terra viuentium.

6 *Mirificauit omnes, &c.* Voluntates enim ecclesiæ mirabiles fuerunt factæ in sanctis, qui iam regnant cum Christo, dũ adhuc viuerent in terra, & mirabiliores adhuc factæ sunt post mortẽ eorum, scilicet miraculo eorum gloriam declarante, vt sancti Dionysij & Ambrosij & plurium aliorum ad fidem de gentibus conuersorum, & quoniam ante cõuersionem ipsi vel saltem eorum aliqui erant peccatis pluribus irretiti. Ideo subditur:

7 *Multiplicatę sunt. &c.* peccata quæ sunt infirmitates animæ.

8 *Postea acceleraverunt.* Ad currendum per fidem ad Christum. Et quoniam in primitiua ecclesia aliqui de Iudæis conuersi volebant inducere conuersos de gentibus ad obseruationem legalium, quod tamen non erat agendum Gal. v. a. *Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit* & idem intelligendum est de alijs legalibus, ideo subditur:

a ¶ Quis. ¶ Aug. non erunt conuentus eorum carnales, nec de sanguinibus pecorum propitiatus congregabo eos, quasi non secundum legalem ritum faciam eis. b ¶ Instituta.

a rũt. Non † cõgregãbo conuẽticula eorũ dẽ sanguinibus, nec 1 2

a ¶ Aug. id est, antiquorum patrum; sed spirituali mutatione obliuiscentur quod fuerunt: quia non iam dicentur peccatores, inimici, vel homines, sed iusti, fratres, filij Dei. b ¶ Pater. ¶ quasi non ero memor, sed potius habebunt mecum hæreditatem ipsum dominum. c ¶ Intransitiue, id est, portio hæreditaria mei, & meorum. 3

b memor ero nõminũ eorũ per labia mea. † Dominus pars hære- 4

c a ¶ Aug. bibant alij venena, & mortiferas voluptates, ego, & mei, Deum. ¶ Intransitiue, id est, calix meus. b ¶ O pater. c ¶ Aug. non mihi, quod amisi, sed meis (in quibus ego sum, & cum quibus vnum sum) restitues notitiam claritatis meæ, quam amiserunt, quæ erat apud te prius quam mundus fieret, vel lumen claritatis, id est, gloriam immortalitatis. d ¶ Quasi, restituens. hæreditatem quæ est præclara. 5

d ditatis meæ & cãlicis mei, tu ẽs qui † restitues hæreditatem 6

a ¶ id est, limites possessionis meæ in tua claritate. b ¶ Quasi sorte ceciderunt, sicut possessio sacerdotum & Leuitarum Deus est.

e meã mihi. † Fũnes ceciderũt mihi in † præclaris: etenim hæ- 7 8

a ¶ Non omnibus, sed videntibus, in quibus ego. b ¶ Quasi viuentibus est præclara. ¶ Ego autem.

f g reditas mea præclara est mihi. Benedicam dñm qui † tribuit 9 10

a ¶ Quo omnia sancta & vera vidit Christus. b ¶ Mortem. c ¶ Per tentationes & passiones. ¶ Iniurijs. ¶ Vel erudierunt.

h i k mihi intellectum, insuper & vsque ad nõctem † increpũerunt 11 12

a Libabo libamina (i. nolo fieri particeps oblationũ, q̃ sanguine partæ sunt, vel, mistæ sanguine)

b Hæreditates (sortes, siue funiculi, quibus mensuratur terra)

c consuluit mihi per noctes erudierũt (corripuerunt, vel castigauerunt) me renes mei.

Actu. 10. c.

Ioh. 20.

In com.

a Renes

acceptis corporibus suis, incorrupti & immortales viuant, quia illam immortalitatem in Adam perdiderunt. B

CAS. Vel, *dominus* est *pars*. i. portio & præmium *hæreditatis meæ*. i. sanctorum. Et *pars calı. m.* i. merces passionis. Hæreditas enim ad gentes; calix ad passionem pertinet, qui bibitus dat resurrectionem.

CAS. Sed nemo se putet hæredem nisi præclarus.

e *Funes ce.* IDEM. quasi sorte, in qua est diuina electio, vt & sors cecidit super Matthiam, & quisque capit ad mensuram suam. E

f *In præclaris*. i. in sanctis.

✠✠ HIE. In optimis. Pro vno Israel vniuersi orbis hæreditatem sum consequutus. Funes in hæreditatem dantur: quia quod dixit, *ceciderunt mihi in præclaris*, tantundem est, ac si dicat, in patriarchis & prophetis, atque Apostolis.

g *Benedicam do.* CAS. Gratias agit patri de intellectu, & passione, in qua eo fauente vincit, & de resurrectione, & confessione; & hæc sunt, per quæ hæreditas restituitur vt sit rex Iudæorum, vt titulus dicit.

h *Intellectũ, &c.* Av. Quo hęc hęreditas videri & possideri potest. Ioh. 16. d.

i *Insuper, &c.* id est, super intellectum.

k *Vsque ad noctem, &c.* Id est, mortem. erudiuit me, inferior pars mea carnis assumptio. vt expelleret tenebras mortalitatis quas ille intellectus non habet, quia pro eis nec turbari nec deficere potuit.

✠✠ HIERON. Hoc est quod in Euangelio dicitur *Nemo venit ad me nisi Pater meus traxerit eum ad se*. secundum historiam, Christi hæreditas Iudæi fuerunt, ad quos Christus venit: sed tunc dissipata est, quando eum crucifixerunt; sed restituetur in futuro, quando plenitudo gentium subintrauerit. Aliter. Restituet Deus Pater hæreditatem Christi, quando electos suos, corpus sanctæ ecclesiæ ad illam integritatem attraxerit, vt post resurrectionem

NICOLAVS DE LIRA

1 Non congrega. Conuenticula, &c. *id est, delubra, vbi conuenie-bant ad colendum idola.*

2 De sanguinibus. *quia fiebat sacrificium idolis de sanguinibus animalium, & aliquando de sanguinibus hominum: & talia conuenticula Christus per apostolos non congregauit, sed magis dissipauit.*

3 Nec ruemor, &c. *Et vocat hic Christus* labia sua *labia Gentilium conuersorum, qui sunt membra Christi. Sacra enim scriptura frequenter sub vno contex. litera loquendo de Christo capite, transit ad eius membra, & econtrario, secundum quod dicit Isido. lib. de summo bono, prout plenius declaraui in principio Gene. Gentiles autem conuersi ad fidem catholicam iuramenta per idola, & alia verba, quæ faciebant ad eorum reuerentiam, totaliter dimiserunt, tanquam oblita. Cuius ratio subditur:*

4 Dominus pars, &c. *id est, pars mea hæreditaria, dominum enim Iesum Christum elegerunt conuersi ad fidem pro parte sua hæreditaria.*

5 Et calicis mei, *id est, passionis mea, qua per calicem designatur in scriptura. Vnde saluator de sua passione dicit, Matth. xxvj. d.* Si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, &c. *Multi autem Gentiles ante conuersionem Christum persequentes, amore Christi postea ad passionem se prompte & latantes obtulerunt: & hoc propter spem hæreditatis æterna consequendæ, ideo subditur,*

6 Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi, &c.

7 Funes ceciderunt mihi in præclaris. *id est, in apostolis, qui præcæteris fuerunt illuminati à spiritu sancto, & ipsi per sortes missi fuerũt ad prædicandum, quæ sortes apostolorum per funes intelliguntur. Vnde in libr. Iosue. sortes decem tribuum frequenter ibi nominantur funes & funiculi. Et loquitur hic scriptura in persona Christi transeundo de membris ad caput.*

8 Etenim hæreditas mea præclara. *id est, ecclesia fidelium, quæ vocatur hæreditas Christi, sicut scribitur in persona domini Ierem. ij. b.* Qui fecit omnia, ipse est, & Israel sceptrum hæreditatis eius, dominus exercituum nomen eius.

9 Benedicam. *Hic reuertitur scriptura ad actionem Christi, hominis erga Deum, cum dicitur in persona eius,* Benedicam dominum gratias agendo *Deo patri, sicut habetur Iohan. xj. e.* Pater gratias ago tibi, quoniam exaudisti me, &c.

10 Qui tribuit mi. int. *Quia anima Christi ab instanti creationis suæ fuit repleta scientiis.*

11 Insuper & vsque ad noctem. *i. vsque ad mortem, qua in scriptura nox vocatur.*

12 Increpuerunt mea, &c. *Id est, Iudæi de consanguinitate mea nati. Christus enim secundum carnem natus fuit de Iudæis. Parentela autem eius designatur per* renes, *eo quod ibi viget virtus generatiua in sexu virili. Iudæi autem increpuerunt Christum in vita, dicentes ei:* Dæmonium habes. *Iohan. viij. f. Et dicentes de Christo* Ecce homo vorax & potator vini, & peccatorum & publicanorum ami-

MORALITER

† 1 *Non congregabo conuenicula eorum.* In quibus talia docentur.

2 *De sanguinibus*, nam in circuncisione & sacrificiis erat effusio sanguinis.

3 *Nec memor ero nominum eorum per labia mea* Iere. iij. c. *In diebus illis ait dominus, non dicunt vltra arca testamenti domini, neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius.* Et multo fortius de aliis legalibus: Et subditur ratio,

4 *Dominus pars hæreditatis meæ, &c.* dicit enim ecclesia: Dominus Iesus Christus est mihi pars hæreditaria.

5 *Et calicis mei*, de quo dicitur Psalm. xvij. b. *Calix meus inebrians quam præclarus est.*

6 *Tu es qui restitues hæreditatem, &c.* per Adam amissam.

7 *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* Id est, inter sanctos de quibus funibus dicitur Iohan. xiiij. a. *In domo patris mei mansiones multæ sunt.* Funes enim aliquando significant hæreditatis portiones, Iosue. xvij. d. *Mihi autem dedisti funiculum vnum.* Et quoniam sequi debet gratiarum actio, subditur,

9 *Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum*, legis & euangelij.

11 *Insuper & vsque ad noctem.* Id est mundi finem.

12 *Increpuerũt me renes mei.* Hæc increpatio est eruditionis, ideo alia litera habet, *Erudierunt me.* Doctores enim ecclesiæ, qui per renes significantur, eo quod in ipsis est virtus ad generandum filios in ecclesia Dei, non cessabunt erudire populum Christia-

† num

† 12. q. 1. c. clericus, 23 q. 8. c. si morte de præben. c. cũ secundum. In com.

† sustentas (vel, conseruas)

† iucundis (amœnis) etiam mea.

† emendauerunt.

F

☞ a *Renes.* CAS. Ex quibus ſecundum carnem exiui. ſ. parentela: Increpuerunt iniurijs, tentatione, & paſſione.

A Ioel. 2. b *Prouide. do.* CAS. Hinc trahe exemplum, quo peccata vitentur: Qui enim Deum ſemper acie mentis intuetur, nõ peccatis inclinatur.

c *Inſuper.* AVGVSTIN. Sicut ſuprà. *inſuper & vſque ad no. in. me. re. mei.* vt pro modo moleſtiarum, ſint modo gaudia humanitatis cœleſtia.

B † habitabit confidẽter. † vel, ſines (aut permittes)

✻ THEODORVS. D. Petrus horum verborum interpretationem ampla reuelatione dicit, quæ manifeſtam habent condemnationem delira-

C † Notã facies mihi ſemitã vitæ: ſaturitas diuitiarum eſt cũ vultu tuo (i. plenitudo & ſatietas omnis gaudii eſt apud te) iucunditates ſunt in dextera tua in ſeculum.

a ¶ Iudæi, qui de Iuda vnde ego. b ¶ Sed in his. ¶ Aug. non abſtuli oculum ab eo, qui ſemper eſt; hoc prouidens, vt in eum poſt temporalia peracta recurrerem.

a me rẽnes mei. Prouidebã dominũ in conſpectu meo ſem-

a ¶ Aug. id eſt, fauet mihi, vt in eo ſtabilis permaneam. ¶ Ideo nil ſiniſtri mihi præualet.
b ¶ Aug Ideo etiam in cogitationibus & in verbis eſt exultatio.

b per, quoniã à dẽxtris eſt mihi, ne cõmouear. Propter hoc læ-

¶ Aug. Plena eſt lætitia, & quæ corde hilari concipitur, & alacri ſermone profertur.

c tatum eſt cor meũ, & exultabit † lingua mea, inſuper & caro

a ¶ Aug. non deficiet in interitu, ſed requieſcet, id eſt dormiet, in ſpe reſurrectionis.
b ¶ Communi more aliorum. c ¶ Quam habeo vt verus homo.

d mea † rẽquieſcet in ſpe. Quoniam non derelinqũes animã

a ¶ Corpus à me ſanctificatum b ¶ Putrefactionem. Alibi dicit ſe pati corruptionem, id eſt, vulnerationem. Ibi ſcilicet, Quæ vtilitas in ſangui. m. dum deſ. in cor.

meã in inferno, nec † dabis † ſanctũ tuũ videre corrũptio-

a ¶ Imo meis, in quibus mihi. b ¶ Per me. c ¶ Humilitatis, vt ad vitam redeant, vnde per ſuperbiam deciderant. d ¶ Aug. vt vltra nihil deſiderent, cum facie ad faciem te viderint.

nẽ. † Notas mihi fẽciſti vias vitæ, ádimplebis me lætitia cum

a ¶ Et interim ſunt eis in itinere huius vitę. b ¶ Id eſt, fauore & propitiatione tua. ¶ Perfectè & æternaliter.

e vultu tuo, † delectationes in dẽxtera tua vſque ad finem.

a Iudæi, qui de Iuda vnde ego. b Sed in his. Aug. non abſtuli oculum ab eo, qui ſemper eſt; hoc prouidens, vt in eum poſt temporalia peracta recurrerem.

a me rẽnes mei. Prouidebã dominũ in conſpectu meo ſem-

a Aug. id eſt, fauet mihi, vt in eo ſtabilis permaneam. Ideo nil ſiniſtri mihi præualet.
b Aug Ideo etiam in cogitationibus & in verbis eſt exultatio.

b per, quoniã à dẽxtris eſt mihi, ne cõmouear. Propter hoc læ-

Aug. Plena eſt lætitia, & quæ corde hilari concipitur, & alacri ſermone profertur.

c tatum eſt cor meũ, & exultabit † lingua mea, inſuper & caro

a Aug. non deficiet in interitu, ſed requieſcet, id eſt dormiet, in ſpe reſurrectionis.
b Communi more aliorum. c Quam habeo vt verus homo.

d mea † rẽquieſcet in ſpe. Quoniam non derelinqũes animã

a Corpus à me ſanctificatum b Putrefactionem. Alibi dicit ſe pati corruptionem, id eſt, vulnerationem. Ibi ſcilicet, Quæ vtilitas in ſangui. m. dum deſ. in cor.

meã in inferno, nec † dabis † ſanctũ tuũ videre corrũptio-

a Imo meis, in quibus mihi. b Per me. c Humilitatis, vt ad vitam redeant, vnde per ſuperbiam deciderant. d Aug. vt vltra nihil deſiderent, cum facie ad faciem te viderint.

nẽ. † Notas mihi fẽciſti vias vitæ, ádimplebis me lætitia cum

a Et interim ſunt eis in itinere huius vitę. b Id eſt, fauore & propitiatione tua. Perfectè & æternaliter.

e vultu tuo, † delectationes in dẽxtera tua vſque ad finem.

rationis Iudæorum, & Arrij, Eunomij, & Apollinaris demen- D
tiam redarguunt. Hic * quidem, Deum Verbum inanimatum * Sc. Apol-
corpus, quod aſſumpſit, vocauit, anima vero rationali eum pri- linaris.
uauit.

d *Quoniam non derelinques, &c.* AVGVSTINVS. In qua ſpe requieſcet? In
1 hac: quia nec anima E
2 in inferno dabitur:
3 nec corpus ſanctum † gloria (i. anima)
4 per quæ & alij ſanctificandi ſunt, patieris corrumpi.
† e *Delectationes in dexteratua.* AVGV-
5 ſtinvs. Delecta- † miſeri-
6 tio eſt in fauore tuo, cordẽ tuũ.
7 F
8 in itinere huius vitæ perducens ad finem gloriæ conſpectus tui.
9
10
11 † delecta-
tio.

☞ a *Oratio*

NICOLAVS DE LIRA.

rum amicus *Matth. xj c. Et in paſſione dicebant*, Vah qui deſtruis templum Dei &c. *Matt. xxvij. c.*

1 Prouide, do. &c. *Quia anima Chriſti ab inſtanti creationis habuit continuè claritatem diuinæ viſionis.*

2 Quoniam à dextris, &c. *Humanitas autem Chriſti eſt organum diuinitati coniunctum, & ideo non poteſt moueri ad aliquid, niſi ſecundum voluntatem diuinitatis: propter quod Chriſto non potuit eſſe aliquis motus inordinatus inſurgens ex prædictis iniurijs, vel ex quibuſcunque cauſis alijs.*

3 Propter hoc, &c. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius gloriоſa reſurrectio cum dicitur*, Pro. hoc. *id eſt, propter reſurrectionem meam, quæ infra ponitur quæ erat cauſa lætitiæ ordinatæ ipſi Chriſto. Certitudo enim boni expectati eſt cauſa delectamenti, quia propter certitudinem obtinendi bonum futurum iam apprehenditur quaſi præſens: & ſic eſt cauſa delectationis, quæ eſt de bono apprehenſo in præſenti.*

4 Inſuper & caro mea re. in ſpe, &c. *Scilicet reſurrectionis futuræ*

5 Quoniam non derel. animam meã in infer. *Id eſt, in limbo ſanctorum patrum, vbi anima Chriſti fuit per xxxix. horas tantum, ſcilicet ab hora nona feriæ ſextæ, in qua fuit ſeparata à corpore; vſque ad*

que ad diluculum diei dominicæ, quando fuit corpori reunita. Ideo ſubditur,

6 Nec da. ſanctum tuum. *i. corpus meum totaliter impollutum.*

7 Videre corruptionem, *Id eſt, incinerationem, vel, putrefactionem. Fuit tamen ibi corruptio, accipiendo pro morte, quia corpus Chriſti fuit verè mortuum per ſeparationem animæ.*

8 Notas feciſti mihi vias vitæ, *Accelerando tempus reſurrectionis meæ.*

9 Adimplebis me, &c. *Quia tunc anima Chriſti, quam habuit à principio, & quæ conſiſtit in videndo Deum facie ad faciem, fuit derivata ad corpus in ſua reſurrectione, quia ex tunc habuit corpus glorioſum.*

10 Delectationes, &c. *Quia Chriſtus aſſumptus eſt ad dexteram patris, ſecundum quod dicitur Mar. vlti. d.* Et dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei.

11 Vſque in fi. *Id eſt, vſque in æternum, quia dignitas ſeſſionis huius inhæret Chriſto homini ſempiternæ durationis.*

Moraliter autem poſſet exponi ſpalmus iſte de quolibet fideli, qui eſt membrum Chriſti, expectans reſurrectionem futuram, & poſitionem ſui ad dexteram cum alijs electis, ſecundum quod habetur Matth. xxv.

☞ 1 Exaudi

MORALITER.

† num vſque ad finem mundi. Sed quoniam Chriſtus eſt principalis doctor eccleſiæ, ideo ſubditur,

1 *Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper*, Tanquam principalem directorem & cuſtodem, *quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.*

3 *Propter hoc lætatum eſt cor meum, &c.* Corde & ore regratians domino.

4 *Inſuper caro mea aquieſcet*, in ſepulchro.

5 *In*

† *In ſpe.* reſurrectionis glorioſæ.

5 *Quoniam non der. animam me. in infer.* Quia ſi fuerit purgata totaliter in præſenti, accipies eam de corpore exeuntem: ſin autem accipies eam de purgatorio purgatam.

8 *Notas mihi feciſti vias vitæ.* Scilicet glorioſæ in præſenti per fidem, & in futuro notas facies per apertam viſionem. Ideo ſubditur:

9 *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.* Nam apertæ viſioni coniuncta eſt fruitio beata: & quoniam eſt æterna, ſequitur,

10 *Delectationes in dextera tua vſque in finem*, Id eſt, æternaliter.

† 1 *Exaudi*

ADDITIO.

In pſalm. xv. Conſerua me domine, *vbi dicitur in poſtill.* Huic pſalmo præponitur talis titulus. *Dictio Hebraica* מכתם michtã *qua in titulo huius pſalmi ponitur, ſecundam ſuam propriam ſignificationem non ſignificat idem, quod* humilis & ſimplicis; *prout in poſtilla, niſi forte ſecundum etymologiam: ſed propria ſignificatio illius dictionis derivatur ab vna dictione, quæ proprie ſignificat aurum optimum, vnde Can. v. cap. vbi dicitur*, Caput eius aurum optimum, *ponitur in Hebraico hac dictio* כתם chetem, *à qua dictione derivatur in Hebraico hac dictio* michtam, *quæ ponitur in hoc titulo: & ſignificat aliquod compoſitum ſeu ornatum auro optimo. Vnde ſenſus iſtius tituli ſecundum Hebraicam veritatem talis eſt*, Aurum optimum ipſi Dauid. *Dauid enim in hoc titulo eſt datiui caſus: vnde quia in hoc pſalmo agitur de paſſione Chriſti, & eius reſurrectione, quarum prima inter actiones virtuoſas Chriſti eſt optima: ſimiliter & ſecunda, quantum ad ea quæ ad ipſius præmium pertinent; idcirco in vtraque ſimul bene dicitur*, Aurum optimum ipſi Dauid. *id eſt, Chriſto.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Oratio Dauid.* CASSIOD. Oratio personæ domini conuenit, adiuncta ecclesia quæ eius corpus est.

PSALMVS XVI.

b *Exaudi domi.* CAS. Iste psalmus veram naturam humanitatis facit attendere. Oratio Christi institutio est fidelium: Sicut flẽdo Lazarum charitatem proximi habere nos docuit; persecutores fugit, vt inconsideratæ temeritatis nobis auferret audaciam.

✻ THEODOR. Persecutionem patiens à Saule Dei auxilium implorat.

CASSIO. Primò petit secundum iustitiam sibi retribui.

c *Non in lab. dolo.* CAS. Vt qui iniquè damnatur; vel, vt qui dicit, domine domine, & non facit opera.

✻ THEODOR. Iustitiam iustam postulationem vocat, Symmachus; & Theodotion, Dominum iustitiæ Deum nominarunt, Aquila, Exaudi domine iustum, id est, iuste & non benigne. Simmachus non per labia dolosa. i. aliud loquens & aliud cogitans.

AVG. Vel, non in labiis dolosis de vultu tuo iudicium meum prodeat, vt iudicans non proferam aliud, quàm intelligo.

d *De vultu tuo.* CAS. i. secundum ea, quæ in me cognoscis, qui nullum habeo peccatum.

e *Iudicium.* Quo fui iudicatus videatur prodisse, *De vultu tuo*, non de dispositione Iudæorum, quod factum patet in resurrectione. Vel, *iudicium*, quo discernit omnia.

✻ THEODOR. Noctis meminit, in qua captiuũ Saulem interficere noluit, sed beneficio iniuriam remuneravit: & ignem siue incendium, experientiam nominat, tantumque abest vt nocuerit, cũ à conuitijs abstinuerit: sic enim legit, *non est inuenta in me iniquitas, vt non loquatur os meũ opera hominum.* i. quę Saul perpetrat, nec dicere audeo. & per gressus, impetũ illũ faciendi intellexit.

f *Proba.* CASSIO. A similitudine fornacis, quæ metallũ purgat; sed *non est inuenta iniquitas.*

CASS. Quã vltio coqueret: quę tu scis, & hoc *vt non loq. os meũ.* i. & si taceã, tu scis me purũ g *Vias duras* CAS. Scilicet opera hominũ: quas scilicet merẽtur opera hominũ. Vel quas debẽt *imitari* homines, quibus iter vitiorũ leue est, virtutũ difficile. Vel, non est inuenta, ita vt non loquatur, id est, vt non iactanter hæc dicam, vel vt non peccem in lingua quod est opus hominum.

AVGVST. Vel, vias duras latronis, id est, quæ latro merito, ego patior immerito. Vias duras mortalitatis & passionis. AVG. Vel ad perficiendos gressus meos in semitis tuis, vt perficeretur charitas ecclesiæ in augustis viis, in arctioribus præceptis vt non moueantur signa itineris mei, quæ sacramentis & scripturis impressa sunt; vt intueantur & obseruent qui me sequi volunt, vel vt iam stabiliter permaneam in æternitate, postquam pergi vias duras & perfeci gressus.

☞ a *Perfice.*

Oratio Dauid. Psalm. XVI.

a ¶ Cas. quia iustitia habet vocem apud Deum. b ¶ Pro iustitia.

Exaudi domine iustitiam meam, intende
a ¶ De malis cauendis. b ¶ Non modo intendas, sed &.
† deprecationem meam. Auribus percipe 2
¶ Non transitorie. a ¶ De bonis sibi & suis. b ¶ Prolatam.
orationem meam, † non in labijs dolosis. 3
a ¶ Aug. illuminatione tuæ notitiæ veritatem iudicem. ¶ Aug. qui omnia vides, nec eges testimonio alterius. ¶ Ecce quid petit. b ¶ Cordis. ¶ Vel mei.
† De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui vi- 4
a ¶ Cas. vt mihi remedium, iudaris pœnam des. b ¶ Quia. ¶ Aug. Ipsum cor visitatione tribulationis probatum est, quæ non solum nox; quia perturbat, sed & ignis, quia vrit, in qua inuentus sum iustus. 5 6
deant † æquitatem. Probasti cor meum, & visitasti nocte, 7
igne me examinasti: & non est inuenta in me iniquitas. 8 9
a ¶ Aug. vt aliud non procedat de ore meo, quam quod ad gloriam tuam pertinet, non ad opera hominum. b ¶ Sed.
† Vt non loquatur os meum † opera hominum, prõ- 10
¶ Et si innocens tamen. a ¶ Pacis tuæ, vel prophetarum. ¶ Cõplenda non pro culpa. b ¶ Hominibus. 11
pter vẽrba labiorum tuorum ego custodiui vias † dũras. 12

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XVI.

Exaudi do. *Huic psalmo præponitur talis titulus in Hebræo & in translatione Hie.* Oratio Dauid. *Ex quo patet autor huius psalmi, accipiendo large psalmum pro oratione: quia accipiendo psalmum proprie, vt dicitur à psallendo publice, vel cum instrumento musico, sic non est psalmus, sed est oratio Dauid in secreto facta apud Deum pro liberatione sua à persecutione Saulis: propter quod & multas alias fecit orationes, Et diuiditur in duas partes. Et primo vt sua oratio exaudiatur, allegat Dauid suam innocentiam: Secundo Saulis & suorum satellitum malitiam. Ista enim duo faciunt orationem alicuius exaudibilem: secunda ibi,* A resistentibus. *Circa primum dicit sic,*

1 Exau. dom. in. &c. *Id est, meipsum propter iustitiam meam, quam tenui erga Saul & domum suam: pro quibus Dauid multipliciter & fideliter laborauit, vt patet ex decursu.) Reg. & ij.*

2 Auribus perci. &c. *Loquitur de Deo per modum humanum quia in Deo non sunt lineamenta corporis.*

3 Non in labiis dol. *i. orationem percipe factam à me veraciter ex corde, & non labiis tantum, sicut oratio eorum, de quibus dicitur Esaiæ. xxix.* Hic populus labiis me honorat; cor autem eorum longe est à me.

4 De vultu tuo iud. &c. *q.d. paratus sum sustinere quicquid decreueris: vnde dicebat Sauli. j. Regum xxvij. &c.* Si dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium.

5 Oculi tui, &c. *Inter me & Saulem.*

6 Probasti cor meum, &c. *quia homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor, vt habetur. j. Reg. xvj.*

7 Et visitasti nocte, *Cognoscendo & examinando cogitationes meas nocturnas, quæ magis latent: diurna enim aliquando per aliqua iudicia hominibus patent.*

8 Igne me examinasti. *Scilicet igne tribulationis me purificantis ab aliquibus meis insolentiis: sine quibus non transitur vita humana, secundum quod dicitur, Eccle. ij. a.* In igne probatur aurum. & in camino argẽtum: & homines receptibiles in camino tribulationis.

9 Et non est inuenta in me iniquitas *non intendit Dauid per hoc se dicere immunem ab omni peccato: sed quia non fecerat aliquid iniquum erga Saul, vnde deberet eum persequi, sed magis pepercit ei à morte, cum posset eum occidere: vt patet. j. Regum. xxiiij. & xxvj.*

10 Vt non loqua. os meum. *quia non solum contra Saul eum persequentem non extendit manum suam precutiendo eum, cum posset, vt dictum est: sed nec etiam relaxauit os suum irreuerenter de ipso loquendo, sed magis reuerenter vt dixit. Reg. xxvj. c.* Nunc ergo audi oro domine mi rex verba serui tui, &c.

11 Propter verba labi. &c. *qua dixisti Le. xix.* Non quæras vltionem nec nemor eris iniuriæ ciuium tuorum.

12 Ego custo. *quia propter verba tua predicta ego peperci Sauli, non quærens vltionem, & sic oportuit me esse profugum in montibus & rupibus, in quibus sunt vitæ duræ: quod si interfecissem, non oportuisset me per tales vitas ambulare.*

☞ 1 Persi-

MORALITER.

† 1 *Exaudi domine iustitiam meam, &c.* Psalmus iste est oratio Dauid pro sua liberatione à Saulis persecutione, pro qua fecit plures psalmos. Nam ista persecutio fuit longa. Moraliter autem, est oratio viri iusti in persecutione dæmonis, vel hominis mali, positi: petentis inde diuinitus liberari: Circa quod sciendum, quod talis oratio est exaudibilis propter tria, scilicet propter patientis innocentiam, & propter Dei iustitiam, & propter persequentis malitiam. Quantum ad primum dicitur, *Exaudi domine iustitiam meam.* quasi diceret: innocens sum in hoc casu. Ideo subditur

2 *Auribus percipe orationem meã nõ labiis dolosis* Scilicet factam: sed veracibus, contra illos de quibus dicitur Eccle. ij. cap. *Va duplici corde, & labiis sceleratis.* Quantum ad secundum dicitur,

4 *De vultu tuo iudicium meum prodeat, &c.* Quasi diceret: Ab eo non potest procedere, nisi iustum.

6 *Probasti cor meum.* Quia patet intuitu tuo & non intuitu hominum. j. Regnum. xvj. b. *Homo videt quæ patent, Deus autem intuetur cor.*

7 *Et visitasti nocte.* Id est, persecutionis tempore, sicut medicus visitat ægrum, propinando ei medicinam amaram, ad consequendum sanitatem.

8 *Igne me examinasti,* In fornace tribulationis,

9 *Et non est, &c. ini.* quæ nunc imponitur mihi.

10 *Vt non loqua. os me.* propriis me manibus vindicando: sic enim solent loqui homines ita.

11 *Propter verba la.* quibus dixisti Matt. v. f. *Qui te percusserit in vnam maxillam præbe ei & alteram.*

12 *Ego cu. &c.* patienter sustinendo sine percussione.

a *Perfice.* CAS. vsque in finē: antè non est nisi inchoatio. Gressus.i. humanas actiones, vt qui volunt imitari non moueantur à te, vel, vestigia ab eis.

b *Ego clamaui.* CASS. Secundò precatur, vt à Iudæorum insidijs eus puritas liberetur. Ego etiam clamaui. quasi di. hoc non nisi iusto cōuenit, qui cōfidenter orat, quia scit audiri.

a ¶ Ideo. ¶ Cass. humanas actiones meas. b ¶ Arctioribus præceptis. c ¶ Qui volunt me imitari. d ¶ Quibus est impressa forma iustitiæ.

a †Perfice grẽssus meos in sẽmitis tuis, vt nō moueãntur vestigia mea. Ego clamãui*, quoniam exaudisti me Deus, inclinã b gia mea. Ego clamãui*, quoniam exaudisti me Deus, inclinã b aũrem tuam mihi, & exaudi verba mea. † Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. A resistentibus dẽxtræ tuæ custodi me, vt pupillam oculi. Sub vmbra ālarum tuarum † prōtege me, à facie impiorũm qui me afflixerunt. Inimici mei † animã meã circũndederunt, † ādipē suum cōclauserunt, os eorum locutum est superbiam. † Proijciētes me nunc circũndederunt me, oculōs suos † ſtatuerũt declinare in terrām. † Susceperunt me sicut leō paratus ad prædã, & sicut catulus leonis habitans in abditis. Exũrge dōmine præueni

a ¶ Augustinus. Libera & valida intentione preces direxi, quia vt hoc possem, exaudisti me infirmius orantem. b ¶ Ideo.
a ¶ Aug. non deserat exauditio tua humilem. ¶ Clementiæ & misericordiæ. b ¶ Humili. ¶ Aug. non vilescant misericordiæ, ne minus amentur.
a ¶ Aug. fauori quo mihi faues, vel mihi filio tuo. b ¶ In munimento charitatis & misericordiæ tuæ. c ¶ Cassio. Misericordia & charitas sunt alæ patris, quibus protegit.
a ¶ Vt gallina pullos. b ¶ Instantia. c ¶ Dæmonum & Iudæorum.
a ¶ Iudæi. b ¶ Cass. id est, vitam volentes tollere. c ¶ Consilijs.
d ¶ Aug. lætitia sua pingui cooperti sunt. postquam cupiditas eorum de scelere satiata est, & ideo os eorum locutum est superbiam, dicens; Auerex Iudæorum Matth. 27. d.
a ¶ Augustinus extra ciuitatem, quasi locus de me macularetur.
a ¶ Non obsequio sed furore quasi ad spectaculum. ¶ Praui coloni, qui prius seruos in vineam missos occiderant, nunc me filium & hæredem. b ¶ quia. ¶ Cordis. c ¶ August. cor in terrena declinauerunt, putantes malum pati eum, qui occidebatur, & se nullum, qui occidebant.
a ¶ Ne perderet locum gentem. b ¶ Diabolus, & princeps.
a ¶ Populus. b ¶ Cogitans de insidijs. c ¶ Sed tu. ¶ Ad vindictam. d ¶ Aug. Qui videris non curare hæc.

B *Pupillã*, Perexigua est, & tamen per eam acies luminis dirigitur, quo lux & tenebræ dijudicantur: sicut per humanitatem Christi diuinitas discernens est inter bonos & malos.

✻ BASIL. THEODOR. à Deo namque vncti⁹ est, & quia qui bellum gerũt, inquit, tuæ resistunt voluntati, consequar custodiam, qualem pupilla oculi: quæ veluti mũnimenta habet palpebras, pro vallo pilos, habet etiam supercilijorũ oppositus, trãsmittẽtes sudoris pluuiam ad genas & defendentes videndi vim à nocumento.

C

e *Adipem.* CASS. A similitudine animalium, quæ ex adipe inflantur. i. superbiam retinuerunt, non macri. i. non humiles, vel adipem, id est, carnalem sensum retinuerunt, vel, sceleribus saginati veram intelligentiam perdiderunt: vnde restat superba lo. qui.

✻ BASIL. THEODOR. Alas nominat velocem, & vehementem prouidentiæ securitatem, sic Moses sub alis eius susscipit ipsos. Adipem autem fœlicitatem & bonam habitudinem quidam nominarunt, videtur autem beneuolentiam & charitatem nuncupare.

D

Deut. 32.

f *Os eorum, loquutum est superbiam.* Nō cor, quia sæpe iniqui quod ore defendunt, corde damnant.

g *Susceperunt me. &c.* CAS. Vnde eis hæc opportunitas? respō. susceperunt à Deo cuius dispositio est, vel, à traditore, vel, à iudice acceperunt auidè.

E

Diuide, segregat sub. a resistentibus vel oſtẽde mirabiles

F

† adipe suo clauserunt sub. corpus vel os suũ, ob nimiam pinguedinem aut, cũ pinguibus suis conclauserunt, i. decreuerũt me perdere

h *Sicut Leo paratus, &c.* AVGVSTIN. CASSIOD. Principes comparandi leoni diabolo, quo autore faciũt: Populus *catulus leonis*, id est, filius diaboli, *habitans*, permanens in insidiis: quia mos est malis vota tegere, vt latenter possint perficere.

† In via nostra, vel gressibus nostris, i. obsidẽt itinera nostra.

i *Exurge domine.* CASS. De retributionibus oratio.

k *Præueni, &c.* CAS. A similitudine currentis: nemo non prius in se quam in alium peccat.

☞ a *Supplan-*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Perfice gressus meos, &c. *Vt non declinem à via veritatis,*
2 Vt non moueantur vestigia mea, &c. *à rectitudine iustitiæ.*
3 Ego clamaui quoniam exaudisti me Deus &c. *Ex hoc, quod iam alias saluasti me, habeo spem iterum exandiri: propter quod iterum clamaui deprecando, dicens,*
4 Inclina aur. *loquitur de Deo more hominis qui inclinat aurem suam alicui quando vult eum exaudire.*
5 Mirifica misericor. tu. &c. *Id est, fac eas mirabiles, me pauperem liberando à rege tam potente & iniquo.*
6 Aresisten. *Hic consequenter Dauid pro exauditione sua rationis allegat nequitiam Saulis d.* A resi. de tu. *Manus, quæ est organum organorum, designat opus diuinum: ita quod opus misericordiæ dicitur manus dextra, opus suæ iustitiæ sinistra secundum quod dicitur Matt. xxv. c.* Statuet oues à dextris, hædos autem à sinistris: *dominus autem posuit dexteram suam super Dauid ex sua misericordia vngendo eum in regem per Samuelem: cui dextræ, Saul & sui conplices resistebant.*
7 Custodi me. *Id est, ita diligenter quod non possint nocere mihi.*
8 Sub vmbra. *id est, ad modum gallinæ solicite protegentis pullos suos sub aliis, ne minus possit eos rapere.*
9 A facie impiorum. *id est, Saulis & satellitum suorum.*
10 Qui me affli. &c. *persequendo ad mortem de loco ad locum.*
11 Inimici mei, &c. *Quando Saul, & viri eius cingebant Dauid & viros eius in modum corone, ita quod Dauid desperabat se posse euadere. i. Regum. xxiij.*
12 Adipem. &c. *persequendo me, obstinate absque vlla misericordia: per talem modum loquitur Iohannis prima canonica. iij. c.* Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, &c.
13 Os eorum loc. est. su. &c. *dicentes se me occidere contra diuinam ordinationem, quæ disposuit me regnare post Saulem.*
14 Proijcientes. *id est, suis percutionibus me eijcientes à communi hominum societate.*
15 Circundederunt me, &c. *Mihi tendentes insidias circumquaque.*
16 Oculos suos statuerunt declina. in ter. *intuitu enim regni terreni persequebantur Dauid ad mortem, ne regnum Saulis transiret ad eum, & ad domum suam.*
17 Susceperunt me sicut. *Id est, apertè me persequentes cum maxima crudelitate.*
18 Et sicut ca. leo. &c. *quia cum hoc etiam quærebant capere Dauid occultis insidiis Ex ideo exclamauit Dauid dicens,*
19 Exurge domine præue. *& loquitur de præterito per modũ futuri, quia erat iam liberatus de inimicis suis, vt dictum est, sed facit hoc ad exprimendum statum, in quo fuerat positus in persecutione: dicit igitur,* Exurge do. præueni eum. *dando ei impedimentum, ne perueniat ad intentum, sicut dictum est. j. Regũ. xxiij. quando cingebat Dauid in modum coronæ, ne posset euadere: & ex ordinatione diuina venit su-*

MORALITER

† 1 *Perfice regressus, &c.* i. in consiliis euangelicis, qui se habent ad præcepta, sicut semita ad viam cōmunem, quia breuior est illa.
2 *Vt non mo. vestigia mea.* de perfectione euangelica.
3 *Ego. cla. &c.* Tanquã gratus de liberatione mea præterita. i. deo:
4 *Inclina. au. &c.* ad me liberandũ de ista. quia gratitudo. de beneficio accepto dispositio est ad impetrandum aliud de futuro.
5 *Mirifica. mi. &c.* Id est, fac eas mirabiles in me: quia non possum liberari sine te. Circa tertium. s. nequitiam persequentium dicitur,
6 *Aresisten. &c.* Cuiusmodi sunt dæmones, & iniqui homines.
7 *Custo. me. &c.* ne possint mihi finaliter prævalere.
8 *Sub vmbra, &c.* Scilicet tuæ misericordiæ & iustitiæ
† *Protege mẽ, &c.* ab eorum impugnatione.
11 *Inimici mei, ani. m. &c.* Diuersis tẽtationib. & machinationib.
12 *Adipem &c.* Abiicientes à se omnem misericordiã erga me.
13 *Os eorum.* id est contra Deum blasphemiam.
14 *Proiicientes me.* i. intendentes proiicere me ab omni honore
15 *Nunc circundederunt* ne possim euadere.
16 *Ocul.* s. auertentes eos à te.
17 *Susceperunt.* id est nimis crudeliter tractauerunt me.
17 *Exurg.* per ostensionem potentiæ tuæ.
20 *Preue, eum.* i. eos fraudando à proposito suo.

† 1 *Eripe*

a *Supplanta eum.* à similitudine luctantis. i. inefficaces fac & dejice eos.

b *Eripe animam me. ab imp.* Avgvst. Resuscitando à morte ab impijs illata.

c *Frameam.* Avgvstin. Anima mea est framea; quam manus, id est, virtus tua assumpsit, vt per eam regna iniquitatis debellet, & iustos diuidat ab impijs.

✻ Theodor. Ex translatione eorum, qui latenter currentes prosternunt. Symmachus, *In gladio tuo*, id est; ab insidijs libera hic gladio contra eos vtens.

d *Diuide eos &c.* Cass. id est, Iudæos diuisos, *A paucis*, id est, electis secundum mores. Vel, à paucis fidelibus, qui in regnum Agrippæ secesserant. Iudæos de terra sublatos, pro qua me occiderant, diuide per orbem in vita præsenti; quid ergo pòst? Miseria, quasi meritò: quia, de absecond.

✻ Theodore. Et si tibi facile est homines ad mortem transmittere, tamen obsecro vt viuentes dissipentur.

e *De absconditis tuis.* Cas. Id est, de immunditijs (quas Deus nō nouit, id est, prohibet satiata est carnalitas eorum. Vel de præceptis legis, & miraculis Christi, venter, id est, carnalis sensus impletus est; quibus bonis, etsi pasti, tamen saturati sunt porcina, id est, immunditia, & reliquias peccatorum miserunt posteris. Vel saturati sunt filijs, ad opus filiorū. Et est similitudo à re, quæ non est. Nullius enim dape filij saturantur. Et ita saturati sunt, quòd dimiserunt reliquias maledictionis paruulis suis. Vel saturati sunt de absconditis, id est, peccatis quæ à te remota sunt: & hoc filijs, id est, ad vtilitatem filiorum, qui sunt reliquiæ saluandæ.

& Basil. & Theodor. Symmachus habet: *saturabuntur filij, & diuident reliquias paruulis suis.* Noni, enim, inquit, te iustam pœnam infligere, etiam posteris, qui malitiam maiorum imitantur. *Saturabuntur*, id est ad satietatem vsque malorum participes erunt.

De absconditis. Avgvst. Non solum eis hæc pœna visibilis: sed de absconditis, id est, peccatis (quæ à lumine veritatis tuæ absconduntur) plena est memoria eorum, vt obliuiscantur Deum.

PSAL.

† curua, prosterne

† à viris, qui sunt manus tua. i. flagellum, vel plaga tua.

† perdens eos.

† Vel, Saturabūtur filii & dimittent reſiduum ſuū paruulis ſuis

† dum surrexerit similitudo tua, vel, cū euigilauero ſpecie tua

† qui est gladius tuus

† viris de mūdo, quorum portio est in vita, & absconditio tuo adimplebis ventre eorum. à viris mortalibus huic seculo addictis, qui in hac vita parte sua fruuntur tu enim de pœnu tuo, vel thesauro, imples ventre eorum † reliquerunt.

a ¶ Aug. factum eorum vindicta exæcationis præueniat & ita subuerte eos.
¶ Alias eos. b ¶ Vel erue. c ¶ Diabolo. d ¶ Idem quod anima.

a b c d e

eum & † supplãtã eum, eripe animam meam ab impio, † fra- 1
a ¶ Id est, virtutis tuæ. ¶ Id est meis. b ¶ Quasi supplanta eos hoc modo. 2
meam tuam † ab inimicis mãnus tuæ, Domine † à paucis de 3
a ¶ Aug. domine perdens eos de terra, quam inhabitant, dispertire eos per orbem in ista vita, quam 4
solam suam putant, qui de æterna desperant. ¶ Peccatis. 5
terra † diuide eos in vita eorum, de absconditis tuis, adim- 6
a ¶ Id est, operibus malis, vel porcina, id est, immunditia. 7
b ¶ Sanguis eius super nos & super filios nostros. 8
pletus est venter eorum. † Saturati sunt filijs, & † diuiserunt, 9 10
a ¶ Ego autem, qui non aparui eis, qui corde tenebroso & sordido lucem veritatis & sapientiæ non vi- 11
dent, in iustitia tua apparebo in conspectu tuo. ¶ quasi illis ita continget.
reliquias suas paruulis suis. Ego autem in iustitia apparebo 12
a ¶ Et cum illi saturati sunt immunditia, vt me non nosceren, ego satiabor, dum manifestabitur gloria tua in his, qui me intelligunt.
conspectui tuo, satiãbor † cum apparuerit gl ria tua. 13

NICOLAVS DE LIRA.

nit subito nuntius dicens ad eum, Festina & veni, quoniam diffuderunt se Philisthæi super terram, *& sic pro tunc dimisit persequi Dauid.*

1 Et supplanta eum. *quod factum est, quando Saul persequens Dauid ad mortem, cecidit in manus eius: ita quod Dauid poterat eum occidere, vt habetur j. Regum. xxiij. & xxvj. b.*

2 Eripe animam me. ab imp. *i. à Saule.*

3 Frameam tuam, *id est, me, qui sum gladius tuus ad destructionem infidelium: aliter non potuisset interfecisse Goliam gigantem, nec totes debellasse Philisthæos nisi diuina virtute pugnasset.*

4 Ab inimicis, *id est, à Saule & suis complicibus, qui inimicantur tuis operibus in me.*

5 Domine à paucis de terra. *id est à me & viris meis, qui pauci sumus respectu Saulis & exercitus eius.*

6 Diuide eos in vita eo. *ita quod quandiu vivent, non possint nos contingere nec capere.*

7 De absond. tuis. *id est, de diuitiis temporalibus, quæ diuino iudicio, licet nobis occulto, frequenter conceduntur hominibus malis.*

8 Adimpletus est venter eorum. *Scilicet Saulis & amicorum eius, qui erant pleni talibus bonis: propter potentiam regni temporalis.*

9 Saturati sunt: *Quia mali homines, aliquando dispensatione Dei occulta, non solum abundat bonis temporalibus, sed etiam in multitudine prolis.*

10 Et diuiserunt, &c. *quia etiam post mortem suam abundãt filij eorum. Vel aliter, quia cum Saul mortui sunt in monte Gelboe illi, qui erant fortes, & robusti: & sic relicta sunt bona eorum paruulis sui remanentibus, & qui respectu interfectorum erant nullius momenti sed quia Dauid non considebat in talibus bonis temporalibus & terrenis sed in spiritualibus & æternis, ideo subdit,*

11 Ego autem in iustitia *scilicet legali, quæ continet omnes virtutes.*

12 Appar. in con. tuo. *in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam. & ideo subditur:*

13 Satiabor cum apparuerit gloria. tua. *quæ satiat appetitum humanum, eo quod ibi consequitur bonum infinitum.*

Moraliter *potest exponi psal. iste de quolibet fideli posito in magna tribulatione corporis & animæ, petenti inde misericordiæ diuinitus liberari: & secundum prædicta litera potest faciliter applicari.*

NICO-

MORALITER.

† 1 *Eripe ani. meam ab im.* id est, diabolo.

3 *Frameam tuam.* i. potentiam temporalem, quam dedisti malis hominibus, qua nocent bonis, aufer ab eis.

5 *Domine à paue. de terra, &c.* id est, à iustis (qui pauci sunt comparatiue) separa malos, ne possint eis nocere.

7 *De absond.* i. auro, argẽto & lapidibus pretiosis, quæ tu creasti in occultis terræ.

8 *Adimpletus est venter eo.* nam per hæc haberi possunt omnes deliciæ.

9 *Saturati sunt.* quia fœcundi sunt in prole, cui relinquunt bona temporalia: & in hoc reputantur fœlices à mũdanis. Sed quoniam perfecti talia contemnunt, subditur in persona iusti,

11 *Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo*, in præsenti iustè viuendo.

13 *Satiabor cum apparuerit glo. tua.* in futuro.

† MORA-

CLOSSA ORDINARIA.

a *In finem pue. domini Dauid.* Avg. Cas. Saul petitio Quia extorsit populus hunc regem à Deo, qui non est electus ad permanendum: sed sicut dicitur, facit Deus regnare hypocritam propter peruersitatẽ populi. Dauid elegit Deus ad permanendũ, de quo Christus rex in æternum. Sed non ante regnum tenet, quam liberatur à persequentibus: sic Christus primo sustinet, sic corpus eius. Saul, mors, quæ sola nos persequitur, nisi enim mortales essemus, nihil nobis faceret inimicus: hanc non fecit Deus, sed impij manibus & verbis accersierunt illam

b *In die qua eripuit eum.* In die resurrectionis à diabolo & morte Christus ereptus est, membra absoluta.

Cass. Attende regulam vnitatis capitis & corporis. id est, Christi & ecclesiæ, quasi enim vna persona est caput & corpus, ideoque vna voce vtitur, licet quæ dicuntur ad diuersos referantur. Quædam enim soli capiti conueniunt: Quædam solis membris, Quædam capiti & membris Item quæ membris, Quædam præteritis, Quædam præsentibus, Quædam futuris. Item quędam perfectis, quædam imperfectis: & tamen in tanta diuersitate vna nox est: vt, sicut duo sunt in carne vna (vt sciliçet spõsus & sponsa,) ita sint, & in voce vna.

† Vide titulũ psal. 4.

† vel seruo

a ¶ Id est Christum. b ¶ Toti Christo. c ¶ Ad honorem Domini.

a In † finẽm † puerõ domini Dauid, qui locutus est dõmino
a ¶ De lætitia resurrectionis & constitutionis ecclesiæ, ne de historia Dauid accipiantur.
b ¶ Habiti. c ¶ Prius de inimicis, post de morte, quia nouissima inimica destruetur mors.
verba cãntici huius, in diẽ qua eripuit eũ dominus de mãnu
inimicorum eius, de manu Saul. & dixit. 2. Reg. 22. 2.

PSALMVS XVII.

a Diligam te domine fortitudo mea, &c. ✠ THEODORET. Clara est inscriptio & historia ex libris Regum. Vatis autem philosophia admiratione digna est: cum enim tot insidias à Saule sustinuisset, non cum inimicis eum numerauit: sed cum ab hostibus separasset, non tanquã de inimico mentionem facit. In finem vero ponitur, a quoniã vaticinationẽ de gẽtium futura vocatione continet. b

✠ BASIL. Dicit autem *diligã* non quasi qui nondum illud perfecerit; sed vt qui dilectionis huius sanctitatem capere nequeat.

✠ BASILIVS & THEODOR. Amore d beneficia compensat Solam enim beneuolentiã rependere potest, quia à Deo beneficium accepit. C Verũ post mortem sequitur cultus Dei: diuinas autem nominationes facit secũdum numerum beneficiorum collatorum. Vocat Deum *fortitudinem*, tanquam eam consequutus; *firmamentum* tanquam firmus contra hostes factus, *Refugium*, cum Deum murum, & firmum vallum habuerit, *cornu* autem *salutis* posuit ex trãslatione ferarum, quæ cornu hostes vlciscuntur.

CASS. Dicit hoc Christus, quod ecclesia. i. totus Christus

CASS. Primo, propheta summam colligens, de liberatione gratias agit: D

b *Refugium.* CAS. Quando erat opus consilio, Dauid ad eum refugit & inuenit.

Liberator. CASSIOD. vt si potens, captum ad hostibus liberet.

c *Protector.* AVG. Quia de me non præsumpsi, quasi cornu superbię cõtra te erigens: sed te celsitudinem salutis inueni, quod vt inueniré susceпisti me.

d *Laudans inuocabo.* E CAS. Post omnia non elatus se iactat, sed omnia Deo tribuit: & ideo saluus: nam qui aliter facit, sibi relictus perit, etsi vicisse videbatur.

e *Circundederunt me.* CASSIOD. In persona iustorum ante aduentum Christi, agit de cladibus humani generis, & quomodo Deus mysterio incarnationis misertus est, & in baptismate de toto orbe Christianos collegit. *Dolores* non de rebus mundi sed *mortis*, quia vbique diabolus regnabat, inter quos rari erant iusti, qui rapidis iniquitatibus conturbati sunt.

f *Dolores inferni.* Gentiles in inferno debito dolore torquendi.

g *Præoc.me.la.mor.* sequitur: (cõmota est. Ecce quomodo audiuit de præmissa tristitia per incarnationem; quam, per ea quæ tũc facta sunt ☞

Psalmus XVII.

a ¶ Quod tantum restat de omnibus erepto. b ¶ Aug. per quam fortis sum super inimicos.

1 Diligã te domine fortitudo mea, do- 2
a ¶ Aug. firmasti quia ad te confugit refugium, quia liberasti. ¶ quo firmus steti in acie.

minus ✠ firmãmentum meum & re- 3 4
a ¶ De inimicis. b ¶ Qui creat, adiuuat.

fugium meum, & liberãtor meus. Deus 5 6
a ¶ Aug. qui prius adiutorium vocationis mihi gratis præstitisti, vt possim superare in te.

meus ✠ ãdiutor meus, & sperabo in eũ. 7
¶ Contra insidias. b ¶ Ad dissipandos inimicos. c ¶ Per gratiam.

c ✠ Prõtector meus, et cornũ salutis meæ, et ✠ susceptor meus. 8 9 10
a ¶ Ideo. ¶ Aug. non meam gloriam, sed dominũ quærens. b ¶ Ad perseuerandum. c ¶ Aug. non nocebit impietatis error. ¶ Sic.

d ✠ Laudans inuocabo dominũ: et ãb inimicis meis saluus ero. 11 12
a ¶ Quid enim tibi. b ¶ Carnis. c ¶ Turbę iniquæ ad tempus commotæ, sed cito desituræ, egerunt vt conturbarent.

e ✠ Circũdederũt me dolores mortis, et torrẽtes ✠ inquitatis 13 14
a ¶ Cœpit tædere & pauere. b ¶ Aug. in circundantibus me, vt perderent, erant dolores inuidiæ, quæ ducunt ad infernum.

f cõturbãuerunt me. Dolores inferni circunderũt me, ✠ præoc- 15
a ¶ Vt priores nocere vellent. b ¶ Aug. vt Iudæi, qui iactatione iustitiæ mala suadent. c ¶ In necessitate, vbi totis viribus petitur. †

cupãuerũt me lãquei mortis. In tribulãtione mea ✠ inuocaui 16

✠ petra mea & arx mea, vel propugnaculũ meum

✠ petra mea.

✠ Scutum meum.

✠ Laudatũ sub. ab omnibus, vel cum laude.

† Quoniã

✠ redẽptor (eleuatio mea, exaltatio mea vel profugiũ meum)

✠ Belial vel impietatis

† præuenerunt i. præualuerunt mihi.

† ab hoc versu vsque ad finem psalmi, omnia verba possunt transferri & in præterito & in futuro & in presenti.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XVII.

Titulus psalmi

1 Diligam te domine fortitudo. *Huic psalm. præponitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriã seruo domini Dauid, qui locutus est verba carminis huius in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorũ eius & de manu Saul: & dixit: Diligam te do. forti. mea. *In hoc autem titulo apparet autor psalmi huius. s. Dauid, & materia eius, quia sicut præcedens psal. est oratio Dauid vt liberaretur à persecutionibus inimicorũ suorum: ita iste psalmus est gratiarum actio pro liberatione ab inimicis iam adepta, per hoc autem quod in fine dicitur tituli,* de manu omnium inimicorum eius, *in qua generalitate includitur etiam Saul, & nihilominus additur, & de manu Saul: intelligitur quod persecutio Saulis ponderabat super omnes alias persecutiones, secundum quod dicit hic Ra. Sal. diuiditur autem iste psal. in duas partes, quia primo ponitur liberationis Dauid narratio: secundo intenta conclusio, ibi,* Viuit dominus.

Materia psalmi.

Diuisio.

Prima in tres, quia primo ponitur Dei liberantis efficacia; Secundo liberationis materia, ibi, Laudans inuocabo; *Tertio liberationis forma, ibi,* Misit de summo.

Circa primum dicit Dauid, Diligam te domine, &c. *charitatiua dilectione.*

2 Fortitudo mea, &c. *id est, qui dedisti mihi fortitudinem contra insultus aduersariorum.*

3 Dominus firmamentum. *Id est, dans mihi firmitatem patientiæ, & tolerantiam aduersariorum.*

4 Et refugium meum, &c. *In magnitudine imminentium periculorum.*

5 Et liberator meus. *De manu praualentium inimicorum.*

6 Deus meus adiu. me. *sine cuius adiutorio iam non potuissem euasisse aduersarios.*

7 Et sperabo in eum, *de præmio vitæ futuræ.*

8 Protector meus, *contra insurgentes hostes.*

9 Et cor. sa. *repellens & concutiens inimicos, & aduersarios fortes.*

10 Et suscept. me. *Cum declinaui hostes me fortiores.*

11 Laudans. *Hic consequenter ponit liberationis materiã. Et primò ponit liberationem sui: Secundo liberationem Israel de terra Ægypti, ibi,* Commota est. *Cuius ratio infra dicetur. Circa primum ponit materiam suæ liberationis, scilicet mala illata sibi ab aduersarijs suis, tam spiritualia quàm corporalia: & quantum ad hoc dicit,* Laudans inuocabo dominũ, &c. *pro euasione malorũ quæ sequuntur, cum dicitur.*

12 Et ab inimicis, &c. *Id est, sicut dominus me saluauit ab inimicis meis corporalibus. s. Saule & Absalom & eorum complicibus: ita spero quod saluabit me ab inimicis spiritualibus. s. dæmonibus.*

13 Circundederunt me. *Fuit enim Dauid aliquando ita circundatus ab aduersarijs, quod desperabat se posse euadere, vt dictum est psal. præcedenti.*

14 Et torren. iniquit. &c. *quia propter iniquitatem eius commissam contra Vriam in adulterio vxoris suæ, & homicidio Vriæ sustinuit persecutionem Absalom filij sui, vt habetur ij. Regum. xij. Et propter iniquitatem numerationis populi, sustinuit magnam turbationem & anxietatem animi ex pestilentia populi sui, vt habetur ij. Regum. xxiij. Et propter hoc subdit:*

15 Dolores inferni, &c. *quia dolore motus rogauit vt gladius angeli percutientis populum vertetur in eum, vt habetur. ij. Regum. xxiij. c. & sic descederet ad infernum, vbi descendebant omnes morientes ante Christi aduentum.*

16 In tribulatione. *pro liberatione à prædictis malis.*

☞ 1 Et exau-

MORALITER.

† 1 *Dili. te. do. forti. mea.* Iste psal. est gratiarum actio ipsius Dauid pro sua liberatione à persecutione Saulis, & aliorum inimicorũ.

ALLEGORICE verò potest exponi, vt sit gratiarum actio totius ecclesiæ pro sua liberatione à persecutione Iudæorum. Circa quod ostenditur primo liberandi potestas in Deo, cum dicitur, *Diligam te domine fortitudo mea, &c.* Id est, diligam te super omnia quia tu es tota virtus & tota substãtia mea: ideo dicitur hic *fortitudo,* roborans: *firmamentum,* stabiliens *refugium,* saluans: *adiutor & protector,* defendens: & *cornu salutis,* hostes deiiciens.

13 *Circundederunt.* Hic secũdo ponitur saluandi necessitas cum dicitur: *Circunde. me.* nam in tribulatione, quæ facta est sub Stephano, Act. viij & ix. fideles ad mortis supplicia trahebantur.

14 *Et torrentes iniquita. &c.* i. Iudæi, ad modum torrentis impetuosè currentes super Christianos.

15 *Dolores inferni, &c.* i. Iudæi, qui dicuntur *dolores inferni,* sicut dicuntur, stipula inferni. & sic dicuntur,

† *Laquei mortis,* quia quærebant fideles capere ad mortem.

16 *In tribulatione.* Hic tertio ponitur ecclesię liberatio: circa quã primo ponitur eius deprecatio, cũ dicitur, *In tribulatione &c.* Act. xij. a. dicitur quod incarcerato Petro ecclesia orabat pro eo, & multo fortius fiebat pro communitate in persecutione posita.

† 1 Et

ꝛ ¶ Qui est vnicum inter mala remedium. b ¶ Non alienum. c ¶ quod plus est, quam inuocare. d ¶ De corde meo, in quo habitat.

ꝛ ¶ Causa iustitiæ, quæ bene ad Deum intrat. b ¶ Aug. quem intus habeo, non coram hominibus.

ꝛ ¶ A similitudine fidelis nuntij. b ¶ Potentiæ & clementiæ. c ¶ Interius per pœnitentiam. ¶ Vnde. d ¶ Exterius pro peccatis. e ¶ Peccatores.

ꝛ ¶ Aug. Spes superborum in seculo. b ¶ Vt iam spes mundi non habeat firmamentum in cordibus hominum.

ꝛ ¶ Innotuit eis ira Dei. b ¶ Deus. c ¶ Aug. lachrymosa deprecatio pœnitentium cum uissent quid minetur Deus. d ¶ In pœna iudicij præuisa. e ¶ Aug. charitas post pœnitentiam flagrans de notitia eius.

ꝛ ¶ Extincti ab igne Dei & luce iustitiæ, vel qui frigidi tenebrosique remanserant. b ¶ Rursus accensi & illuminati reuixerunt. c ¶ Igne. ¶ id est, veniente domino. d ¶ Aug. humiliauit iustum vt descenderet ad hominum infirmitatem.

¶ Sed quomodo hæc omnia facta? inclinauit cælestia, misso filio. ꝛ ¶ Cæci malitia. b ¶ Terra scabellum pedum eius. c ¶ Exaltatus est super plenitudinem scientiæ, quæ est charitas, vt ad Deum nemo veniret nisi per charitatem.

ꝛ ¶ Quia dilectoribus suis se incomprehensibilem ostendit, ne corporeis imaginibus quærant comprehendere. b ¶ Aug. quia incomprehensibilitas eius superat virtutes animarum.

ꝛ ¶ Aug. occultam spem in corde credentium, vbi latet non deserens eos. b ¶ Aug. tamen conuersi eum ambiunt, in quibus hic temporaliter habitat. ¶ Milites sui cognoscunt, quod per malos agitur.

☞ ćta sunt sic describit: *Commota est*, & pòst, *Contremuit*: Necesse est A enim, vt præsentia iudicis tremant peccatores. *Inclinauit*, humiliauit se verbũ, vt carnẽ sumeret. *Descendit*, ad nos venit. *Caligo*, diabolus qui mentes obnubilat. *Sub pedibus*, quia domini potestate calcatur. *Ascendit super cherubin*, quãdo videntibus apostolis cõscendit: quod omnẽ modum scientiæ excedit; quis enim attigit hoc arcanum, ꝙ a caro passa sic est exaltata? *Volauit*, geminatũ: nimiam celeritaté significat, quaper totũ mundum cucurrit. *Tenebras*, incarnationis mysteriũ, quod nobis profundum & B obscurum. *Latibulum*, secretum maiestatis suæ, quod tũc aperiet quãdo videbimus eũ facie ad faciem. *Et tabernaculum*. i. ecclesia, quæ ei militat, est *in circumitu eius*, id d est, ei proxima. *Dolores*. Aug. Dolẽtes Iudæi de me: quæ eis e causa est mortis interioris & inferni. Vel dolores morientium: & hi sunt inferi, i. pro f inferiori parte mea. C *torrentes* iniqui. transitorij impetus iniquorum: & hoc quia præoccupauit mortalitas & possibilitas.

✻ Basil. & Theod. *Dolores*, internecina pericula parturientum more, *Torrentes* hostium impetus, *laqueos* insidias appellauit.

a *De templo*. Cas. Vel de cælo, vel de venturo Christi corpore.

✻ Basil. & Theod. Templum non manufactum, nec enim tunc temporis erectum erat, postea enim Salomon constituxit, sed cælum nominauit.

b *Commota est*. Avgvst. ita clarificato Christo commotĩ sunt, & contremuerunt peccatores.

c *Fundamenta, &c.* Cassiod. Præsumptiones superborum. i. diuitiæ & huiusmodi, quibus innitebantur: spes enim mundi abiit, quam odit Deus.

✻ Bas. ✻ Basil. & Theod. Non quod hæc omnia sic acciderint, sed quia credita sint; similia enim sæpe Deus vicissens facit aut minitans. D

d *Cælos*. Cas. i. prædicatores inclinauit à contemplatiua ad ministerium, & ad ferendas molestias.

c *Descendit, &c.* ipse passus in eis; & in quorundã notitiam.

✻ Basil. & Theodor. Descẽsum Dei vbique existentis, nec ascensum nouimus: sed differentiam regiminũ: aliquãdo enim mitius apparet, aliquando magnificentius. Hoc igitur, *inclinauit cælos & descendit*, intelligamus proprium conspectum ostendisse; *caliginem sub pedibus* eius, eo quod præsentia eius videri non potest, *Ascensum super Cherubim*, aspectus velocitatem, *posuit tenebras latibulum suum*, eo quod eius natura minime intelligi potest. E

f *Caligo*. tenebrosi, qui etiam persequũtur sub eius potestate sunt: vel, qui simpliciter credunt, subiecti sunt. F

g *Et ascendit*. Facit enim quosdam plenos scientia, in quibus supereminet, quorum celeritatem intellectus transcendit: tenebrosis autem latenter vtitur, vnde, *Virga furoris mei Assur, ipse vero non cognouit*, sed sui cognoscant.

h *Volauit super pennas vento*. Cas. Ventos, quibus nihil est velocius, superat fama eius, vt dum mox natus, magis per stellam nuntiatus est.

i *Tenebras*. Aug. Obscuritates sacramentorum. vel, in his tenebris, vbi videntes per fidem ambulamus, & non per speciem.

Non per cælos. Cas. descendit, & ascendit, sed per nubes æthereas (quod in Hebræo). i. per prophetas in quibus obscura doctrina sit, sed per nubes quæ (non ætheris id est, apostoli) præ-

☞ fulgidæ

† pręfurore vel ex naribus.

† ab ore eius vorabit consumet.

† in circũitu tabernaculi sui tenebrosas aquas & nubes densas.

Esa. 10. b.

Matth. 2. a.

2. Cor. 5. b.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et exaudiuit de templo. *Id est, de cælo quod est templum gloriæ Dei.*

2 Vocem meam, *id est, sua gratia dando mihi liberationem.*

3 Et clamor meus in conspectu &c. *loquitur de Deo more humano, quo clamor petentis introire aures postulati dicitur, quãdo eius oratio exauditur.*

4 Commota est. *Hic consequenter Dauid introducit liberationem Israel ab Ægypto pro sua liberationis exemplo: quia (sicut dicit Rab. Sa.) modus antiquorum Hebræorum fuit in particularibus liberationibus facere mentionem de liberatione Ægyptiaca, quæ fuit generalis toti populo: & hoc patet in pluribus locis sacræ scripturæ: dicit ergo,* Commota est &c. *i. habitantes in terra secundũ modum communem loquẽdi, quia propter plagas Aegypti omnes habitantes Aegyptum fuerunt conterriti & commoti, vt patet in Exo. & etiam ad literam inter plagas illas fuêla fuerunt coruscationes & tonitrua horribilia, vt habetur Exodi nono c. ita quod videbatur tremere tota terra, & commoueri montium fundamenta.*

6 Quoniam iratus est eis, &c. *talia enim erant contra Aegyptios diuina*

diuina iracundiæ signa.

7 Ascendit fumus. *Loquitur de Deo ad modum hominis irati, de cuius ore & in naribus exit fumus.*

8 Et ignis à facie eius. *quia ignis & grando mista pariter ferebantur ad punitionem Aegyptiorum, vt habetur Exodi. ix. Et iste ignis dicitur à facie Dei exarsisse, quia processit de eius præcepto & voluntate.*

9 Inclinauit. *Non per loci mutationem, qua Deo est impossibilis: sed per effectus exhibitionem, Aegyptios in terra puniendo, & Hebræos liberando.*

10 Et caligo, &c. *Quia fecit tenebras palpabiles tribus diebus in Aegypto, vt habetur Exod. decimo.*

11 *Et* ascendit, &c. *per hoc enim designatur velocitas diuini subsidij ad liberationem populi, de Aegypto quia omnes filios Israel eadem die duxit simul, cũ tamẽ essent in maximo numero. vt habetur Exo xij.*

12 Et posuit te. la. *hoc intelligitur de nube existente inter exercitum Aegyptiorum, & filios Israel super mare rubrũ, qua erat obscurissima & densissima ex parte Aegyptiorum, ita quod non poterant accedere ad filios Israel: & in nube illa erat angelus personam domini representans, vt habetur Exod. xiiij. ideo dicit hic,* Latibulum suum & tabernaculum.

☞ 1 Tene-

MORALITER.

† 1 *Et exaudiuit de templo sancto suo, &c.* ideſt, de cælo.

2 *Commota est, &c.* Hic ponitur Iudæorum punitio dicit enim Iosephus libro de Iudaico bello, quod Iudæi tunc temporis rebellauerunt Romanis, propter quod supra modum afflixerunt Iudæam, eo quod non cognouit suum saluatorem, vt habetur Luc. xix. & hoc est quod dicitur: *Commota est & contremuit terra, &c.* id est Iudæa in aduentu exercitus Romanorum

† *Fundamenta montium cõturbata sunt, &c.* id est, principales de Iudæa, quæ est montuosa,

6 *Quo-*

6 *Quoniam iratus est eis.* Deus. Propter quod permisit hęc fieri.

7 *Ascendit fumus.* loquitur de Deo ad modum hominis irati, de cuius naribus exit fumus, & facies inflammatur.

† *Et carbones suc. &c.* Romani cõtra Iudæos acriter pronocati.

9 *Inclinauit cæl. &c.* Per effectum suæ punitionis.

10 *Et caligo, &c. i.* turbatio Iudææ tenebrosa.

11 *Et ascendit super.* Per hoc designatur velocitas executionis in Iudæorum punitione.

12 *Et posuit teneb. la. i.* Ierusalem ad Dei cultum electam, quam obtenebrauit per Romanos.

☞ fulgidæ sunt in cognitione eius, id est, vicinius contemplantes.
A a *Grando.* Augustin. Obiurgationes, quæ dura corda ferunt, sed si ignis charitatis resoluit, in miti animo fit aqua satians (aliâs saliens) *Et carbones*, quia illo igne tenebrosa corda accensa reuiuiscunt.

Iohã.12.d.

✻ Theod. Quemadmodum nubiũ coactione tenebrosus factus aër fulguris ẽmittit splẽdorem: sic Deus qui videri non potest, arcanæ lucis radios emittit, & impios igne pœnali punit.

† eius

B

b *Intonuit.* Cas. ad literam: vt quãdo visum est tonitruum, Deo dicente. *Clarificaui, & iterum clarificabo.*

c *Dedit vocẽ.* Cas. vt nõ dixit. Hic est filius meus dilectus in quo mihi cõplacui.

Matt.17.

† profunda inundationes, vel decursus aquarum, aut valles plenæ aquis.

d *Et misit.* Cass. dominus intonuit, & dominus misit: Non enim transitus ad gẽtes semper erat certus neque rationabilis habitus.

C

† fuerunt robustiores me.

✻ Basi. & Theodor. Hæc nostra ætate sæpius acciderũt. Proximis bellis Aquilonares barbaros grandine profligauit, & Persas huiusmodi laqueis irretiuit.

e *Et appa. fon.* Christo veniente patuit, quod obscuritas diuini tegebat eloquij.

f *Ab increpa.* Cass. Conuersio ad Deum: quasi cum gratiarum actione, quia per prædicationem increpabat peccantes, & inspirabat vt timerent iram futuram.

D

g *Misit.* Cas. Hucusque de aduentu domini hinc de temporibus Christianis. *Misit* pater Christum. *Accepit me*, ecclesiã sponsã.

✻ Basil. Persuasit omnibus, quod auxilium cẽlitus mihi suppeditauerit.

h *De aquis.* Cas. Baptismi. Vel, *misit spiritum*, qui est donum. *De alto*, quia æqualis patri & filio *Accepit*, quasi

E

fugatiuã, *Assumpsit*, in altitudinem virtutis & boni operis.

i *De inimicis meis.* Aug. id est vitijs, quæ super omnes inimicos plus nocent.

✻ Basil. Absalonem innuit.

k *Et ab hic, qui &c.* i. exterioribus inimicis hominib⁹ s. & dæmonib⁹ quod necesse

† de multitudine aquarum.

F

est, quia cõfortati secundũ quid. *Ecce præuenerũt.* i. præualuerũt

Per hoc magis eripit, qi illi sunt confortati: cũ enim affligitur ecclesia magis crescit

† baculus meus vel sustentaculum.

✻ Theod. Inimicis robustior apparui, & nomine afflictionis innuere videtur Absalonis defectionem. Nam afflictionem, (quã Symmachus miseriam vocat) animæ imbecillitatem dicit, propter quam peccatum commissum est.

☞ a *In*

a ¶ Obscura doctrina est in prophetis, & in omnibus prædicatoribus. b ¶ Ne quis ergo se putet esse in futura luce, quia scripturæ recte intelligit, subdit. Aug. in comparatione fulgoris qui erit in manifestatione eius, nunc per speculum, tunc facie ad faciem.

culum eius, tenebrosa aqua in nubibus aeris. Præ fulgore in 1 2

a ¶ Prædicatores. ¶ Quæ nubes ad gentes transierunt, non iam in Iudæa tantum sunt. ¶ Pertranseuntes.

a conspectu eius nubes † transierũt, grãdo, & carbones ignis. 3

a ¶ Augu. de corde iusti sonuit dominus, quando ingentia mysteria loquitur, quæ est fiducia euangelij. ¶ Minis. b ¶ Aug. vt in profundo seculi audiremus cælestia. c ¶ Suauem de præmijs æternis.

Et intonuit de cælo dominus, & altissimus dedit vocẽ suam, † b c

¶ Non temere transibunt sed missi. a ¶ Euangelistas cum pennis virtutum recte volantes. b ¶ Vt alijs essent odor vitæ, alijs odor mortis.

grando & carbones ignis. Et misit sagittas suas, & dissipauit 4 d

a ¶ Ad quos misit. b ¶ Etiam. ¶ Miracula quæ stupidos reddunt. c ¶ Stupefaciendo.

e eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. Et apparuerũt 5 6

a ¶ Qui facti sunt in prædicantibus. ¶ Cas. veritas prædicatorum. b ¶ Salientium in vitam æternam. c ¶ Aug. prophetæ, super quos credens orbis ædificatur, quia ecclesia de toto orbe colligitur.

† fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terra- 7

a ¶ Aug. clamantis. Appropinquabit regnum cælorum. b ¶ Aug. dicentis, nisi, pœnitentiam egeretis moriemini.

f rum: & ab increpatione tua domine, ab inspiratione spiritus 8

a ¶ Aug. gloriosam ecclesiam, vocando, ex gentibus in hæreditatem

g iræ tuæ. Misit de summo & accepit mẽ, et assumpsit me † de 9

a ¶ De multitudine populorum. b ¶ Aug. qui mihi inuidebant. c ¶ qui præualuerunt temporaliter ad affligendam & peruertendam hanc temporalem vitam.

h aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimi, set ab his 10 11 12

a ¶ Quia volo eum. b ¶ Quis quandiu sub ipsis ignorabam Deum. c ¶ A similitudine currentium ¶ Priores mihi nocuerunt.

i k qui oderũt mẽ, quoniam † confortati sunt super me. Præue- 13 14 15

a In tempore carnis. ¶ Non tempore gaudij.

nerũt me in die afflictionis meæ, et factus est dominus † pro- 16

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tenebrosa aqua. *quia ex nubis densitate fluebant pluuia grossa ad maius impedimentum Aegyptiorum: veruntamen quia nubes illa ex parte filiorum Israël illuminauit noctẽ, vt ibidẽ dicitur, ideo subditur,*

2 Præ ful. *quia ex illa nube circa vigiliam matutinam facta sunt tonitrua & fulgura rotas curruum subuertentia: ideo subditur,*

3 Nubes transi. &c. *Ex quo patet sententia vsque ibi,*

4 Et misit sagittas, &c. *id est, fulgura, quæ à Deo mittebantur, sicut sagittæ, super Aegyptios. Ideo subditur,*

5 Et conturba. eos. *ita enim fuerunt Aegyptij conturbati, quod volentes fugere aquas maris, currebant contra eas, secundum quod habetur Exod xiij.* Fugientibusque Ægyptijs occurerunt aquæ. &c.

6 Et apparuerunt, &c. *In fundo enim maris sunt fontes aquarum in aliquibus locis, qui non apparent, nisi denudetur fundus maris quod tunc fuit factum, vt filij Israel transirent per maris alueum, ideo subditur,*

7 Et reuel. sunt fund. *i. partes terræ existentes sub aquis maris, quæ hic dicuntur fundamenta orbis, ad similitudinem fundamenti domus artificialis, in qua fundamentum est pars inferior, quia super terram alia elementa & superius corpora cælestia.*

8 Ab increpatione, &c. *per hoc ostenditur à quo processit talis punitio contra Aegyptios, scilicet à Dei vindicta contra eos.*

9 Misit d summo. *Hic consequenter describitur forma liberationis ipsius Dauid, quæ facta est diuina virtute: & primo describitur forma liberationis eius per modum euasionis de manu aduersariorum, Secundo quæ fundatus fuit orbis.*

cundo modum insecutionis & destructionis eorum, ibi, Quoniam in te eripiar. *Prima in duas, in partem principalem, & incidentalem. secunda ibi,* Cum sancto sanctus eris. *Circa primum dicit Dauid* Misit de summo. *i. de cælo:* vnde venit auxilium mihi.

10 Et accepit. *Scilicet Deus,* me *liberando sua gratia & virtute.*

11 Et assumpsit. *id est, de tribulationibus multis Saulis & Absalonis me persequentibus. Quod autem per aquas, tribulationes intelligantur, patet Esa. vij. b. vbi dicitur,* Adducet dominus super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum & omnem gloriam eius, *id, est, exercitus eius.*

12 Eripuit me de inimi. &c. *à Saul & Absalone.*

13 Et ab eis qui. *Siba filio Bochri, & sibi adhærentibus, vt habetur ij. Regum. xx.*

14 Quoniam confortati. *habentes magnam potentiam propter multitudinem sibi adhærentium.*

15 Preuenerũt. *quia Saul ita præuenit Dauid quod ad modũ coronę circũdedit Dauid: propter quod desperabat se posse euadere, vt habetur. j. Reg. xxiij. Et Achitophel. dedit Absalõ consiliũ, vt persequeretur Dauid, ita quod præueniret eum antequã posset intrare aliquod fortalitium vt habetur. ij. Re. xvij. Et Siba filius Bochri concitauit rebellionẽ contra Dauid, antequam rediisset ad ciuitatem & domum regiam.*

16 Et factus. *quia ex ordinatione diuina, Saul cõpulsus fuit insecutionẽ Dauid dimittere, eo quod Philistijm infuderat se super terrã Israel, vt habetur. j. Re. xxij. & nutu Dei consilium Achitophel fuit dissipatũ, vt habetur ij. Re. xvij. & caput fuit Siba amputatum de consilio mulieris sapientis, & hoc Deo fauente, vt habetur. ij. Regum xx.*

☞ 1 Et edu-

MORALITER

† 2 *Præ fulgo. &c.* Tempore namque tempestuoso de nubibus exeunt corruscationes fulgidæ, & ignis & fulgur, & aliquando grandines: & per ista metaphoricè significantur multiplices Iudææ afflictiones, & ciuitatis, & templi combustiones.

† *Et intonuit de.* quia terruit defẽsores tẽpli intrãtũ quod fugerũt in fossis subterraneis, & sic templũ combustũ fuit à Romanis.

4 *Misit sagit. suas.* i sagittas Romanorum, quę dicuntur esse Dei, quia Romani in hoc erant eius instrumentum.

6 *Et apparuerunt fontes aquarum. &c* id est, sacræ scripturæ impletæ loquentes de ciuitate & templi destructione.

7 *Et reuelata sunt fundamẽta orbis terra. &c.* id est, verba Dei per

8 *Ab increpatione tua, &c.* i. ex vindicta tua processerunt ista.

9 *Misit de cælo, &c.* Hic ponitur fideliũ liberatio: nam ante Romanorũ aduentũ misit Deus angelum suum, cuius monitu fideles qui erant in Iudæa, transierunt in regnũ Agrippæ, qui erat cõfœderatus Romanis, & ibi fuerunt in pace: propter quod subditur,

11 *Et assumpsit me de aquis multis, &c.* id est, de tribulationibus prædictis.

12 *Eripuit me ab inimicis meis, &c.* id est, Iudæis, qui tunc plures & fortiores erant temporaliter, Christianis.

15 *Præuenerunt me in die afflictionis mea.* id est, in persecutione Stephani. Actuum viij. & ix.

† 1 Et edu-

a *In latitudinem.* CAS. Per seuitiam malorum crescit ecclesia nu-
☞ mero & merito.
A b *Saluum me fecit* quod ad fidem venit.
c *Quoniam voluit me* AVG. id est, gratis elegit.
d *Et retribuet. secundum iustitiam* bonæ voluntatis.

✠ THEODOR. fundamenta iacit, quomodo possumus diuina cura digni esse, si eum purè diligamus.

c *Et secundũ puritatem manuum.* CASS. opera, quæ sunt post prima beneficia Dei, scilicet fidem & cha-
B ritatem, quæ gratuito sine præcedenti merito Deus præstat.

✠ THEO. cum penitus innocẽs ero, perfecta bona assequar.

f *Quia custodiui.* CASIO. Vel ita continuãdo cum præcedente
h versu. *Et tribuet mihi*
i *dominus secundum iustitiam meam, & secũdum puri. cor. mei. i.* secundum quod iustus purus, scilicet in-
k nocens. *Iustus* quia
l custodiui vias domini, *purus*, quia nõ impiè gessi: & hoc ideo, quia consideraui iu-
C dicia tam præsentia quam futura: & vidi iusta & inuenta iusta *non repuli*, id est, placuerunt: & sic *custodiui*, & sicut cœpi, *ero immaculatus*: vnde in futuro retribuet,

g *Cum eo*, ei adhærens.
h *Et obseruabo.* ne iterum cadam. Ab iniquitate, quæ est mors beati.
i *Et retribuet.* CAS. Dupliciter Deus retribuit: hic in præsenti, vt iustus iustificetur: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: vnde hic dicit: *Cum sancto sanctus, &c.* & in futuro præmium bonis, & pœnam malis. vnde ibi, *Quoniam tu populum hu. &c.* quasi, ita hic: quia in futuro *tu populum hu. sal. fa.*

AVG. Et tribuet: iam non solũ propter latitudinem fidei quæ per dilectionem operatur, sed propter longanimitatẽ, retribuet mihi. D
k *In conspectu.* hoc iustis conuenit, vt sicut illi Deum semper contuentur, ita Deus eos iugiter respiciat.
l *Cum sancto.* CAS. Dixerat, retribui secundum iustitiam: nunc vt videatur gratia cũ libero arbitrio, ostendit quomodo habeatur iustitia: & fit conuersio ad dominum, quasi cum gratiarum actione; o domine, *cũ sancto sanctus eris*, id est, adiuuas in sanctitate, quia sanctus in natura, alios gratia sanctificas; *In innocentia*, quia innocentem adiuuas: & peruersum peruertis permittẽdo. & hæc omnia: *Quia tu populum hu. sal. fa. & ocu. superbię hu.* Vel, sicut ego *ero immaculatus cum eo*, similiter tu quicunque cũ sancto Christo, ipso donante, eris sanctus & innocens; & cum peruerso, id est, diabolo, eris peruersus. Et est hic argumentum à conuictu, & hoc ideo: quia *tu domine po. hu. saluum facis. & oculos super. hu.* E F

✠ THEODOR. ad bonas vel malas hominum voluntates, tu ô Domine remunerationes accomodas.

✠ BASIL. sanctis enim ea præstas, quæ digna sunt sanctitate: & iis, qui confestim subuertuntur, subornas vicissim, vt viæ, quam ambulant, finem inueniant: humiles erigis, superbos prosternis.

AVG. Est etiam occulta profunditas, qua intelligeris cum sancto sanctus, quia tu sanctificas.

m *Quoniam tu illuminas.* Quod enuntiauit de electis & sanctificatis, orat nunc de aliis.

✠ THEODOR. Tenebras afflictiones, Lucem liberationem appellat. ☞

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et eduxit me in latitudinem *scilicet regni Israel prædictis tribulationibus terminatis.*
2 Et retribuet mihi dominus &c. *Ex hoc enim quòd dedit mihi bona temporalia, spero ab eo consequi æterna.*
3 Et secundum puritatem manuum &c. *id est operum, quæ per manus designantur, eò quod manibus operamur.*
4 Quia custodiui vias &c. *quantũ ad præcepta moralia affirmatiua*
5 Nec impiè gessi &c. *agendo contra negatiua.*
6 Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, *exequendo præcepta eius iudicialia.*
7 Et iustitias eius, *id est, cæremonias eius.*
8 Non repuli à me. *eas dimittendo.*
9 Et ero immaculatus. *quia non patitur consortium maculatorum, cum sit sanctus sanctorum.*
10 Et retribuet. *exponitur iste versus sicut supra.*
11 Cum sancto sanctus eris &c. *Hæc est pars incidentalis, in qua Dauid incidentaliter ostendit Dei misericordiam & benignitatem generaliter erga bonos, eò quòd particulariter locutus fuerat de bonitate Dei erga se propter suam innocentiam.*
11 Cum sancto. *verbum est Dauid ad Deum. q.d. sanctus te sanctum confitebitur, à quo sua sanctitas derivatur. Vel aliter,* Cum sancto, *qui scilicet sanctè viuit.*
12 Sanctus eris, *suam sanctitatem imitando.*
13 Et cum viro innocente &c. *id est, qui malum alijs non facit:*
14 Innocens eris, *malum ei non inferendo, nisi forsitan malum temporalis pœnæ ad purgationem culpæ præteritæ: vel ad exercitium suæ patientiæ, quod cedit ei ad bonum vitæ æternæ.*
15 Et cum electo, *ad vitam æternam per prædestinationem.*
16 Electus eris, *quia eliget te omissis alijs.*
17 Quoniam tu populum *secundum quod dicitur Iac. iiij. b.* Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.
18 Quoniam tu illuminas *lucerna est lumen in testa; & ideo lumen naturale intellectus humani positi in corpore terreno, bene dicitur lucerna: hanc Deus lucernam illuminat, quando lumini naturæ addit lumen gratiæ: quia gratia perficit naturam.*

☞ 1 Deus

MORALITER.

† 1 *Et eduxit me in latitudinem &c.* quia tunc dispersi fuerunt discipuli Christi, & prædicauerunt Gentilibus.
2 *Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam &c.* Gratiam in præsenti, & gloriam in futuro.
4 *Quia custodiui vias domini* Iesu Christi, *quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo*, ad meditandum & operandum: & patet litera.
11 *Cum sancto &c.* Hic ponitur dictæ liberationis recognitio: & dirigitur verbum ad Deum, cum dicitur, *Cum sancto sanctus eris*, ipsum sanctificans.
13 *Et cum viro innocente innocens*, ipsum in innocẽtia cõseruans.
15 *Et cum electo &c.* scilicet à te.
16 *Electus eris &c.* Nam eligit te præ omnibus alijs.
† *Et cum peruerso peruerteris &c.* scilicet opinatiuè: quia reputat Deum peruersum, blasphemans eum.
17 *Quoniam tu populum humilem saluum &c.* id est, Christianũ.
† *Et oculos superborum humiliabis &c.* scilicet Iudæorum.
18 *Quoniam tu illuminas lucernam meam domine Deus meus &c.* id est, doctores ecclesiæ.

a ¶ Contra miserias & voluptates. b ¶ Per mala dilatat charitatem. c ¶ Aug. spiritualem contra angustias carnis.

a tector meus. Et eduxit me in latitudinem, saluum me fecit, 1
b a ¶ Antequam ego vellem eum. b ¶ Hæc omnia gratis, sed post.
quoniam †voluit me. Et tribuet mihi dominus secundum 2
c a ¶ Aug. bonæ voluntatis, qui dedit misericordiam vt vellem. b ¶ Aug. factorum, qui dedit, vt facerem, educendo in latitudinem.
d iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum 3
a ¶ Aug. vt latitudinem operum longanimitas consequatur perseuerandi. b ¶ Quasi hoc tribuet. c ¶ Recedendo.
e retribuet mihi. Quia custodiui vias domini, †nec impiè gessi 4 5
a ¶ Augu. id est præmia iustorum, pœnas impiorum, flagella corrigendorum tentationes probandorum, semper attendo.
f si à Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu 6
a ¶ Aug. vt ille, qui deficit sub sarcina: vel qui fragilitate carnis superatus dimittit, quod cœperat. b ¶ Quasi ita olim vixi, & sicut cœpi ita. ¶ Post modum. c ¶ Non quod prorsus sine macula, sed obser.
g meo, & † iustitias eius non repuli à me. Et ero † immacula- 7 8
a ¶ Ne iterum cadam per peccatum mortale. b ¶ In futuro.
h tus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea. Et re- 9
i tribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & se- 10
a ¶ Aug. non quod homines vident, quia quæ videntur temporalia sunt; quæ non videntur æterna, quo pertinet altitudo spei.
k cundum puritatem manuum mearum in conspectu oculo- 11
a ¶ Sanctificans eum. ¶ Et si dixi iustitiam meam, tamen non est mea nisi te donante. b ¶ Aug. qui nulli noces, sed pro peccatis suis quisque constringitur.
l rum eius. † cum †sancto sanctus eris, et cum viro †innocen- 12 13
a ¶ Ab eo quem eligis eligeris
te innocens eris. Et cum †electo electus eris, et cum per- 14 15
a ¶ Aug peruerso peruersus videris, quia dicunt, Non est recta via domini. b ¶ Hoc peruersum videtur peruersis, quod confitentes peccata saluas.
C uerso †peruerteris. Quoniam tu populum † humilem sal- 16 17
a ¶ qui ignorantes iustitiam Dei, suam volunt constituere. b ¶ Quanto plus alti. b ¶ Progreditur ecclesia. c ¶ Non est nostrum lumen ex nobis.
uum facies, et oculos superborum humiliabis. Quoniam † 18

†2. Re. 22. c misericor de miseri cors
† puro purus
†peruersus eris
†nec impiè defeci a Deo meo Chal. interpret non ambulaui in impietate coram Deo meo.
† perfectus
†perfecto perfectus
†pauperẽ

pellat. Lucerna autem est homo, qui lucem veram accipit: vocat autem sic seruí formam; hoc in alio, inquit, psalmo *parasti lucernam Christo meo.*

Psal. 131.

a *Lucernam.* CAS. Fuerunt prædicatores, in quibus lux, id est, cognitio veritatis, qua illuminauerũt alios. vnde: *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.*

b *Tenebras.* AVG. eos, qui adhuc sunt in tenebris.

c *Meas.* prædestinatione.

d *In Deo meo.* CAS. Deus enim meus, est via, qua itur ad cælum, impolluta. Vel,

B via, qua venit in mũdum, sãcta & immaculata virgo. Et quicquid dixit spiritusãcto examinatum est: id est, vtile & honestum: vt sapiẽs, quicquid dicit, prius apud se diiudicat.

✠ THEODOR. tentationem & murum, insidias appellat.

e *Transgrediar.* CAS. Diruere nõ penitus potest homo, sed operi Dei trãsit murũ, obstaculũ peccatorum.

f *Deus meus.* CAS. Et continuãdo se-

C quitur: *Eripies me de con.po.* Cætera interponit ad commendationem.

✠ BASIL. & THEODOR. Via impolluta. i. Iusta, *igne examinata* sine mendacijs.

g *Eloquia.* Igne examinationis probantur.

h *Omnium.* CAS. Nullus excipitur, nisi qui sperare non vult.

i *Quoniam quis.* CAS. Deus dico: quia quis est alius Deus, nisi qui & dominus in rebus est: Et quia in Iudæa notus, non dij gentium, hæc contra paganos, qui multos sibi fingunt.

k *Deus qui.* CAS. Adhuc præter communia, commendat per D specialia, quia tertiò Christus de virtute & potentia sua commendatur.

l *Præcinxit* IDEM. id est perarmauit. Vel à similitudine currentis. Vel, dignitatẽ notat & fortitudinem: quod ei conuenit, qui potestate sua iudicabit populum vel mundum.

✠ BASIL. & THEODOR. *tanquam cerui.*

E

F

a ¶ O Deus pater: quia. b ¶ Id est apostolos & alios primitiuos. c ¶ Per eos.

tũ illuminas lucẽrnam meam domine, Deus meus illũmina

a ¶ Quia peccatis nostris tenebræ sumus. b ¶ Te rogo. c ¶ Non à me.

tẽnebras meas: Quõniam in tẽ ✠ eripiar à tentatione, & in

a ¶ Non in me. b ¶ Aug. quem inter homines & cælum peccata construxerunt.
c ¶ Vere quia: Deus meus.
d ¶ Id est, non incedit nisi mundam viam, quia non venit in homines nisi mundent viam fidei, qua veniat, quia i mpolluta via eius, vnde. Parate vias do. rect. facite semitas eius, Matth. iij. a.

Dẽo meo trans|grediar mũrum. Dẽus meus ✠ impõlluta via e-

a ¶ Spiritu sancto, vel tribulatione.
b ¶ Aug. & eos qui sperant non in se, sed in illo, non consumit tribulatio, quia spes sequitur fidem.

ius, eloquia domini ignẽ examinata, ✠ prõtector est om-

a ¶ Cui ex debito seruimus.

nium sperantium in se. Quoniam ✠ quis Deus præter dõmi-

a ¶ Aug quem post bonam seruitutem, tanquam in hæreditatem sperantes filij possidemus.
b ¶ Aug. ne fluentes sinus cupiditatis impediant gressus, id est bona opera.

num, aut quis Deus præter Deũm nostrum. Deus qui præcĩn-

a ¶ Vt fortis sim. b ¶ Sicut immaculata est fides qua ad me venit, sic charitas qua ad illum vadam.

xit me ✠ virtũte, & posuit ✠ immaculãtam viam meam. †

a ¶ Aug. id est amorem ad transcendenda spinosa & vmbrosa seculi.

Qui perfecit pẽdes meos tanquam ceruorum, & super

a ¶ In cælo cordis intentionem. b ¶ Aug. operari ad superandos hostes, qui iter cæli claudere conantur.
c ¶ Contra vitia & dæmones.

excẽlsa ✠ statuens me. Qui dõcet manus meas ad prælium,

a ¶ Aug. infragabilem intentionem bonorum operum meorum.

& ✠ posuisti vt ãrcum æreum brachia mea. Et dedisti mihi

a ¶ Non sufficiunt prædicta, nisi adsit protectio Dei. b ¶ Aug. fauor gratiæ tuę.
¶ Cas. vel potentia deitatis, quæ hominem in altum constituit.

✠ protẽctionem salutis tuæ, & dextẽra tua ✠ suscepit me.

1 ✠ Basil. & Theodor. *tanquam cerui.*
2 Sicut ceruis insitum est venenatas feras cõculcare: sic me superiorem, illustriorẽ hostibus reddidit: docet autem manus ad bellum, etenim ad
3 preces manus expandens, supero hostes.
4 m *Et posuit.* firmauit.
5 n *Immaculatam.* sine peccato. Ceruus
6 spinas & hiãtia loca
7 transilit: sic Christus
8 spinas & foueas peccatorum: & sicut ceruus alta: ita Christus
9 super omnes creaturas conscendit.
10 o *Qui docet.* ab imminentibus insidiis
11 cautum facio.
12 p *Manus* opera vel
13 voluntates.
14 q *Ad prælium,* contra diabolum.
15 r *Vt arcum &c.* similitudine rei quæ non est, id est, irremissibilem fortitudinem.
s *Brachia,* Christi; prophetæ, & apostoli, per quos operatur: qui arcus æreus, quia prædicando non mollescunt, sed semper fortes verba salutis iaculantur.
t *Protectionem salutis.* Non vt nihil patiar, quod tamen est ad profectum. Tribulatio, est correctio, & doctrina, & dilatatio, & confirmatio.

✠ conteram exercitum, vel percutiam, perrũpam cuneũ militum
✠ perfecta
✠ clypeus
✠ quis fortis, vel quis creator
✠ Posuit, id est, similes effecit
✠ fulciet, sustentabit
✠ fortitudine.
✠ perfectã
✠ mea stare me faciet
✠ cõtereretur arcus æreus brachius meis
✠ scutum

☞ a *Dilatasti*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Deus meus illumina tene. *Lumen enim naturale comparatum ad Deum, tenebræ sunt, sicut & qualibet creatura: & ideo Dauid petit ipsum illuminari gratia diuina. Vel aliter, Tenebræ dicuntur hic opera meritoria per peccatum mortale extincta, quæ recuperata gratia viuificantur & illuminantur.*

2 Quoniam in te &c. *hic consequenter describitur liberatio Dauid per modum insecutionis aduersariorum, cum dicitur,* Quoniam in te eripiar, *id est per te eripiar à tentatione. Tentatus enim fuit Dauid occidere Nabal cum omnibus de domo sua: à qua tentatione fuit ereptus per verbum Abigail à Deo ad hoc directa: propter quod dixit ei Dauid* Benedictus dominus Deus Israel qui misit te hodie in occursum meum &c. *vt habetur* j. *Regum. xxv.*

3 Et in Deo meo, *id est, in virtute Dei mei.*

4 Transgrediar murum, *capiendo aduersarios intra suum fortalitium: quod factum est quando cepit fortalitium Iebusæorum in Ierusalem, vt habetur. ij. Regum. v. & quando cepit Rabath filiorum Amon, vt habetur. ij. Regum. xij.*

5 Deus meus impolluta. &c, *ista est lex diuina, in qua non est aliqua immunditia concessa tanquam licita, licet aliqua fuerint permissa propter maius periculum euitandum sicut vsura cum extraneis, ne fratres tres suos vsura grauarent: & libellus repudij, ne vxores occiderent. Deutero. xxij. & .xxiiij.*

6 Eloquia domini igne &c. *id est, pura & munda, sicut metalla in fornace probata.*

7 Protector est. *scilicet ipse Deus, dum tamen ista spes proueniat ex gratia & meritis: aliter enim non esset spes sed præsumptio.*

8 Quoniam quis. *q.d. nullus: quoniam alij sunt dij tantum participatiue, scilicet homines sancti, secundum illud psalm. lxxxj. b.* Ego dixi dij estis, *vel sunt dij falsi, sicut idola gentium.*

9 Deus qui præcinxit me virtute, *corporali contra hostes visibiles, & spirituali contra hostes inuisibiles.*

10 Et posuit immac. viam *auferens à me maculam adulterij cum Bethsabee, & homicidij Vrie: quæ macula fuerunt purgata per patiẽtiam, quam Deus dedit Dauid in persecutione Absalon, secundum quod prædixit ei Nathan propheta, vt habetur ij. Regum. xij.*

11 Qui perfecit pedes meos *dando mihi agilitatem ad hostes meos insequendum.* 12 Et super excelsa. *id est, stabiliens in regia dignitate.*

13 Qui docet. *quia Deus docuit eum artem præliandi.*

14 Et posuisti vt arcum *dans mihi fortitudinem conuenientem ad exequendum præliandi artem.*

15 Et de. &c. *q.d. fortitudo mea parũ posset, nisi protectio tua adesset.*

☞ 1 Et disci-

MORALITER.

✠ *Illumina tenebras meas &c.* id est, Christianos simplices, qui ✠ sunt ignorantes.

2 *Quoniam in te eripiar à tentatione,* scilicet diaboli, sicut ereptus fuit à persecutione populi Iudaici.

3 *Et in Deo &c.* id est, tentationis obstaculum, quæ impedit processum in bonum.

5 *Deus meus impolluta via.* id est, doctrina euangelica, quæ non permittit aliquod malum: sicut lex Mosaica permittebat vsuras cum extraneis, & repudij libellum.

7 *Protector est omnium spe.* quantùm expedit ad eorum salutem.

8 *Quoniam quis Deus præter dominum.* quasi diceret, nullus.

9 *Deus qui præcinxit me virtu.* q.d. ab ipso est omnis virtus mea contra vitia.

11 *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum.* id est, apostolorum qui fuerunt valde veloces ad discurrendum pro prædicatione euangelij per vniuersum orbem.

12 *Et super excelsa.* i. super mundi principes obedientes ecclesiæ.

13 *Qui docet manus mea, &c.* Manus ecclesiæ & brachia, sũt martyres ad bellum edocti, & ad modum æris inflexibiles: quia tamen ista fortitudo est à Deo, ideo subditur.

15 *Et dedisti &c. Et disciplina tua correxit me.* per sanctos confessores & doctores, quorum disciplina est correctiua defectuum & promotiua profectuum &c, ideo subditur: *Dila. g. m. &c.*

✠ 4 *Persequar*

☞ a *Dilatasti* AVGV. A Ne impediant carnales angustiæ: quia latâ fecisti charitatem hilariter operantem, etiam de his quæ sunt sub me, scilicet de mortalibus rebus & membris.

b *Persequar.* CAS. Arguêdo, diuersis afflictionibus fatigâdo.

✠ THEOD. hoc de Goliath, Saule & Gethæorũ insidijs dicit.

c *Comprehendam illos &c.* veris rationibus circumueniam.

d *Et comminuam.* AVG. Ecce eadem operatio patris & filij. Suprà ait: *disperdidisti pater*, & iam ait comminuã, id est, auferam virtutes, vt post cedãt omni vẽto doctrinæ.

✠ BASI. & THEO. In fugam conuertisti, propriũ enim fugientium terga dare.

Odientes intelligit Saulem, Achitophelẽ Absalonem, & alios.

✠ BASIL. Philistæi Deos suos inuocantes non sunt adiuti: nec Saul, Absalon, Serei Deum auxiliatorem habuerunt.

e *Eripies.* CAS. De illis ira: *sed eripies me*, depressio Iudæorum, & exaltatio gẽtium.

✠ THEODOR. Hinc Iudæorum dementiã in saluatorem vaticinatur, & gentium salutem: admonetque ne communicemus cum eorum reclamatione: vt Deus quidẽ, omnibus imperat post vero humanitatem, volũtariam credentium, seruitutem adeptus est.

✠ TERTVL. Quis populus, qui Deum ignorabat, nisi noster, qui Deum retro nesciebamus? & quis in auditu auris obediuit nisi nos, qui relictis idolis ad Deum conuersi sumus?

f *Filij.* Iudæi quos enutriui, facti alieni: *Mentiti sunt mihi*, ad honorem meum.

g *Inueterati sunt & claudicauerunt à semitis suis*, Sequẽtes potius suas traditiones, quàm Dei.

✠ THEODOR. Alienos seipsos fecerunt: sic per Ieremiã. *Quomodo conuersa es mihi in amaritudinem vitis aliena?*

✠ THEO. Symmac. pro *inueteraauerunt, & claudicauerunt*, dixit, *Vituperabuntur, & auertentur.*

† Et mãsuetudine tua multiplicasti me. vel, benignitas tua nostra superiore me fecit. Quida vertunt, cum humilias me, magnificas me.

† fortitudine

† Et inimicorũ meorũ dedisti mihi cervicem, i. conuersti eos in fugam.

† succidam ad internecionẽ perducam

† Erues

† contentionibus

† statim vt audierunt, congregauerunt se ad me

† decident, vel inueterascent, & expauescẽt ex penetralibus suis, vel clausuris, vbi se includunt præ metu

† Et disciplinã tua correxit me in finem, & disciplinã tua ipsa me docẽbit. Dilatasti gressus meos subtus me, & nõ † sunt infirmata vẽstigia mea. Persequar inimicos meos, & comprehẽdam illos, & non conuertar donec † deficiant, † Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos, Et præcinxisti me † virtute ad bellũ, & † supplantasti insurgentes in me subtus me, † Et inimicos meos dedisti mihi dorsũ & odientes me † disperdisti. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad dominum, nec exaudiuit eos. Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum † delebo eos. † Eripies me de † contradictionibus populi, constitues me in caput gẽtiũ. Populus quẽ nõ cognoui, seruiuit mihi, † in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sũt mihi, filij alieni † inueterati sunt, et claudicauerũt à semitis suis.

a ¶ Aug. correctio tua non sinit deuiare, vt quod ago in eum finem referam quo cohæretur tibi. b ¶ Et eadem correctio tua me docebit peruenire quo direxit.

a ¶ Vt melioribus insistam.

a ¶ Per mala mundi. b ¶ Itinera, vel signa quæ reliqui imitaturis. c ¶ Iudæos. ¶ Carnales affectus meos.

a ¶ Aug. vt absumantur. b ¶ Non illi me. c ¶ Ab hac intentione. d ¶ A rebellione. e ¶ Diuersis miseriis affligam.

a ¶ Qui modo obstrepunt. b ¶ Non durabunt aduersus me. c ¶ Præponam illis amores, quibus in æternitatem itur.

a ¶ Aug. fluentia desideria carnis, virtute strinxisti, ne in pugna præpedirer. b ¶ Aug. decepi fecisti insequentes, vt mihi subessent, qui superesse volebant.

a ¶ Aug. fecisti vt me persequerentur.

a ¶ Perdurãtes in odio. b ¶ Per vniuersum orbem. ¶ Vbi.

a ¶ Aug. alius non potest. b ¶ Aug. tu non vis, quia non recedunt à malitia. c ¶ Præter dispersionem.

a ¶ Aridi sunt, imbre misericordiæ Dei, vt elati & inflati superbia, à spe firma, quasi à solida terra rapiantur. b ¶ Aug. luxuriantes & lubricos per latas vias.

a ¶ Aug. qui dixit, Si dimiserimus eum sic, totus mundus post eum abit.

a ¶ Quia. ¶ Gentium. b ¶ Non visitaui corporali præsentia, vel lege & prophetis. c ¶ Oculis non vidit, sed per prædicatores obediuit.

a ¶ Non mei, sed alieni, ex patre diabolo. Vnde væ genti peccatrici, filiis alienis, populus plenus peccatis &c. Esa. j. a.

a ¶ Aug. in veteri homine remanserunt quos inuocare veni. b ¶ Aug. vno pede debiles, vetus testamentum tenentes, nouum respuentes. c ¶ Quas ipsi fecerant.

D

† nutauerũt declinauerunt cura mea

† consumã eos

† Transfigam, vulnerabo

E

Adu. Iudæ.

† incuruasti inimicos meos.

† aceruatim ponam, vel euacuabo, Chal. inter.

cõculcabo,

F

☞ *Viuit*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et disciplinam. *per tribulationes temporales me corrigendo.*

2 Et disciplina tua ipsa me docebit, *quia vexatio à Deo inflicta dat intellectum.*

3 Dilatasti gressus. *in Hebræo habetur*, passus meos, *quia quando pedes sunt coniuncti, homo dispositus est ad cadendum: sed quando sunt conuenienter elongati, tunc est dispositus ad firmius stãdum: & per hoc intelligitur firmitas in statu regio, quæ inerat ipsi Dauid à Deo.*

4 Persequar inimicos, *quia non poterunt manum meam effugere.*

5 Et non conuertar, *ab eorum insecutione.*

6 Confringam illos, *quod contigit in filijs Ammon, quos capta ciuitate regia trucidauit: & transire fecit super eos ferrata carpenta, traducens eos in typo laterum, vt habetur. ij. Regum. xij.*

7 Et præcinxisti &c. *contra Goliam Gethæum, & contra alios Philisthæos, quos diuina virtute frequenter debellauit.*

8 Et supplantasti. &c. *scilicet Philisthæos & alios populos infideles, quos Dauid redegit sub tributo, vt habetur. ij. Regum. viij.*

9 Et inimicos &c. *conuertendo eos in fugam coram me.*

10 Et odientes me disperdidisti &c. *scilicet Saulem & Absalom, & Siban filium Bochri, cum adhærentibus sibi.*

11 Clamauerunt &c. *deficiente eis auxilio humano.*

12 Ad dominum &c. *quia erant indigni auxilio diuino.*

13 Et comminuam. *tanquam destitutos ab omni auxilio humano & diuino, vt dictum est.*

14 Eripies me, *id est, eripuisti.*

15 De contradictionibus populi. *scilicet quando sub Absalon, & sub Siba filio Bochri populus Israel rebellans contradixit mihi.*

16 Constitues, *id est, constituisti.*

17 In caput &c. *conseruans mihi stabilitatem regni. Et quia dominium Dauid se extendebat etiam ad alias gentes in circumitu, quæ erat idololatræ, vt Philisthæi & Ammonitæ, & cæteri, ideo subditur.*

18 Populus quem non. &c. *notitia approbationis propter eorum idololatriam.*

19 Seruiuit mihi, *obediendo, & tributum reddendo: & quia non solum obediebant Dauid in propria persona, sed etiam nuntijs ab eo missis: ideo subditur.*

20 In auditu &c. *Ueruntamen quia istæ gentes recesserunt ab obedientia regni Dauid tempore Roboam regis nepotis sui, & aliorum sequentium: ideo subditur,*

21 Filij alieni mentiti. &c. *quia iurauerant ei seruire, & successoribus suis.*

22 Filij alieni inueterati sunt, *licet enim in principio bene obedierint: tamen ipso decedente, ab obedientia declinauerunt: ideo subditur,*

23 Et claudicauerunt à semitis suis. *In Hebræo habetur*: Et timebunt

MORALITER.

4 *Persequar.* Hic orat ecclesia pro subiectione infidelium, & † primò Iudæorum, cum dicitur, *Persequar.* quod factum fuit per Romanos, per meritum tamen Christi & ecclesiæ.

† *Cadent subtus.* quia seruiunt Christianis.

7 *Et præcinxisti.* repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem.

9 *Et inimicos meos &c. dorsum* id est, fugientes coram me.

10 *Et odientes me disperdidisti.* scilicet Iudæos qui sunt per orbem dispersi.

11 *Clamauerunt nec erat.* Nam Iudæi contra Romanos petierunt auxilium Agrippæ, sed noluit eos adiuuare, vt dicit Iosephus libro de Iudaico bello,

12 *Ad dominum &c.* Clamauerunt enim tunc ad dominum in templo per orationes & sacrificia & non fuerunt exauditi.

13 *Et comminuam eos vt puluerem.* scilicet dispergendo per orbem: Idem enim in canticis repetitur frequenter.

† *Vt lutum platearum.* id est, Faciam eos conculcari sicut lutum quod patet per effectum.

14 *Eripies me.* Hic orat pro subiectione Gentilium, cum dicitur *Eripies me de contradictionibus*, quod incepit à tempore Constantini, qui sub pœna graui prohibuit iniurias fieri Christianis.

16 *Constitues me in caput.* nam Romam caput mundi dimisit vicario Christi.

18 *Populus quẽ non cognoui* per legẽ & prophetas. scilicet Gẽtilis

19 *Seruiuit mihi*, humiliter & deuotè.

21 *Filij alieni mentiti sunt mihi*, scilicet Iudæi dicentes Christo, Ioan. x. e. *Si tu es Christus, dic nobis palam*: quasi volentes eum habere regem, cùm tamen quærerent eius mortem.

23 *Et claudicauerunt à semitis.* id est, à præceptis Dei sibi datis.

✠ 1 *Viuit*

☞ A a *Vivit.* CAS. Quartò exultans ecclesia, summatim munera Dei laudat. Vel *vivit*, quia viuificat.
✻ BASIL. & THEODO. *Vivit*, quem mortuum in cruce vocare solent Iudæi.

Benedictus. quia omnia benedicit.

b *Et exaltetur Deus*

†fortis me vel, creator meus. † vitiones, *salutis.* AVG. Non terreno more de Deo salutis meæ sentiam, nec ipsam salutem terrenam, sed in excelso de illo sperabo.

B c *Vindictas.* CAS. Pia vindicta, dum rebellis subditur.

d *Iracundis.* CAS. Maior gloria est à feruentib⁹ malis liberare.

†vel gētib⁹ C e *Magnificans salutes.* Deus qui magnificat: Faciens, Deus qui facit.

† psallam. e ✻ THEODO. potest huius vaticinatiõis euentus videri: Nam in omnibus vrbibus, & pagis, & agris; & finibus, & montibus, & collibus, in terra, & in mari, & in regione habitata, & in solitudines diuinus Dauid per piorum linguas Deum decantat.
✻ THEODO. hoc si secundum Iudæos intelligatur, vaticinationem redarguit: nam post reuersionem, Zorobabel, cum regnasset regni hæredes non dereliquit: Semen ergo Dauid æternum, est Christus Dominus ex Dauid natus secundum carnem: qui regnum & gloriam habet vt Deus & creator ante secula; vt E homo, in diebus nouissimis accepit. Ideo dicitur per Ezechielem, *Dabo illis Dauidem regem ipsorum,* & rursus, *Dauid Rex in medio eorum*, & Esaias exclamat, *Exvit radix Iesse, in eum gentes sperabunt*, hæc F B. Matthæus edoctus euangelicam historiam sic exorsus est: *Liber generationis* IESV CHRISTI *filij Dauid &c.*

D

¶ Quia præsens est in corde meo firma fide visus. b ¶ Laudatus sit. c ¶ Toto orbe eredatur.

a b Viuit dominus & benedictus †Deus meus, & exaltetur Deus 1 2

a ¶ Aug. det mihi salutem in excelso, non in imo, id est cælestem, non temporalem. b ¶ Subdendo populo. ¶ De Iudæis. c ¶ Pro id est.

c salutis meæ. Deus qui das † vindictas mihi, et subdis popu- 3 4

a ¶ Gentes. b ¶ Clamantibus, Crucifige. c ¶ Non quibuscunque, sed.

d los sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis. Et ab

a ¶ Quanto altius surgunt in iram, tanto amplius exaltatur, qui pertulit. b ¶ Patientem. c ¶ Resurgentem vel ascendentem. ¶ De se Christus. d ¶ A regno eorum iniquo. ¶ Quolibet schismatico.

insurgentibus in me exaltabis me, à viro iniquo eripies me. † †

a ¶ Propter ea, quæ dicta sunt. b ¶ Gentes tibi per me confitebuntur. c ¶ Alias in gentibus.

Propterea confitebor tibi in † nationibus domine, & nomini 5 6

a ¶ Latius innotescés bonis operibus meis. b ¶ Aug. admirabiles facit salutes, quas eius filius dat credentibus. c ¶ Christi.

tuo † psalmum dicam. Magnificans salutes regis eius, & fa- 7 8

a ¶ Aug. ipsi liberatori manu forti. b ¶ Aug. id est eis quos credentes in euangelio genuit.

ciens misericordiam Christo suo Dauid & semini eius vsque 9

in seculum.

☞ PSAL.

NICOLAVS DE LIRA.

✻ mebunt in clausuris suis, *& in translatione Hieron. iuxta Hebr. habetur*, Et contrahentur in augustijs suis: *& in eandem sententiam. reuertitur, quia homines rebellare volentes recludunt se & sua in ciuitatibus, & locis muratis, timentes inuadi ab illis, contra quos rebellant. Istam autem rebellionem futuram Dauid præuidit in spiritu.*

1 Viuit dominus. *Hic ponitur huius Psalm. intenta conclusio, videlicet diuini nominis magnificatio, pro beneficijs prædictis, cum dicitur,* Supremus gradus vitæ est intelligere. Viuit dominus, *quia est vita per essentiam, & omnia viuunt in eo, secundum quod dicitur Ioan. j. a.* Quod factum est in ipso vita erat: *Quia creatura vt est in Deo, est ipsa creatrix essentia, qua est idem quòd intelligere diuinum. Intelligere autem est supremus gradus vitæ: & quia intelligere diuinum est optimum, eo quòd vnico actu intelligit perfectè perfectè se, & omnia alia, ideo dicit Philosophus xij. Metap. quòd Deus vivit vita nobilissima sempiterna & optima.*

2 Et benedictus, *ex beneficijs mihi collatis.*

3 Et exaltetur Deus salutis &c. *non in se, cùm sit magnitudinis infinitæ: sed in creaturis ipsam laudantibus.*

4 Deus qui das. *& patet sententia ex dictis vsque ibi.*

5 Propterea confitebor, *confessione laudis tuæ.*

6 In nationibus. *quia psalmi facti à Dauid derivati sunt ad omne nationes in Christo credentes.*

7 Magnificans salutes *.i. salutes meas, qui sum rex ab eo institutus.*

8 Et faciens miseri. Christo. *id est, inuncto in regem de eius mandato per Samuelem, vt habetur supra j. Regum. xvj.*

9 Et semini eius vsque in seculum. *quia Deus dedit regnum ipsi Dauid pro se, & successoribus suis, vt habetur ij. Regum. vij.*

☞ PSAL.

MORALITER.

† ✻ 1 *Viuit dominus.* Hic ponitur psal. conclusio, quæ est gratiarum actio, cum dicitur,

2 *Et benedictus Deus &c. qui das vindictas mihi.* id est, victorias, vt patet per prædicta.

† *Et ab insurgentibus. &c.* Antichristi tempore.

† *A viro iniquo eripies me*, id est, ab Antichristo, qui dicitur homo mo peccati, filius perditionis. ij. Tessa. ij. b. *Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.* vt dicitur ibidem.

5 *Propterea confitebor*, confessione laudis.

7 *Magnificans salutes regis*, id est, Christi, qui est omnium saluator quantum in se est.

8 *Et faciens misericordiam Christo suo Dauid.* id est, summo pontifici, qui dicitur Dauid, id est, manu fortis: quia quod ligat in terra, ligatum est & in cælis.

6 *Et semini*, id est, populo Christi cuius est pater spiritualis.

† MORAL.

ADDITIO I.

In psalm xvij. Diligam te domine: *vbi dicitur in postil.* Et posuit immaculatam viam meam. *Macula adulterij & homicidij fuerunt ablata ab anima ipsius Dauid per suam contritionem & Dei misericordiam, etiam antequam persecutionem Absalom patienter tulerat: licet verum est quod sublata macula adhuc remansit reatus pœna satisfactoria, vt satis habetur in textu per postillatorem allegato. scilicet. ij Regum. xij. d. vbi postquam Dauid dixit ad Nathan*, Peccaui domino; *statim ei respondit*, Dominus quoque trãstulit peccatum tuum. *Quod quidem verbum, scilicet* transtulit peccatum tuũ, *intelligitur quantum ad culpam, prout etiam postillator ibidem exponit; vnde remissa culpa manifestum est, quòd non remanet macula: reatus tamen pœna satisfactoria remansit, vnde sequitur in litera*, Veruntamen, quia blasphemare fecisti inimicos nomen domini, filius qui natus est tibi morte morietur. *Et ista bene tractantur in prima secundæ. q. lxxxvij. vide ibi.*

ADDITIO. II.

In eodem psal. xvij. Diligam te, *vbi dicitur in postilla:* Et semini eius vsque in seculum. *Proprius & verius exponitur hoc quod dicitur*, Et semini eius, *de Christo, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem ad Rom. j. a.* Cuius regnum est vsque in seculum, *quia regnum eius non corrumpetur. Dani. vij. d.* Et regni eius non erit finis &c. *Luca. c.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a *In finem.* Cas. Psalmus de primo aduentu, vnde tyrannus cadit, homo absoluitur, hic propheta respicit in finem, id est Christum, vel in vltima tempora.

PSALMVS XVIII.

b *Cæli enarrant.* ✻ Theodo. Tres leges datas, Naturæ, scriptam, gratiæ, ex D. Paulo discimus: quas secundum eũdem ordinem B. Dauid in hoc psalmo docet.

B ✻ Basil. Vnam sine literis; secundam cum literis, tertiam in gratia.

Cas. Primo loquens de incarnatione, commendat prædicationẽ nouæ legis.

Aug. Cæli, apostoli, de gloria Christi in qua patris æqualis.

✻ Theodor. Cæli & firmamenti meminit, Magni, Mosis doctrinam sequutus, primum enim cælum factum fuisse dicit: de inde firmamenti artificium narrat, quod cælũ celorũ appellauit. Nam

C cælum quod videtur, veluti quoddam rectum terræ paractũ est, firmamentum autem quod est superius hoc cælo, tale est huic cęlo, quale hoc cælum est terræ, neque hæc animata esse docet, sed est quædam prosopopœia, homines docens, ab his, quæ videtur, ad opificem peruenire, & illi hymnorum cantilenam afferre.

Cas. Vel cæli, qui stellam miserunt.

c *Gloriam.* Cas. quod Deus, gratis peccata dimittat.

d *Opera.* Aug. quæ secundum hominem. In primo alti. quia altum nuntiant: In isto firmati, quia pro eo opus est pati, vnde, *Non enim erubesco euan.* Et Iudæis quidem scandalum, gentibus stultitiam. *Dies.* Ecce quam discrete: non enim omnia omnibus, sed clari claris sapientiam Dei: & ipsi eidem facti nox, tenebrosis scientiam quæ de humanis.

Cas.

† In finem psalmus Dauid XVIII.

¶ Aug. Apostoli exponunt gloriam Christi, vel quia ipse patrem glorificauit.

a ¶ Cassio. facta virtutum domini, id est passio, resurrectio, & miracula.

a b c d e

Æli enarrant gloriam Dei, & opẽra manuum eius annuntiat firmãmentum. Dies

a ¶ Aug. firmati spiritu, qui prius & terra per timorem. b ¶ Sancti. a ¶ Sanctis. b ¶ De pleno. c ¶ Quasi carnales carnalibus, non verbum, sed scientiam.

f g h i k

diẽi † eructãt verbum, & nox nocti † indicãt scientiam. Nõ sunt lõquelæ neque sermõnes, † quorum

a ¶ Vt simplicitibus. b ¶ Linguæ. c ¶ Genera dicendi. d ¶ Per quos non sunt auditæ voces apostolorum. a ¶ Cælorum. b ¶ Fama: & si non præsentia.

non audiãtur voces eõrũ. † In omnẽ terrã exiuit † sonus eorũ, & in fines orbis terræ verbã eõrũ. † In sole posuit taberna-

a ¶ Etiam in angulis. b ¶ Eadem quæ dixerunt. c ¶ Vel dicentium. d ¶ Quomodo hoc. ¶ Aug. in tempore vel manifestatione.

✻ Theodor. hoc explanatius Symmachus, *Nox nocti indicat scientiam, non verba, neque sermones quorum non audiũtur voces, sed in omnem terrã exiuit sonus eorum.* Vel secũdum Aquilã, *In omnem terram exiuit ordo ipsorum.* Nam nec sermonem emittentes, nec verba proferentes, sed regulam & proprium ordinem demonstrantes, omnem terram atque mare ad diuinas laudes decantandas inuitant.

Aug. Omnibus linguis primos loqui fecit spiritus, qui omnes gentes in vnum erat congregaturus, vnus homo tunc omnibus, sic modo vnus Christus caput & corpus.

i *In sole.* Cas. Quod alios fecisse laudat, ipse facit, prædicat incarnationem. Vel in sole in manifesto mundi, vel in labore. Sol vrit, lucet, & variat tempora.

k *Tabernaculum suum.* Avgvst. Quasi militare habitaculum, id est, dispensationem incarnationis suæ, in qua venit expugnare errores in mundi. Vel tabernaculum, ecclesiam in manifesto, non in occulto, vt lateat.

☞ a *Sponsus*

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XVI.

1 Cæli enarrant gloriam Dei. *Huic psalmo proponitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriã psal. Dauid. *& in trãslatione Hier. iuxta Hebraum:* Victori canticum Dauid: *& est supra expositus in suo simili psalm. xij. Dicunt autem Hebræi, quod iste psal. factus est à Dauid pro grattarum actione de datione legis, quod fuit magnum beneficium & speciali per datum filijs Israel vt habetur in psal. cxlvij. b.* Qui annuntiat verbum suum Ia. &c. non fecit taliter omni nationi &c. *Et secũdum istum intellectum psal. iste diuiditur in duas partes, quia primo Dauid ostendit magnitudinem diuinæ sapientiæ generaliter ex excellentibus creaturis, per quas deuenitur in cognitionem creatoris. Secundo specialiter ex datione legis, ibi,* Lex domini immaculata. *Circa primum sciendum, quod Dauid ad declarationem diuinæ sapientiæ non est vsus creaturis spiritualibus, cuiusmodi sunt angeli. quia non sunt visibiles: sed corporibus cælestibus, quæ sunt manifesta omnibus, dicens,* 1 Cæli, *id est, orbes planetarum,*

2 Enarrant gloriam, *id est, patenter ostendunt magnitudinem suæ potentiæ, & ordinem suæ sapientiæ.*

3 Et opera manuum, *id est magnitudinem suæ virtutis,*

4 Annuntiat firmamentum, *in quo sunt stellæ fixæ. Ex his enim creaturis excellentibus declaratur ordo diuinæ virtutis & sapientiæ secundum quod dicitur, Sap. xiij. b.* A magnitudine speciei & creaturæ poterit cognoscibiliter creator horum videri.

5 Dies diei eructat. &c. *variatio enim dierum secundum longitudinem & brevitatem, caliditatem, & frigiditatem, & alias variationes, quæ per motum cæli causantur, & secundum certas periodos ordinate reiterantur, ostendit potentiam & sapientiam motoris primi, scilicet Dei. Et quia ista sunt omnibus nota, vel possunt esse, ideo subditur,*

6 Non sunt loquelæ neque sermones, *hoc est, gentes tam diuersarum linguarum.*

7 Quorum non audiantur voces eorum: *quia omnes habitantes in terra per predicta possunt edoceri de diuina sapientia & potentia, acsi docerentur personam vocis humanæ.*

8 In sole posuit tabernaculum suum. *In Hebræo, & in translatione Hieron. iuxta Hebræ. habetur sic,* Soli posuit tabernaculum eius: *& est finis versus precedentis, & sic exponitur, quia sol in medio planetarum ponitur: habet enim tres supra se, Martem, Iouem & Saturnum, & tres infra se, Venerem, Mercurium & Lunam: & sic in orbibus planetarum, qui cæli dicuntur habet habitaculum: & sit hic specialis mentio de sole, magis quam de alijs stellis, quia per ipsum, & eius effectus magis innotescit ordo diuinæ sapientiæ hominibus.*

☞ 1 Et ipse

MORALITER.

† 1 *Cæli enarrant gloriam Dei.* Psalmus iste literaliter intelligitur de publicatione euangelij per apostolos Christi. Mystice verò potest exponi de laude Dei pro beneficio incarnationis. Et primò describitur hæc laudatio, secundò laudis ratio, ibi, *In sole posuit tabernaculum suum.* Ista laus communis est angelis & hominibus, quia de salute hominum reparatur numerus angelorum, ideo dicitur, *Cæli enarrant gloriã Dei,* id est, ciues cælici, qui sũt angeli fãcti

3 *Et opera manuum eius annuntiat firmamentum,* id est, militans ecclesia supra Christum firmiter fundata.

5 *Dies diei eructat verbum,* id est, angelus clarè videns angelos, nam ad diuinas laudes mutuò se inuitant.

† *Et*

† *Et nox nocti indicat scientiam,* id est, homo videns in ænigmatis obscuritate, ad Dei laudem debet proximum inuitare, quod est ei bonam scientiam indicare.

6 *Non sunt loquelæ,* angelorum laudantium,

† *Neque sermones,* hominum Deum magnificantium,

7 *Quorum non audiantur voces eorum:* coram Deo acceptante. Et quoniam ex hoc procedit vtilitas toti mundo, subditur,

† *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* id est, profectus huius laudis.

8 *In sole posuit tabernaculum suum.* Hic consequenter ponitur dictæ laudis ratio: & primò ex incarnationis beneficio, cùm dicitur *In sole posuit tabernaculum suum,* Id est, in virgine quæ illuminat ecclesiam, sicut sol mundum.

† 1 *Et ipse*

D

Ioan. 1. a.

E

† indicabit

† vbi nõ auditur vox eorum (id est, omnes nationes audierunt.

† linea (vel, funiculus, filum, veluti est archirectorum aut cursus)

F

Act. 2. a.

† vide psal. 4.

† annuntiabit (eructabit, loquetur)

† Rõ. 10. d.

† Soli posuit tentoriũ in ipsis.

Roma. 1. b. 1. Cor, 1. d.

a *Sponsus.* Cas. Toties prophetis promissus, magna similitudo sacramẽti: ideo de virgine natus, vt ecclesiã sibi virginẽ copularet.

b *De thalamo.* Aug. id est, virginali vtero, vbi Deus humanæ naturæ, vt sponsus sponsæ copulatus est. Ecce humilis misericordia, sed fortis maiestate.

c *Gigas ad currendam.*

Cas. Imperturbabilis, irreuocabilis humanam naturam potentia superans.

✠ Bas. & Theo. hæc magis dilucide tres interpretes, *Soli posuit tabernaculũ in ipsis*, videlicet in cælis: Sol autẽ ob pulchritudinẽ sponsum imitatur; ob velocitatẽ gigantẽ in his autem verbis, *nec est qui se abscondat à calore eius*, calorem pro lumine posuit, plus efficientię demõstrans: fieri enim potest, vt qui longe absunt fruantur lumine hominum manu accenso, caloris verò, nisi propinquantes, participes esse non possunt: sol autem longissime radios emittens, calorem cum lumine impertit.

✠ Tertvl. Iam teneo Christum meum in nomine sponsi, de quo psalmus, *Ipse tanquam sponsus egrediens de thalamo suo*, qui Ecclesiam sponsam ex gentium vocatione accepit, sic enim legisti, *Veni sponsa de libano.*

d *A summo.* Cas. Hic trinitas ostenditur. *A summo cœlo*, pater; *Egressio*, æterna generatio filij; *Occursus*, secundum hominem, dum ascendens ad sedem patris occurrit *vsque ad summum*, secundum quod Deus, patris; *A calore*, spiritussanctus, quem post ascensionem apostolis misit, à quo nemo absconditur, qui vt Deus corda hominum nouit. Dicendo, *eius*, notat vnitatem trinitatis.

e *Nec est qui se abscondat. &c.* Aug. Verbum caro factum, non permisit vllum te excusare de vmbra mortis: quia & ipsam penetrauit calor verbi. Vel, calor est spiritus, quem misit reuersus, qui lex, testimoniũ, iustitia, præceptũ, timor, & iudicia, quia hæc agit.

f *Lex domini.* Cas. Secundò laudat præcepta no. & ve. te.

Cas. Lex per Moysen data, omnia verba sua distinctione corrigens, & ad Christi gratiam mittens.

✠ Tertvl. Ita legit: *lex Inuituperabilis conuertens animas, vita Domini directa, oblectans corda, præceptum Domini longe lucens illuminans oculos.*

a ¶ Renatus scientia & virtute. b ¶ Vtero virginali.

culum suum, & ipse tanquam sponsus, procedẽs de thalamo

a ¶ Non inuitus suscepit laborem. b ¶ Aug. omnes incomparabili virtute præcedens.
c ¶ Aug. non stetit ad inuia mundi. d ¶ Quoniam. ¶ A patre.

suo. † Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo

¶ Ab æqualitate patris. Exiui à patre & veni in mundum, iterum relinquo mundũ, & vado ad patrem. Ioa. xvi. f.
a ¶ AEterna qua de patre natus. b ¶ Aug. occurrit plenitudine diuinitatis vsque ad æqualitatem patris.
¶ Patris cæli.

egressio eius. Et † occursus eius vsque ad summum eius, nec

a ¶ Quia. ¶ Non humana. b ¶ Ipse est lex. c ¶ Qui peccatum non fecit.

est qui se abscondat à calore eius. Lex dõmini † immãcula-

¶ Aug. immaculatos facit, quod non prior lex.
a ¶ Aug. quia nemo nouit patrem nisi filius, & cui f. v. r. quæ sapientibus abscondita sunt & reuelata paruulis.
¶ Testimonium quod promittit obseruantibus complebitur.

ta, conuertens animas, testimõnium domini fidele, sapien-

¶ Non superbis. a ¶ Non terrentes. ¶ Spe præmij.

tiam præstans paruulis, † Iustitiæ domini rectæ lætificãntes

a ¶ Aug. sine velo carnalium obseruantiarum, non sicut Moyses ponebat velamen.
b ¶ Interioris hominis.

corda, præceptum domini † lucidum, illũminans oculos.

1 g *Conuertens.* Aug. Libertate, ad se imitandum, non premẽs
2 iugo seruitutis.
3 h *Animas.* Aug. Voluntates, non modò manus, vt vetus.
4 i *Testimonium.* Quæ
5 cunq; testimonia de- † perfecta.
6 dit Israel, plena sunt.
7 veritate, & humili- E
8 bus sapientiam de-
9 derunt.
10 ✠ Bas. & Theo. legẽ
11 pluribus nominibus
12 designat. Vocatur *lex*
13 tanquam optimum
14 Reip. statũ dispensãs,
15 & ordinans; *testimonium*, veluti peccantes testificans, & transgressionis vindictam ostendens; *Iustitiæ*, quasi iustum donans, & prohibens iniustum rectęque agentes iustos declarans: *Præceptum*, eo quod præcipit quid agendum, atque Domini more imperat: *Iudicia* autem tanquam diuina iudicia ostendens, atque docens, quibus bonis perfruatur qui eam custodit, & quibus supplicijs qui eam transgreditur sit obnoxius. Dicit igitur: Cum Dei *lex* penitus ab omni reprehensione libera sit, hominum animas conuertit: *Testimonium* verò exterrendo, imperfectis atque infantibus iustitiam præstat: Porro *Iustitiæ* cor lætificant, iustificationis causam demonstrãtes: *præceptum* autem internos oculos illuminat, docens, quid vniuersitatis Deum honoret. Pietas quidem atque Dei timor horum custodiam subministrãs, in causa est, vt sempiternis bonis fruamur. Merito autem *timorem sanctum* appellat. i. à reprehensione purum, tanquam humano timore reprobato.

k *Sapientiam.* de diuinis.

l *Iustitiæ domini.* Aug. Omnes in illo rectę, qui non docuit quod

☞ non

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo. *quia in ortu suo egreditur de hemisphærio nobis occulto, ornatus suis radijs, sicut sponsus egreditur de thalamo suo compositus ornamentis.*

2 Exultauit vt gigas ad currendam viam, *id est, ad agendum cursum suum velocem, secundum quod dicitur secundi Esdræ. iiii. d.* Velox cursus solis conuertit in gyro cælum in locum suum in vna die: *quia vna die naturali circumit totum cælum, terra non est nisi quasi punctulus respectu eius. Ex quo apparet primi motoris virtus, sapientia, & ingens potentia.*

3 A summo cælo. *id est, ab oriente, quæ est principalior pars cæli.*

4 Egressio eius. *vsque ad occidentem.*

5 Et occursus *de nocte.*

6 Vsque ad summum eius. *reuertendo in orientem, secundum quod dicitur Eccles.* j. Oritur sol, & occidit & ad locum suum reuertitur, &c.

7 Nec est qui &c. *quia de die causat calorem in hemisphærio nostro, & de nocte in hemisphærio opposito.*

8 Lex domini. *Hic consequenter ostenditur ordo diuinæ sapientiæ, specialiter ex legis datione, quæ disponebat ad Christum Dei sapientiam & virtutem, vt dicit Apostolus Gal. iij. d. Lex.* pædagogus noster fuit in Christo *Et primo describitur legis datæ conditio, Secundo eius obseruatio, ibi,* Desiderabilia. *Circa primum dicitur,* Lex domini *domini, quia dominus dedit eam in monte Sinai.*

9 Immaculata, *quia non concedit aliquid immundum tanquam licitum. sed permittit aliquod minus malum, ad maius malum euitandum, vt dictum est psal. prece.*

10 Conuertens animas *ad ipsum Deum: & loquitur hic de quinque libris Moysi, qui proprie dicuntur lex apud Hebræos.*

11 Testimonium domini fide. *quantum ad libros prophetales quorum dicta fideliter implentur,*

12 Sapientiã præstans paruulis, *quantum ad alios libros ve. te. qui dicuntur hagiographa: inter quos continentur libri sapientiales ad eruditionem paruulorum, vt habetur Prouer. j. a. Parabolæ Salomonis &c. & subditur:* Vt detur paruulis astutia & adolescenti scientia & intellectus,

13 Iustitiæ domini rectæ. *Reuertitur magis ad describendum in speciali conditionem legis Mosaicæ, in qua erant tria præceptorum genera, scilicet ceremonialia præcepta, quæ in ve. lege iustificationes vocantur,* Iustitiæ domini rectæ *quia ad cultum diuinũ erãt Institutæ.*

14 Lætificantes corda, *quia Leuitæ cantabant in sacrificiorum oblatione. Alia erant præcepta moralia, inter quę præcipua sunt præcepta decalogi, & quantum ad hoc dicitur,*

15 Præceptum domini, *quia præcepta decalogi sunt quasi quædam conclusiones immediate elicitæ à iure naturali, vt dictum fuit, Exod. xx. ideo sunt lucidę & clarę.*

☞ 1 Timor

MORALITER

† 1 *Et ipse tanquam sponsus,* ecclesiæ.

† *Procedens de thalamo suo,* id est, de virginis vtero.

2 *Exultauit vt gigas,* ratione fortitudinis.

3 *A summo cælo egressio eius,* id est, à patre.

5 *Et occursus.* Ioan. xvj. f. *Exiui à patre, & veni in mundũ: item relinquo mundum, & vado ad patrem.*

7 *Nec est qui se abscondat à calore &c.* beneficiorum eius.

8 *Lex domini,* Hic secundo ponitur ratio laudis ex conditione nouæ legis: cuius primo ponitur conditio cum dicitur, *Lex domini immaculata.* i. Nullũ illicitũ permittens, quod faciũt aliæ leges.

10 *Conuertens animas,* nam aliæ leges cohibent manum, ista verò animum, sicut dicitur in glo. Philip. iij.

11 *Testimonium.* nam euangelium implet promissa in lege.

12 *Sapientiam præstans paruulis* id est, humilibus Ma. xj. d. *Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

13 *Iustitiæ.* id est, consilia euangelij, quæ sunt quædam semitæ rectiores, & breuiores via communi mandatorum.

14 *Lætificantes,* quia perducunt ad gaudium angelorum.

15 *Præceptum domini lucidum.* Nam euangelium elucidat ænigmata legis & prophetarum.

✠ 1 *Timor*

non fecit, vt imitantes gauderent in eis, qui liberè cum charitate facerent, non seruiliter cum timore.

CAS. *Iustitiæ*: lexquæ iustificat; quicquid præcipit iustum est.

a *Timor domini.* CAS. Timor seculi non sanctus, quia non proficuus, & cũ temporibus mutatur. *Timor domini* sine omni perturbatione, quia est mista cum pauore dilectio, quia si timet a iudicem, scit miseri- b cordem. c

AVG. Timor, non d ille pœnalis pro terrenis quorũ amore formidat anima: sed e castus, quo quãto diligit, cauet offendere sponsum: & ideo non foras mittitur; sed f permanet.

b *Iudicia.* AVG. Iudicia Dei non egent g alterius autoritate.

c *Desiderabi.* AVG. h Vel, multùm desiderabilia, vel multum aurũ: & lapis; vel multum pretiosum.

AVGVST. Desiderabilia super aurum, super pompas seculi, pro quib⁹ iudicia Dei non desiderantur, sed timentur, vel cõtemnuntur, vel non creduntur. Vel si quis est aurum, vel lapis, vel mel, vel fauus, plus desiderat quam se iudicia Dei: cuius voluntatem suæ præponit & dulciora sunt, quàm ipse sibi.

d *Super aurum.* AVG. id est, omne quod appetitur, pro diuitijs, vel potentia, vel pro voluptate.

e *Mel.* AVG. Cibus Dei est mel: id est, solutus iam à seculo, Et fauus, id est, quia adhuc circumplicatur, cui opus est pressura exprimentis manus Dei, vt eat in vitam.

f *Delicta quis.* AVG. Tertiò petit sese à vitijs purgari, vt sit dignus Psalmista, qui hæc referat sacramenta.

AVG.

a ¶ Aug. gratis amans, non puniri, sed separari timens.

Timor domini † sanctus permanens in seculũ seculi, iudicia

a ¶ Aug. qui omne iudicium dedit filio. b ¶ Aug. incommutabiliter, nec quis eripit præmia quæ dat vel pœnas. ¶ Ideo, c ¶ Præ diuitiis.

domini vera, † iustificata in semetipsa Desiderabilia † super

a ¶ Præ potentia. b ¶ Id est præ voluptate c ¶ Secundum nouum testamentum

aurum & lapidem pretiosum multùm, & dulciora sup̃ mel

a ¶ Secundum vetus. b ¶ Non loquendo probat dulcia, sed custodiendo. c ¶ Modo dulcia, pòst salubria. ¶ Aug. in eo ipso, non in extrapolita re, quia in eis gaudetur, & per se placent.

† & fauum. Etenim seruus tuus † custodit eã, in † custodiendis

a ¶ quæ nequit dici. b ¶ Aug. sicut tenebræ oculos ita delicta mentem non sinunt videre lucem vel se. ¶ Sed timeo ne quibusdam præoccuper. c ¶ Aug. à cupiditatibus in me latentibus. ¶ Ne seducar ab aliis. quia non capitur ab alienis qui est mundus à suis.

illis retribũtio multa. † Delicta quis intelligit; Ab occultis

a ¶ Quæ ex me. b ¶ Non superbo meo. c ¶ Non quòd omnino tollantur, quod impossibile, sed ne dominentur.

meis munda me, † & ab alienis parce seruo tuo. Si mei non

a ¶ Alieni. ¶ A criminali.

fuerint dominati, tunc † immaculatus ero, & emundabor à

a ¶ Aug. superbiæ, quod est vltimum redeuntibus, primum recedentibus.
b ¶ Aug. si fuero mundus à superbia, eloquia placebunt in conspectu hominum, non Dei, sed si mundus, tunc erit, vt complaceant non solum eloquia, sed & medi

delicto maximo. Et erunt † vt complaceant eloquia oris mei,

a ¶ Aug. vt non placeant hominibus, quia iam nulla superbia, sed in conspectu tuo, qui intus vides & conscientiam puram inspicis.

& meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine

a ¶ Aug. tendentis ad te, quia redemptor, vt tenderem ad te ne quis sibi conuerti ad te, vel peruenire, tribuens repellatur vt superbus. ¶ In bonis agendis. ¶ A malis.

† adiutor meus: & redemptor meus.

AVG. Menti videnti suauis est veritas, dulcia iudicia; non videnti quæ suauitas; Sed quare non videtur? propter delicta: Nec mirum: *delicta enim quis intelligit?*

CAS. *Delicta.* omnia, quædam enim nota sunt.

CAS. *Mea* inquinãt, *aliena* affligũt. & iam parce, repelle suasorẽ

g *Ab occultis.* CAS. Omnia peccata, duobus includit. *Occulta* sũt originalia, & quæ secreta voluntate oriuntur, quæ multis ante effectum rei celantur: q̃ si forte nosc- 6 cuntur, vt dicit Salo- 7 mon, *Non eas post con-* 8 *cupiscentias. Aliena* 9 sunt quę suadentibus 10 malis hominibus, vel 11 diabolo fiunt. Ab illis 12 *munda:* ab his *parce*, quia iam seruus, quæ 13 si non dominentur, 14 tunc sum mundus. 15

✻ THEODOR. Non 16 tantum cogitationes me circũdant, sed dæmonum agmina obsi- 17 dẽt, qui sunt *alieni* & hostes, dũ cogito de 18 lege Dei implenda. 19

h *Dominati.* AVG. Vel, dominata, occul- 20 ta & aliena, *Immaculatus*: quia non est certior origo peccati præter occultum sũũ quo cecidit diabolus, & *alienum*, quo homo seductus est; & consentiendo fecit suum.

1 i 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

† magis quam aurũ & obrizum E

Eccl. 18. d.

† cautus præ monitus, cui cum spectus in ipsis subne quid cõtra ea faciat, vel per illa cautus effectus est

† custodiendo ea

† perfectus F

semper

AVGV. Non est maius delictum quam apostatare à Deo, quod est initiũ superbiæ: Superbia verò est initiũ & causa oĩs peccati.

✻ THEODO. *Si mihi non fuerint dominati.* Per hęc nouum testamentũ prędicit & baptismatis gratia & spiritus sancti donum. Eccle.10.b.

i *Domine adiutor meus & redemptor, &c.* ✻ THEO D. Accõmodata psalmo peroratio. Nam *Dominum* quidem vt creatorem & opificem vocat: *Redemptorem* vero tanquam per baptismatis regenerationem à Dæmonum seruitute liberantem.

☞ PSAL.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Timor. *quia populus audiendo vocem domini dantis præcepta decalogi, fuit valde perterritus, vt habetur Exo. xx. Cuius timoris debet esse memoria perpetua; ideo subditur,*

2 Perma. in secul. *Alia præcepta fuerũt iudicialia: & quantũ ad hoc dicitur,* 3 Iudicia domini vera, *quia continent & manifestat iustitiã, sicut apparet de lege talionis & de multis aliis. Exo. xxj. & xxiij.*

4 Desiderabilia. *Hic describitur consequenter legis obseruatio, quæ primo debet esse in corde, ideo primo dicitur,* Desiderabilia, *scilicet sunt præcepta diuina.*

5 Super aurum, *inquantum spiritualia corporalibus perferuntur.*

6 Et dulciora, *gustui mentis meæ.*

7 Super mel &c. *id est, magis quam sit mel, & fauus gustui corporis, ratione iam dicta. Secũdo debet conseruari in opere, ideo subditur,*

8 Etenim seruus tuus *qui verè seruit tibi.*

9 Custodit ea *opere adimplendo.*

10 In custodiendis illis retributio multa, *scilicet beatitudo futura. Sed quia iam in lege sunt multa præcepta, scilicet sexcenta & xj. secũdũ Hebræos, ideo difficile est obseruare ea absq; delicto: ideo subditur,*

11 Delicta quis intelligit. *q.d. nullus perfecte, ideo subdit Dauid,*

12 Ab occultis meis munda, *dulcedine misericordiæ tuæ.*

13 Et ab alienis, *delictum enim alterius transit ad aliquem propter suam negligentiam, quando negligit eos corrigere loco, & tempore qui debet, & hoc correctione fraterna, quantum ad prælatos, & principes, de quibus orat Dauid: & ideo meritò dicit,* Ab alienis parce ser.t. *quia impossibile est, vel saltẽ difficile, transire sine defectu in talis correctione.*

14 Si mei, *defectus propry. vel alieni modo dicto.*

15 Tunc immaculatus ero, *in conscientia propria.*

16 Et emundabor, &c. *quia qui cauet minora peccata, cauet etiam maiora.*

Aliter exponitur ab aliquibus ab illo loco, Ab alienis, *hoc est, ab infidelibus, qui sunt alieni à fide,* parce seruo tuo, *ita quod non habeãt potentiam super me, per quam inducant me ad peccata infidelitatis suæ, sicut Antiochus cogebat Iudæos transire ad ritum Gentilem & idololatriã, vt habetur. ij. Machab. vj. a. ideo subditur*: Si mei non fuerint dominati *infideles*: Tunc immaculatus ero, *ab eorum culpa.* Et emundabor à delicto maximo. *id est, ab idololatria, ad quam me non cogent, & sic manebo mundus ab ea.*

17 Et erunt, vt complaceãt eloquia oris mei, *quia eloquia ex corde mundo procedentia sunt Deo placita.*

18 Et meditatio cor. &c. *ad te cognoscendum & amandũ veraciter*

19 Domine adiutor meus, *in tribulationibus superuenientibus.*

20 Et redemptor meus, *de Ægypti seruitute, in qua dicit se Dauid redemptum in suis patribus. Licet autem ista expositio satis concordet*

☞ *litera,*

MORALITER.

† 1 *Timor domini sanctus. &c.* id est, æternaliter: quia timor filialis manet in patria, non tamen quantum ad timorem offensæ, sed quantum ad exhibitionem reuerentiæ.

3 *Iudicia.* quia sententiæ de agibilibus in euangelio datæ continent veritatem & iustitiam manifestam.

4 *Desiderabilia.* Post euangelij laudem, hic inducit Psalmista ad eius obseruantiam dicens, *Desiderabilia super au.* nam sapientiæ, specialiter euangelicæ, nulla res corporalis comparari potest in valore & dulcore: propter quod custodienda est diligentissimè, ideo subditur,

8 *Et*

8 *Etenim seruus tuus, &c.* scilicet inenarrabile bonum; *quod oculus non vidit, & auris &c.* j. Cor. ij. b. Sed quoniam obseruatores aliquando deficiunt non aduertentes, ideo sequitur,

11 *Delicta.* scilicet omnia. *quis in.* q.d. nulli aut pauci, ideo subditur: 12 *Ab occultis*, quæ possent occasionaliter in me retorqueri: 14 *Si mei non fuerint dominati* scilicet dæmones per aliqua dictorum peccatorum. 15 *Tunc immaculatus ero*, corã Deo. 16 *Et emundabor*, quia si fuero mundus à minoribus, & per consequens à maioribus. 17 *Et erunt vt com.elo.* id est orationes meæ vocales, & mentales, erunt acceptabiles corã Deo. Sed quoniã hoc prouenit ex bonitate diuina, subditur: *Do. ad. m. & re. me.*

† *MORAL.*

literæ, tamen mihi non videtur inconueniens, vt dicatur expositio literalis: Primo quia Paulus apostolus in lege & prophetis eruditus per eruditionem humanam, & diuinam allegat literam huius Psalmi dictam de publicatione euangelij per apostolos, & discipulos Christi. Roma.x.ca. concludens: Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Nunquid non audierunt; q.d. sic: quod probat per literam huius psal. dicens, Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fi. orb. &c. Iterum in fine huius Psal. dicitur. Domine auditor meus, & redemptor meus: Per hoc enim quod dicitur, Redemptor meus, absolutè intelligitur ille qui est redemptor antonomasticè: sicut cùm dicitur philosophus absolutè, intelligitur Aristoteles. Redemptor autem antonomasticè dictus in scriptura est ipse Christus. Redemptio enim à captiuitate Ægypti fuit particularis vnius populi: Redemptio autem facta per Christum generalis totius mundi. Quam redemptionem præuidit in spiritu prophetico ipse Dauid, quia clarius & diffusius scripsit mysteria Christi quam alij, vt dictum est in principio huius libri: & de hoc fecit hunc psal. Igitur secundum istum intellectum psalm. iste in tres partes diuiditur: quia primò describitur euangelij publicatio: secundo publicati conditio, ibi, Lex domini, tertiò eiusdem obseruatio, ibi, Desiderabilia. Circa primum dicitur, Cæli, id est, apostoli, qui dicuntur hic cæli metaphoricè, quia fuerunt excellenter illuminati, & in Deum eleuati. Tali modo loquendi vsus est Esaias. j. ca. Audite cæli, & auribus percipe terra. Non enim alloquebatur corpora cælestia, & terram, quæ est elementum quia non habent sensum & intellectum: sed sub nomine cælorum alloquebatur maiores in populo, & sub nomine terræ minores, sicut Iudicum ix. sub nomine Rhamni, intelligitur Abimelech secundum sensum literalem: & sic in proposito Apostoli nominantur cæli, cùm dicitur, Cæli enar. gloriam Dei, quam Christus habuit in miraculis, & gloriam suæ resurrectionis, & ascensionis: hoc narrauerunt verbo suæ prædicationis, Et opera ma. eius annun. firma. Per firmamentum, in quo sunt stellæ fixæ, intelligitur ecclesia quantum ad doctores sanctos, vt dicitur Dan. xij. b. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam eruditi plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Dies diei eructat verbum &c. Per diem, intelligitur nouum testamentum, in quo est veritas reuelata: Per noctem vero vetus testamentum, in quo veritas erat sub figuris, & velaminibus obumbrata: sic enim loquitur Apostolus ad Rom. xiij. d. Nox præcessit, dies autem appropinquauit, loquens de tempore veteris testa. & noui. Est igitur sensus, Dies diei eructat verbum, id est nouum testamen. ab euangelistis, & apostolis descriptum populo Christiano. Eructat verbum. i. annuntiat verbum incarnatum: Et nox nocti indicat scien. quia vetus testamentum Iudæis annuntiauit Christi mysterium, licet magis occultè, sicut patet Esa. ix. b. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis: & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, &c. in quo ostenditur humanitas Christi & diuinitas eius. Et in multis aliis locis sacræ scripturæ veteris testa. descripta sunt mysteria Christi, licet minus clarè quam tempore veritatis reuelata. Non sunt loquelæ neque sermones, quia apostolis aliisque discipulis cum eis existentibus in die pentecostes data est gratia linguarum, vt possent prædicare euangelium Christi linguis omnium gentium, vt habetur Act. ij. quia spiritussanctus in linguis igneis cecidit super apostolos, & alios Christi discipulos, de quibus dicitur ibidem. j. capite. Erat autem turba hominum ferè cxx. In omnem ter. exi. so. eo. quia viuente beato Petro fides Christi prædicata est vsque in Franciam, quæ est in vltimo climate versus occidentem, vnde & Senonis fundata est ecclesia in nomine beati Petri viui. quia ipso viuente consecrata est. Cum igitur apostoli alijque discipuli Christi exierunt de Ierusalem ad publicandum euangelium per orbem, secundum quod habetur Act. j. a. Eritis mihi testes in Ierusalem & in omni Iudæa & Samaria vsque ad vltimum terræ, Ierusalem autem sita est in medio climate, & ideo sicut euangelium publicatum est viuente beato Petro vsque ad vltimum clima versus occidentem: ita intelligendum est versus alias partes mundi. In sole posuit tabernaculum suum, id est, beata virgine, quæ nominatur sol, propter plenitudinem gratiæ, quia in ipsa habitauit Christus sicut in tabernaculo: propter quod in persona eius dicitur Eccl. xxiiij. a. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et ipse tanquam sponsus proce. de thala. id est, de virginali vtero ad desponsandam sibi ecclesiam. Exultauit vt gigas, propter magnitudinem virtutis, Ad currendam viam, vitæ præsentis. Secundum verò literam Hebraicam & Hiero. translationem in quibus sic habetur: Soli posuit taber. suum in eis: exponendum est de Christo, qui est sol iustitiæ, cuius tabernaculum est humanitatis, quæ est tabernaculum diuinitatis. Et hoc tabernaculum posuit Deus pater in eis, id est, in apostolis, aliisque discipulis, cum quibus familiariter habitauit, secundum quod dicitur Ioan. j. b. Verbum caro factum est, & ha. &c. Et ipse tanquam spon. procede. de thala. suo. hoc est de virginali vtero: sicut prius exponatur vsque ibi, A summo cæ. e. c. &c. in incarnatione, in qua visitauit nos oriens ex alto. Et occursus eius vsque ad summum eius, in sua benedicta ascensione, in qua ascendit ad dexteram patris, vt habetur Matth. vlt. d. Neq; est qui se abscon. a calore eius, Hic est ardor charitatis ipsius, qui se extendit ad omnes, quantum est de se, vt dicit. Lucas xij. f. Ignem veni mittere in terram: & quid volo nisi vt accendatur. Lex domini. Hic consequenter describitur euangelij publicati conditio, cum dicitur. Lex domini, quia immediatè tradita est à domino incarnato, vt patet Matth. v. a. Aperiens os suum docebat eos, d. Beati pauperes, &c. Lex autem Mosaica, licet sit a Deo, non tamen fuit data immediatè ab ipso sed mediante angelo, qui in persona domini loquebatur ei: propter quod in Exo. aliquando angelus, aliquando dominus nominatur, secundum quod dicit Beatus Grego. & beatus Stephanus. Act. e. dicit de Moyse: Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cũ angelo, qui loquebatur ei in monte Sinai, & cum patribus nostris. Et infra eo. ca. arguens Iudæos dixit: Qui accepistis legem in dispositione angelorũ, & nõ cũ stodistis: Conuertens id est ordinans motus interiores animæ: lex autem Mosaica ordinabat actus exteriores, de motibus autem interiorum parum se intromisit: propter quod dicitur in glossa Philip. iij. quod lex vetus prohibebat manum, non animum. & Matth. v. d. dicitur. Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Testimonium domini, id est euangelium, Fidele, quia adimplet quod promittit, inducens obseruatores ad vitam beatam: quod non faciebat lex vetus, secundum quod dicitur Heb. vij. c. Nihil ad perfectum adduxit lex Sapientiam præstans par. id est apostolis, aliisque Christi discipulis, qui erant simplices, & humiles, secundũ quod dicit saluator, Matt. xj. d. Confitebor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Iustido. re. id est, consilia euangelica communem iustitiam excedentia: secundum quod dicitur. j. Iustitia tua sicut montes Dei, & ista consilia iustificant & rectificant & dirigunt hominem ad vitæ perfectionem. Lætificantes corda, ex consolatione diuina, propter quod de ipsis dicit saluator. Matth. xiij. f. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem cùm inuenit homo adscondit, & præ gaudio illius vadit & vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum. Quod exponens Grego. dicit: thesaurus absconditus, est cæleste desideriũ, ager verò in quo thesaurus absconditur, est disciplina studij cælestis quæ cõsistit in obseruãtia consiliorũ. Præceptũ domini lucidũ, quia clarè & lucide traditũ est euangelium, in quo veritas est reuelata. Timor domini sanctus, id est, timor filialis obedientiæ, ac reuerentiæ: Permanet in seculum seculi, quia permanet etiam in beatitudine. & hic timor domini pertinet ad nouum testamentum. Timor autem pœnæ magis pertinebat ad vetus, quia terrore pœnarum à peccatis retrahebat: propter quod in terroribus fuit datum, vt habetur Exod. xx. Iudicia domini vera, quia iudicium domini extremum, in quo Christus iudicabit, erit verissimum. Iustificata in semetipsa. quia cuilibet manifestè patebit æquitas illius iudicij: & vocatur hic iudicia pluraliter, eo quod erit omnium generaliter.

Aliter potest exponi: Iudicia do. id est, sententia à domino data in textu euangelij, quæ sunt vera & iusta: & hæc expositio magis concordat literæ sequenti, Desiderabilia. Hic consequenter describitur euangelij publicati obseruatio, quæ primo debet esse in affectu: & quantum ad hoc dicitur: Deside. su. au. non solum quantum spiritualiter corporalibus præferuntur, sed etiam quantum euangelium lege Mosaica excellentius, & perfectius inuenitur, vt patet ex prædictis. Secundo in effectu, & quantum ad hoc dicitur, Etenim seruus tuus, id est, bonus Christianus & maximè in statu perfectionis positus, qui non solùm tenetur ad præcepta, sed etiam ad consilia, Custo. ea. id est, custodiet opere adimplendo. Retribu. mul. quia secundum mensuram meriti, maius, & minus præmium habetur. Et quia (sicut dictum est), lex euãgelica non solum ordinat motus exteriores, sed etiam interiores, & non solum dat præcepta, sed etiam consilia, in quibus homo potest de facili deficere absque hoc quod auertat, ideo subditur. Delicta quis in. quasi di. nullus perfectè: ideo subditur, Ab occultis meis mun. me do. talia remittendo. Et ab alienis parce seruo tuo. quæ possunt ei imputari ratione negligentiæ correctionis fraternæ quantum ad omnes, vel correctionis coactiuæ quantum ad prælatos & principes, vt prædictum est: Si mei non fuerint do. defectus prædicti. Tunc immaculatus ero. in præsentis vitæ termino. Et emundabor à deli. ma. id est in morte inueniar mundus à quolibet peccato mortali, quod & si tunc non sit maximum ex genere, tamen est maximum ex temporis conditione, eò quod extunc non est remediabile, sicut nec peccatum damonum, quia sicut dicit Damas. quod est hominibus mors, hoc est angelis casus. Et erunt vt com. elo. oris mei. id est, orationes meæ vocales. Et me. cor. mei. id est mentales. In con. tuo sem. id est, tibi placetes. Illud enim quod est placitum alicui, libenter respicitur ab eodem, secundũ quod dicitur Ge. iiij. a Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain. verò, & ad munera eius non respexit. Domine adiutor meus in tribulationibus, & pressuris. Et re. me. pretio tui sanguinis secũdũ illud. j. Pet. j. d. Nõ enim auro vel argẽto redẽpti estis de vana vestra cõuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sãguine quasi agni incontaminati, & immaculati Iesus Christi dñi nostri.

ADDI-

ADDITIO I.

In psal. xviij. Cæli enar. *vbi dicitur in posti*, Licet autem ista exposit. &c. *Expositio Hebraorũ nõ cõcordat litera, specialiter in illo versu, vbi dicitur*, Et ipse tanquam sponsus, &c. *quæ est quodammodo principalior particula huius psalm. sicut sol corporaliter est principalior pars cælorũ, & firmamenti. i. similiter diei & noctis, de quibus agit. Cõstat autem quod sol corporalis nõ vere dicitur procedere tanquam sponsus, cùm nullã habeat sponsam, Similiter nec verificatur, quod procedat de thalamo suo, cum eius motus sit tantũ secundũ situm: in quo motu nõ proceditur de vno loco ad aliũ locum, Similiter nec vere dicitur de sole corporali, quod exultat vt gigas, cum sit inanimatũ, prout communiter venetur, & sic non cadit in eo exultatio: quę omnia proprie dicuntur de Christo. Est enim Christus verus sponsus, cũ sponsam habet: similiter & vere processit de thalamo virginali, egrediendo ab ipso thalamo in sua benedicta natiuitate per verum motum localem. Similiter exultauit, quia non inuitus, sed lętanter cum gaudio charitatis exiuit ad currendum laborem vię præsentis vitæ, etc.*

ADDITIO. II.

In eodem psal. xviij. vbi dicitur in posti. Et ipse tanquã spon. &c. *In thalamo s. in vtero virginali, Deus humanæ naturæ vt sponsus sponsę copulatus est, vt habetur expresse in glo. super hũc locũ: vnde cõsensus virginis loco totius humanę naturę expectabatur tempore annuntiationis in spirituali matrimonio inter filium Dei, & humanam naturam celebrato, vt in tertia parte quæst. xix. Tho. in co. q. ante respõsionẽ ad argumenta. Non ergo cõuenienter dictũ est, quod Christus processit de virginali vtero ad desponsandam sibi ecclesiam, vt in posti illa: sed potius processit de thalamo virginali, sicut sponsus procedit de thalamo facta desponsatione, vt verba Psalmistę sonant.*

A

† Vide Psalm. 4.

GLOS. ORD.

a *In finem.* CAS. Figura operandi, quæ ventura sunt propheta canit.

b

c

CAS. Propheta ex nimia charitate optat, prosperè euenire ecclesiæ, quæ per Christum videbat vẽtura.

d

e

f

B

✻ THEO. BASI. Dauid multis ante seculis prædicit, populum pro rege Ezechia cõtra Sennacherib petentem, & obsecrantem, vt eius preces sint Deo acceptę. *Sanctũ* autem, templũ, appellauit.

g

h

i

k

C

✻ TERTVL. in die pressuræ.

PSAL. XIX.

b EXaudiat. quæ tempore tribulationis vult ei fieri.

l

In † finem psalmus Dauid. XIX.

a ¶ O Christe, vel ecclesia. b ¶ Pater. c ¶ Aug. qua dixisti, Patet clarifica filium.

Xãudiat te dominus in diẽ tribulationis, 1
protegãt te nomẽ Dei Iacob. Mittãt tibi 3
auxiliũ de sancto, & de Sion † tũeatur te. 5 6

a ¶ Memores nos faciat omnium iniuriarum, quas pro nobis tulisti. b ¶ Aug. Crucem, qua totus oblatus es, cõuertat in lętitiã resurrectionis.

Mẽmor sit omnis sacrificij tui, & hõlocaustum tuum † pin- 7 8
gũe fiat. * Tribũat tibi secundum cõr tuum, & omne 9
consiliũm tuũm † confirmet. † Lætãbimur in salutari tuo, 10 11
& in nõmine Dei nostri † mãgnificabimur. Impleãt do- 12
minus omnes pẽtitiones tuas, nunc cõgnoui quoniam 13
salũum fẽcit dominus Christum suum. Exaudiet illum de 14 15

a ¶ Contra mala.

a ¶ Memores nos faciat omnium iniuriarum, quas pro nobis tulisti. b ¶ Aug. Crucem, qua totus oblatus es, cõuertat in lętitiã resurrectionis.

a ¶ Iucundum Deo. b ¶ Aug. qui scisti, quid valeret passio. c ¶ Non eorum, qui te delere voluerunt.

a ¶ Quia omnia alto consilio facit. b ¶ Non Iudæorum. c Aug. quod tibi mors non nocebit, in quo nobis non posse nocere eam facis.

a ¶ Confessio tui nominis non perder, sed magnificabit nos. b ¶ Christi. c ¶ Cat. eius nomine dicti Christiani. d ¶ Quid per singula.

a ¶ Aug. non solum quas in terra, sed & eas quas in cœlo facis, interpellans pro nobis. b ¶ Per prophetiam mihi ostensum est, quod resuscitabit dominus Christum. ¶ Nec inde dubito, quia iam nunc tanto ante.

a ¶ In resurrectione & ascensione. b ¶ Ex certitudine, pro, facier.

D

præponat Iudęis.

e *Mittat.* pater.

f *Auxiliũ.* misso filio.

g *Memor.* agit quasi de sacerdote immolaturo, & rege pugnaturo.

h *Sacrificij.* CAS. Sacrificiũ ecclesiæ præuidebat, non pecudũ, sed sanguinis & corporis Christi.

† fulciat (sustentet)

E

✻ THEOD. Symmachus habet Oblationẽ tuã pinguem faciat i. præbeat causam vt pluribus ipsum sacrificijs concilies.

† velin cinerẽ cõuertat: Deus enim igne de cælo misso comburens holocaustum, significabat, sacrificium ei esse acceptum. Sũt qui hic interpretãtur impinguescere faciat i. vt pinguissimũ reputet

i *Tribu.* Diapsalma, quæ tempore gloriæ optat, & affirmat.

F

k *Omne.* AVG. Non solum quo animã posuisti pro vita pluri-morum: sed & quo *cęcitas ex parte contigit in Is. vt ple. gen. in &*

c *In die tribulationis.* quo maiori desiderio Deum precamur.

d *Dei Iacob.* vt sicut illi, ita tibi gratiam benedictionis det, & præponat *sic omnis Israel salus fieret.*

l *Lętabimur.* AVG. ideo hæc oratio, quia lætabimur & magnificabimur, ostendit se vnum de ecclesia tanto ante tempore.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XIX.

1 EXaudiat te do. *Huic psalm. præponitur talis titulus in Hebræo.* Ad victoriam Dauid psal. *qui potest vno modo exponi sicut supra psal. xx. Alio modo, quia sicut dicit Ra. Sal. iste psal. factus fuit à Dauid, postquam viri*

n *us iurauerunt dicentes*: Iam non egredieris nobiscum in bellum, e extinguas lucernam in Israel, *vt habetur. ij. Reg. xxj. d. Plus enim poterat iuuare existentes in prælio suis orationibus absens, quam pugnando corporis viribus præsens: Sicut & Moyses fortius dimicauit precibus contra Amalech, quam exercitus ab eo missus armis instructus, vt habetur Exod. xvij. c. vnde ibidem dicitur.* Cumque eleuaret Moyses manus suas deuotè orando, vincebat Israel: si autem paulum remisisset, superabat Amalech. *Est igitur sensus prędicti tituli* Psal. Dauid, *id est, factus ab eo Dauid*: Ad victoriam. *scilicet, impetrandam pro exercitu suo, & hoc est, quod dicitur,*

2 Exau. te do. *dando victoriam de aduersarijs.*

3 Prote. te. *qui es exercitus Israel.*

4 Nomen Dei Iacob. *id est, virtus nominis Dei pro te inuocata.*

5 Mittat tibi auxilium de sancto, *id est, de cælo per angelos sanctos tibi assistentes in bello.*

6 Et tueatur te. *id est, merito orationum & sacrificiorum quæ fiebant in monte Sion, eo quod erat ibi arca testamenti in tabernaculo, quod tetendit ei Dauid, vt habetur. j. Paralipomenon xvj. et ibi faciebat sacrificia fieri pro populo suo præcedenti ad bellũ, ideo subditur.*

7 Memor sit omnis sacrificij tui, *id est, sacrificij pro te oblati.*

8 Et holocaustum tuum pingue fiat, *id est, Deo acceptum.*

9 Tribuat tibi secundum cor tuum. *id est, victoriam de aduersarijs: ad hoc enim tendit cor omnium existentium in prælijs.*

10 Et om. con. *scribitur enim Ecclesia ix. d.* Melior est sapientia quàm arma bellica, *& ideo in bellis maximè valent consilia bona: quæ confirmantur, quando victoria obtinetur, ad quam victoriam sequitur victorum lætitia, secundum quod dicitur Eccles. ix. a.* Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, &c. *ideo subditur.*

11 Lætabi. in salut. tuo. *cuius virtute super aduersarios exaltamur.*

12 Impleat, &c. *de protectione eius habenda, & victoria obtinenda, quibus habitis infert.*

13 Nunc co. *per experientiam beneficij diuini.*

14 Quo sal. fe. do Chri. suum. *id est, Dauid de mandato eius inunctum, qui dicitur saluatus in salute sui exercitus.*

15 Exau. i. de cæ. *auxilium tribuendo.*

MORALITER.

† 1 *Exaudiat te do.* Iste psalm. est oratio Dauid pro suo exercitu contra Absalom pugnaturo, ipso Dauid in castris remanente. ij. Reg. xvij Mysticè vero est oratio ecclesiæ pro Christianis contra infideles pugnaturis, vt dicat.

Exaudiat te dominus, catholice exercitus.

2 *In die tribulationis*, id est, belli mortalis.

3 *Protegat te nomen Dei Iacob*, quod interpretatur supplantator, vt sit sensus: virtus diuini nominis ponat inimicos tuos sub pedibus tuis.

4 *Mittat tibi auxilium de sancto*, id est, ex merito Christi, qui est sanctus sanctorum.

5 *Et de Sion tueatur te*, id est, per meritũ ecclesiæ per Sion significatæ. Hebræo. xij. e. *Accessistis ad Sion ciuitatem Dei viuentis, &c.*

6 *Memor sit omnis sacrificij tui.* id est, sacramenti eucharistiæ oblati pro te: Quod bene dicitur omne sacrificium, quia continet eminenter virtutem omnium sacrificiorum.

7 *Et holocaustum tuum pingue fiat.* i. feruens desiderium quo pro Deo aggredieris mortis periculum, vt sit ei gratum.

8 *Tribuat tibi se. cor tuum.* i. voluntatem tuam.

9 *Et om. con. tu.* consilium exercitus est de victoria obtinenda, quod Deus confirmat, quando victoriam præstat.

10 *Lęta.* tibi victoriam attribuendo.

11 *Imple.* & tunc potero dicere.

13 *Nunc co.* per experientiam præstiti beneficij.

14 *Quo sal. fe.* i. exercitum Christianũ. 15 *Exau. il.* Sequitur

a *In potẽtatibus.* AVGVS. Potẽtatus nostri sunt salus fauoris eius cũ & de tribulatione dat auxiliũ: quia vana salus hominum, quæ est finistræ, vnde & superba nascitur.

b *Salus de.* AVG. i. gratia spiritualis, qua saluas eos, facit eos potentes: in eo quod multas virtutes & miracula faciũt. CAS. vt ipsũ quoq; omnipotentẽ ostẽderet, addit, quod petit ex carne, & salus hæc non est aliquibus malis afficiẽda,

a ¶ Aug. non solum de terra, vbi petit clarificari, sed & in cælo vbi interpellat ad Deum, mittens spiritum. b ¶ In hoc vtique. ¶ Sed.

cęlô ſancto ſuo, in † pŏtentatibus ſalus dextræ eius. Hi in

a ¶ Aug. bonis volubilibus trahuntur. b ¶ Superbis honoribus gaudent. c ¶ Aug. spem figentes in æternis, nec gloriam nostram quærentes, sed Dei.

† cŭrribus, & hi in equĭs, nos autem † in nŏmine domini

a ¶ Cupiditate temporalium. ¶ Cas. terrenis desideriis, ne perderent locum & gentem. b ¶ Ideo. ¶ De spe cęlesti. ¶ In mortem, cum videantur stare recti.

Dei noſtri † inuocabimus. Ipſi † ŏbligati ſunt & cĕciderunt,

a ¶ De lapidibus suscitati. ¶ Aug. à vitijs & morte. b ¶ Cas. non viribus nostris, sed erecti, per fidem iustificati. ¶ Ad alta c ¶ Et quia sit erit.

nos autem ſurrĕximus & ērecti ſumus. Dŏmine ſaluum fac

a ¶ Vt qui patiendo exemplum pręliandi dedit, offerat et iam sacrificia nostra sacerdos à morte excitatus, & in cælo constitutus, & eo iam pro nobis offerente exaudi nos. ¶ Christum. b ¶ Per eum aduocatum. c ¶ Cas. qua credimus eum surrexisse.

† rẽgem, & exāudi nos in die qũa inuocauerimus te.

1 da, sed potentes facit in æternitate. Salus finistræ temporalia, in quibus potentes erunt non sui. Et hoc est: *Hi in curribus*, id est, in seculari potentia. Maior triumphus (qui dicitur laureatus) in curru: Minor (qui dicitur ouatio) in equo. Despicit eos qui terrena dignitate prę sumunt.

D

† vel nomi-nis Dei nostri recordabimur. † in curru: ri sunt, (vel prostrati humi.

† vel virtute saluifica dextræ suę, vel, per potentiam salutaris dexteræ suæ (Alij vertunt salus dexterę eius potens est)

† sub. veniunt contra nos vel, confidunt.

† exultabimus.

† rex exaudiet nos.

✠ THEODOR. Humano more dextram potentiam diuinam nominauit.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 In po. *i. per angelos sanctos potentes, qui sunt ad dextram eius.*
2 Hi in cur. *supple confidunt. s. aduersarij nostri.*
B 3 Nos au. in no. Dei. *sperantes victoriam consequi virtute eius.*
4 Ipsi obli. sunt. *id est, ob superbiam suam ligati catenis, & compedibus tanquam victi.*
5 Nos au-sur. *eis prævalendo, non nostra, sed tua virtute: ideo subditur.* 6 Et

E

6 Et ere. su. *auxilio manus tuę.*
7 Domi. sal. fac re. *i. meipsum, saluando exercitum meum cuius salus redundat in me.*
8 Et exau. nos in die. *id est, in die belli: in qua solent homines inuocare dominum fortius ratione imminentis periculi. Moraliter potest exponi psalm. iste, vt sit oratio ecclesia pro exercitu procedente ad bellum contra inimicos fidei vel iustitiæ pro defensione regni. Cętera patent.*

MORALITER.

† 1 *In po. sa.* id est, potentiam dextræ Dei.
2 *Hi in cur.* Hic describitur pugnandi modus, cum dicitur. *Hi in curr.* id est, peccatorum funibus ligati.
Nota contra bellantes nostros † *Et ceciderunt.* i. spiritualiter: & vtinam cadant corporaliter.
5 *Nos au. sur.* scilicet, à peccatis: procedentes enim ad bellum, etiam iustum, debent esse verè contriti, & confessi, vt sic pro defensione fidei vel iustitię audeant mori.
6 *Et ere. su.* s. in spe obtinendæ victoriæ à Deo: Et quoniam ad ipsam obtinendam multum facit dispositio ducis ideo subditur.
7 *Domine saluum fac re.* id est exercitus ducem, qui dici potest rex à regendo: licet non sit rex à statu vel officio.
8 *Et exau. nos in die qua.* id est, in die belli, qua solent pugnatores Deum precibus inuocare.

ADDITIO.

In Psal. xix. Exaudiat te dominus, &c. *Nulla videtur ratio quare Dauid, cum personaliter egrederetur ad bella, non indigeret orationibus sacerdotum, & sacrificijs pro victoria sua: & sic iste psalm. magis proprie ad literam exponeretur à Dauid factus, vt ipsum cantarent* C *sacerdotes pro ipso Dauid ad bellum euntes, ad impetrandum sibi victoriam à Deo: prout proprie sonant verba psalmi pro magna parte, specialiter vltimi versus, vbi dicitur de rege tanquam in tertia persona.* Domine saluum fac regem, &c. *& in persona sacerdotum:* F Exaudi nos in die qua inuocauerimus te, *vnde restringere tempus in quo factus fuit iste psal. ad illud tempus, tantũ quãdo Dauid nõ egrediebatur ad bellũ nullũ habet in litera fundamentũ, vt satis patet, &c.*

GLOS. ORD.

† Vide. Psal. 4. † iu fortitudine.

a *In fi.* Tertius Psal. a de duabus naturis in Christo, cælestẽ regẽ b describit, vt auditu credat mundus, quẽ visum contemnit Iudæus.

Demonstratiuam facit orationem in laudem Dei.

Psalmus Dauid in † finem. XX.

a ¶ Quod orauit enuntiat. b ¶ Verbi. ¶ Quia tibi cooperaris. ¶ Homo Christus.

Dŏminẽ † in virtŭte tua lætabitur rex, & ſu-

a ¶ Cas. super hoc, quod per eum viuificans omnia. b ¶ Cas. vt res magna est.

per ſalutare tuum exŭltabit vehĕmenter.

nit, scilicet, meritum & præmium.

✠ THEODORET.

1 Post illustrem victoriam de Assyrijs, Ezechias in morbum cecidit, à quo precibus liberatus est, quindecim annorum promissione recepta. Dauid deinde ex persona populi hunc psalmum dictauit.

b PSALMVS XX.

Omine in virtute tua lęta. CASSIOD. Summam propo-

☞ 1 *Quo-*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XIX.

1 Omi. in, *Huic psalm. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Ad victoriam psalmus Dauid, *& in translatione Hier. iuxta Hebraum:* Victori canticum Dauid, *& patet expositio ex dictis supra. psal. x. Ex quo patet autor psal. s. Dauid. De materia autem eius dicit Ra. Sa.* Magistri nostri exposuerunt hunc psalmũ de rege Messia. *id est, Christo. Et ibidem subdit quod ad hoc induxerunt concordantiã quę habetur Dan. vij. de Christo vbi dicitur sic.* Ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem & honorem & regnum & omnes populi tribus & linguæ seruient ipsi: potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. *Per magistros autem suos intelligit Rab. Sa. doctores Hebræorum antiquos: dicit tamen quod iste psalm. conuenienter exponitur de rege Dauid,* propter responsionẽ ad hæreticos *per quos intelligit conuersos Hebręorum, qui ex litera huius psalmi & expositione eius secundum antiquos, contra Iudęos sui temporis arguebant. Ex quibus patet quod iste psalm. ad literam de Christo est intelligendus secundum antiquos Hebręos: & ideo aliam expositionem literalem sequi vel quęrere, vt pote de rege Dauid, vel alio quocunque, est magis Iudaizare, quam Iudaizabant Hebræi antiqui, & dare occasionem modernis Iudæis defendendi suum errorem: propter quod expositio de rege Dauid videtur esse conficta, vt patet per prædicta. Psalm. igitur iste ad literam exponendus est de magnificentia regni Christi, quę consistit in eius exaltatione, & aduersariorum depressione, quæ ponitur ibi,* Inueniatur manus tua, &c. *Igitur circa primum Dauid in spiritusancto pręuidens Christi hominis regnum, ad quod fuit exaltatus in humanitate, Dei patris virtute, secundum quod dicitur Act. 2. e.* Dextera igitur, Dei exal. &c. *dicit sic.*

2 Domi. *id est, ô tu domine Deus pater.*
3 In vir. t. lętab. rex. *Christus rex regũ, & dominus dominantium, qui inquantũ homo lętabatur de virtute diuina, in qua faciebat miracula, & mentes simpliciũ illustrabat sapientia, secundũ quod dicitur Lu. x. d.* In ipsa hora exultauit in spiritusancto, & dixit: Confi. ti. pater cæ. & ter. qui abs. hęc à sapien. & pru. & re. &c.
4 Et su. sa. *id est, quia disposuisti saluare mundum per ipsum.*
5 Exul. ve. *id est, valde, quia excessus non habet in Christo locum.*

✠ 1 De-

MORALITER.

1 *Domi. in vir.* Psalm. iste literaliter est intelligendus de magnificentia regis Christi quantum ad suam exaltationem, & aduersariorum eius depressionem. Potest autem moraliter exponi de quolibet Christiano regnum animæ suæ bene regenti: & sic meretur in cælestibus coronari. Igitur primò ponitur huius regis deuotio, cum dicitur Deo, *Domi. in vir.* lætitia spirituali, & non in sua virtute de qua non vult gloriari.
4 *Et super sa. tu.* scilicet Christum.
5 *Exultabit vehe.* id est, super omnia.

† 1 *Desi-*

☞ A a *Quoniam prævenisti.* CAS. Diapsalma; virtutes eius & gloriam describit. AVG. Prævenisti. Prius in eum munera gratiæ cōtulisti, in quo omnes viuificamur, vt sit primò genitus in multis fratribus, quos post mortis experientiam aptasti ei, quasi capiti in coronam.

†dediſti. Rom. 8.

b *Coronam.* CAS. Quia circumitus apostolorum docentem ambiebat, vel totus mundi circulus, id est, ecclesia generalis

† boni.

B ✻ BASIL. Non rogatus enī regnū propria liberalitate tribuisti.

†aureā (obrizi)

✻ BAS. ET THEO. Maiora quam petierat, cōcessisti, optatam vitam futuram, hoc enim *in seculum seculi*, demōstrat; & Assyriorū nece, Soliſq; præpostero ordine effecisti, vt Babyloniorum rex ei donа obtulerit.

c *In salutari tuo: gloriam & magnum decorem, &c.* CAS. Verbo patris, quæ inde gloria. *Gloriā* de iudicio, quia in deitate iudicabit. *Decorē*, in maiestate, quæ tūc apparebit.

d *Gloriā & magnū decorē, &c.* CASSIO. Glorioſus, vt Petrus, cuius vmbra infirmi sanabātur; & decor est *super eū* præter quē non est aliud fundamentum. Ideo *super eum*, quoniam dabis

D

e *In gaudio cum vultu tuo Quoniā rex ſperat in domino, & in miſericordia, &c.* Cassiod, id est, de hoc quod ſui gaudebunt cum tua præsentia, quando eris omnia in omnibus.

†prolatione (i. dediſti ei quod petiſti ate. ✻ ſ. laſuprà pſal. 3.

✻ THEODORETVS SYMMACHVS vertit, *iuxta vultum tuum.* id est, lætitiam habebit, tuam beneuolentiam assequens.

E

f *Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat eos omnes qui te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis in temp.*

† benedictiones,

CASSIODORVS.

F

De pœnis inimicorum, vt suprà de laudibus Christi.

✻ THEODORE. SYMMACHVS vertit magis dilucide. *compre hendit manus tua omnes inimicos tuos, dextera tua inueniet eos, qui te oderunt.*

☞ a *Fru-*

a ¶ Quia. ¶ Aug. comedere pascha, & cum vellet ponere animam & sumere, & mundū redimere.
b ¶ Aug. Cas. verbum quoque eius impletum est fugando dęmones, sanando infirmos, prædicatio quoque eius recepta est.

Desideriū cordis eius † tribuisti ei, & † volūntate labiorum eius non fraudasti eum. *Quoniām prævenisti eum in benedictionibus † dulcedinis, posuisti in capite eius coronam † de lapide pretioso. Vitām petiit à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum, & in seculum seculi. Magna est gloria eius † in salutari tuo: gloriām & magnum decorem impones super eum. Quoniam dabis eum in † benedictionem in seculum seculi: lætificabis eum in gaudio cum † vultū tuo. Quoniam rex sperat in domino, & in misericordia altissimi non commouebitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis in*

a ¶ Quicquid dixit factum est. b ¶ Vnde hoc ei. ¶ Aug. præuento immunitate, peccatum non nocuit.

a ¶ Cas. cum alij in amaritudinibus Adę præueniantur. b ¶ Quia totum ex gratia. c ¶ In principio sermonis ambierunt eum lapides prętiosi scilicet, apostoli, à quibus ex ordium prędicationis fieret.

a ¶ Id est, facies eum regem ad similitudinem triumphantis. b ¶ Et. ¶ Resurrectionē. c ¶ Sibi & suis.

a ¶ Aug. longeua tempora huius seculi, quæ haberet ecclesia, & deinde ęternitatem.

a ¶ Et. Prętera, dabis ei nomen, quod est super omne nomen. b ¶ In hoc quod resuscitasti. c ¶ Adhuc addes ei, cum ad dexteram collocabis.

a ¶ In semine tuo bene. om. gen. Gal. 4 b.

a ¶ Erit in benedictione in fine. b ¶ Hæc erit benedictio. c ¶ Secundum hominem, quem leuabit ad te.

a ¶ Præsentia. b ¶ Merito hoc eis. c ¶ Homo Christus. d ¶ Vt humilis corde.

a ¶ Nihil turbabit humilitatem, & obedientiam vsque ad mortem cru. b ¶ Quia talis. ¶ Vt credāt. ¶ O rex: Vel, pater. c ¶ Aug. potestās cum ad iudicium veneris. ¶ Id est, filius tuus.

a ¶ Et si cui non inuenitur. ¶ Cass qui eam in humilitate non cognouerunt
b ¶ Claritas qua regnas. ¶ Ipse filius c ¶ Puniendos ¶ In die iudicij.

a ¶ Quia nunc ipsi non inueniunt eam. b ¶ Et sic erit, quia. c ¶ Aug. ardentes intus conscientia impietatis suæ.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

NICOLAVS DE LIRA.

1 Desiderium cordis eius tribuisti ei. *de sui corporis glorificatione & credentium vocatione; quæ multum desiderauit, & rationabiliter.*

2 Et voluntate labiorum, &c. *id est, orationibus suis, voluntatem interiorem exprimentibus labijs.*

3 Non fraudisti eum. *quia fuit exauditus in omnibus orationibus suis, quę procedebant ex voluntate deliberatiua, quę semper erat conformis voluntati diuinæ, quæ semper impletur.*

4 Quoniam prævenisti eum, &c. *Ista præuentio fuit à tempore Abrahæ, cui dictum fuit à Domino Genes. xxij.* Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, *Quod semen est Christus. Et in sancta Elizabet dicente virginis Marię. Luc. j. d.* Et benedictus fructus ventris tui.

Aliter exponitur: Prævenisti eum in benedictionibus, *id est, in donis spiritussancti & charismatibus, quibus anima Christi fuit repleta ab instanti creationis, & sic præuenta.*

5 Posuisti in capite, &c. *dando ei dignitatem regiam super omnem creaturam: & hoc* authoritatiue *à principio vnionis cum Deitate:* executiue *autem in sua resurrectione: propter quod tunc dixit Apostolis, Matth. vlti. d.* Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

6 Vitam petiit à te, *scilicet gloriosam quantum ad corpus: quam obtinuit in sua resurrectione, ideo subditur,*

7 Et tribuisti ei. *Et quia* Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, *secundum quod dicit Apostolus Roma. vj. b. ideo subditur,*

8 Longitudinem dierum in seculum seculi. *i. aternaliter.*

9 Mag. est glo. e. in salut. *i. in Christo, cuius magna fuit gloria in sua ascensione.*

10 Gloriam & magnum decorem, &c. *quod impletum fuit, quando Christus in humanitate ascendens positus est ad dexteram patris, vt habetur Marci vlti.*

11 Quoniam dabis. *Omnes enim benedictiones ecclesiæ fiunt in nomine Christi, sicut prædictum fuit Abraha, vt habetur supra.*

12 Lætificabis. *quia quanto humanitas Christi cæteris creaturis intellectualibus propinquior & coniunctior est deitati, tanto clarius videt eam, & ea fruitur delectabilius.*

13 Quoniam rex spe. &c. *Licet enim in Christo non fuerit spes, quę est virtus theologica, tamē fuit in eo spes, quę est certa expectatio futurę gloriæ: quā ante passionē non habuit quantū ad corpus, sed eā speraut.*

14 Et in mise. *quia humanitas Christi à verbo misericorditer assumpta, nunquam fuit ab eo separata, nec separabitur: quia etiam in triduo mortis, corpus existens in sepulchro fuit vnitum verbo, & anima quæ erat in limbo.*

15 Inueniatur. *Descripta magnificentia regni Christi in eius exaltatione, hic consequenter describitur eiusdem magnificentia in aduersariorum depressione, cum dicitur:* Inueniatur manus tua, &c. *Circa quod sciēdū, quod vtraque dicitur manus Dei, id est, operatiua eius virtus, quę aliquando accipitur in bono, & tunc manus eius dextera respicit bona ęterna, & sinistra eius bona temporalia, secundū quod dicitur Prou. iij. b.* Longitudo dierū in dextra eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. *Aliquando autē respicit malum pœnę, quod à Deo infligitur iuste, et secundū hoc dicitur, Heb. x. f.* Horrendū est incidere in manus Dei viuentis, *Et tunc per sinistram intelligitur minor punitio: & per dexteram, quæ fortius percutit, grauior. Et secūdum hoc dicitur,*

16 Inueniatur manus tua, *puniens peccata.*

17 Omnibus inimicis tuis, *quantum ad pœnam communem.*

18 Dextera tua, *grauius puniens ex speciali causa,*

19 Inueniat omnes qui te. *Sicut enim diligere Deum est actus præcipuus, ita audire eum est actus pessimus: eò quòd odium Dei directè opponitur charitati.*

20 Pones eos vt clibanum ignis, *inuoluendo eos igne gehennæ.*

☞ 1 In tempo-

MORALITER.

† 1 *Desiderium cordis eius trib. &c* s. gratiā in re, & gloriam in spe.

2 *Et voluntate labiorum, &c.* i. effectu orationum suarum: quia factæ sunt piè, & perseuerantēr, & pro se.

4 *Quoniā prævenisti eum in bened.* i. in charismatib. spirituſſancti.

5 *Posuisti in capite eius.* i. in superiori parte animæ, quæ est rationalis. † *Coronā de lapide pretioso.* i. perfectionem virtutū. quæ signantur nomine lapidū pretiosorum, propter stabilitatē & valorem earum. 6 *Vitam petiit à te.* scilicet gratiæ & gloriæ.

7 *Et trib. ei.* primā in re, & secundā in spe; quæ est æterna, ideo subditur, 8 *Longitudinē dierū, &c. Magna est gloria eius in salutari. t.* i. In Christo, cui rex iste gloriam attribuit de omni bono, ideo subditur, 10 *Glor. & mag. dec. impo. super eū*, in præmio futuro. 11 *Quon. dabis eum in bened. &c.* quia benedicentes alicui dicent: Benedicat tibi Deus sicut tali regi.

12 *Latific. eū in gaud. cum vultu tuo.* i. in aperta visione faciei tuæ.

13 *Quon. rex sperat in dom.* non in mundo. 14 *Et in misericor. altissimi non cōmouebitur.* sed per eam magis in bono firmabitur.

15 *Inueniatur, &c.* Hic ponitur inimicorum eius depressio cum dicitur domino, *Inueniatur manus &c.* i. potētia tua ad puniendū.

17 *Omnib. inim. tu.* i. inimicis dicti regis, qui sunt etiam inimici Dei: & idem repetitur sub alijs verbis, cùm dicitur,

18 *Dextera tua inueniat omnes qui, &c.* Licet enim dextera Dei frequentius inueniatur ad præmiationem, vel subleuationē: tamen aliquando ponitur ad punitionem Thren. ij. b. *Firmauit dexteram tuam quasi hostis.*

20 *Pones eos vt clibanum ignis, &c.* tēpore iudicij. dicens eis: *Ite maledicti in ignem æternum.*

☞ a *Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum.* Nõ erit eis fructus beatitudinis in terra viuentium.

✻ THEODOR. veluti malitiã igni obnoxiam eos conficies, & posteros, in *tempore vultus tui.* i. iræ tuæ, cum tempus oportunum vindictæ esse iudicaueris.

✻ THEOD. quoniã cõtra te linguam mouerunt, & maledictis vsi sunt. Et dicentes se superiores fore Deo, vt idolis fuerant, *cogitauerunt cogitationes* quę *non possunt* fieri, legit Symmachus.

† irę tuæ

† consiliũ quod

b *Quoniam pones.* CAS. Dicta de futura, de præsenti eorũ pœna subiungit: *Quoniã pones.* AVG. Vel, quia hoc faciunt Iudæi, pones eos dorsum, id est, depelles eos à te, quia hi repelluntur. *In reliquijs* id est, ĩ his quos tibi relinquis de gentibus assumendos, parabis vultum, qui deberet eorum esse. Vel, *dorsum* sunt Iudei, qui terrena, non cælestia contemplantur. *Vultum.* i. malam intentionem eorum par as ad passionem, vt cum putarent occidere, salus fieret.

✻ THEODORET. Symm. habet *pones eos auersos*, qui enim Angeli plagam fugerunt, terga dantes nunciauerunt res gestas. Hæc autem Vates prædicentis more posuit, tãquam res nondum gestas. Illud autem *in reliquijs præparabis vultum eorum*, quidam per hyperbaton intelexerũt sic, in reliquiis eorũ præparabis vultum. i. infliges pœnam his qui remanserunt. aut eãdem structuram retinendo dicemus *in reliquiis tuis*, id est, integrũ tibi erit & supplicia statuere, & eos, qui mortem se declinasse putant, conuertere, & sistere, & mulctare.

† disperdes

† perficere. Nã subaudienda est similis dictio in Hebræo.

† uerso tuo colli. mabis in vultus eorum.

c *Exaltare.* CASSIOD. Conclusio.

✻ THEOD. non quod Deus humilis sit, extollitur: sed quod habet ostendit.

† fortitudines

† fortitudine.

a ¶ Manifestationis tuæ. b ¶ Præterea. c ¶ In iudicio futuro. d ¶ Augustin. conturbati vindicta Dei, post accusationem conscientię deuorabuntur ęterno igne.

a tẽpore † vultus tui: dom̃nus in irã̃ sua † conturbabit

a ¶ Mox. a ¶ Infernalis. b ¶ Quia terrenus est de terra perdetur. c ¶ Viuentium.

eos, & deuorabit eos ignis. Fructũm eorum de tẽrra perdes

a ¶ Aug. opera, vel quos seduxerunt. non deputabis inter hæredes. b ¶ Hęc pœna ideo, quia mala quę sibi imminere te regnante putabant, in te occidendum retorserunt.

& sem̃n eorum à filijs hominum. Quoniam declinau̯erunt

a ¶ Dicentes, dęmonium habes. b ¶ Quę in eis sunt. c ¶ Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & ne mundus post eum abiret. d ¶ Quia omnia perierunt. ¶ Nescientes quid dicerent.

in tẽ malã, cogitauerunt † consiliã quæ non põtuerunt † sta-

a ¶ Aug. ordinabis eos in his, à quibus postpositis auerteris. b ¶ In his quę relinquis, id est, cupiditatibus regni terreni præparabis tibi ad passionem, impudentiam eorum.

bilire. Quoniam põnes eos dorsum, & in reliq̃uis tuis præ-

a ¶ Sed. ¶ In gloria resurge. b ¶ Aug. quem humilem non nouerunt. c ¶ Quam infirmitatem putauerunt. d ¶ Corde & opere celebrabimus, & nota faciemus mirabilia tua.

parabis vultũ eorum. Exãltare domiñe in † virtũte tua, cãntabimus & psallemus † virtutes tuas.

NICOLAVS DE LIRA.

1 In tempore vultus, &c. *iudicij tui, quando pones faciem tuam ad eos condemnandum.*

2 Dominus in ira sua, *id est, in vindicta sua,*

3 Conturbabit eos, *proferens contrà eos sententiam.*

4 Et deuorabit eos ignis, *scilicet gehennæ, non consumendo, sed æternaliter affligendo.*

5 Fructum eorum, &c. *id est bona temporalia totaliter ab eis auferes, quibus fruebantur.*

6 Et semen eorum, *id est, imitatores.*

7 A filijs hominum, *id est, à societate sanctorum. Posset etiam littera ab illo loco*: Inueniatur, &c. *exponi de punitione Iudæorũ pro morte Christi, propter quam ciuitatem Ierusalem & templum incenderũt Romani, & populum partim occiderunt, & partim captiuum per mũdum dispersерunt, & quantum ad hoc subditur*, Quoniã declin. in te mala. *s. pœnæ, Christũ occidentes & affligentes.* Cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabili. *Dicitur enim Ioan. xj. quòd habuerunt consilium interficiendi Christum, ne occasione eius venirent Romani & tollerent locum & gentem. Et hoc consilium non fuit stabilitum, sed magis accidit contrarium, quia propter mortem Christi Romani destruxerunt locum & gentem vt dictum est.* Quoniam pones eos dorsum, *id est, terga vertentes coram aduersarijs.* Et reliq. tuis. *hoc est persequentibus paucis*, Præparabis vultum eorum, *omni confusioni, quæ magis apparet in vultu quàm in cæteris partibus corporis. Prosequẽdo verò expositionem de finali punitione, vt suprà dictum est, resumenda est ab illo loco,*

8 Quoniam declinauerunt. *ponitur causa finalis punitionis, qua est pœnitentia finalis, quę notatur cum dicitur*: Quoniam declinauerunt in te. *id est. contra te.*

9 Mala, *id est, peccata, quæ sunt contra Deum. Et bene dicitur*: Declinauerunt, *quia sicut declinatio in grãmatica est de casu in casum, sic declinatio à iustitia est, ruendo de peccato in peccatum. Quia sicut dicit Gregor.* peccatum quod per pœnitentiã nõ diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit, & tandem ad profundũ contẽptus & obstinationis deducit, *secundum quod dicitur prouerb. xviij. a.* Impius cùm in profundum peccatorum venerit contemnit.

10 Cogitauerun. .e mala, *quia repentinè tolluntur de felicitate temporali, in qua cogitabant permanere.*

11 Quoniam pones eos dorsum. *à facie tua eos deijciendo in infernum, secundum quod dicitur Matth. xxv. d.* Discedite à me maledicti, &c.

12 In reliquiis tuis, *id est, in dæmonibus, qui sunt à te taliter relicti tanquam irreuersibiles ad bonum.*

13 Præparabis vultum eorum, *mittendo eos ad societatem eorum. vnde Matth. xxv. d. dicitur*, Discedite à me &c. *& subditur*: qui præparatus est diabolo & angelis eius. *In fine concludit Psal. di.*

14 Exaltare domine &c. *quod maximè apparebit in finali iudicio.*

15 Cantabimus. *quia electi in patria continuè cantabunt laudes diuinas, secundum illud psal. lxxxiij. a.* Beati qui habitãt in domo tua domine, in secula secu. laudabunt te.

MORALITER *potest exponi psalmus iste de quolibet iusto regnum suum bene regente, scilicet quantùm ad vires interiores, & sensus & actus exteriores cum Dei adiutorio: propter quod coronabitur finaliter in cœlo, & eius inimici, scilicet, dęmones puniuntur in inferno.*

PSAL.

MORALITER.

5 *Fructum eorum de terra perdes.* i. prolem imitatricem malitiæ suæ de terra viuentium excludes.

8 *Quoniam declinauerunt in te mala.* id est, contra te: nam omne culpę malum est contra Deum.

† *Cogitauerunt consi. qua non po. sta.* quia Deus voluit impedire.

11 *Quoniam po. eos dorsum.* te ab ipsis auertẽdo, sicut à te se auerterunt malè viuendo.

12 *reliq. t.* i. cum dæmonibus relictis eos sociabis.

14 *Exal. dom.* peracto iudicio reuertendo cũ electis ad cælestia.

15 *Cantabimus & psallemus virtutes tu. &c.* sicut scribitur psal. xxviij. b. *In templo eius.* id est, in cælo omnes dicent gloriam.

† MORA-

GLOSSA ORDINARIA.

¶ vide Psal. 4.

† super Aieleth Asabar (est nomẽ instrumẽti vt volũt nõ nulli: Alij speciem carminis esse dicũt, Quidam interpretãtur sydus matutinũ; Alij ceruã matutinã.

a *In finem, &c.* THEOD. Hic psalmus Domini nostri crucem, & resurrectionem, & gentium vocationem, & totius orbis salutem prædicit. Inscriptio hoc demonstrat. *Susceptio matutina*, nostri saluatoris est aduentus, qui instar auroræ in tenebris sedẽtibus illuxit, lux enim vera, est Dominus. Nascens autem lux, diluculum efficit, qua exorta soluũtur tenebræ. In ipsum autem dictatus est hic psalmus. Nam potius sacris Apostolis est credendum, & ipsi saluatori, qui principio huius psalm. clarè vsus est, quã iis, qui aliter interpretari conantur.

a ¶ Vel pro cerua. b ¶ Id est, Christi sub persona veteris hominis. nam verus homo noster confixus est cruci cum illo.

a † In finem † pro susceptione matutina psal. Dauid X X I.

b *Psalmus Dauid.* CAS. Cum psalm. iste sufficeret ad testimonium passionis, ne qua sit alicui excusatio, sequuntur & alij quatuor de eadem re apertè scripti. xxxiiij. liiij. lxviij. & cviij. Vel *pro susceptione*, ad similitudinem solis, qui paulatim assumitur, donec vbique clarescat; sic Christus. Hic ergo oratur assumptio pro qua præmittitur passio expressè, quasi sit historia, non prophetia. Per id quod sequitur .i. *per assumptionem*, notatur quod præcedit, id est, *passio*, & meritò, quia ipsa passio salus est mundi.

AVGVSTINVS. *Pro cerua* (vt alij habent) est humana Christi natura, quæ lutum & peccatorum spinas transilijt, & mane in gloriam resurrectionis, quasi in altum est assumpta.

☞ PSAL.

GLOSSA ORDINARIA.

Psalmvs XXI.

a *Deus Deus.* Cass. Præmittitur conquestio de derelictione, necnon & oratio, sicut in omnibus psal. de passione.

✠ Basil. Ligno crucis suffixus Dominus hac voce vsus est dialecto hebræa: hæc autem dicit pro tota natura humana, cuius est primitiæ. a

✠ Theodor. Patibulo suffixus in hac b
voce prorumpit, ipsa c
Hebraica voce vsus. d
Heli Heli Lamazabatani. e
Quomodo igitur eiusdem veritatis testimonium præteriri potest? Derelictum autem se fuisse dicit, vt qui, cum nullum peccatum commiserit, morti tamen obnoxius fuerit, quæ contra peccatores potentiam suscepit. Vocat igitur derelictionem, non diuisionem diuinitatis coniunctæ, vt quidam suspicati sunt, ad illam permissionem, quã diuinitas permisit, vt humanitas pateretur, Aderat enim diuinitas in serui forma patiente, & siuit illam pati, toti hominum generi salutẽ moliens. Hęc tamen nihil inde patiebatur: quo enim pacto, cum sit impatibilis, pati posset? dicit autem hæc Dominus Iesus Christus vt homo. Et quoniam ipse est caput humanæ naturæ, pro tota humana natura in sequentibus verba facit.

Avg. Cas. *Deus, Deus*: geminat ex affectu vel *Deus* omnium per creationis potentiam, *meus* propriè per cultum.

Avg. Quando hoc in cruce dixerat, psalmũ istum de se scriptum indicauit. B

b *Respice in me.* Cass. Non est in Hebræo, sed à septuaginta interpretibus additum.

c *Quare me d.* Avg. Mirum hoc, cum & Deus esset cum eo: sed pro nobis, qui in eo corpus eius.

d *Longe à salute mea.*

1 Avg. id est, mei veteris hominis, quia
2 *longè à peccatoribus sa-*
3 *lus:* & hæc sunt verba
4 non iustitiæ, sed deli-
5 ctorum. Vel, longè à
6 salute sunt verba de-
7 lictorum meorum: quæ sunt tollenda. E

✠ Theodoretvs. Aquila *fremitus mei* dixit: Symmachus, *fletus mei.* Theodotion, *clamoris mei*, septuaginta vtemur interpretatione. Alij enim cum hanc vocem *delictorum meorum*, attendissent, non dixerunt hunc psalmum Domino conuenire: sed audiant Ioannem clamantem, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*, & Paulum dicentem, *Ille qui peccatum non fecit, pro nobis peccatum factus est*: qui ergo pro nobis factus est maledictum, pro nobis verba fecit, & exclamat, ne respicias in delicta humanæ naturæ, sed concede salutem per meos cruciatus. F

e *Clamabo.* Avgvst. de nobis, corpore suo dicit, vt cum fortè dixit: *Transeat à me calix iste*, id est, putatur timuisse mori: sed

✠ pro

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs XXI.

1 Deus Deus. *Antiqui Hebræi hunc psalmum exposuerunt de tribulatione contra Iudæos per Aman excitata, in qua aduersarij eorum ad certam diem se præparabant ad occidendum eos, & spoliandũ, tractantes inter se de modo occidendi, & affligendi per confixionem manuũ & pedum in ligno, sicut Aman præparauerat Mardochæo, vt habetur Esther vij. & vestes & spolia eorum inter se diuidebant per verba. Et litera huius psal. satis posset ad hanc sententiã applicari. Dixerunt igitur quod cum dicitur in tit. huius psal. qui talis est in Hebr.* Ad vincendum pro cerua matutina psal. Dauid. *Cerua matutina dicitur Esther regina, quæ de liberatione populi fuit valde fuit pernigil & solicita. Rab. Sa. dicit, quod per ceruã matutinam hic intelligitur cõgregatio populi Israel, quæ cerua vocatur, vt dicitur Prouerbio. v.* de Cerua charissima, & gratissimus hinnulus: *quę fuit valde afflicta per Nabuchodonosor ipsam spoliantem, et partim occidentem & partim captiuantem: sed per orationes sanctorum huius congregationis in orationibus vigilantium fuit liberata tempore Cyri. Et quamuis possit ad hoc litera applicari, tamen istæ expositiones & consimiles non possunt esse vera, si dicantur literales. Primò quia Christus Matth. xxvij. f. protulit principium huius Psal. tanquam dictum de persona propria, dicens in cruce*: Eli eli lamma azabthani, quod est interpretatũ Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me. *sic enim iste psalm. incipit in Hebr. et in translatione Hier. iuxta Heb. Quod autem in translatione communi interponitur*, Respice in me. *non est in Hebr. nec in translatione Hiero. dicta: sed fuit additum à LXX. interpretibus. Et patet sic quod secundum sententiam saluatoris principiũ huius psal. & per consequens totus psalmus, ad literam de Christo est intelligendus. Item Matth. xxvij. e. dicitur, quod illud quod infrà scribitur in hoc psal.* Diuiserunt sibi vestimenta mea, &c. *impletum fuit in Christo. Et idem dicitur Iohan. xix. e. Item Paulus apostolus qui sciuit legem per exercitium studij, & postea plenius per instructionem spiritus sancti, allegat huius literam psal. de Christo dictam Hebr. ij. c. dicent, de credentibus in Christo.* Non confunditur eos fratres vocare (*scilicet, Christus di. in psal.*) Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. *Propter quod merito, quidam nomine Theodorus, qui exposuit hunc psal. ad literam de Dauid posito in persecutione Saulis, à qua tamen diuinitus fuit liberatus, propter hoc, et quædam alia fuit condemnatus in synodo Toletana. Igitur sequendo Christi, Matthæi, Ioannis & Pauli sententiã, et determinationem ecclesiæ, iste psal. exponendus est ad literam de Christi passione: à qua fuit diuinitus liberatus in sua gloriosa resurrectione. Secundum hoc igitur in tit. huius psal. suprà posito, per ceruam matutinam intelligitur humanitas Christi, quia sicut cerua de nocte latitat in cubili suo, à quo in mane prosilit, apparens in manifesto: sic humanitas Christi tẽpore noctis, id est, in triduo suæ mortis, latuit quasi in cubili, corpus in sepulchro, & anima in sanctorum limbo, sed in mane, tertia die resurgẽs apparuit Mariæ Magdalenæ, & postea discipulis in manifesto. Nec mirandum si humanitas Christi metaphorice dicitur cerua, quia tali modo loquendi frequenter vtitur scriptura, sicut Genes. xlix. f. dicitur.* Neptalim ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis.

2 Deus Deus meus. *Psal. iste diuiditur in duas partes: quia primò describitur passio Christi ex carnis infirmitate. secundo eius resurrectio ex deitatis virtute, ibi: Tu autem do. Prima in tres: quia tractat Christum passum, Primo circa passionem Christi, describitur eius derelictio à patre, secundo eius derisio à Iudæorum gente, ibi,* Ego autem sum vermis. *Tertio eius afflictio in passione, ibi:* Quoniam tu es. *Circa primum Dauid præuidẽs in spiritu Christi passionem in persona eius dicit:* Deus Deus meus, *id est, ô tu pater Deus meus ratione humanitatis à te creatæ.*

3 Respice in me. *positũ in afflictione. tamen hoc non est in Hebræo, vt prædictum est.*

4 Quare dere. me. *in manibus Iudæorum me persequentium, traditum eorum voluntati.*

5 Longè à salute mea. *scilicet, corporali: quia non fuit præseruatus à morte.*

6 Verba delictorum meorum. *delicta populi, sua dicit: Tum propter membrorum & capitis affinitatem, Tum quia fecit ea sua quodãmodo sustinendo pro eis pœnam. In Hebræo autem & in translatione Hier. iuxta Hebraicum habetur sic:* Verba rugitus mei vel clamoris mei. *quia Christus clamauit in cruce voce magna dicens:* Eli eli, &c. *Matthæi xxvij. f.*

7 Deus meus clamabo per diem. *quia circa horam nonam diei clamauit in cruce:* Eli eli. *vt dicitur Matthæi xxvij. f.*

MORALITER.

1 *Deus Deus, &c.* Psalm. iste secundum sensum literalem est de Christi passione. Moraliter autẽ posset exponi de cuiuslibet boni Christiani persecutione: magis tamen proprie de persecutione ecclesiæ, quæ est mysticum corpus Christi. Fuit autem ecclesia tempore tyrannorum & magis erit tempore Antichristi in tanta persecutione, quod videbitur à Deo derelinqui. & sic in eius persona dicitur: *Deus Deus meus.* Et multiplicatur ly *Deus*, ad ostendendum maiorem eius angustiam.

4 *Quare me dereliq.* non secundũ rem, sed secundũ apparentiam.

5 *Longe à salute mea verba delictorum meorum.* Hoc dicitur propter malos Christianos, qui in ecclesia sunt misti cum bonis, vsq; ad finem mundi, & propter hoc ex eorum malitia aliquando retardatur salus bonorum à temporalibus pœnis, quia tamen hoc ad exercitium patientiæ proficit bonis, subditur.

7 *Deus meus clamabo per diem, et non exaudies, et nocte et non.* quasi dicat: licet clamor meus diurnus & nocturnus non exaudiatur, tamen hoc non est, *ad insipientiam, etc.*

pro ſuis infirmis qui timent mori, hæc dixit, ſic & hæc vox membrorum eſt: *cla. et non exaud.*

✻ THEO. ſæpius crucis tempore precatus eſt, *Pater, ſi fieri poteſt tranſeat à me calix iſte.* Sed *non ad inſipientiam*, non enim fruſtra cõceſſionem petitionis, inquit, te procraſtinare, ſed magnũ quid, & ſalutare, te ex cruce procurare cognoui.

✻ BASIL. Noui diſpenſationis huius myſterium.

a *Per diem, & non exaudies, & nocte & nõ ad inſ.* CASSIO. quia nullę in eo tenebræ, & tamen non auditur ad ſalutem, corporalem.

b *In ſancto habitas.* AVG. Et ita mirum, quia patres liberaſti, ego autem ſum vermis.

✻ BAS. ET THEO. Hoc eſt admirabile, quod te in ſancto hoc corporè habitãte, crucis patibulo ſuffixus ſum, pro *laude* alij explanatores *hymnum* poſuerunt. Deus enim decantatur à ſuis cultoribus.

AVGVSTIN. ſanctificatis à te, quos facis intelligere, quod ad ſalutem ſanctos non audis, vt Paulum, & ad damnationẽ malos audis, vt dæmonibus concedens porcos, vel tentare Iob.

CASSIOD. Tu habitas in ſancto, quia Deus erat in Chriſto mumdum ſibi reconcilians.

c *Laus Iſrael.* AVG. id eſt, videntis te, non eius, qui ſe voluit abſcondere à conſpectu tuo.

d *In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt.* CASS. Magnus decor, dum iterat *ſperauerunt.*

e *Ego an. &c.* AVG. Hucuſque Chriſtus in perſona veteris hominis, hic iam propriè in ſua perſona loquitur.

AVGVST. *Ego autem.* Iam proprie Chriſtus, ſine ſemine natus ſum, vt eſſem vltra homines in homine, in quo factus ſum opprobrium, vt vel ſic ſuperbia hominis humilem imitetur.

f *Vermis et non homo, oppro.* CASSIOD. Ita viliter eõculcatus, & quaſi nõ eſſem homo: vel, cùm ſim vermis, id eſt, de virgine natus, & non homo, id eſt, peccator, vel, non tantum homo, ſed & Deus ſum opprobriũ. Vermis, ſine coitu natus, mortalis, humilis, & vilis, ſilentio repens.

✻ THEOD. Aliqui per *vermem* oſtendi dixerunt, quod natus eſt ex Virgine: nam neque vermis habet ſubſtantiam ex concubitu. Ego vero tantum vilitatẽ oſtendi puto.

g *Sperauit in domino, &c.* CAS. Dicentes, *Spera in domino, &c.* ironia Iudæorum, ecce quaſi hiſtorialis narratio, non prophetia: ne qua ſit excuſatio, ne qua ambiguitas.

h *Ab vberibus.* nõ ex quo lactari cœpi, quia & antè: ſed ab vberibus ſynagogæ extraxiſti, ne carnalem conſuetudinem ſugerem,

☞ cuius

a ¶ In proſperis, vt non abeant. b ¶ In tribulatione, vt abeat. c ¶ Quia verbis delictorum clamabo. d ¶ De vtroque, ſed ad ſapientiam: Non audit Deus ad voluntatem, ſed ad ſalutem. ¶ Scilicet vt ſapiãm quid clamandum ſit, non verbis delictorum, ſed vitę.

a per diẽm, & non exaudies: & nõcte, & nõn ad †ineptiam

a ¶ Et ideo non audis verba delictorum. b ¶ Quare non audis & me, vel nos.

mihi. Tu autem † in ſanctõ habitas, laus Iſrael. In te ſpera-

a ¶ Qui minores quam ego. ¶ Iuſti. b ¶ Secundum carnem. c ¶ Quaſi, ex ſpe, eſt liberatio. d ¶ Aug. vt de Ægypto, de camino pueros. & huiuſmodi. ¶ Et.

uerunt pãtres nõſtri, ſperauerunt & † liberaſti eos. Ad te

a ¶ Non verbis delictorum. b ¶ Statim: non in futuro. c ¶ De præmio. Quia non in ſe ſibi ſpes.

clãmauerunt, & † ſalui facti ſunt: In te ſperauerunt, & non

a ¶ Qui maior. b ¶ Aug. vermis quia mortalis de carne ſine concupiſcentia natus, & non tantum homo, quia Deus. ¶ Quia eſt & homo vermis, vt Adam, ſed ille vermis & non homo, quia verbum in principio apud Deum.

ſunt confuſi. Egò autem ſum vermis & non homo, oppro-

a ¶ In ſputis & colaphis. ¶ Ecce quanta patitur cum liberati patres. b ¶ Dum pro eo Barrabã elegerũt.

briũm hominum & † abiectio plebis. Omnes † videntes

a ¶ Huiuſmodi. b ¶ Sicut abiectum. c ¶ Non tantum in corde. d ¶ Irridentes, velut minantes, non iudicio agentes.

mẽ † deriſerunt mẽ, locuti ſunt lãbiis, & mouerunt caput.

a ¶ Vt ait. b ¶ De manibus noſtris: vel ſi non eripit, reſuſcitet.

g † Spẽrauit in domino, † eripiãt eum: ſaluum faciat eum,

¶ Vt ait. a ¶ Aug. Ideo hoc dicunt, quia homo factus. In verbum quod eſt Deus, in principio apud Deum, talia non dicerent.

quoniam † vult eum. Quoniam tu es qui extraxiſti me

a ¶ Ab vberibus: ſpes, & Deus meus: qui ante ſecula pater meus. b ¶ Vt tu mihi ſolus eſſes ſpes. c ¶ Iam homo infirmus.

h de vẽtre † ſpes mea ab vberibus matris meæ, in tẽ prõie-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non exaudies *quia non fuit exauditus in iſta oratione, nõ enim procedebat ex voluntate deliberatiua, ſed ex ratione afflictionem & motum ſenſitiuæ partis proponente, ad oſtendendam in Chriſto veritatem humanę naturę, de cuius integritate eſt pars ſenſitiua.*

2 Et nocte. *præcedente ſimiliter clamauit ad patrem pro ſua liberatione, dicens,* Pater mi, ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte.

3 Et non ad inſipientiam mihi, *ſupple hoc contingit, quod non ſum exauditus, imo in hoc apparuit maxima eius ſapientia, & quantum ad diuinitatem & quantum ad humanitatem: quia iſte modus liberationis humanę naturæ fuit conuenientiſſimus, vt ſic homo pœnam ſolueret, qui debebat, & Deus redimeret, qui poterat.*

4 Tu autem in ſancto habitas, *id eſt, omnia ſanctè facis, & ordinatè, licet aliquando aliter ignorantibus videatur.*

5 In te ſpera. &c. & liberaſti. *de ſeruitute Ægypti, et captiuitate Babylonis, quę liberationes fuerunt quædam figura huius liberationis per mortem meam facta.*

6 Ego autem ſum ver. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Chriſti deriſio, cum dicitur in perſona eius,* Ego autem ſum vermis, *Id eſt, vilis et abominabilis in conſpectu Iudęorum: vnde expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt tanquam contemptibilem, vt habetur Matthæi. xxvj. g.*

7 Et non homo. *id eſt, non vtens ratione, ſed magis damonis agitatione, vnde dicebant ei: Iohan. vij. c.* Dæmonium habes.

8 Opprobrium hominum. *id eſt, maiorum, ſcilicet, ſacerdotum Phariſæorum.*

9 Et abiectio plebis, *ſcilicet, populi communis, licet enim populus primò eum honorauerit, poſtea tamen deceptus à ſacerdotibus eum contempſit, Matthæi. xxij. c.* Prætereuntes autem blaſphemabant, *ideo ſubditur.*

10 Omnes videntes me deriſerunt me, *ſcilicet tam maiores quàm minores, vt dictum eſt,*

11 Locuti ſunt labijs. *me vituperando & blaſphemando.*

12 Et mouerunt caput, &c. *me ſicut falſum prophetam notando. Quid autem dicerent ſacerdotes eum blaſphemantes, ſubditur.*

13 Sperauit in domino, eripiat eum, ſaluũ faciat eum, *vnde ſcribitur Matth. xxvij. c.* Principes ſacerdotũ illudentes cùm ſenioribus & ſcribis dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluũ facere: *ſubditur,* Confidit in Deum, liberet eum nũc ſi vult

14 Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre, *Hic conſequenter deſcribitur paſſionis afflictio, in qua verus homo recurrit ad diuinum auxilium, ds.* Quoniam tu es qui extraxiſti me de ven. &c. *id eſt, ſuper naturam naſci me feciſti de virgine.*

15 Spes mea, &c. *quia, ſicut ſupra dictum eſt, in Chriſto erat ſpes, inquantum in eo erat certa expectatio futurę glorię quò ad corpus.*

16 In te proiectus ſum ex vtero. *id eſt, tibi in ſuppoſito verbi vnitus à conceptionis principio.*

☞ De ven-

MORALITER.

† 3 *Ad inſipientiam mihi.* id eſt, ad malum, ſed ad patientiæ bonũ, ideo ſubditur.

4 *Tu autem in ſancto habitas laus, &c.* id eſt, in teipſo, qui es ſanctuſſanctorũ, propter quod omnia ſanctè diſponis. Et bene differs exauditionem meæ petitionis.

5 *In te ſperauerunt patres noſtri, &c.* ſ. martyres & apoſtoli.

† *Et liberaſti eos, &c.* de miſeria huius mundi.

† *In te ſperauerunt & non ſunt confuſi.* ſed magis honorati in hoc quod digni habiti ſunt pro nomine tuo contumeliam pati. propter quod ſubditur eccleſiæ deluſio ab infidelibus, cum dicitur,

6 *Ego autem ſum vermis & non homo,* id eſt, reputata ſum res vilis & non honorabilis.

8 *Opprobrium hominum.* ſcilicet, infidelium.

9 *Et abiectio plebis.* Martyrum enim corpora frequenter proijciebantur canibus & auibus ad deuorandum, ideo ſubditur.

10 *Omnes videntes me deriſerunt me, locuti ſunt labys,* reputantes me ſacrilegia feciſſe.

12 *Et mouerunt caput,* notantes me de criminis magnitudine.

13 *Sperauit in domino, eripiat eum: ſaluum.* hoc deriſoriè dicebant carnifices, & alij infideles de martyribus Chriſti.

14 *Quoniam tu es qui extra. &c.* Hic allegatur exauditionis cauſa, cum dicitur, *Quoniam tu es qui extra. me.* de Iudæorum & paganorum errore.

15 *Spes mea, etc.* de conſecutione gloriæ.

† *Ab vberibus matris meę,* id eſt, ex quo alimentum cepi lacte ſanctæ matris eccleſiæ.

† 1 *Deus*

☞ cuius vterus me non pertulit, iactauit. Nec fecit eius venter, A vt sicut paruulus essem tui oblitus, sed fuisti Deus meus. *De ven.*

Avg. Ipsi ita, sed tu.

a *De ventre.* Avg. Non solùm matris, quæ lex nascendi est omnibus; sed de tenebris synagogæ, in quibus infidelis est, nondum in luce Christi natus, qui in obseruationib⁹ illis carnalibus sabbathi, & circumcisionis confidit.

✻ Basi. et Theo. Esaias hæc vaticinatus est dicens. *Ecce virgo concipiet &c.*

b *Ne discesseris à me.* qui B iam cœpisti.

Tu ext. non vir, ne dubitetur virginis partus, virtute Dei factum est.

Spes mea ab vbe. vera humanitas & magna perfectio: ab vberibus enim facit, quòd vix maturus.

tas Christi ab vtero perfecta

†vel liquefecit in medio viscerũ meorum.

Iu te proie. sum. non in peccata hominis. Alij In Adam proijciuntur, ex quo rei.

De ventre matris meæ Deus meus. Cass. Nec conceptio sine C Deo; nec in peccato, vt homo; Vnde Angelus, *Spiritus sanctus superueniet in te.*

✻ Basil: et Theodoret. Etenim discipulorum chorus eum dereliquit.

c *Circundederunt.* Cas. Describitur passio, quã terminat oratio; ad conuincendos Iudæos, refert futura quasi præterita,

d *Aperuerunt.* Cas. Vt ferę volentes deglutire, os suum non ad sapientiam reseratum.

✻ Bas. et Theod. Afflictionum species prædicit, per *tauros* Sacerdotes; per *vitulos* eorum subditos intelligens. *Ossa* autem vocat Apostolos, robur Ecclesiæ.

✻ Bas.

✻ Bas. et Theod. ob timorem cor euanuit, non respondit, D sæpius interrogatus, traditus est sepulturæ, quod *puluerem mortis* nominat, eo quod puluere obducuntur, qui sepeliuntur.

e *Sicut le.* Avg. Vt leo rapiens circunderunt: vt rugiens os aperuerunt.

a ¶ Non de te: nam de te pater meus, de matre Deus meus. 1

a ctus sum ex vtero. De vẽtre matris meæ Deus meus es tu, † 1

a ¶ In corpore vel secundum tempus. b ¶ Quoniam.

b ne †discesseris à me. Quoniam tribulatio próxima est, ẽt 2

a ¶ Alius. b ¶ Aug. consiliis, & gladiis, & fustibus. c ¶ Populus luxurians sine lugo Dei. d ¶ Principes superbi. 3 4

non est qũi adiuuet. Circũdederunt me vitũli multi, tauri 5

a ¶ De pinguedine ferociores. ¶ Ad simulitudinem. 6

c non est qũi adiuuet. Circũdederunt me vitũli multi, tauri 5

a ¶ De pinguedine ferociores. ¶ Ad simulitudinem. 6

d † pinguẽs obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, si- 7

a ¶ In comprehensione. b ¶ Crucifige cru. clamantes. c ¶ Circundede. obsede. & occiderunt tam viliter. ¶ Quasi. d ¶ Missi ad prædicandum. 8

e cut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effusus sum, & di- 9

a ¶ Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Matth. 10. b. b ¶ Cass. firmi mei. c ¶ Aug. scriptura, id est, sapientia eius & voluntas. ¶ Hiero. Quæ erat in scripturis clausa, crucifixo domino liquefacta est vt cera, vt omnes infirmi intelligerent. ¶ Aug. vnde & pro eo velum scissum est. 10

f spẽrsa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tan- 11

g quam cera †liquescẽs, in medio ventris mei. †Aruit tanquã 12

f *Sicut aqua.* Quando funditur aqua, abluit, rigat & lapsum pedibus facit: ita effuso Christo ablutę sunt sordes, rigatæ mentes, vbi etiam lapsi sunt Math. 26. E persecutores: & prætimore dispersi sunt discipuli; vnde relicto eo fugerunt.

Cas. Sicut aquæ sacramentum ablutio peccatorum, & hoc quia apostoli per mũdum dispersi sunt, qui ipsi effusi dicuntur, vt aqua alluens & rigans & per quos secretum scripturæ elicuit, virtus igne passionis induruit, & solidata est.

†Bassan in stat coronæ circũdederunt me (i. homines fortes veluti erant tauri regionis Bassan.

†Exaruit.

g *Tanquam cera.* Cas. Bene legis mysteria comparat ceræ, quę tunc lucem reddit cum calore dissoluitur: vel ideo discipuli fugerunt, quia doctrina, qua eos firmaueram, admota passione quasi igne euanuit, & infirmis excidit, & quia virtus mea aruit, id est, viluit, prius probata miraculis. *Aruit*, quia lingua non respondit eis crucifigentibus verbum: & quia in puluerẽ pro opinione Iudæorum. *In puluerem mor.* in quem rediguntur mortui. & hoc, quoniam circundederunt. F

h *In medio ventris mei.*

Avgvstinvs. Venter infirmos in ecclesia, vel memoriam ecclesiæ significat.

i *Aruit tanquam testa virtus mea.* Cas. Non vt fœnum, sed vt testa quæ igne sit firmior.

☞ a *Lingua*

NICOLAVS DE LIRA.

✍ 1 De ventre, &c. *id est, Deum meum te cognoui, quia anima Christi ab instanti conceptionis fuit repleta virtutibus & scientijs.*

2 Ne discesseris à subtrahendo auxil. tuum, *cuius causa subditur:*

3 Quoniam tribulatio proxima est, *id est, acerbitas maxima meæ passionis.*

4 Et non est qui adiu. *eripiendo de manibus Iudęorum: sicut suprà dictum est, hæc petitio & consimiles, erant rationis, non prosę, sed veritatem naturæ passibilis ostendentis.*

5 Circunderunt me vituli multi. *i. Iudæi, qui propter insolentiam & carnis petulantiam vocantur vituli.*

6 Tauri pingues obsederunt. me. *quia Iudæi erant auari, & diuitijs impinguati.*

7 Aperuerunt super me ōs. *desiderantes me douorare.*

8 Sicut leo rapiens & rugiens. *ex crudelitatis magnitudine.*

9 Sicut aqua effusus sum. *Aqua enim perfectius effunditur de vase, quàm alij liquores, quia de alijs liquoribus effusis remanet sapor & odor: per hoc intelligitur, quod Iudæi ita intendebant eum annihilare, vt de eo nulla memoria remaneret.*

10 Et dispersa sunt omnia ossa mea, *id est, discipuli, qui debebãt esse alijs robustiores, tamen imminente passione eum relinquentes fugerunt dispersi: propter quod prædixit eis Christus, Iohan. xvj. g.* Venit hora vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis.

Vel aliter & magis iuxta literam: Sicut aqua, *id est, destitutus vigore in parte sensitiua propter passionis horrorem imminentis.* Et dispersa, &c. *id est, à iuncturis dissoluta. Talit modo dicitur Daniel. x. d.* Domine in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil remansit in me. virium.

11 Factum. *Sicut enim cera à calore ignis resoluitur, sic cor humanũ inquantum est sensitiuę partis organum, horrore terribilis imminentis passionis: & hoc fuit in Christo, non tamẽ fuit in eo aliquid deordinatũ.*

Ad cuius pleniorem intellectum sciendum, quòd ratio deliberatiua aliter mitigat seu minuit dolorem interiorem animæ, & aliter dolorẽ exteriorem sensibilem in carne: quia primũ dolorem mitigat, inquantum ibi ponit modum virtutis, ita quòd non transgreditur limites rectæ rationis: & hoc maximè fuit in Christo. Secundum autem dolorẽ nõ mitigat seu diminuit directè, quia non obedit parti intellectiuæ: diminuit tamen indirectè, quia obedit per quandam redundantiam virtutis animæ ad corpus: & hoc nõ fuit Christo, quia sicut dicit Damascenus, ordinatione diuina factum est, vt qualibet pars faceret id quod erat sibi proprium: vt sic dolor sensibilis in Christo esset maximus, & maximè meritorius, inquantum à ratione deliberatiua erat maximè acceptus propter salutem humani generis: & ad exprimendum magnitudinem huius doloris sensibilis, dicta sunt ista de Christo: Effusus sum sicut aqua.

12 Aruit tanquam testa virtus mea. *quia humor existens in corpore Christi fuit quasi exhaustus per sudorem sanguineum, de quo dicitur Luc. xxij. & per extractionem sanguinis in flagellatione, coronatione, manuum & pedum confixione, & lateris apertione: in cuius signum post sanguinem exiuit aqua, vt habetur Iohannis. xix. ad ostendendum quod corpus remansit quasi exangue post sanguinem arefactum.* Et omnia ossa mea conturbata sunt, *quia deficiente sanguine, deficit virtus ossium.*

✍ 1 Et lin-

MORALITER.

1 † *Deus meus es tu.* id est, ex tunc te confessus sum corde, ore & corpore: hæc sunt ecclesiæ verba propter bonos existentes in ea. ideo subditur,

2 *Ne discesseris à me.* ne deficiam in tribulatione, propter quod subditur,

3 *Quoniam tribu. pro. est.* ab infidelibus,

4 *Et non est qui adi.* Auxilium enim humanum sine te reputandum est nullum.

5 *Circundederunt me vituli multi.* id est, petulantes luxuria.

6 *Tauri.* pi. o. i. diuites huius seculi, & potentia cornuti.

7 *Aperuerunt super me os suum.* ad me diffamandum & deuorandum.

9 *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia o.* hæc dicit ecclesia pro infirmis catholicis fugientibus, vel se abscondentibus timore persecutionis, ideo subditur,

11 *Factum est cor meum tanquam cera.* ex feruore tribulationis,

12 *Aruit tanquam testa virtus mea,* hoc dicitur pro deficientibus in tormentis: & sic consentiebant idololatriæ, & moriebantur morte culpæ.

☞ a *Lingua mea.* AVGVSTIN. Seruauerunt præcepta mea apud A sehi, per quos locuturus eram : & per eos in cognationē eorum, qui erant puluis mortis, deductus sum.

✻ THEO. post Iudæos gentium exercitum rerum ordinem ser-
Matth. 15. uans attingit, de quibus non est bonum dare filiorum panem canibus.

✻ BASIL. Recte Iudæos tauros, gentes canes nominauit. Illi enim sub iugo legis erant, licet legem manifestè transgrederentur : isti secundum le- B gem erant immundi.

b *Foderunt* AVGVS. Euangelica narratio. Etsi hæc ad literam, innuit fossio manuum, quod operibus eius nō crediderunt : pedum, quòd apostolos lacerauerunt.

†16.q.7. e sicut dominī. CASS. foderunt. Tetra fossa fructum facit, sic fructum vitæ dedit Christus vulneratus.

C c *Dinumerauerunt omnia ossa mea.* CAS. Propriè describitur pœna crucis. Sic ossa dinumerauerunt, id est, apostolos, ne in maiorem numerum crescerent, quærebant extinguere.

d *Inspexerunt me.* CASSIO. Cum diligentia & delectatione, cū à re crudeli soleant oculi auerti. Ecce quam obstinati, non casu aliquid factum, nec tot miraculis cor mollitum.

D ✻ THEO. sic enim crucifigentes, & flagellatores, distenderunt, vt facile fuerit ossa dinumerare, & inspexerunt deridentes & loquentes.

e *Diuiserunt sibi vestimenta mea : et super vestem meam miserunt.* AVG. Sacramenta ipsius potuerunt diuidi per hæreses, sed non tunica desuper, id est, à Deo data, hæc est charitas vel vnitas : quam nemo potest diuidere.

CASSIODOR. E Sed forte & dono Dei quibusdam venit : qui verò hanc habet, securus est, & nemo eum à catholica ecclesia mouet, & si extrà incipit illam habere intromittitur, vt ramus oliuæ à columba delatus ad arcam.

AVGVSTINVS. Vel per animam vnicam caput & corpus : quod vnum diuersitates respuit.

f *Vnicornium, humilitatem meam. etc.*

AVGVSTINVS. F Iudæi, terrena tantum petentes : vel, de cultu Dei singulariter se iactantes, vel singulariter superbientes : occiso etiam filio post seruos.

✻ THEOD. qui mortis imperium habebat, Leonem, Canem ☞ & Vnicor-

a ¶ Aug. nomen meum, quod ante passionem contemnebatur, post firmius honoratur.
b ¶ Prędicatores mei. c ¶ Aug. vt de interioribus meis caperent sapientiam.

a testa † virtūs mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in
1 2
a ¶ Aug. in impios, quos proiecit ventus à facie terræ, morti destinatos. b ¶ In cognitionem per apostolorum prædicationem ¶ Vel re. c ¶ Effusus sum. †
puluerem mortis deduxisti me. Quoniam circundederunt 3
a ¶ Aug. non pro veritate, sed pro consuetudine latrantes & mordentes. b ¶ Vel consilium.
c ¶ Ideſt, Gentilium. ¶ Mala cogitantium Iudæorum.
d ¶ In passione, in quo ciuitas spiritalis Ierusalem obsidetur.

me canes multi, cōcilium mālignantium † obsedit me. 4
a ¶ Gentiles. ¶ Clauis. b ¶ Aug. non poterat melius describi extentio corporis in ligno.

b Foderunt manus meas & pedes meos : † dinumerauerunt 5 6 †numerabo.
c
a ¶ Aug. non mutati. ¶ Iudei b ¶ Sed non intellexerunt. c ¶ Aug. tantum viderunt vsque ad carnem oculi corporis : & non vsque ad verbum cordis oculi.

d omnia ossa mea. Ipsi verò cōsiderauerunt & inspexerunt 7
a ¶ Cass. Mysti. sic qui non tendunt ad vnitatem scripturas corrumpentes. b ¶ Cas. catholica ecclesia non discerpitur : sed dono Dei cuique prouenit, non humano arbitrio

me : † diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestē meam 8 9
¶ Ipsi ita. a ¶ Aug. vsque in communem omnium resurrectionem. ¶ Quia post triduum statim resurrexit.
e miserūt sortē. Tu autē domine ne † elōngaueris † auxiliū tuū 10 †longè fe-ceris †te fortitudo mea, ad auxilium meum festina
a ¶ Ne quid mihi noceant. b ¶ Et. Ne elongaueris, sed. ¶ Alias aspice. c ¶ Aug. à morte, & à lingua dissensionis.

à me : ad defensiōnē meā conspice. Erue à † framea a Deus ani- 11 †
a ¶ Aug de potestate Iudæorum canino more latrantium sine discretione. b ¶ Aug. Ecclesiam, vel vnica est anima Christi, sola à peccatis immunis. f

mam meā : & de mānu canis vnicam meā. † Salua me ex ore 12 † Saluum me fac
a ¶ Aug. diaboli. ¶ Qui circumit quærens quem deuoret vel : regni secularis. b ¶ Aug. sublimitatibus : vel superbia. c ¶ Aug. superborum, singulariter se erigentium & consortes non ferentium.

f leōnis : & à cōrnibus † ūnicornium † humilitatem meam. 13 14 †exaudi me (.i exaudiens liberā me)

†vnicornium,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et lingua mea adhæsit faucibus me. *præ defectu humoris.*

2 Et in puluerem mortis deduxisti me, *id est, ad mortem, per quā corpora rediguntur in puluerem : tamen corpus Christi ad hoc fuit præseruatum per sua resurrectionis accelerationem, vt dictum fuit suprà psal. xv. b.*

3 Quoniam circunderunt me canes multi. *i. Iudæi se habentes ad me non sicut homines, sed sicut canes rabidi.*

4 Concilium malignant. *secundum quod dicitur Math. xxvij.* Mane autem facto concilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent : & vinctum adduxerunt, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi.

5 Foderunt manus, &c. *Clauis in cruce perforando. Et licet hoc fecerint milites præsidis, qui erant gentiles, hoc tamen factum fuit ad importunam precem Iudæorum.*

6 Dinumeraūerunt omnia ossa mea, *id est, dinumerare potuerūt. Ad cuius intellectum sciendum, quòd quando aliquis affigebatur cruci, prius accipiebatur mensura corporis sui à manu in manum secundum latitudinem, & à spatulis vsque ad pedes secundum longitudinem, vt in ligno crucis fierent foramina per quę claui facilius possent transire : & sic factum fuit de Christo. Quando autem vna manus perforata & affixa : humores cucurrerūt ad locū illum : quia naturaliter currunt ad locum lęsum, & sic nerui fuerunt retracti ad illam partem : & ideo ad hoc quòd alia manus reduceretur ad locum foraminis in ligno facti, oportuit eam violenter trahi cum chordis. Et idem intelligendum est de pedibus, propter lasionem factam in partibus superioribus : propter quod ex tali violenta corporis extensione apparebant ossium iunctura, quia Christus nudus fuit crucifixus, et sic poterant ossa eius dinumerari.*

7 Ipsi verò, &c. *æstimantes me purum hominem : eò quòd videbāt me talia passum.*

8 Diuiserunt sibi vestimenta mea. *secundum quod dicitur Iohan. xix. d.* Acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem vnam.

9 Et super vestem m. *i. super tunicam eius inconsutilem, vt dicitur ibidem. Et quia non erat conuenienter diuisibilis, miserunt sortem quis haberet eam totam.*

10 Tu autem do. &c. *Hic consequenter describitur Christi resurrectio ex deitatis virtute, quam Christus homo primò postulat, dicens :* Tu autem do. *quod factum est per accelerationem suæ resurrectionis, quæ facta est tertia die.*

11 Erue à framea, &c. *id est, à morte violenta, quę gladio solet inferri : quod factum est per hoc, quod licet plagę sibi inflictæ, et tormenta, de sua natura deducerent hominem purum vsque ad separationem animæ à corpore : tamen non fuit sic separata in Christo, sed propria voluntate, secundū quod dixerat. Iohan. x. d.* Ego pono animā meam, & nemo tollit eam à me : sed ego pono eā à meipso : *id est, pro voluntate mea. Quod etiam fuit ostensum per magnitudinē clamoris in morte, quæ non potuit esse naturaliter in homine sic propinquo morti, propter quod Centurio videns quòd sic clamans expirasset, ait :* Verè hic homo filius Dei erat, *vt habetur Marc. xv. d.*

12 Et de manu canis vnicam meam. *i. de potestate inferni, qui deuorat auidè sicut canis.*

13 Salua me ex ore leonis *id est, Iudaici populi, quem vocat leonē propter crudelitatem.*

14 Et à cornibus vnicornium humilitatem meam, *id est, à præsumptione et superbia militum, qui me putabant custodire intra sepulchrum.*

7 Ipsi

MORALITER.

† *Circundederunt me can. mul.* hoc dicitur de vulgaribus infidelibus.

4 *Concilium ma. obsedit me.* hoc dicitur de iudicibus & maioribus.

5 *Foderunt manus meas & pedes meos.* quia multi martyres fuerunt crucifixi.

6 *Dinumerauerunt omnia ossa mea, &c.* nam multi fuerunt in equuleis sic extensi, quòd ossa eorum poterant numerari.

7 *Ipsi verò considerauerunt & inspexerunt me : diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* quia non solùm occiderunt martyrum corpora, sed etiam rapuerūt eorum vestes, & alia bona temporalia.

10 *Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum à me,* sed assiste dando virtutem patientiæ.

11 *Erue à framea,* scilicet, dæmonis.

† *De manu canis, &c.* id est, tyranni obstinati.

† *Vnicam meam.* ecclesiam quæ est vnica.

13 *Sal. me ex. ore leonis, &c. i.* peruersi iudicis iniquā sēntiā proferentis.

16 *Et à cornib. vnicornium humilit.* id est, impetu carnificum.

1 Narra-

☞ & Vnicornem appellat diabolum, qui nihil eorum, quæ quærebat, inueniens, impudenter & iniuste valde morti tradidit.

a *Narrabo nomen tuum fratribus meis: In medio ecclesię, &c.* Avg. Hactenus ostēdit quæ passus, & quid orauit: ecce iam quare passus, qui, nisi veller, non pateretur. Cas. Ecce passionis fructus, ne audita passione turbē tur corda fidelium.

✻ Bas. & Theod. Credentes *fratres* appellat, per quos, inquit, te decātabo, præparans illos hunc cōtexere hymnum.

† cantabo. † magnificate eum.

B b *Qui timetis dominum laudate eum: Vniuersum semen Iacob glorificate eum.* Cas. Timor humanus nō laudem, sed vituperium parit,

† A te vel, de te. ✻ Theodo. Ecclesiam ex Iudæis conflatam à maioribus Iacob & Israel nominat, ex gentibus congregatam à virtute, vt

† confitebor tibi. † coram timentibus.

C quæ pro nobilitate homines ornare potest. Nam ex gentibus legi accedentes, mos est sic nominare, & hoc nos Actuum historia docet. Nam Diuinus Apostolus concionem habens, sic air, *Viri Israelita & qui timetis Deum*, sicque promissiones impler.

† tuo.

c *Timeat eum omne semen Israel: quoniam non spreuit, &c.* Quos dixerit semen Iacob, aperit, subdens,

d *Pauperis.* Avg. non eius qui verbis delictorum clamat de vana vita, sed non tumentis de pompis seculi.

✻ Theod. ostendit quam æqualitatem cum patre vt Deus habet. *Ecclesiam magnā* appellauit, quæ ad terminos terrę se extendit, de qua vaticinatur, & gentiū vocatione, quas pauperes, dicit, diuitias pietatis olim non habentes.

✻ Basilivs. † congregationis. ἐυχὰς non preces, sed promissiones intelligit.

✻ Theodore. † Timete ab eo. Diuinum cibū spiritus doctrinam scimus, & mysticū atque immortale cōuiuiū, quod sacris initiati cognoscūt.

† precem.

c *Apud te laus mea in ecclesia magna. Vota mea reddam in conspectu timentium eum.* † congregatione multa. † te. Avg. Apud Deum laudem ponit, qui docet in homine nō præsumi.

f *Laudabunt dominum qui requirunt eum: viuent.* Avgvs. Pauperes Deū diuites se: ideo pauperes, quia Deū laudant vt eū quærāt, & ipse est diuitiæ pauperum.

F † Commemorabuntur.

g *Corda eorū in seculum seculi Reminiscētur & conuertentur ad dominum.* Avg. Quia ille cibus est cordis.

✻ Theod. Præclare *Reminiscentur*, Quoniam cum à Deo id, quod sunt, accepissent, opificis obliti sunt. At accurrēt & diuinæ

☞ cognitionis

a ¶ Quo fructu. ¶ Saluatus. b ¶ Aug. qui inuicem diligunt vt à me dilecti sint. ¶ Apostolis. c ¶ Non in parte sed. d ¶ Pro qua passus.

a Nārrabo nomen tuum frātribus meis: in mēdio † eccleſiæ 1

a ¶ Et per eos. b ¶ O pater. c ¶ Et ô vos. ¶ Cas. sed quæ est ea vbicunque timetur Deus & laudatur, ibi ecclesia est, Semen Iacob, semen Israel est ecclesia. d ¶ Non vosipsos. e ¶ De omni gente. 2

b † lāudabo tē. Qui timetis dominum laudate eum: vniuersum 3 4

a ¶ Cui maior seruiet. 5

c semen Iacob † glorificate eum. † Timeat eum omne semen 6

a ¶ Aug. omnes ad visionem Dei reparati. ¶ Cas. alienus nescit timere. b ¶ Glorificate. c ¶ Ex toto. d ¶ Etiam. e ¶ Licet alias humilem. 7

Israel: quoniam non spreuit neque despexit † deprecationem 8

a ¶ Aug. Cuiuscunque non de se præsumentis. b ¶ Aug. Vt ab illo, qui dicebat supra: clamabo, nec exaudies. 9

d pauperis. Nec auertit faciem suam à me: & cum clamarem ad

a ¶ Vt quid exaudiuit? b ¶ Est. ¶ Id est laudabo te. c ¶ Id est in toto orbe: non modo in Africa, vt Donatistæ aiunt. 10

e eum exaudiuit me. † Apud te laus mea in † ecclesia magna, 11

a ¶ Quomodo erit laus. ¶ Sacrificium, quod Christus obtulit Deo, quod norunt fideles & edent. b ¶ Corporis & sanguinis. c ¶ Vt intelligant verum esse corpus, & per illud se saluari. 12

† vota mea reddam † in conspectu timentiū † eum. Edent pau- 13

a ¶ Aug. contemptores seculi & humiles. b ¶ Aug. Diuites non saturabuntur, quia non esuriunt: saturantur vero qui imitantur patiendo, & laudādo eructāt. 14

f peres & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt 15

a ¶ Et si moriuntur corpora. ¶ In hoc diuites. b ¶ Et post: dominum per istos laudatores. ¶ Qui pauperes, & quomodo laudabunt? 16

g eum: viuent corda † eorum in seculū seculi. † Reminiscentur & 17 18

a ¶ Quia Deus ei exciderat. b ¶ Ecclesia de toto orbe. ¶ Sunt pauperes.

conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ. Et adorabūt † 19

a ¶ Aug. In conscientijs suis, non in conspectu hominum.

¶ Cas. Vel, quia eum dominum conspiciunt: vel, in fide orabunt, quia conspectus Dei non est nisi per fidem.

b ¶ Aug. Diuites non saturabuntur, quia non esuriunt: saturantur vero qui imitantur patiendo, & laudādo eructāt.

in conspectu † eius vniuersæ familiæ gentiū. Quoniā dómini 20 21

b ¶ De omnibus finibus, de omnibus familijs. c ¶ Debet doli. ¶ Aug. Non hominum superborum.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Narrabo nomen tuum fratribus. *id est. apostolis aliisque discipulis, quibus manifestauit suam resurrectionem factam virtute Dei patris, secundum quod exprimit Apostolus Hebræorum secundo, vt dictum est supra.*

2 In medio ecclesiæ laudabo, &c. *id est in medio congregationis fidelium, in qua post resurrectionem annuntiauit virtutem Dei patris ad laudem & gloriam sui nominis:*

Vel aliter: In medio ecclesiæ laudabo, &c. *id est, faciam te laudari per apostolos, aliosque credentes, qui in die pentecostes recepta gratia spiritussancti loquebantur variis linguis magnalia Dei, Act. 2. b.*

3 Qui timetis dominum. *Hic consequenter beneficio incitat alios ad laudandum Deum di.* Qui timetis dominum, *timore filiali.*

4 Laudate eum. *corde & ore.*

5 Vniuersum semen Iacob, *id est Vniuersi imitatores fidei & operū.*

6 Glorificate, &c. *coram omnibus absque timore & verecundia honorantes eum, quia gloria est honor exhibitus alicui coram multitudine in testimonium suę virtutis, vt dixit commentator, 1. Ethic.*

7 Timeat eum omne semen Israel, *non carnaliter, sed spiritualiter, secundum quod distinguit Apostolus, Romano. 9. Israel, secundum carnem, & secundum spiritum.*

8 Quoniam non spreuit, &c. pauperis. *id est Christi, quia in paupertate fuit natus, conuersatus, & mortuus; quia à Iudæis nudus crucifixus; & in alieno sepulchro sepultus.*

9 Nec auertit faciem suam. *quia Christus in omni oratione sua procedente ex voluntate deliberatiua fuit exauditus, vt dictum est supra psalm.*

psalm. xx.

10 Apud te laus mea. *Verbum est Christi ad patrem directum: quia Christus in nomine patris laudatur in ecclesia per orbem terrarum diffusa.*

11 Vota mea *id est, corpus meum & sanguinem meum voluntariè à me oblata in cruce.*

12 Reddam. *conuertendo substantiam panis & vini in corpus meum & sanguinem in sacramento eucharistiæ. Ipse est enim sacerdos summus, qui hanc consecrationem efficit virtute diuinitatis. Sacerdos autem ecclesiasticus est minister proferens verba consecrationis in nomine eius.*

13 In conspectu timentium eum. *id est, fidelium, coram quibus in ecclesia conficitur hoc sacramentum.*

14 Edent pauperes. *id est, vere humiles,*

15 Et saturabuntur. *quo profecit eis hoc sacramentum.*

16 Et laudabunt dominum. *quia cum diuinis laudibus & gratiarum actionibus debet accipi hoc sacramentum.*

17 Viuent corda. *quia viuificat spiritualiter, Iohannis, vj.* Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, &c.

18 Reminiscentur & conuertentur. *verbum est ipsius Dauid prænidentis conuersionem omnium gentium ad fidem Christi ante finem mundi: ideo subditur,*

19 Et adorabunt. *adoratione latriæ.*

20 Vniuersæ familiæ genti. &c. *sicut supra dictum est Danielis vij. b.* Omnis populus, & tribus & linguæ seruient ei.

21 Quoniam domini est re. *generaliter.*

☞ Et ipse

MORALITER.

† 1 *Narrabo nomen tuum fratribus.* Hic ponitur gratiarum actio pro liberatione fidelium, cum dicitur, *Narrabo nomen tuum fratribus.* Sic beatus Petrus narrauit fidelibus modum suæ liberationis. Act. xij & secuta est Dei laudatio ideo subditur,

2 *In medio ecclesię laudabo te. Qui timetis dominum, &c. Timeat eum omne semen Israel.* id est, vniuersitas Christianorum: qui sunt semen Christi, cui conuenit nomen Israel, quod interpretatur videns Deum, anima namque Christi vidit diuinam essentiam ab instanti suę creationis.

8 *Quoniam non spreuit prędicationem pauperis.* id est, ecclesiæ, sed eam exaudiuit Constantini tempore, qui publicauit edictum sub graui pœna, vt nulli Christiano fieret iniuria.

10 *Apud te laus mea in ecclesia magna.* id est, per orbem diffusa, tunc enim fabricatæ fuerunt ecclesiæ per orbem de eius licentia.

14 *Edent pauperes.* scilicet, eucharistiæ sacramentum, quod tunc per orbem fuit fidelibus administratum.

16 *Et laudabunt dominum.* de tanto beneficio.

17 *Viuent corda eorum.* vita gratiæ in presenti, & gloriæ in futuro.

18 *Reminiscentur.* Hic ponitur Gentilium magna conuersio, imperatoris exemplo. ideo dicitur:

† *Et conuertentur, &c. Quoniam, &c.* f. domini nostri Iesu Christi.

† *Man-*

☞ cognitionis radium
A propenso animo accipient.
a *Manducauerunt & adorauerunt.* AVGVS. Non prohibeat dispensator manducare, sed exactorem moneat timere.
b *In conspectu eius cadent.* CASSIO. Ecclesia vtrosque recipit, sed ipse videt & discernit.
✠ THEO. Qui comederunt de immortali cibo, Deum adorabunt, pingues facti tali esca Et post resurrectionem ex mortuis omnes, volentes, aut inuiti, Deo cultū offerent.

a ¶ Olim abiuratum à Iudæis di. non habemus reg. nisi Cę. &c. Ioh. 19. c. b ¶ Non modo Iudæorum.
c ¶ Aug. etiam diuites terræ: nec sicut pauperes saturati sunt vsque ad imitationem, sed tantum adorauerunt. ¶ Corpus humilitatis Christi.

est rẽgnum, & ipse dominatur gentium. †Manducauerũt &
a ¶ Specietenus adorant Deum, sed humanitatem fraternam non exhibent. b ¶ Sed.
¶ Solus videt quomodo cadant, qui deserentes cælestia, in terra eligunt beati fieri.
b †adorauerunt omnes †pingues terræ: in cõspectu eius †ca-
a ¶ Cas. ¶ Quæ in contemptu seculi hominibus mori videtur. ¶ Pingues cadent.
dent omnes qui descendũt in terram. Et †animâ mea illi vi-
a ¶ Non sibi. b ¶ Aug. Opera: vel per me credentes, nè quis dubitet de successionibus. c ¶ Sed.
¶ Per annuntiationem conuertetur. d ¶ In honorem domini.
e ¶ Aug. Noui testamenti, quæ ex aqua & Spiritu generabitur.
c uet, & semẽ meũ seruiet ipsi. †Annuntiabitur dõmino gẽ-
a ¶ Euangelistæ. b ¶ Filium Dei vel mandata eius.
neratio †ventura, & annuntiabunt cæli iustitiam eius, popu-
a ¶ Quis ille populus? ¶ Quomodo nascetur? b ¶ Ex fide domino. ¶ Secundo per regenerationem.
lo qui nascetur †quem fecit dominus.

ferent, cui omne genu flectitur.
c *Annuntiabitur, &c.*
CAS. An angelis qui preces hominum Deo offerunt, non pro instructione, sed pro ministerio.
✠ THEODORET. Stupor Iudæorum qui de Dauide hunc psalmum interpretantur, cui nihil horum accidisse videmus.
CASSIOD. Nota psalmos de passione in magna spe Christianorum terminari; vt sciatur ex passione salus esse.

D
† Nutriti sunt.
† inclinabunt se.
† qui animam suam nõ viuificauit (id est qui morti exposuit animam: (& de Christo intellige, vel quorum nemo potuit animæ suæ seruare, vel prorogare vitam)

† Annumerabitur domino in generatione (de domino prædicabitur à generatione in generationem.
† venient.
† quia fecit (vel, quam præstitit, sub iustitiam.

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ipse dominabitur. *scilicet, Christus, qui idem est cum patre deitatis ratione.*

2 Manducauerunt & adorauerunt omnes, *id est, repleti diuitiis & honoribus, cuiusmodi sunt principes Christiani, qui deuote manducant corpus Christi. Et bene dicitur*, Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ, *quia nullus debet corpus Christi sumere nisi adoret.*

3 In conspectu eius cadent omnes. *ex latria reuerentia. Quod patet ex eo quod dicitur in Hebræo & in translatione Hieron. iuxta Hebraeum*, Et curuabunt genu: *quod est propriè latriæ signum, prout diffusius declaraui Esther ij.* Omnes qui &c. *id est, omnes mortales homines.*

4 Et anima mea, &c. *quia Dauid habuit fidem Christi venturi.*

5 Et semen meum, &c. *id est, imitatores mea fidei. In Hebræo autem habetur*: Et animam suam non viuificauit, *cui concordat translatio Hier. iuxta Hebr. quæ sic habet*, Et anima eius non viuet, *& est finis versus præcedentis: & secundum hoc redditur causa eius quod supra dicitur est*, Et adorabunt, &c. *Ex hoc enim quod Christus humiliter & charitatiue exposuit se morti pro humano genere, meruit talem honorem, secundum quod dicitur Phil. ij. a.* Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter propter quod & Deus exaltauit illũ & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur &c. Et semen, *id est, fideles, qui sunt semen Christi.*

6 Annuntiabitur domino. *id est generatio populi Christiani, qui regeneratur in Christo aqua & spiritu sancto: quæ tempore Dauid adhuc erat ventura, & per orbem diuulganda.*

7 Et annuntiabunt cæli, &c. *id est, ipsi apostoli aliique discipuli Christi, qui nominati sunt cæli, supra psal. xviij.*

8 Iustitiam eius. *id est, Christi: & non iustitiam ex operibus legis, ex quibus non iustificabatur ad planum homo, vt habetur Ro. iij.*

9 Populo qui nascetur. *id est, populo Christiano, ex aqua & spiritu sancto nascituro.*

10 Quem fecit dominus. *speciali & nouo genere factionis, de qua dicitur:* Nos fecit, vt essemus iusti in conspectu eius, *vbi dicit gl. Prima factio fuit de nihilo, secunda de sanguine proprio: & ideo magis est attendenda & consideranda quam prima.*

MORALITER. *autem potest exponi psal. iste de quolibet fideli, qui est membrum Christi, qui in afflictione mentis vel corporis positus petit à Deo liberari, à quibus cum Dei adiutorio resurgit saltem spiritualiter, & si non corporaliter: quia Deus permittit aliquando fideles suos in afflictionibus corporalibus mori, vt per meritum patientiæ perueniant ad maius præmium cęlestis glorię.*

✠ PSAL.

MORALITER.

2 *Manducauerunt*, quia nullus corpus Christi manducare debet nisi prius adoret. †

4 *Et anima mea*, id est ad eius obsequium.

5 *Et semen, &c.* id est, ecclesiæ filij, de quo semine subditur:

6 *Annuntiabitur domino generatio ventura*, per angelos præsentantes tantes coram domino eorum bona, Tob. xij. c. *Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos.* sequitur, *Ego obtuli orationem tuam domino, &c,*

9 *Et annuntiabunt cæli iustitiam eius*, id est, prædicatores qui cæli dicuntur, vnde Grego. *Ornamenta cęlorum sunt virtutes prædicantium.* ipsi vero debent annuntiare populo Christiano, qualiter debeat iuste viuere & seruire Deo.

† MORA.

ADDITIO.

In psalm. xxj. Deus Deus meus: *vbi dicitur in postil.* Antiqui Hebræi hunc psalmum exposuerunt de tribulatione.

Circa expositionem huius psalmi duo videntur principaliter addenda. Primum, scilicet, circa expositionem tit. Secundum circa ea ad quę posset litera huius psalmi rectè applicari.

Circa primum specialiter cum in tit. dicitur secundum Hebraicam veritatem. Pro cerua matutina. *Attendendum est, quod in illis verbis præter illa, quæ à doctoribus communiter declarantur, potest notabiliter intelligi tempus proprium, ad quod referenda sunt ea, quæ in hoc psal. continentur. Quod quidem tempus incipit à tempore, quo passio Christi imminebat, & terminatur in tempus, quo sua resurrectio fuit manifestata. Ad cuius declarationem sciendum, quod dies artificialiter prout communiter accipitur, est latio solis super terram: sicut & nox, latio eiusdem subtus terram. Vnde inter quemlibet diem & noctem immediatè præcedentem est quoddam tempus, quod dicitur crepusculum matutinum, quod incipit ab initio splendoris, qui apparet in aere ante ortum solis & terminatur in ipso solis ortu: quod quidem tempus, scilicet, huiusmodi crepusculum, potest dici cerua matutina, eò quòd nuntiat ortum solis propinquum, quod est quid desiderabile & iucundum, Eccles. xj. c.* Suauis est lux. *Ceruus autem in scripturis velox nuntius pulchritudinis est, iuxta illud Gen. xlix. in postil. allegatum. Cum aut tempus vesp. est. nox dicitur, sicut & tempus noui, dies appellatur, iuxta illud Rom. xiij. d.* Nox decessit, dies autem appropinquauit, *consequens est vt inter diem no. test. & noctem veteris præcedentis, aliquod tempus intercipiatur, quod se habeat vt crepusculum inter prędictam noctem & diem: quod idem crepusculum in hac similitudine propriè incipit à tempore quo passio Christi imminebat; in quo splendor redemptionis incipiebat ortri.*

Licet enim de tempore passionis dicit Abac. vl. a. Ibi abscondita est fortitudo eius: *ibidem tamen de eadem dicitur*, Splendor eius vt lux erit. *Terminatur autem hoc crepusculum in manifestatione resurrectionis Christi, in qua propriè ortus est sol iustitię, & dies euangelica manifestè claruit: vnde in manifestatione resurrectionis legitur Mar. xvj a.* Et valde mane veniunt ad monumentum orto iam sole &c. *Psalm. igitur iste, qui tractare incipit à tempore passionis, & terminatur in manifestationem resurrectionis, propriè comprehendit crepusculum interceptum inter noctem testamenti veteris, & diem noui, quod tempus cerua matutina appellari debet ratione prędicta.*

Circa secundum verò de his scilicet, ad quæ litera huius psal. applicari posset attendendum est, quòd dicere prout postil. dicit, quòd litera huius psal. satis posset applicari ad tribulationem contra Iudæos per Aman excitatam vt in li. Esther: vel ad tribulationem eorum per Nabuchodonosor, vt Ra. Sa. dicit, & huiusmodi, non solum est à mente sanctorum & doctorum penitus alienum, sed etiam veritati literæ manifestè inconsonum. Primum patet ex allegatione Apostoli ad Hebr. ij. c. de illo versu: Narrabo nomen tuum fratribus meis. *quod allegatur in postill. non enim apostolus concluderet contra Hebræos, si sententia huius psal. ad literam applicabilis esset ad aliquam historiam, præterquam ad materiam passionis & resurrectionis: imò Apostolus penitus inutiliter allegasset. Euacuarent enim Hebręi suam allegationem, asserendo hunc psalmum non de Christo, sed de aliis posse intelligi ad literam, prout postillator fatetur, licet minus rectè. Vnde non solum condemnandus est, exponens hunc psalmum de Dauid ad literam, vel populo Israelitico & huiusmodi, præterquam de Christo, prout in Synodo Toletana per postilla. allegata: sed etiam asserens quòd litera huius psal. talibus est satis applicabilis, est à mente sanctorum alienus; imò expressè videtur contra autoritatem Christi in cruce clamantis:*

clamantis, Eli eli lamma azabthani: *in quo manifeste ostendit hec verba de ipso debere intelligi, & per consequens illa que in psal. sequuntur. Vnde & glo. ordinaria in hoc loco sic dicit.* Iste psal. sufficeret in testimoniũ dominicæ passionis, ne qua sit alicui excusatio, ne qua sit ambiguitas. *Hęc in glos. & sic patet primũ. Secundũ patet. Nã tota litera psal. plane loquitur, quasi de vna persona loquitur vt per se distincta non solum à persequentibus, sed etiam à fratribus et cõplicibus, vnde persona illa tribulatissima expresse dicebat:* Narrabo no. tuum. fra. meis. *Similiter &:* In medio ecclesiæ laudabo te. *tanquam ab ipsis fratribus, & ab illa congregatione pro tunc distincta. Ex quo patet, quod litera psalm. non potest intelligi de congregatione fidelium in persecutione Aman & Nabuchodonosor & similium: in quibus persecutionibus fidelium congregatio cõmuniter affligebatur. Qua attendentes quidam Hebraorum expositores, De Dauid in persecutione Saulis posito, & ab illa diuinitus liberato, hunc psalm. exposuerunt, vt posset intelligi quasi in persona singulari; & non de collectione seu populi multitudine, ne esset manifeste contra totam formam psalm. vt dictum est. Sed nec hoc stare potest: obstant enim plures versus qui hoc nullo modo patiuntur: sicut cum dicitur,* Foderũt manus meas & pedes meos, &c. *quod nunquam De Dauid legitur, nec etiam quod fuisset in persecutione Saulis qualitercunque vulneratus, nec ossa sua dinumerata. Similiter neque vestimenta sua per aduersarios diuisa, nec super vestem suam singularem aduersarij sortem misissent, vt est manifestum in sua historia. Nec etiam dici posset, quod hoc esset de mente aduersariorum, licet illud non potuissent effectualiter adimplere. nam cùm Dauid in sua persecutione pauperrimè viuebat & mendicatiuo, nulla ratio patitur,*

B *quod Saul & sui concupiscerent vestimenta ipsius Dauid habere: & multò minus super eam sortes mittere, cùm viri similiter essent vilissimi pretij. Milites autem, qui hoc fecerunt circa vestimenta Christi, moti fuerũt ex alia ratione, prout dixi. in hoc passu in additione super Ioh. xix. quæ quidem ratio in Dauid non habet locum, vt patet eandem rationem ibidem consideranti. Similiter sunt & alij versus circa finẽ psal. qui secundum Hebraicam veritatem proprijssimè intelligendi sunt de Christo, & de nullo alio, vt infra patebit, &c.*

ADDITIO. II.

In eodem psalmo xxj. vbi dicitur in postil. Vt sic dolor sensibilis in Christo esset maximus.

Non solum dolor sensibilis in Christo, qui causatur ex corporali nocimento, fuit maximus inter dolores presentis vitę: sed etiam dolor interior, Dolor Christi maximus. *qui causatur ex apprehensione alicuius nociui, qui tristitia dicitur, fuit etiam maximus inter similes dolores, vt sanctus Thom. sufficienter declarat in iij. parte. qu. xlvj. Nec est dicendum, quod dolor interior in Christo fuit mitigatus per rationem deliberatiuam, inquantum ponit ibi modum seu medium virtutis, prout videtur posti. sentire. Nam secundum dictamen rectę rationis Christus habuit dolorem pro omnibus peccatis humani generis pro quibus satisfaciebat, & quasi sibi attribuebat. d.* verba delictorum meorum. *Similiter habuit dolorem naturaliter iuxta dictamen recta rationis pro amissione vita corporalis, quæ amissio tantum est magis dolenda rationabiliter, quanto viuens, qui eam amittit, est magis virtuosus, secundum Philosophum in libro Ethi. Ex quibus considerationibus dolor Christi interior, etiam cũ moderamine rationis consideratus, maximè fuit maximus. Ad nullum*

C *enim purum viatorem pertinuit dolere seu tristari pro omnibus peccatis humani generis per modum satisfactionis. Similiter nec aliquis purus viator animam tam virtuosam dimisit: & sic patet quod dolor interior Christi secundum rationem moderatus fuit maximus in suo genere. Vnde Christus de dolore corporali non legitur conqueri, licet fuerit maximus in suo genere. De dolore tamen interiori, quę est tristitia, legitur dixisse:* Tristis est anima mea vsque ad mortem, *Mar. xiv. d. Vnde ad exprimendum magnitudinem huius doloris interioris, qui in corde principaliter consistit, dicitur,* Factum est cor meum tanquam cera liquescens, &c. *Ex vehementia enim tristitię, quę maximè contrariatur robori cordis, cor dicitur liquefieri, & quasi dissolui. Similiter dicitur,* Aruit tanquam testa virtus mea: *referendum est ad dolorem interiorem, scilicet ad tristitiam, quæ est valde exiccatiua, vnde Prou. xvij. d.* Spiritus tristis exiccat ossa. *Alia autem, vt cum dicit:* Dispersa sunt omnia ossa mea. *similiter &:* Foderunt manus meas & pedes meos, *& huiusmodi, referenda sunt ad expressionem acerbitatis doloris sensibilis & exterioris.*

ADDITIO III.

In eodem psalmo. vbi dicitur: Foderunt manus meas & pedes meas.

Hebrai tantùm timuerunt concludi ex isto passu, scilicet, cum dicitur: Foderunt manus meas & pedes meos: *quod nulli alteri de contentis in sacra scriptura nisi Christo in cruce manibus et pedibus perforato applicari posset, quod eorum peruersitas literam antiquam corrupit. vnde vbi dicitur,* Foderunt, *finxerunt ibi aliã dictionem quasi* D *similis prolationis, sic quod vbi litera habebat* כרו *caru: quod significat idem quod foderunt: posuerunt* כארו *chaari: quod significat idem quasi leo, quorum nequitiam sensus litera testatur, cum manifeste appareat inconsonus & defectuosus. Est enim sensus predicta litera sic corrupta talis: Consilium malignantium obsedit me, quasi leo manus meas & pedes meos. nulla enim conuenientia rationabilis videtur ad hoc, vt leo obsideat specialiter manus & pedes.*

ADDITIO IIII.

In eodem psalmo, vbi dicitur in postil. Erue à framea Deus animam meam.

Causa ex qua mors Christi de directo subsecuta est fuerunt persecutores & occisores ipsius, qui sufficientem causam mortis ei intulerunt cum intentione occidendi ipsum, & effectu subsequente. Sed Christus fuit causa suę mortis indirecte, scilicet quia non impediuit, cùm impedire potuisset, vel aduersarios reprimendo, sic vt nõ vellent, aut non possent eum occidere, vel conseruando naturam carnis suę, ne à quocunque lesiue opprimeretur, quod impedimentum anima Christi inquantum vnita verbo Dei poterat facere secundum Aug. in iv. de trinitate sed quia hoc non fecit, dicitur animam suam posuisse. prout sanctus Thom. latius in tertia par. q. xlvij. art. j. in Cor. q. declarat.

ADDITIO V.

In eodem psal. vbi dicitur in postilla: Edent pauperes & saturabuntur.

Notanda videtur differentia inter hoc, quod dicit, Edent pauperes E & saturabuntur, &c. *Et quod infra sequitur,* Mãducauerũt & adorauerũt omnes pingues terræ. *Nam licet vtrobique loquitur de mãducatione corporis Christi, vt communiter tenetur, tamen pauperes spiritu, qui sunt vere humiles & imitatores Christi dicentis,* Discite à me quia mitis sum & humilis corde. *Matth. xj. cum edunt hoc sacramentum, saturantur, quia in mente reficiuntur, similiter & laudãt Deum per hoc sacrificium laudis, similiter & viuent corda eorum in seculum seculi, iuxta illud Ioh. vj. f.* Qui manducat hunc panẽ viuet in æternum. *Sed pingues terræ, scilicet, qui terrenis sunt impinguati, licet manducẽt sacramentaliter, similiter et adorent corporaliter, non tamen saturantur, quia mentaliter non reficiuntur, nec viuent per hoc in seculum, sed potius in conspectu eius cadent & descendent in terram.* Nã qui indignè manducat, iudiciũ sibi manducat, j. *Cor. xj. f. vnde notanter dicit:* In conspectu eius. *quia solus Deus videt quomodo cadunt, & discernit qui sumunt ad vitam, & qui ad mortem. Hęc expositio istorum versuum accipitur à glos. ordinaria & videtur magis consona rei & literæ, quàm expositio postillatoris.*

ADDITIO VI.

In eodem psal. vbi dicitur in postil. Et anima mea illi viuet.

Sciendum, quod ab illo loco, vbi dicitur in translatione nostra: Et anima mea illi viuet, &c. *vsque ad finem psalm. Hebra. veritas sic habet:* Et animam suam non viuificabit, *& est finis precedentis versus: prout posti. dicit. Et sequitur in alio versu,* Semen seruiens ipsi, annuntiabitur domino in generatione. *Et sequitur in alio versu:* viuent & annuntiabunt iustitiam eius populo qui nascetur quem fecit dominus. *Ad quorum versuum planum intellectum considerandum est, quod cum Psalmista in hoc psal. declarasset Christi angustias & opprobria & tormenta & huiusmodi passiones, similiter & cum hoc ostẽdisset instantiã orationis Christi pro sua liberatione, vt cùm dicit,* Ne discesseris à me: salua me ex ore leonis, *& huiusmodi, Et consequenter expressisset ipsum fuisse exauditum, cum dicit,* Nec auertit faciem suam à me: & cum clamarem ad eum, exaudiuit me, *Consequenter etiam declarasset sublimationem & vniuersalitatem regni eius dicendo.* Conuertentur ad dominum vniuersæ familiæ gentium, quoniam domini est regnum, &c. manducauerunt & adorauerunt, *Ex istis simul consideratis quoddam ambiguum posset oriri, specialiter apud antiquos, qui hoc habebant tantum ex prophetico vaticinio. Quod quidẽ ambiguum seu dubium posset esse tale, scilicet qualiter Christus ex tanta afflictione fuisset liberatus, & aduenisset ad tantum dominium & honorem, vtrum, scilicet, per oppressionem inimicorum, superando eos corporaliter per se, vel per alios, prout contigerat ipsi Dauid, qui fuerat Christi figura, vel alio modo. Ad quod declarandum dicit.* Et animam suam non viuificauit, *hoc est dicere, quod victoria sua fuit per mortem propriam. In quibus verbis denotat mortem Christi esse voluntariam: non tamen ab ipso de directo causatam, vt dictum est, dicendo enim,* Animam suam non viuificauit, *subintelligitur, cum hoc facere posset: & sic fuit voluntaria, quia tamen non dixit animam suam mortificauit, videtur innuere quod non fuit causa sua mortis de directo, sed per indirectum, scilicet, non removendo causas mortificantes. Consequenter restabat declarandum, quomodo post mortem Christi, qui sine successione seu posteritate carnali discesserat, fides sua fuisset per orbem diuulgata: Ad quod declarandum subiunxit,* Semen seruiens ipsi annũtiabitur domino in generatione.

hoc est

A *hoc est dicere, quod licet Christus non habuerit semen carnale, quod ei succederet in fide, sicut Abraham: habuit tamen semen spirituale, scilicet apostolos & discipulos seruientes ipsi, qui reputantur apud Deum, in generatione scilicet, spirituali, qui quidem apostoli & alij discipuli annuntiaturi erant iustitiam Christi populo fideli, qui nasciturus erat secundum spiritum, qui quidem populus à domino, à quo fides & charitas infunduntur, factus est: & hoc est quod dicit,* Viuent, *scilicet apostoli & huiusmodi,* annuntiabunt iustitiam eius populo qui nascetur, quē fecit dominus. *Et sic patet manifeste, quod materia huius psa. incipit à tempore, quo passio Christi imminebat, & terminatur in tempus in quo resurrectio incipiebat manifeste diuulgari: quod tempus congrue cerua matutina nuncupatur ratione prius dicta.*

ADDITIO VII.

In eodem psal. xxj. vbi dicitur in postil. Moraliter autem posset exponi psalmus *iste, &c.*

Difficile esset imo et verius impossibile, ipsum psal. veracem exponere de quolibet fideli in afflictione mentis seu corporis posito, &c. prout postil. dicit. Versus enim huius psalmi pro maiori parte sic dicuntur de Christo propriè, quod de nullo alio verificantur: vnde rectè tenendū est cum glo. præallegata, quod psal. iste est propriè testimonium prophetiæ dominicæ passionis.

B

REPLICA.

In psal. Deus meus re. in me. &c. *Burg. imponit postil. expositionem, quam tamen ex intentione reprobat, & de Christo expositionem prosequitur contra Iudæos per totum. In qua expositione notat postil. quod ratio deliberatiua aut mitigat dolorem interiorem animę aut dolorem exteriorem in sensu & in carne. Primo modo mitigat directè, ponendo ibi modum virtutis: quę mitigatio habuit locum in Christo; secundo modo non mitigat nisi indirecte per modum redundantię virtutis in carne, & hęc in Christo non fuit, sed suspendebatur à diuinitate. Fuit igitur dolor ille maximus. Hunc igitur modo dicendi Burg. valde molestus audacter sine distinctione contradicit, volens quod etiam Christi dolor fuit maximus cum moderamine deliberatiuę & rectę rationis consideratus, non perpendens quantis distinctionibus vtatur doctor subtilis li. iij. di. xv. tam pertinentibus ad distinctionem portionum, quam affectionum. Cum enim constet Christi passionem præuisam à Deo, vt probatur in vltimo tractatu primi lib. sententiarum:* Ioh. 15. b *constat etiam sic præuisam ex summa charitate exhibitam, quia* maiorem charitatem nemo habet, quam vt animā suam ponat quis pro amicis suis: *quę sunt mitigatiua, prout ad rationem pertinet deliberatiuam. Quoad præuisionem, dicit beatus Gregor.* Iacula minus feriunt quæ præuidentur. Vnde mala tolerabilius suscipiuntur præuisa. *De charitatiua exhibitione dicit beatus Ber.* Sæua & immania delectabilia facit amor: Charitas enim nomen difficultatis

C erubescit. *supple accedente plena deliberatione. Vnde & si affectione* D *commodi anima Christi tribulabatur ratione coniunctionis ad appetitum sensitiuum, affectione tamen iusti, talis tristitia mitigata fuit ratione deliberatiua coniuncta fini præuiso, & ex summa charitate exhibito. Nec valet quod Burg. adducit, quod ideo dolor ille, etiam ratione deliberatiua moderatus, debuit esse maximus, quia pro omnib. peccatis satisfactorius. Nam si præuisum fuisset, minimus dolor; imò nullus sufficisset. Sicut enim solo verbo Dei cuncta sunt creata, ita solo ipsius nutu poterant reficienter recreari collapsa. Vnde sancti doct. & magister sen. licet de dolore animę Christi modestius loquuntur, quam Burg. non audent in ea concedere dolorem passionis, sed solū propassionis. Vnde etiam glossantur dicta. b. Hil. contra Burg. intentionem extremè loquentis de Christi passione ad instar teli aërem perforantis, &c. Id etiam quod Burg. secundò adducit, non plus probat nisi quod dolor animæ Christi vt coniunctæ appetitui sensitiuę ex affectione commodi fuit maximus, qui secundum quod ex ratione deliberatiua, coniuncta fini & innixta affectioni iusti fuit mitigatus. Primo modo reſpexit volita, secundo modo acceptata. Et est quodam modo simile de proiciente merces tempore periculorum. Vnde pensando in hac materia decisionem doctoris subtilis, apparet Burg. temere locutum, & ad pauca respicientem, & se in contradictorijs inuoluentem. Dicit namque in fine huius correptionis, quod Christus non legitur conquestus de dolore corporali: & statim post concludit, quod ea quę dicit hic conquerendo:* dispersa E *sunt omnia ossa mea, & similiter:* foderunt manus meas & pedes meos: *ad dolorem corporalem debeant referri, quæ est manifesta contradictio. Vlterius quoque circa illum passum:* Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ, cadent omnes qui descendunt in terram, *dimittit Hebraicam veritatem, & innititur contra morem suum nostræ translationi: & exponit ly* cadent, *in mala significatione, cum tamen B. Hiero. ex Hebraica translatione exponat in bono, ponens pro ly* cadent, *curuabunt genu, quod est signum latrię adorationis requisitæ ad dignam sacræ eucharistię communionem. Et cum postil. cum B. Hieron. exponat secundum allegatam per eum Hebraicam veritatem. Burgens. tamen eum quemadmodum consueuit, nequaquam reprehendit. Et cùm dicit postil. hunc psalm. moraliter posse exponi de quolibet fideli in tribulatione posito, &c. Burgens. dicit hoc fore impossibile ex sophistica ratione: quia vt inquit, sic propriè dicuntur in hoc psalmo contenta de Christo, quod de nullo alio possunt verificari, Si vult dicere propriè, verum est, sed non contra postilla. qui non dicit propriè, sed moraliter & transumptiuè. Cum enim Christus tribulatus dixit ad literam propriè,* Foderunt manus meas & pedes meos: *quare sicut fidelis non potest dicere transumptiuè, manus suas id est opera sua fodi, id est, calumniari: et sic de aliis. vnde patet Burgens. hic & alibi vel inuidum vel delirum, quia sine ratione lyra inconsonum.*

GLOSSA ORDIN.

a *Psalmus Dauid.* Cas. Propheta reditum populi de Babylone prædixit. a

Theod. *Dominus pascit me,* Psalmus eiusdem sententiæ cum superiore, latenter enim innuit Dominū b huius cibi largitorem, pastorē esse & educatorem: *pascuam* autem diuinorum oraculorum doctrinam vocat, primū enim sermonibus nos alit, deinde magis mysticum cibum affert.

¶ Quæ hic legimus in præterito, ex Hebræo in futuro leguntur.

PSAL-

Psalmus Dauid XXII.

¶ In quo tuus.
¶ Alias pascit.

†Ominus †regit me,

PSALMVS XXII. F

b Dominus regit me. Psalmus de misericordia, enumerans decem gratias vt omnes sperent in misericordia Dei. Aug. Ecclesia loquitur de Christo.

Pascit me. Avg. Christus est pastor meus, perducens in loco pascuæ, sermonis, incipientis ad fidem: id est, id est, intelligentia diuini incipientes instruentis.

† pascit(p stor meus

☞ *In*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XXII.

Dominus regit me. *Huic psal. præmittitur talis titulus Hebræo:* Psalmus Dauid. *& in translatione Hiero. iuxta Hebraicum:* Canticum Dauid. *& idem est: quia cantus & psal. idem signant. Et patet expositio ex supradictis, nisi quod hic dicit Ra. Sa. quod aliquando spiritussanctus prius tangebat mentem Dauid, & postea canebat ps. & tunc in tit. talis psal. præponitur canticum nomini ipsius Dauid. Aliquādo autem econtrario Dauid incipiebat canere instrumēto ad excitandum deuotionem suam, sicut legitur. iv. Regum. iij. c. de Eliseo.* Cumque caneret Psaltes, factus est in eum spiritus domini, &c. *Et post Dauid sentiebat tactum spiritussancti. Et in tit. psal. sic facti præponitur vel præmittitur nomen Dauid cantico.*

1 Domi- 1 Dominus regit me. *Dicunt aliqui, quod Dauid fecit hunc psalm. præuidens in spiritu captiuitatis Babylonicæ reditum, in cuius persona dicit,* Dominus regit me. *quia rediit in terram Israel diuina gubernatione.* Et nihil mihi deerit, *quia in via defectum notabilem non habuit.* In loco pascuæ ibi me collocauit. *id est, in terra Israel, quæ est fertilis Sed illud non bene consonat ei quod dicitur Nehemia. v. vbi dicitur quod populus qui redierat de captiuitate, erat in tanta paupertate, quod aliqui disponebant vendere filias in seruitutem, & alij possessiones sues, vt possent habere alimenta ad viuendum: propter quod Ra. Sa. aliter exponit, scilicet de persona ipsius Dauid, qui timore Saulis cū viris suis ad regē Moab fugit, vt habetur. j. Reg. xxij. Sed quia cum Dauid fuerūt homines fugitiui & debitis obligati, & per consequēs ad idololatriam & alia mala proni, Gad propheta de mādato domini dixit ipsi Dauid, quod nō maneret ibi, sed iret in terram Iuda, quod & fecit.*

☞ *vnde*

MORALITER.

1 *Dominus regit me me. &c.* Sicut psalmus decimus est de confidentia Dauid ad terram Israel redeuntis, & confidentis quod ibidem ab eius aduersariis diuinitus protegeretur: sic psal. iste loquitur de confidentia eius, quod ibidem in desertis pasceretur: † ideo dixit: *Dominus regit me & nihil mihi deerit, &c.* Moraliter autem potest exponi de quolibet transeunte ad religionis desertum, & potissimè mendicantium, confidente quod ibi sibi diuinitus sufficienter prouidebitur de necessariis vitæ, & sic dicit, *Dominus regit me.* vocando ad se.

† *Ei*

☞ A Decē gratiæ viatori necessarię.

In loco pascuę Cas. Prima gratia, locus pacuæ, id est sermo diuinus, qui saginat meditantes.

✻ Basilivs. Locum pascuæ sacram diuinorum oraculorum doctrinam nominat. Primum enim doctrinæ sermonibus nutrit, deinde alimoniam magis mysticam profert.

b *Super aquam.* Cas. Secunda gratia, aqua refectionis.

✻ Bas. & Theod. Regenerationis aquā latenter innuit.

† in locis herbidis) vel virentibus & amœnis. † sensim siuēte (vel placidam ducat

a *Animam meā.* Cas. Tertia gratia, quo post baptismū anima contracta fit sine ruga. Sed quibusdam, d ordo harum gratiarū e conuersus videtur; legentes literam: Collocauit in loco pascuæ, sed prius educauit super aquam refectionis, sed prius animam meam conuer.

d *Deduxit.* Cass. Quarta, quòd super charitatis præcepta duxit.

e *Super semitas.* Avg. Arctiora mandata. & m perfectiora consilia, n quasi semitis pauci iusti ambulant, sicut semitæ arctiores sunt quam viæ.

B † ambulē. † per vallē

† in cōspectu) corā, id est, videntibus tribulatoribus meis nutries me C

✻ Bas. & Theo. Nam hoc meam imbecillitatem sustentat, hac verò me in viam rectam deducit. Porro non quia errare posset, si eodem modo salutarem crucem nuncuparet. Nam signo atque memoria huius ab hostibus liberamur, atque in veram viam deducimur.

f *Nam & si.* Cassio. Quinta, quod in vmbra mortis non timet mala.

g *Mecum es.* Avg. in corde per fidem, vt post vmbram mortis ego tecum sim.

h *Virga tua.* Cas. Sexta, correctio.

Cassio. vel virga, districtio, quæ conuertit vitia. Baculus, gubernatio, quæ sustinet fideles.

1 *Parasti in conspectu.* Cas. Septima, mensa domini, beata conuiuatio, saturitas fidei, esca cælestis, de qua Apostolus: *Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit.* 1. Cor. 11 f.

k *In conspectu meo mensam.* Cassiod. etsi non impiorum. De hac dicitur: *Sed isti ad mēsam diuntis,* id est Christi, *scito et tesimilia debere præparare,* i. pati sicut ipse.

† restituet (vel refocillabit)

✻ Theod. Manifesta sunt hæc iis, qui sacris sunt initiati, atque nullius explanationis indigent: nouerunt enim spiritus oleum, cum eorum capita oleo vncta sunt, & ebrietatem potentem quidem, sed nō dissoluentem, atque mysticum cibum, quem nobis proponit is, qui præter pastoris officium sponsus factus est.

† pedū tuū E † tuo

† saturus (inundans, irriguus) † veruntamen bonū De conse. di. 2. in calice Psal. 132 a. F

l *Impinguasti:* Octaua, vnctio capitis, s. Christi, quod nulla ariditate peccati exaruit: vnde cætera lætantur mēbra: quia capite descendit vnguentū in barbā barbā Aaron, & in orā vestimenti eius.

m *Et calix meus.* Cas. Nona, calix, Christi sanguis, qui sic inebriat vt sobrios reddat.

n *Meus.* Cas. quia accipio. Vel, tuus, quia das. Mensa & calix, caro, sanguis, quamquam vnum sint sacramentum, sub diuersis tamen speciebus, quia vtrunque sumitur, diuisim hic ponuntur.

☞ *Et mise-*

a ¶ Cas. Quia spiritualem substantiam credit sibi à Deo esse conferendam. b ¶ In futuro. c ¶ Diuina lectione. ¶ Vbi certus de satietate. d ¶ Nutriendum. e ¶ Non ego. f ¶ Quasi prius instruxit me ad fidem, & post educauit me.

a & b nihil mihi deerit, † in lōco pascuæ, ibi mē collocauit. Su-

a ¶ Cas. baptismi, quo reficiuntur qui vires amiserant; & anima aridi tate peccatorum sterilis fœcundatur. b ¶ Paulatim vt pueros. c ¶ Auersam in Adam. d ¶ Sed prius educauit animam, &c. Et post. ¶ Vt post sit sancta & iusta.

c per aquā † refectionis educauit me, animām meam † conuer-

a ¶ Inde. ¶ Sicut pastor ouem. ¶ Perseuerare fecit in præceptis charitatis: vel, ad hoc scientiæ perduxit, vt eius præcepta doceam. b ¶ Quibus pauci ambulant. c ¶ Suæ. d ¶ Aug. Non meritum meum, & si hoc videatur quod non in aliis.

d tit. Deduxit me super semitas iustitiæ, prōpter nomen suum.

a ¶ Deduxit. quia si etiam. b ¶ Vt conuerser inter ignaros Dei. c ¶ Aug. vitæ huius quę est vmbra mortis. ¶ Cas. vel hæretici sunt vmbra mortis, quia figuram exitij portant.

e f Nām & si † ambulāuero † in medio vmbrę mōrtis non time-

a ¶ Non timebo: nam. ¶ Aug. disciplina quę est ad oues, baculus ad grandiores filios, qui animali vita crescunt ad spiritualem.

g h bo mala, quoniam tu mecum es. virgā tua & † baculus tuus,

a ¶ Aug. erudiendo non afflixerunt. b ¶ Per quid consolata sunt. c ¶ Aug. vt iam non lacte alar parvulus, sed solidiore cibo firmatus sum contra eos. d ¶ Aug. Communionem corporis Christi.

i k ipsa me consolāta sunt. Parāsti in cōspectu † meo mēn-

a ¶ Aug. Quia & bona indigne sumpta obsunt malis. b ¶ Lætificasti spirituali lætitia mentem. c ¶ Spirituali gratia.

l m sam, † aduersus eos qui tribulant me. Impinguāsti in oleo

a ¶ Mentem. b ¶ Aug. Dans obliuionem variarum delectationum. ¶ Vel tuus. c ¶ Dat enim claritatem æternæ vitæ.

n caput meum, & cālix meus † inebrians † quàm præclārus

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *vnde & ibi subditur:* & profectus est Dauid & venit in saltum Areth, *confidens de prouisione diuina. Et dicit hic Ra. Sa. quòd diuina virtute factus est ille locus abundans fructibus & animalibus & irriguus fontibus, vt Dauid, & viri eius possent sustentari ibi, & non haberent occasionem idololatrandi remanentes in terra Moab, quæ erat idololatriæ dedita. Potest etiam dici absque tali miraculo, quòd ille saltus erat fertilis & abundans victualibus, & quod fuerit ille saltus de quo dicitur. j. Reg. xiiij. d.* Omneque terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri, *scilicet fluens de arboribus, in quibus apes mellificabant in magna abundantia. Et de eadem materia est psal. x. suprapositus. Differt tamen in hoc, quòd ille est gratiarum actio de protectione contra inuasiones Saulis. iste verò de prouisione Dei in victualibus. Secundum hunc sensum dicit Dauid* Dominus regit me, &c. *hoc dicebat de viris suis timentibus redire in terram Iudæ præinopia, eò quòd erant debitis obligati, vt habetur. j. Reg. xxij. & est sensus:* Dominus regit me, *per prophetam suum in terram Iudæ me reuocando.*

1 Et nihil mihi deerit, *ex quo enim me in terram suo cultui deditam reuocauit, teneo firmiter, quòd de victu conuenienti mihi & societati meę prouidebit.*

2 In loco pascuæ, *id est, bonę sufficientiæ vel bene sufficienti ad viuendum.*

3 Ibi me collocauit. *quia in saltu Areth erat locus sufficiens ad viuendum, vt prędictum est, ex quo patet sententia eius quod subditur.*

4 Super aquam refectionis. *quia prius timore Saulis volebam manere in terra Gentilium, modo volo contrarium.*

5 Deduxit me super semitas iustitiæ, *id est, reduxit me in locum suæ culturę, quę est iustitia perfecta.*

6 Propter nomen suum. *id est, ne ego vel viri mei aliquid ageremus contra honorem nominis sui, vt prędictum est.*

7 Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala. *id est, in periculo mortis ex persecutione Saulis intra regnum suum.*

8 Non timebo mala, *ab eo excogitata.*

9 Quoniam tu mecum es. *tanquam defensor fortis. Et in hoc dirigit Dauid verbum suum ad ipsum Deum.*

10 Virga tua & baculus tuus, *id est, defensiones tuæ, et quæ designantur nominibus baculi & virgæ.*

11 Parasti in conspectu meo mensam, *id est, victum sufficientem.*

12 Aduersus eos, *scilicet, Saul & eius complices.*

13 Impinguasti in oleo, *quasi dicat, non solum prouidisti mihi de cibo, sed etiam de conuenienti condimento, quod nomine olei designatur.*

14 Et calix meus. *id est, non solùm mihi prouidisti de cibo, sed etiam de potu conuenienti.*

☞ Et mise-

MORALITER.

† 1 *Et nihil mihi deerit.* de necessariis vitæ. Ma. v. d. *Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hęc omnia adijcientur vobis.*

4 *Super aquam refectionis,* id est, sapientiæ salutaris.

† *Educauit me.* non solum corporaliter, sed etiam spiritualiter.

† *Animam meam conuertit.* ad se de seculi vanitate.

5 *Deduxit me super semitas iustitia.* per obseruantiam consiliorum, quæ sunt quædam semitæ breues respectu vitæ communis mandatorum.

7 *Nam etsi ambulauero in vmbra mortis.* id est, grauium tentationem.

8 *Non timebo mala.* actus & consensus.

9 *Quoniam tu mecum es.* tanquam defensor fortis; ideo subditur,

10 *Virga tua et baculus tuus.* id est, passionis tuæ virtus, quæ est virga dæmonem percutiens, & baculus me sustentans.

† *Ipsa me consolata sunt.* in aduersis & tentationibus; ideo subditur.

11 *Parasti in conspectu meo mensam,* id est, refectionem consolationem.

12 *Aduersus eos qui tribulant me,* id est, aduersus dæmones tentationibus suis, & malos homines iniuriis me tribulantes.

13 *Impinguasti in oleo,* tuæ misericordiæ.

† *Caput meum,* id est, mentem meam, quæ est caput hominis.

14 *Et calix meus inebrians.* id est, sacramentum altaris inebrians feruore dilectionis. Can. v. a. *Inebriamini charissimi,*

‡ *Quam præclarus est.* effectiué, quia ducit ad claritatem patriæ.

† *Et mi-*

☞ a *Et misericordia.* A CASSIO. decima, -tua. misericordia subsequens ad custodiam, † habitabo quæ præcedit ad gratiam conferendam.

b *Et vt inhabitem.* HIERON. Hoc omnibus superioribus iungitur. Q. collocasti, educasti, deduxisti, &c. & hoc ideo vt inhabitem? D

¶ Post omnia.

a ¶ Cas. quandiu hic viuo.

2 est. Et misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus vi- † habitabo

a ¶ Non tuę. b ¶ Subsequetur me: non autem hic tantum: sed vt etiam inhabitem. ¶ Et ad præcedentia seruanda, & vt inhabitem. c ¶ Non manufacta.

b tæ mę. Et † ut inhabitem in dom̃o domini, in longitudi-

¶ Aeternaliter.

ne dierum.

* THEODORET. horum bonorum tua bonitas est conciliatrix nostras preces 2 3 minimè expectans, sed nos veluti fugiẽtes persequens, præueniens, & salutem impertiens.

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et misericordia tua subsequetur me, *prouidendo mihi sufficienter succedenti tempore,*

2 Et vt inhabitem in domo domini, *id est, in terra, vbi viget cultus Dei.*

3 In longitudine dierum.

MORALITER *potest exponi psam. iste de homine deuoto fugiente à seculo, tanquam à loco periculoso, et intrante locum religionis, maximè mendicantis, confidente de diuina prouisione & defensione aduersariis non solum corporis, sed etiam mentis.*

☞ PSAL.

MORALITER.

1 *Et misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus vitæ meæ.* per augmentum gratię.

2 *Et vt inhabitem in domo domini.* scilicet cælesti fine fine.

† MORA.

ADDITIO.

In psal. xxij. Dominus regit me.

Fabulatio Ra.Sa. in hoc loco nullam habet fundamentum in sacra scriptura: imò contrarium huius quod asserit, habetur in psalm. lxij. qui psalm. factus fuit in deserto Iudeæ, cùm ibi esset fugitiuus, prout in illius titulo continetur. & ibidem expresse dicitur, quod Dauid erat in terra deserta, inuia, & inaquosa: *vnde apparet falsitas fictionis Ra.Sa. dicentis, quòd ille locus abundabat fructibus & fluminibus & huiusmodi. Quæ quidem fictio malitiosè fabricata est ad euacuandum verum sensum huius psal. in quo regimen ecclesiæ sub Christo pastore denotatur: innuendo excellentiam huius regiminis respectu antiqui. Ad cuius declarationem sciendum, quòd cum Psalmista in fine precedentis psal. dixisset sententionaliter, quòd populus erat nascituras,* quem fecit dominus, *nouæ, scilicet, factione per regenerationem: In præsenti igitur psal. hanc materiam prosequitur, declarando effectum seu fructum huius nouæ factionis seu regenerationis. Licet enim continuatio materiæ non sit necessaria in omnibus psal. secundum Hieron. in prologo, non est tamen inconueniens, vt aliqui duo psal. contenui inuicẽ in materia continuentur imò secundum gl. in prologo Psalterij talis continuatio, scilicet, duorum psal. adinuicem sæpe contingit; qui quidem effectus seu fructus principalis huius nouæ factionis est illum nouum populum dirigere, & deducere ad vitam æternam, quod notatur cum dicitur in fine psal.* Vt inhabitem in domo domini in longitudine dierum. *Vnde populus ille nouus Deo regratiando narrat, quomodo ad vitam aternam deducitur per Christum pastorem excellentiori modo, quam populus antiquus deducebatur.*

Et primo ostendit in generali, dicens, Dominus regit me & nihil mihi deerit, *hoc est dicere: sum sub regimine talis pastoris, quòd rationabile est, vt nihil mihi deficiat; cuius oppositum in antiquo populo legitur,* Nihil enim ad perfectum deduxit lex. *Heb. vij. c.*

Secundo descendit ad particularia declarando initium huius regiminis, dicens, In loco pascuæ, ibi me collocauit, *pro loco pascuæ, intelligendæ sunt diuinæ scripturæ, in quibus fideles pascuntur, prout fuerat præmissum, Hiere. 3. c.* Et pascet vos scientia & doctrina, *quod impletum fuit per Christum: vnde Luc. xxiiij. g.* Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas; *cuius oppositum de antiquo populo legitur. Esa. viij. c.* Liga testimonium, signa legem.

Consequenter tertio dicit: Super aquam refectionis educauit me, &c. *quia postquam fidelis instruitur de fide in loco pascuæ, consequenter deducitur super aquam refectionis, scilicet baptismi, in quo reficiuntur, qui vires per peccatum amiserant; & sic anima conuertitur ad statum iustitiæ: quę quidem aqua in antiquo populo non legitur nisi secundum promissionem, vt ibi Exo. xxxvj. e.* Effundam super vos aquas mundas, & mundabimini.

Consequenter quarto dicit: Deducit me super semitas iustitiæ, &c. *vnde post baptismum requiritur ambulare super semitas iustitiæ, scilicet præceptorum Dei, quia secundum Augus.* in via domini non progredi, regredi est. *Præcepta autem Dei in euangelio contenta* semita iustitiæ *debent dici, eo quod arctiora quam præcepta legis: cum non solum manũ, sed etiam animũ prohibent, iuxta illud Matth. v. c.* Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pharisęorum, &c.

Consequenter quinto dicit: Et si ambulauero in medio vmbræ mortis, *scilicet, in vmbra huius seculi, quòd caligine peccatorũ obscuratur, & ad mortem ducit,* Non timebo mala, quoniam tu mecum es, *scilicet, per disciplinam, quæ notatur per* virgam, *iuxta illud Proverb. xiij. d.* Qui parcit virgæ, odit filium suum. *Et per dulcem gubernationem seu sustentationem, quę significatur per* baculum, *iuxta illud Tobię. v. d. & x. b.* Baculus senectutis nostræ. *In quibus, scilicet* virga *virga & baculo, sacramentum pœnitentiæ intelligi potest, quod est proprium remedium contra vmbram mortis; quod quidem sacramentum pœnitentię, per quod fit remissio peccatorum, propriè animam peccatricem consolatur, vnde Esa. xl. a. cum dixisset,* Consolamini consolamini populi mei, &c. *Infra subiungit:* Loquimini ad cor Ierusalem *quæ quidem consolatio in antiquis non fuit. vnde Iere. ij. f.* Elongauit à me consolatorem, &c.

Consequenter sexto dicit: Parasti in conspectu meo mensam, *scilicet communionem corporis Christi,* Aduersus eos qui tribulant me, *quia indignè sumentibus obest,* Qui enim manducat indignè, iudicium sibi manducat. *j. Cor. xj. g: Quo quidem sacramento debitè sumpto* caput, *scilicet mens sumentis,* oleo lætitiæ *scilicet gratia Spiritualis* impinguatur: *vnde sequitur,* Impinguasti in oleo caput meum, *secundum illud Eccl. ix. b.* Oleum de capite tuo non deficiat; *quę quidem mensa in antiquis non habuit locum nisi figuratiuè, Exo. xxv. vbi legitur de mẽsa posita in tabernaculo super quã erãt panes propositionis.* Thren. 3. f.

Et sequitur septimo: Et calix meus inebrians quam præclarus est, *id est, calix sanguinis Christi, qui sic inebriat rectè sumentem, quòd dat oblitionem terrenarum cogitationum: & sic quam præclarus est, Distinguit tamen* mensam *&* calicem, *non quia diuersa sacramenta, sed quia sub diuersis speciebus sumpta: & inter ea interponit,* Inpinguasti in oleo caput meũ, *quia impinguatio mentis debite sumentium oleo Spiritualis lætitię communis effectus est vtriusque.*

Consequenter octauo dicit, Misericordia tua subsequetur me, *quia ad huiusmodi gratiarum præcedentium reseruationem requiritur misericordia subsequens ad custodiam, sicut in Collecta dicitur,* Gratia tua domine semper nos præueniat, & sequatur. *quæ quidem subsequens non fuit in antiquo populo: cuius testamentum fuit quodammodo factum irritum. Iere. xxxj, f.* Feriam cum domo Israel & domo Iuda pactum nouum, non sicut pactum quod pepigi cum patrib. eorum, quod irritum feci.

Consequenter nono dicit: Vt inhabitem in domo domini in longitudinem dierum, *scilicet, in domo domini, non manufacta, sicut in antiquis, sed in illa in qua æternaliter viuitur. Vnde dicit, concludendo omnium prædictorum finem,* Vt inhabitem in domo domini in longitudine dierum. *Hæc expositio pro maiori parte accipitur ex gl. ordinaria, et potest dici sensus proprius literalis huius psal. qui est propheticus et vaticinatiuus de futuro, sicut & precedens, &c.*

REPLICA.

In psal. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. *Bur. laborat circa sensum eius mysticum, literalem omninò dissimulando, motus ex dabili ratione faciliter solubili, imò reducibili contra se. Cum enim posti. exponit eum de Dauid reuocato per prophetam Gad de terra Moab, vt rediret in terram Iuda, et veniret in saltum Areth, vbi confidentia diuini præsidij dixit:* Dominus regit me. &c. *Historia patet. j. Reg. xxij. Huic expositioni Bur. se opponit motus ex litera psal. huius: quia vt in quit Dauid, in hoc statu non erat in loco pascuę in quo nihil ei deesset, cum saltus Areth describatur desertus, inuius & inaquosus, vt patet per expositionem super psal.* Deus Deus meus ad te de luce, *&c.*

Ad hæc dico dupliciter. Primò, quod verisimile est vallem Areth secundum aliquam eius partem fuisse sterilem, vt describitur psal. supra all. et secundũ aliquam eius partem fuisse delicioſam: Huius verisimilitudinis ratio est, quia cum Abiathar nuntiaret Dauid existenti in eodem saltu Areth interfectionem patris sui, domus, & ciuitatis suæ per Saul. dixit ei Dauid: mane mecum, ne timeas, &c. *vt patet. j. Regum. xxij. d. Sed non est verisimile, quòd Dauid sic afflictum ad maiorem sui afflictionem voluit ad tam horridum locum inuitare, prout describitur. Est igitur verisimile partem eius fuisse delicioſam. Et fortasse pars illa vallis erat locus, de quo dicitur: j. Regum. xiiij. d.*

Omne

Omne vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem terræ, scilicet fluens de arboribus.

Dico secũdo, quod etsi totus locus inuius, in aquoſus, &c. *tamẽ Dauid vocat eũ hoc*, loco paſcuæ, &c. *propter diuinarũ illuminationẽ ibi receptarum cõſolationes: & hoc videtur Dauid innuere in pſal. ſuprà alleg. in quo poſt allegatas miſerias corporales ſubiungit pro delicijs ſpiritualibus dicens ſic:* In ſancto apparui tibi, &c. *& ſecundum illud dictum argumentum Burg. poteſt reduci contra ſuam expoſitionem. Nã eccleſia primitiua non fuit collocata in loco paſcuę, in quo nihil niſi conſolationis corporalis: quia Apoſtolus Hebræo. xj. g. conſolationes tẽporales primitiuæ eccleſię deſcribens, ait:* Circumierunt in melotis in pellib. caprinis egentes anguſtiati, &c. *etiam Bur. infrà pſal.* Voce mea, *exponit. Et qua neceſſitudo in primitiua eccleſia fuerit, apoſtolus ſtatim per totum deſcribit, & vitã ſanctorum docet. In ſenſu igitur literali de abundantia temporalium ſicut iſte pſalm. non poteſt verificari de Dauid, ſic nec de eccleſia: Sicut igitur Burg. applicat ad eccleſiam ſpiritualem abundantiam, quod verum eſt per allegoriam: ita poteſt eadẽ abundantia applicari ad Dauid in dicta fuga ad literam Bur. etiam in ſua applicatione dicit præcepta euangelica ſemitam dici, quia arctiora quam præcepta legis: cum non ſolum manum ſed etiam animum cohibeant, de quo vide ſupra prima correctione, Geneſ. 3. magis proprie præcepta nouę legis dicerentur ſemitę ratione compendij quam arctionis, cũm ratione formæ plus quam veteris legis videantur extenſa etiam vſque ad hoſtes. ideo dicitur Matt. ij. quod* debeant abundare, *id eſt, plus extendi quam præcepta veteris legis. Vide ibi quomodo Bur. male alleg. ad ſuum propoſitum.*

GLOSSA ORDINARIA.

☞ a *Pſalm. Dauid.* Avgvs. In prima ſabbathi mundus conditus, A in eadem homo reſtauratus per reſurrectionem Chriſti.

Cas. vnde monet victorem cum triumpho ſuſcipere.

✠ Basi & Theo. In aliquibus exemplaribus inuenitur, *Super prima Sabbatorum.*

In ſeptuplici libro hoc non apponitur: a ſciendum autẽ quod B Domini reſurrectionẽ ſignificat, & reditum in cœlos. Innuit autem initio non ſoli Paleſtinæ, ſed toti terrarum orbi Dominũ imperare.

¶ 8. dist. c. 1. & 13. q. 2. ca. iuecclesiastico. c. vbicũque. Dedemõst. c. tua.

C PSAL. XXIII.

b *Omini eſt terra.* Primo dicit totum orbem eſſe Dei, vt ſicut nullus ab eius imperio, ita nec à fide eius ſit alienus.

† vel ſtabiliuit (firmauit) eã.

a ¶ De clarificatione Domini, quę prima ſabbathi facta eſt.

Pſalmus Dauid in prima ſabbathi XXIII.

¶ Caſ. eccleſia fructifera, non parua, & omnia quibus plena, ſed de toto orbe & de omnibus quæ in eo ſubdit. a ¶ Aug. Cum clarificatus dominus in fidem annũtiatur omniũ gentiũ, & totus orbis ſit eccleſia eius.

† Omini eſt terra & plenitudo eius, ôr- 1
bis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo.

a ¶ Merito, domini. b ¶ Aug. Super omnes fluctus ſeculi, vt eos ſuperet. c ¶ Firmiſſime. d ¶ Vel eam.

Quia ipſe ſuper maria fundauit eũm, & ſu- 3
per flumina † præparauit eũ. Quis aſcẽdet in mõtem domini? 4

a ¶ Caſ. Quaſi magnus niſi opus eſt. ¶ Caſ. Orbis, eſt domini, non tamen niſi innocens ibi eſt. b ¶ Aug. In altam iuſtitiam domini.

lienus. Vel ad literam, mundus, & eius omnes incolæ ſunt domini, quia ſtatuit ne obruatur mari vel fluminibus. Sed quis in mõte eius, niſi innocens. D

c *Et ſuper flumina.* Avg. Vt flumina in mare, ita cupidi labũtur in ſeculum: & eos etiam ſuperat eccleſia, quæ victis cupiditatib. ad immortalitatem paratur.

✠ Theo. Non modo opificiũ, ſed prouidentiam oſtendit: tellus enim arida mari, fluminibus, & fontibus irrigatur. E

d *Quis aſcendet.* Determinat quibus virtutibus prediti ſunt in Eccleſia. F

✠ Bas. & Theo. Montem, non terreſtrem Sion, ſed cæleſtem hieruſalem ſignificat, vt beatus oſtendit Apoſtolus. Heb. 12.

☞ *Quis*

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs XXIII.

✠ 1 Domini. *Huic pſal. præponitur talis ti. in Hebræo & in tranſlatione Hier. iuxta Heb.* Canticum Dauid. *Et patet expoſitio ex dictis præce. pſalm. Dicunt autem aliqui, quod Dauid in hoc pſalm. deſcribit generale dominium Dei ſuper omnem creaturam & principium pſalmi; ſatis conſonat, cum dicitur,* Domini eſt terra, &c. *licet finis pſal. videatur ad aliud in ſpeciali tendere, cum dicitur,* Attollite portas principes veſtras, &c. *propter quod Ra Sa. aliter exponit dicens. quod conſtructo templo per Salomonem, cum arca portaretur à ſacerdotibus, vt poneretur in templo intra ſancta ſanctorum, portę elauſerunt ſe, nec fuerunt aperta, donec ſacerdotes canerent pſal. cxxxj. a.* Memento domine Dauid. *Et cum venerunt ad locum illum pſal.* Propter Dauid ſeruum tuũ, non auertas faciem Chriſti tui, *id eſt, Salomonis in regno tuo vncti, (ſicut plenius dixi. ij. Paral. vj. & iij. Reg. viij. Et tunc porta aperiebantur & arca fuit introducta in locum ſuũ. Dauid igitur hæc prouidens in ſpiritu ſancto, fecit hunc pſalmum, & pſalm. cxxxj. Nec obſtat, quod iſti duo pſal. in hoc libro ſunt ita diſtanter ab inuicẽ ſituati: quia, ſicut dicit Hier. in prologo huius libri, pſalmi fuerunt ſcripti in hoc libro non ſecundum ordinem quo erant facti, ſed ſecundum ordinem quo fuerunt reperti. Contigit autem in aliquibus, quod illi qui erant primò facti, fuerunt vltimo vel de vltimis reperti ſicut patet de pſal. cxliij.* Benedictus dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium: *quem ſecundum Hiero. fecit Dauid de victoria habita contra Goliam Philiſthæum. Et ſic fuit primus vel ſaltem de primis, factis à Dauid. Et econtra tertius pſal. quem fecit Dauid fugiendo à facie filij ſui Abſalom, fuit de vltimo factis ſcilicet circa finem vitę Dauid, & ſic dicendum de iſtis duobus pſalmi- licet fuerint de propinquo facti, tamen fuerunt diſtanter reperti, & ſic in hoc volumine ſcripti. Igitur ſecundum ſenſum iſtum pſal. iſte diuiditur in duas partes: quia primo deſcribitur circa templum Salomonis debitus cultus, ſecundo arca ingreſſus, ibi:* Attollite portas.

Circa primum, Dauid primo probat Dei cultum, ſecundo per modum quæſtionis declarat colendi modum, ibi, Quis aſcendet. *Circa primum facit talem rationem: Ille qui eſt Deus omnium per creationem, & dominus per generalem gubernationem, eſt ſumme colendus, ſic eſt de Deo Iſrael, cuius cultui deputatum fuit templum: ergo, &c. Huius rationis ponitur tantum minor cum dicitur,* Domini eſt terra & plenitudo, *per plenitudinem intelliguntur animalia & terra naſcentia.*

2 Orbis terrarum. *per hoc tollitur error Manichæi, qui dixit iſta inferiora corruptibilia non eſſe à Deo bono, ſed à malo: quia poſuit duo principia, vnum boni, & alterum mali.*

3 Quia ipſe ſuper maria fundauit. *non eſt per hoc intelligendum, quod maria ſint ſimpliciter infimus terra, cum terra ſit infimum elementũ & grauiſſimum, ſed ſolum ſecundũ aliquas partes terrę, ſcilicet ripas maris, quę ſupereminent aquę: & per talem modum loquendi dicimus, quod Normania eſt ſupra mare Oceanum, & terra Ianuenſis ſuper mare mediterraneum: & ſimiliter de fluminibus, quod Pariſius eſt ſuper Sequanam, & Aurelia ſuper Ligerim, & ſic de aliis. Ad hoc enim ſunt terrę ſituatæ ſuper maria & flumina, vt deſeruiant vtilitati hominum in nauigationibus & piſcationibus & aliis vtilitatibus.*

4 Quis aſcendet. *Hic conſequenter declarat colendi modum per modum quęſtionis di.* Quis aſcendet. *quaſi dicat, ex quo ita eſt excellenter colendus, quis erit ad iſtum cultum dignus, & ideo dicit:* Quis aſcendet in montem domini? *id eſt, in montem Moria, in quo fuit fundatum templum & domino dedicatum, vt habetur. ij. Paral. iij.*

✠ Aut

MORALITER.

† 1 *Domini eſt ter.* Pſalmus iſte literaliter exponitur de miraculoſa introductione arcæ teſtamenti intra templum per Salomonem conſtructum, quod præuidens Dauid in ſpiritu fecit hunc pſal. Allegoricè vero arca teſtimonij dicitur beata virgo, propter quod pſal. iſte ſic exponi poteſt de Virginis huius aſſumptione. in quo primò ponitur Chriſti principatus, ſecundò aſcendendi ad cæleſtia modus, ibi. *Quis aſcendet in montem domini,* Tertiò Virginis aſcenſus, ibi, *Tollite portas.* Circa primùm dicitur,

Domini eſt terra & plenitudo eius. id eſt, habitantes in ea: & ſic de ipſis facere poteſt pro voluntate ſua.

3 *Quia ipſe ſuper maria fundauit eum.* aliquas enim partes terræ eminentiores fecit aquis, vt appareret arida propter homines & animalia.

4 *Quis aſcendet.* Hic ponitur modus aſcendendi ad cæleſtia, cum dicitur: *Quis aſcendet in montem domini.* id eſt, in cælum empyreum, vbi ſpecialiter refulget gloria Dei, & reſpondetur, cum dicitur,

† *Innocens*

a *Quis stabit.* HIERON. Multi enim ascendunt, qui non permanent.

b *Innocens.* ad proximum, manu & corde. & qui sibi innocens HIERON. Hic est qui non accepit in vanum animam, & qui innocens in verbis: & hoc est, nec iurauit in dolo: hic talis ascendit, quod quidem est ei à domino, hic accipiet benedictionem, & hi non pauci sed generatio: & non nisi quærant Deum, non pro fauore Deum, sed ita quod faciem, id est præsentiam & cognitionem desiderent.

c *Qui non accepit.* AVG. HIER. id est, qui non deputauit animam rebus nō permanentibus, sed eam sentiens immortalem æterna desiderabit & ideo non iurauit in dolo.

AVG. sicut simplicia & non fallentia sunt æterna: ita se præbuit proximo, nil promittit vnde decipiat. Nedum peius faceret, permittit iuramenta simplicia, & dolosa prohibet.

d *In vano.* HIER. Id est: Qui nullis eam fecibus peccaminum post baptismum maculauit.

✠ BAS. THEOD. *manus*, actiones sunt, *Cor* concupiscentiæ: illis operamur, hoc consultamus. Et quoniam dolus & transgressio iurisiurandi auaritię coniuncta est: merito hæc post illam respuit. Ingeniose autem misericordiæ benedictionem adiunxit: etenim quæ æstimantur remunerationes, propter solam benignitatem hominibus præbentur. Omnes enim hominum iustitiæ nihil sunt ad dona, quæ nobis à Deo suppeditata sunt.

e *Faciem Dei Iacob, &c.* ✠ THEOD. qui iam olim magnum Iacob suo ipsius aspectu dignum fecit.

f *Attollite.* Diapsalmus, Christiana religione declarata, superstitiosos à prauitate auocat, vt patefactis cordibus Christum admittant. *Attollite.* Aug. O principes tenebrarum, quicunque primatum in hominibus quæritis, auferte, ne vel impediant aditus quos statuistis cupiditatis & timoris.

AVGVST. Angeli præeuntes, ad infernum dicunt: Auferte potestatem vestram. Et in ascensione, portæ æternales, quæ hactenus eratis clausæ: hæc Dauid, persona angelorum sibi assumpta.

CAS. Attolite, auferte portas mortis, quæ à principe diabolo positæ sunt.

✠ THEDO. Domini ascensionem describit.

g *Et eleuamini.* Cō- tra portas mortis.

h *Portæ æternales.* omnis gratia, quę veniente Christo data est.

i *Quis est.* interrogat propheta ad conuincendam Iudæorum perfidiam, & vt amplius eum commendando alios inuitet?

✠ THEO. Nemo cælestium spirituum inscitiam, audiens miretur, nec enim prænoscunt, nec omnia sciunt, sola autē natura diuina hanc scientiam habet: Angeli vero tot sciunt, quot discunt, & propterea Apostolus ait, *Innotescat nunc principibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei*, si quis autem huic expositioni acquiescere noluerit, existimet interrogantes, non ob ignorantiam interrogare, sed omnes homines

☞ hoc

NICOLAVS DE LIRA.

1 Aut quis stabit. *stabiliter, ibi ministrando pro vitę suę merito, & respondet propheta dicens.*

2 Innocens manibus. *id est, operibus, quę per manus designantur, eò quod manus est organum organorum, vt dicitur iij. de Anima.*

3 Et mundo corde, *quia non sufficit munditia exterior, nisi etiam adsit interior.*

4 Qui non accepit in vano animam suam. *applicando eam totaliter bonis terrenis, quæ sunt vana, secundum quod dicitur Eccle. j. a.* Vanitas vanitatum, &c. *sed magis applicat eam bonis spiritualibus & æternis, cùm ipsa sit creatura spiritualis & immortalis.*

5 Nec iurauit in dolo proximo suo. *ipsum fallaciter decipiendo, sed magis cum eo veritatem custodiendo.*

6 Hic accipiet benedictionem, *id est, multiplicationem in bonis temporalibus & spiritualibus.*

7 Et misericordiam, *quia si ex fragilitate humana aliquando peccauerit, pœnitens misericordiam a Deo obtinebit.*

8 Hæc est generatio. *quia à talibus bene quęritur & inuenitur.*

9 Attollite portas, &c. *Hic consequenter describitur arca ingressus qui factus fuit miraculosè tempore Salomonis, vt prædictum est, ideo dicitur:* Attollite portas. *id est, separate vnam ab altera.*

10 Principes. *id est, ô vos angelicæ virtutes ad loci sancti custodiam deputatę. propter quod Gen. xxviij. c. Iacob vidit scalam, cuius summitas tangebat cœlum, & pes terram, scilicet in monte Moria, vbi fuit templum fundatum postea: & vidit angelos descendentes ad reuerentiam loci & custodiam, sicut dictum fuit ibidem. Similiter Iosephus in libro de Iudaico bello dicit, quod ante templi destructionem per Titum & Vespasianum præcesserunt multa signa destructionis templi: inter quę ponitur illud scilicet in festo pentecostes, cum sacerdotes de nocte intrarent templum ad agendum res diuinas, primo senserunt quendam strepitum & motum, & postea subito audierunt vocem dicentem,* Migremus hinc, *quæ fuit vox angelorum deserentium locum propter malitiam inhabitantium. Clausio vero portarum templi eo intra sacerdotes portantes arcam domini, et earum apertio, fuerunt factę ministerio angelico propter quod dicitur:* Attollite portas principes vestras, *id est, aperite eas. In Hebręo & in translatione Hieron. iuxta Hebraum habetur:* Leuate portę capita vestra, *id est, separate partes vestras superiores virtute diuina, & per consequens partes inferiores: & in idem redit, quia angeli sunt executores mandati diuini.*

11 Et eleuamini. *id est, separamini ad magnificentiam Dei.*

12 Portæ æternales. *quia dominus promiserat ponere nomen suum in templo illo in sempiternum, id est absque temporis determinatione, dum tamen ibi fideliter ei seruiretur, secundum quod dicitur. iij. Reg. ix.* Sanctificaui domum hanc quam ædificasti, vt ponerem nomen meū ibi in sempiternum, &c.

13 Et introibit rex gloriæ. *id est, arca testamenti, super quam erat sedes Dei in propitiatorio, sicut melius fuit expositum, Exo. xxv.*

14 Quis est iste rex glorię. *admiratiue dicit, quia excellentia glorię eius & honoris omni est creaturæ admirabilis, propter quod respondetur.*

Dominus

MORALITER.

✠ 2 *Innocens manibus*, id est, operibus.

3 *Et mundo corde*, sine hypocrisis fictione.

4 *Qui non accepit in vano animam suam*, ipsam vanitatibus exponendo.

5 *Nec iurauit in dolo.* proximum decipiendo..

6 *Hic accipiet benedictionem*, id est, bonorum spiritualium multiplicationem.

7 *Et misericordiam*, id est, peccatorum remissionem.

8 *Hęc est generatio quærentium eum*, & inuenientium in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam, ideo subditur.

✠ *Quærentium faciem Dei Iacob*, per apertam Dei visionem.

9 *Attollite portas principes vestras.* Hic describuntur virginis ascensus: census ad cælestia: & quoniam in ipsa fuerunt excellenter quæ ad hunc ascensum suum disponunt, ideo dicitur postea: *Attollite portas principes vestras.* id est, potestates angelicæ ad receptionem huius virginis vos præparate.

11 *Et eleuamini portæ æternales.* per eleuationem portarum intelligitur metaphoricè Virginis intrantis magnitudo meritorum.

13 *Et introibit rex gloriæ.* obsequium præstans matri suæ. Hiero. in sermone de assumptione. *Nec immerito creditur, quod saluator omnium per se totus festinus occurrit, eamque secum in throno glorię collocauit.*

14 *Quis est iste rex glorię.* verbum est angelorum de tanta assumptione admirantium, vnde in persona ipsorum dicitur Can. viij. a. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum?* Et respondetur.

✠ *Domi-*

☞ hoc præconio ascēdē-
A tis imperium docere.
a *Dominus fortis* per
virtutes describitur
quasi proprio nomine.
Fortis, A V G. & si cum
† bello. gladijs cepistis,
‡ Tollite. b *Potens*, & si Pilato
tradidistis.
c *Potēs in prælio*. ne in
pugna vos superasse
† exercituū putetis. *Virtutes*. Hie.
B Aug. Ministræ præce-
dētes Christum in ascensione ad alias cælestes clamāt, vt viā do-
mino venienti aperiant: quæ nouo mysterio carne induti, stupe-
factæ

¶a In rebus. Aug. quem infirmum & oppressum putastis. b ¶ Aug. vbi contra mortem pugnauit.

a b c
est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens 1
a ¶ Contra diabolum. b ¶ Aug. hinc iam itur in cælum: exclamat iterum propheta: tollite etiam cæleſtes principes portas, quas habetis in animis hominum, qui adorant militiam cæli.
d
in † prælio. † Attollite portas principes vestras, & eleuamini 2
a ¶ Aug. portæ æternæ, iustitię & charitatis & castitatis, per quas anima vnum verum Deum diligat. b ¶ Aug. vt ad dexteram Dei patris interpellet pro nobis. ¶ Ad mentem. c ¶ Aug. & princeps huius aeris miratur & quærit quis est. d. ¶ Aug. etiam supra te glorificato corpore pergit, ille tentatus supra omnes angelos tendit: ille ab angelo præuaricatore tentatus.
a
portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex † 3
a ¶ Aug. celestium vel terrestrium.
e
gloriæ? dominus † virtutum ipse est rex glorię *. 4

factæ, quærūt, quis est? C
d *Attol.* Cas. Congeminatio, vt ampliꝰ determinet quis sit rex gloriæ, & non per singula, vt prius, dicendo fortis & potens: sed breuiter totum respōdet. *Dominus virtutum* j. gratiarum: qui omnibus omnia dat bona, * Sela.
3 vel cælestium virtu-
4 tum, id est angelorum. D
e *Virtu.* Hier. In Hebræo צבאות zebaoth, quod interpretatur exercituum, vel militiarum, vel virtutum.

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Dominus for. & po. *contra omnes potestates terrenas, quæ nihil sunt in conspectu eius.*
2 Attol por. *exponatur sicut prius, quia repetitio est eiusdem ad maiorem confirmationem vsque ibi,*
3 Do. vir. *id est, angelicarum potestatum: per hoc ostenditur, quod non solum præest creaturis inferioribus sed etiam superioribus.*
4 Ipse est rex glorię, *id est super omnia glorioſus & benedictus in sæcula sæculorum. Qui autem vult tenere primam expositionem, videlicet, quod in hoc psal. describatur solum generale dominium Dei, satis patet expositio ex prædictis vsque ad locum illum:* Attollite portas &c. *vbi loquitur de Deo more humano: quia homini excedentis magnitudinis requiritur altior introitus: & per hoc insinuat propheta, quod altitudo Dei excedit omnem mensuram creatam. Cætera possunt de facili huic sententiæ applicari.*

☞ PSAL.

MORALITER.

† 1 *Dominus for. & po.* ideo potens est honorare matrem suam pro voluntate sua.
2 *Attol. por.* repetitio est sententiæ supradictæ, ad maiorem assertionem: ideò exponatur vt suprà; & similiter quod subditur,
† *Quis est iste rex glo.* & respondetur,
3 *Do. vir.* id est angelorum, ideo potens est eam eleuare super omnes ordines eorum.

† *MORAL.*

ADDITIO I.

In psal. xxiij. Domini est ter. *vbi dicitur in postl.* propter quod Ra. Sa. exponit. *Ista fabulatio Ra. Sa. de clausura portarum, quādo fuit portata arca in templo Salomonis, & earū apertione miraculosa, nō video qua authoritate credatur; præsertim cum hoc miraculum tam notabile verisimiliter scriptura non prętermisisset, sed potius expressisset sicut expressit iij. Regum viij. quod cùm essent sacerdotes de sanctuario, nebula implenit domum Domini, in tantum quod non poterant sacerdotes ministrare; quæ quidem nebula erat signum diuinæ præsentiæ, frequenter enim legitur Dominus apparuisse Moysi in nube. Similiter & ij. Paral. vj. a. legitur, quod cùm complesset Salomon preces, ignis descendit de cælo, & maiestas Domini implenit domum. Sed de clausura vel de apertione portarum vtrobique nihil legitur. Prętereà hæc narratio est expresse contra literam, dicentem, quod Dominus rex gloriæ, & Dominus fortis & potens &c. erat ingressurus per illas portas: quæ denominationes nullo modo pertinent ad arcam testamenti, licet super eam esset sedes Dei in propitiatorio, prout postillator dicit. Sedes enim Dei non est Deus, & maximè quia cum dixit,* Dominus virtutum Dominus fortis, *ponitur vtrobique nomen Domini tetragrammaton, quod non est communicabile creaturæ. Vnde melius videtur dicēdū, quod in hoc psal. principaliter tractatur de ingressu Christi, qui verus Deus est & homo, in templū & in ciuitatē sanctam Ierusalem in die ramis palmarum, qui quidem ingressus prophetizatus fuit Zachar. ix. b.* Ecce rex tuus venit tibi &c. *in quo ingressu Christus fuit nominatus rex Israel, cū gloria in excelsis. Mat. xxj. vnde & ecclesia istos versus, s.* Attollite portas, &c. *consueuit solenniter cantare in illa Dominica, quando solennizatur memoria huius ingressus.*

Circa quod psal. prauidens in spiritu introitū Christi in sua ciuitate & templo publicè sub tit. regali & dominio, primo præponit generale dominium Dei in toto orbe, dicens, Domini est terra: *ex quo secundo quasi monendo homines ad reuerentiam tanti domini, infert, quod ille qui ad cultum eius adhæret, debet esse virtutibus tam interius quā exterius ornatus, vnde dicit;* Quis ascendet in montem Domini, &c. *exponatur totum sicut in postilla vsque ibi exclusiuè,* Hęc est generatio quęrentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob. *Vbi tertio prænuntiat quod generatio illa, quæ debebat exire obuiam Christo, vt eum deuote & reuerenter reciperet, sicut fuerunt turbæ pro tunc occurrentes Christo, & signa deuotionis & humilitatis erga eū ostendētes, erat generatio bona & laudabilis: quia quærebant Deū & faciem Dei Iacob, id est, præsentiā Dei incarnati, de Iacob, & aliis patriarchis descendentis secundum carnem. Consequenter quarto subiungit secundùm veritatem Hebraicam:* Leuate portæ capita vestra, &c. *q. alloquens portas Ierusalem, & templi, more humano dicat, O portæ attendite, quia ille dominus, cuius est terra & plenitudo eius &c. cuius ministri debent esse innocentes & mundi &c. introire debet per vos.*

Leuare igitur debetis capita vestra, quia quem totus non capit orbis per vos ingressurus est. Consueuerunt enim prophetæ quasi parui pendere domos ædificatas ad habitationem Dei ex respectu excellentiæ suæ magnitudinis. Vnde Esa. lxvj. a. Hęc dicit Dominus, Cælum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum: quę est ista domus quā ædificabitis mihi? *Et isto modo Psalmista reputabat portas Ierusalem & templi non sufficere ad altitudinem tanti Domini recipiendā. Consequenter quinto sequitur,* Quis est iste rex gloriæ, &c. *Cuius sensus est, nam in prædicto ingressu pueri Hebręorum inspiratione diuina clamantes eum nominabant expresse regem Israel, & implicitè Deum & regem gloriæ: vt patet Mat. xxj. Ex quo clamore & alijs solennitatibus insolitis occurrentibus tota ciuitas commota est, quasi admiratiuè quærebat: quis est hic? vt ibi habetur: & hoc est quod dicitur in persona prædicta ciuitatis:* Quis est iste rex gloriæ? *Ad quod ibidem respondetur,* Iesus Nazarenus, &c. *in quo nomine, quod secūdum rei veritatem est super omne nomen, includitur vera diuinitas eius, & regnū & alia, quę ad mysterium redemptionis pertinent: vnde in persona talium respondentium dicit Psalmista,* Dominus fortis & potens, &c. *Et idem dicendum de secunda interrogatione & responsione, si intelligatur repetitio ad maiorem firmitatem. Potest tamen dici, quod hæc repetitio non vacat à mysterio: nam Christus in hoc aduentu ad Ierusalem duo principaliter intendebat ad nostram salutem explere; scilicet passionem, per quam diabolum vicit; & secundum eam respondetur primo,* Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. *Vlterius verò intendebat consequi gloriosam resurrectionem, secundū quam in secūda responsione dicitur,* Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. *Hęc expositio videtur satis consona literæ, & sufficienter in euangelica narratione fundata. Possunt etiam ista applicari ad introitum Christi in vtero virginali, vnde & ecclesia cantat istos versus in officio annuntiationis: sed hoc non est secundum sensum literalē, sed potius spiritualem: quia non fuerunt apertæ portæ corporales in illo ingressu, sed tantum portæ mentales recipientes filium Dei in magna latitudine charitatis & deuotionis, iuxta illud Cantic. v. b.* Surrexi ego ad aperiendum dilecto meo.

REPLICA.

In psal. Domini est terra, *quia ponitur illa pars finalis,* Attollite portas prin. &c. *postillator allegat quoddam dictum Rabi Salomon. quod dictū Burg. dicit fabulam, quia ex scriptura non habet authoritatem. Et est argumentum Burgen. consuetum. Vnde etiam postil. narrationem Rabi Salom. etiam non grandipendens exponit finem psalm. ad modum conclusionis sic:* Ex quo psal. totus dicit de generali Dei dominio, concluditur more humano, quòd ad eius ingressū quālēcunque meritò portæ sunt attollendæ *&c. Burg. autem descēdit ad speciem, exponens de ingressu Christi in Ierusalem in die palmarum: quæ expositio etsi faueat fidei nostræ, patitur tamen instantias, primò ex eo quia eius ingressum colentes non fuerunt sic dispositi, sicut hic*

describuntur, cùm dicitur, Innocens manibus *&c. Sed vt verum fatear, ille cultus fuit magis ex miraculosa inspiratione, quàm virtute colentium, quia dicitur Io. xij. de illis cùm tanta signa fecisset coràm eis, non credebant ei: ideo fere in tota Ierusalem hospitio non receptus redijt in Bethaniam, abijtq; & abscondit se ab eis; nec cultus ille mansuetus fuit, quia cito post in eius mortem consenserunt. Caterum quia ille ingressus per prophetas describitur humilis & mansuetus super pullum asinæ: de quo non videtur conuenienter exponi, quia porta sint attollendæ. Nec forma quæstionis secundum Burg. facta in commota Ierusalem fuit, prout hic describitur, quamuis quæstio facta fuit.* Quis est hic? *non tamen:* Quis est iste rex gloriæ, *non enim quærentes, de eo talia prædicata sentiebant, vt patet per omnes euangelij partes.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a *In finem.* Hiero. Hic flagellatus pœnitens præponitur alijs, ne murmurent in aduersis: qui in se expertus per misericordiam blandiatur, per iustitiam terret.

✠ Basil. & Theod. hic psalmus à Dauid dictus est, cùm mutuos hostium impetus pateretur.

PSALMVS XXIIII.

a

b *D te Dom. leu.* Aug. Psalm⁹ cõtra aduersa

b seculi, quasi oratio populi in Babylone constituti: & est primus per literas Hebræi alphabeti digestus, etsi non per omnes: Qui

c per omnes, eos significat, qui omnibus

d perfecti virtutibus laudem Dei cantant: Qui non per omnes, minùs perfectos.

Cas. Primò petit doceri vias Domini, quia ad Deum erectus.

Cas. ad te cõtẽplandũ, facilè terrena despicit, qui diuina cõspicit

c *Confi-*

a ¶ Christum b ¶ Ecclesiæ. c ¶ Ecclesiæ, quæ loquitur in persona pœnitentis per flagella correcti.

In finẽm Psalmus Dauid XXIIII.

a ¶ Amplexandum. b ¶ Aug spirituali desiderio. ¶ Hier. de terra, ad similitudinem grani. ¶ Aug. quod in terra ortum surgit in altum. c ¶ Quę carnalibus desiderijs præmebatur in terra.

D tẽ Domine leuaui animãm meam, Deus 1 2

a ¶ Aug iam non in me, qui sicut Deus esse volui. b ¶ Deo vnde confido.

meus in tẽ confido, nõn erubescam. Neque 3

a ¶ Ideo. ¶ Prænaleant. b ¶ Qui insidiantes ad hæc mala deiecerunt. ¶ Visibiles & inuisibiles. ¶ Omnis modi.

†irrideãnt me inimici mei: etenim vniuer- 4

a ¶ Qui ferunt pondus diei & æstus. ¶ Donec venias. b ¶ Per se vel per inimicos. c ¶ Sed. ¶ Pro peccatis hic salubriter; vel si hic nolunt, tandem in pœna æterna.

si, qui †sustinẽt te, non confundẽtur. Cõfundãtur omnes 5 6

a ¶ Aug. ad acquirendã quæ transeunt. ¶ Quia. b ¶ In superuacuis qui laborant. c ¶ Et ne erubescam. ¶ Quia. ¶ Præcepta leuiora. ¶ O. d ¶ Quasi quæ vsui subsunt.

e f †iniquã agentes, superuacuè. Viãs tuas Domine †demõnstra 7 8

c *Confi.* Cas. Expertus in malis meam infirmitatem, non erubescam de inimicis. B

d *Ne.irri.me ini.* & certus sum, quia in nullo sustinente patienter fallit.

e *Super.* Cass. Quia omnia sunt vana & infructuosa, quæ à Deo sunt aliena.

✠ Basil. & Theo. Notandum quoniam non peccantes, verum superuacuè transgredientes, dedecoris impleri dixit. Non enim omnes æqualiter peccant, nam aliqui quidem ob aliquam calamitatem, vel ob naturalem imbecillitatem labuntur. Alij verò in sceleribus ipsis delectantur, aliáque excogitant. C D E

† lætantur de me.

f *Vias tuas Domine demonstra.* Cassiodorus. Viæ sunt de ordine vitæ, qui conuenit omnibus: Semitæ quæ angustæ & occultę, id est, intelligentia legis, quæ paucis nota est. *Dirige,* ad vitam pertinet, *doce* ad scientiam. F

† docet

☞ a *Doce*

† qui præuaricatur sine causa. † expectant & contra.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XXIIII.

1 D te Do.le. *Iste est primus psalmus alphabeticus, quia versus incipiunt ordinatè à literis alphabeti Hebraici. Primus versus* aleph, *secundus à* beth, *& sic consequenter, hoc excepto quod hic omittuntur duæ literæ. s.* vau *& copn: quia nullius versus per eas incipit. Sunt tamen in hoc psal. xxij. versus sicut sunt & xxiij. literæ Hebraicæ, quia quatuor versus per duas literas incipiunt. s. xxiij. & xxx. per literam* resch. *& xvij. & xxv. per literam* phe. *Dicunt aliqui quod istæ literæ hic ponuntur in principijs versuum ad significandum aliquod mysticum: Sed Hebræi de hoc nihil dicunt in aliqua scriptura, quam viderim. Et ideo alij dicũt, quod factum fuit ad quendam modum specialem dictandi, qui tunc currebat, sicut in illo hymno,* A solis ortus cardine, *versus incipiunt per literas alphabeti Latini. Primus ab* a, *secundus à* b, *& sic consequenter vsque ad* g, *inclusiuè, vt patet intuenti.*

1 Ad te Do.le. *Huic psal. præponitur talis titulus in Hebræo:* Dauid. *& non plus, nisi quod præmittitur littera* lamed, *ad designãdum quod Dauid est hic datiui casus, ac si diceret,* ipsi Dauid. *In translatione autem Hieron. iuxta Hebræum additur hæc dictio* semper, *in titulo sic:* Semper Dauid. *Sed saluo meliori iudicio non videtur bene addita in titulo, quia li* semper, *est vltima dictio psal. præcedentis in Biblijs Hebraicis quas vidi: & sic non pertinet ad titulum huius psal. Per hoc autem quod in titulo non ponitur* canticum *nec psal. sicut in alijs communiter, ostenditur quod non est psal. propriè dictus à psallendo, sed est simplex oratio, quam fecit Dauid pro liberatione sua à persecutione Saulis: propter quam multas orationes fecit, sicut dictum fuit suprà psal. xvj. Secundum hoc ergo diuiditur hęc oratio in quatuor, quia primo Dauid petit in deuio huius vitæ diuinam directionem; Secundo impedimenti remotionem, ibi,* Reminiscere miserationum tuarum; *Tertio vitæ futuræ degustationem, ibi,* Quis est homo; *Quarto à pressuris liberationem, propter quietiorem cõtemplationem, ibi.* Oculi mei. *Circa primum præmittit modum suæ petitionis, dicens,* Ad te domine leuaui, *quia oratio est ascensus, vel eleuatio mentis in Deum, secundum Damasc.*

2 Deus meus in te confido. *id est, in tua bonitate, non mea æquitate: vnde infrà petit remissionem suæ culpæ.*

3 Neque irrid. me inimici. *id est, Saul & complices sui me tenendo, & morte turpi affligendo: quod etiam timebat Saul sibi inferri à Philisthæis, vt habetur 1. Reg. vlt. propter quod petijt ab armigero suo interfici ab eo, dicens:* Euagina gladium tuum & interfice me, ne fortè veniant incircuncisi isti, & interficiant me illudentes mihi.

4 Etenim vniuersi qui sustinent te. *id est, qui sustinent persecutiones propter te, sicut ego sustineo.*

5 Non confundentur, *finaliter, seu aternaliter; licet aliquando cõfundantur ad tempus, seu temporaliter: consequenter ostendit qui sunt digni confundi eternaliter dicens,*

6 Confundantur omnes iniqua agentes, *id est idololatræ, & innocentum persequutores.*

7 Superuacuè, *id est inutiliter & infructuosè, imò multùm damnosè. Consequenter formar petitionem suam, dicens,*

8 Vias tuas Domine demonstra mihi, *ducendo per viam rectam iustitiæ inter deuia huius vitæ, quæ nullus absque tuo auxilio potest sufficienter euitare:*

a ✠ Et le-

MORALITER.

† 1 *Ad te Domine leuaui animam meam.* Psalmus iste secundum sensum literalem est oratio Dauid pro sua liberatione à Saulis persecutione, pro qua plures alios psalmos fecit: nam illa persecutio longa fuit. Saul autẽ interpretatur *abutens,* & ideo signat diabolum, qui bonis naturalibus abutitur ad malum: propter quod psalmus iste moraliter exponi potest de quolibet fideli petenti à dæmonum persecutione liberari. Et diuiditur in quatuor partes, quia primò petit diuinam directionem, dicens, *Ad te Domine leuaui animam me.* per deuotionem.

2 *Deus meus in te confido,* propter tuam bonitatem.

† *Non erubescam.* victus à dæmone per culpam.

3 *Neque irrideant me inimici mei,* id est, satellites diaboli, qui sunt homines maligni.

4 *Etenim vniuersi qui sustinent te,* id est, illud quod eis imponis, sustinent patienter.

5 *Non confundentur,* æternaliter, sed honorabuntur. Consequenter ostendit qui debent sic confundi, dicens:

† *Confundantur omnes iniqua agentes superuacuè,* id est, ex placentia mali, sine vtilitate temporali: de quibus dicitur Proverb. ij. c. *Qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis.* Consequenter formar suam petitionem, dicens,

8 *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas.* Homo namque ad finem supernaturalem ordinatur: propter quod indiget vt à Deo specialiter dirigatur: ideo sequitur,

† Quia

☞ a *Doce.* Aug. ipsam veritatem, vt quod credo intelligam, quia
A sustinui, & si hoc non sufficit, *Reminiscere.*
b *Deus saluator meus.* CASS. Duæ res sunt, quæ bonos faciũt: vt Deum saluatorem credamus, & patiẽter eius retributionem expectemus.

✠ THEODOR. Precor, vt ex rerum euentu discam te meum Saluatorem esse, tuam enim misericordiam semper expecto.

† salutaris.

c *Reminiscere.* CAS. De peccatis prioribus
B & quæ quotidie fiunt, orat per misericordiã antiquis factam: & quia timet verum iudicem.

† quia † Peccata adolescentiæ.

d *Miserationum.* Miseratio propriè in bonorum exhibitione.

† memor esto mei Deus.

e *Quæ à se.* AVGV. Id est ab initio
C seculi sunt: non ergo in me fallat.

† docebit peccatores viam (vel in via. † 16. q. 1. ca. vos autem

f *Delicta.* CAS. sunt quando linquitur via æquitatis.

g *Iuuen.* non pro ętate, sed pro præcipitationis audacia, quę est tunc, cùm calor animi modestiam excedit.

h *Igno.* facimus ea quę mala esse non scimus. Vel delicta ignorantiæ in paruulis, qui vel originali peccato tenentur.

HIER. Iuuentutis. Antequã de domo patris iniqui exirem.

Memen. mei tu. AVG. Cuius opus est misereri & peccata dimittere.

✠ THEODOR. Memento mei, non peccati. D
i *Secun. mi. tu. & c. pro. bo. & c.* i. vt ampla est misericordia tua. Misericordia erga miseros, bonitas erga quoslibet. Facit autẽ Deus bonum & à miseris imploratus, & bonitate ductus: nemo bonus nisi Deus.

k *Dul.* AVGV. quia
1 omnia priora dimit-
2 tit, vbi gratia sine meritis.
l *Rectus*, quia post mi-
3 sericordiam vocatio-
4 nis & veniæ, in iudicio merita requiret,
5 ne leuitas eius securos E
& otiosos reddat. *Dul-*
6 *cis*, quia suauia dat: *re-*
† præuaricationes. 7 *ctus*, quia corrigit.
m *Pro. hoc.* CASS.
8 quia dulcis, & rectus,
9 non ex crudelitate, sed
10 benignitate.
11 11 *In via*, id est, fide, † Bonus.
12 vel præceptis Dei. Vel
13 in via huius vitæ, vbi
14 rectè viuendum, dabit F
15 legem.
16 ✠ THEODOR. Ma-
17 gis dilucidè: SYM-
18 MACH. *propterea pec-*

a ¶ Angustas, paucis notas. ¶ Quasi occulta. b ¶ Aug. errores fugientem.

mihi, & semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua, &

a ¶ Aug. quia per me non noui nisi mendacium. b ¶ Aug. expulsus per me redire non possum. c ¶ Quia. d ¶ Aug. id est, toto tractu secularis temporis reditus meus tuam expectat misericordiam. ¶ Et.

a docè me, quia tu es Deus † saluator meus, ẽt te sustinui tota
b

a ¶ Cas. quem homines putant esse oblitum, dum tardas. b ¶ Operum misericordiæ. c ¶ Naturaliter insitarum.

c die. Rẽminiscere miserationũ tuarũ domine, & misericordiarũ
d

a ¶ Quia nec peccanti homini misericordia defuit. b ¶ Etiam per misericordiam. c ¶ Aug. confidentis audaciæ meæ, & ignorantiæ meæ, antequam crederem. d ¶ Aliàs ignorantiæ meę.

e tuarum, † quę à seculo sunt. † Delicta iuuẽtutis meę, & † igno-
f

a ¶ Aug. ne serues ad vindictam perpetuam. b ¶ Sed potius. c ¶ Aug quæ te digna est, non secundum iram qua ego dignus.

g rantias meas nẽ memineris. Secũndum misericordiam tuam
h

a ¶ Qui fragilis naturæ. b ¶ Non meritum meum ¶ Insitam, qua omnia ex nihilo facis. c ¶ Conuersio sermonis ad homines. Hac fiducia peto: quia. Dulcis.

i † memẽto mẽi tu: propter bonitatẽ tuã domine. † Dulcis &
k l

a ¶ Aug. quia misericordiam prærogauit, vt perduceret ad viam. b ¶ Hiero. correctiones', vel charitatem, qua iunguntur Deo.

m rectus Dominus, propter hoc † legem dabit delinquentibus in
n

¶ Tamen.

o viâ. † Dirigẽt mansuẽtos in iudicio, docẽbit mites vias suas.

a ¶ Non extra viam fidei. b ¶ Aug. non turbabit in iudicio, c ¶ Aug qui ei non resistunt. d ¶ Aug. non eos, qui præcurrere volunt.

cantibus viam demonstrat.

o *In iu.* dum punit, diriget ad meliora. Sed mãsueti sint, qui corripiuntur: quod ex feris domiti, vt tolerent. Quia si mites. i. lenis animi quasi naturaliter hoc habentes: docebit eos præcepta, pro quorum neglectu venerunt flagella.

✠ THEODOR. Nam sacratum literarũ alumni per ipsas exactius discunt, omnia Dei & saluatoris nostri consilia: misericor-

☞ dia

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et semitas tuas edoce me. *Semita strictior est, & rectior via communi, per hoc Dauid petit non solum dirigi in iustitia communi necessaria ad salutem, sed cum hoc in iustitia excedente, quæ tendit ad perfectionem.*

2 Dirige me in veritate tua. *quę scilicet non potest haberi humana inuestigatione.*

3 Quia tu es Deus saluator. *ad quam salutem dirigi non possum, nisi per tuam illustrationem: homo enim diuinitus ordinatur ad finem excedentem cognitionem naturalem secũdum quod dicitur Esa. lxiij. b.* Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparasti ex te. *Ad finem autem incognitum totaliter nullus potest se dirigere: & ideo oportet hominem edoceri à Deo ad consecutionem salutis æternæ.*

4 Et te susti. to. die. *id est propter te sustinui persecutionem Saulis continuè: propter quod decens est, vt me cõsoleris per tuas illustrationes.*

5 Remini. *Postquam Dauid petiit diuinam directionem inter deuia huius vitę, hic consequenter petit offendiculi remotionem, quod in via recta potest impedire; hoc autem est peccatum impedi ns à recto processu; ad hanc autem remotionem impetrandam allegat primo diuinam misericordiam, dicens,* Remi. &c. *Misericordia propriè loquendo est actus interior miserantis: Miseratio vero effectus exterior; & vtrumque allegat Dauid. s. actum diuinæ misericordiæ, qui est idem quod ipse Deus, & effectum eius, qui recipitur in eo, cuius miseretur.*

6 Quæ à secu. sunt. *id est à mundi principio. In omnibus enim operibus diuinis relucet effectus diuinæ miserationis. Consequenter Dauid petit peccati remissionem, dicens,*

7 Deli. iuuen. me. *id est, peccata ex passione commissa, quia passiones magis dominantur tempore iuuentutis.*

8 Et igno. me. *i. peccata quæ sunt per ignorantiam commissa.*

9 Ne memi. *ad me puniendum. De peccatis perpetratis ex certa malitia non loquitur, quia peccata quæ fecit ex certa scientia fuerunt facta post mortem Saulis, vt homicidium Vriæ & his similia: hanc verò orationem fecit existens in persecutione Saulis, vt prædictum est.*

10 Secun. mi. tu. *& non secundum iustitiam meam.*

11 Memento mei tu. *remittendo culpam, & dando gratiam.*

12 Propter bonitatem tuam Domine. *De natura enim boni, vt sit sui diffusiuum: & ideo bonitati tuæ infinitæ concedens est, vt diffundat se erga pœnitentes, remittendo eis culpam, & conferendo gratiam.*

12 Dulcis & rectus Dominus, *id est, misericors & iustus: quia dulcedo misericordiæ sine rectitudine iustitiæ non est misericordia, sed pusillanimitas, & iustitia sine misericordia est crudelitas: propter quod dicit Gregorius in pastorali lib. j.* Inesse bonis rectoribus debet iustè consulens misericordia, & piè sæuiens disciplina: ne iustitia sit aspera & pietas sit remissa. Sit ergo amor, sed non emolliens: sit zelus, sed non exasperans; sit pietas, sed non plus, quàm expedit. parcens.

14 Propter hoc legem dabit. *qua lex est, vt si verè pœniteant, misericordiam consequantur: sin autem, æternaliter puniantur, tanquam sua misericordia abutentes.*

15 In via. *scilicet præsentis vitæ: quia post mortem non est locus pœnitentiæ.*

16 Diriget mansuetos. *id est tractabiles & benignos: quia mansuetudo est quædam mentis tractabilitas.*

17 In iudicio. *id est in præceptis iudicialibus seruandis: per quæ homo bene se habet ad proximum.*

18 Docebit mites vias suas. *quantum ad cæremonialia præcepta diuini cultus, per quæ homo bene se habet ad Deum.*

☞ a Vniuer-

MORALITER.

† 3 *Quia tu es Deus saluator meus*, id est, me dirigens in salutem.

4 *Et te sustinui tota die*, expectans tuam directionem.

5 *Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarũ tuarum, quæ à seculo sunt.* Hic secundo petit impedimenti remotionem, dicens: *Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarũ, quæ à seculo sunt*, quas fecisti patribus sanctis; quasi diceret, consimiliter facias nobis.

7 *Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas.* quo tempore vigent passiones & ignorantiæ, propter defectum experientiæ.

9 *Ne*

9 *Ne memineris*, scilicet ad puniendum.

10 *Secundum misericordiam tuam memento mei tu.* dimittendo peccatum.

12 *Propter bonitatem tuam*, & non propter iustitiam meam.

13 *Dulcis & rectus Dominus.* id est, misericors & iustus.

14 *Propter hoc legem dabit delinquentibus in via*, conditionata sua misericordia & iustitia.

16 *Diriget mansuetos in iudicio*, ne propter suauitatem mansuetudinis declinent à regula veritatis.

18 *Docebit mites vias suas*, sicut dicit Matthæi xj. d. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde &c.*

v 2 † *MORA-*

☞ dia & veritate temperata esse.

A ✻ Basil. Nam illis, quos pœnitet, misericordiam impendit: eos qui in virtute perstiterunt inuicti, celebres reddit, & coronat, sententiam de illis in veritate proferens.

a *Miseric. & ve.* Avg. Quas autem vias docebit, nisi, misericordiam, qua placabilis; veritatem, qua est incorruptus: hæc peccata dimittit, illa iudicat merita; ergo vniuersæ viæ, duo aduentus: vnus miserantis, alter iudicantis. Tenet autem via eius, qui expertus misericordiam, deponit superbiam, nullis suis meritis liberatus, & deinde cauet seueritatem iudicis.

b *Testa.* Cassio. Nouum; quod egregiè dicitur testamentum, vbi clara & certa promissio hæreditatis quod & morte firmatur.

c *Et test.* legis veteris, vbi fuerũt prophetæ testes promissionũ.

d *Propter nomen tuum Domine.* Avg. Id est gloriam tuam. Causa ad deum reuertitur: & quia non negligo, sed multùm puto. Vel, grande est: & nisi per te, non delebitur. Propter nomen parce, quia non propter se, quia quotidie augetur peccatum: In quo cathari refutatur hæretici. Et interpretantur *mundi*, qui se ab omni peccato mundos asserunt.

✻ Bas. Oro vt propitius sis meis peccatis, nõ propter exactã meã pœnitentiam

D

pœnitentiam, sed propter benignitatis nomen.

e *Quis est ho.* Cas. Hîc agit de æternis, quomodo habentur, laborans & orans, vt & ipse, & totus Israel ab his malis liberetur.

✻ Theodor. Multiplices diuersique sunt modi piè viuendi, solitarij & vrbani; Regales & mercenarij: in singulis fieri potest vt Deo placeamus, qui posuit leges congruẽtes illi vitæ, quã vnusquisq; elegit. Similiter diuinus Ioãnes Baptista interrogãtibus publicanis respondit nihil amplius, quã quod præceptum est vobis, faciatis: & Apostolus seruis & dominis, viris & vxoribus mutuas leges posuit.

f *Ani.* Cas. Et si non statim post corpus habet perfectam beatitudinem, tamen in bonis demorabitur. Vel, modò non redit in Ægyptũ, sed moratur in præceptis quasi delicijs; vel spe, etsi nõ re, in futuris: & merito boni operis excoli terrã suã. i. carnẽ. Et præter hæc firmat Deus timentem ne in malis cedat, & manifestabit seipsum ei sicut promisit: *Si quis sermones meos seruabit, diligam eum, & manifestabo ei meipsum.* Et ideo oculi mei, omnes contuitus mei, quicquid alij faciant, &c.

g *Semen.* Hiero. bonum est, vnde fructus colligitur.

✻ Basi. Iudæi enim, & ij qui communem vitam amplexi sunt, liberorum creationi admodum studeant.

h *Firmat. est.* Avgvst. Videtur infirmorum esse timor, sed do-

☞ minus

† custodiẽtibus pactũ (vel, fœdus)

† parces iniquitati meæ.

† timeat.

† hæreditate possidebit.

† pactum suum illis notũ faciet.

† docebit viam quam eligat.

† Secretum Domini (sub. reuelatum est.

Ioan. 14.

a ¶ Et si infinitæ. b ¶ Aug. Illi intelligunt misericordem in primo aduentu, iudicem in secundo, qui mites quærunt testamentum eius, cum sanguine suo nos redemit in nouam vitam, & testimonia in prophetis & euangelistis. c ¶ Si non alijs, his videatur.

a Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas, † requirentibus testamentum eius & testimonia eius. Propter nomen tuũ

a ¶ Quia dulcis & rectus, propter nomen, sicut orasti, facies. ¶ Quod est Iesus.

a ¶ Sacrificio spiritus contribulati. b ¶ Non solum donas peccata quæ ante fidem, sed & illud quod multum est, scilicet post fidem. c ¶ Quia in via fidei non deest offensio. d ¶ Et cum ita sit.

b domine † propitiaberis peccato meo: multum est enim. Quis

a ¶ Rationalis. b ¶ Aug. vnde incipit venire ad sapientiam. ¶ Non securus. c ¶ Ecce. ¶ Aug. ne iam impune peccet, vel, completionem legis. d ¶ Fidei. e ¶ Aug. quam liber apprehendit, vel vt tutam elegit expertus per flagella, non esse deuiandum ab ea.

est homõ qui † timet Dominum, † lẽgem statuit ei in viã quã

a ¶ Opus, habebit solidam hæreditatem instaurati corporis, id est glorificati.

f elegit. Anima eius in bonis demorabitur, & semẽ eius

a ¶ Tandem. b ¶ Interim verò. c ¶ Non homo mutabilis. d ¶ Timor Dei dat firmitatem, humanus diffidentiam.

g † hæreditãbit terram. † Firmãmentum est Dominus timẽ-

¶ Est hoc.

tibus eum, & † testamentum ipsius, vt manifestetur illis.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vniuersæ viæ Domini, *id est, opera eius, quadam via deueniendi in cognitionem ipsius.*

2 Misericordia & veritas. *id est iustitia: quia licet in aliquibus eius operibus magis appareat eius misericordia, vt in præmiatione sanctorum; tamen ibi est etiam iustitia, inquantum Deus ordinauit, quod pro talibus operibus redderetur præmium æternum; propter quod dicit Apostolus ij. ad Timotheum iiij. b.* Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: ideo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illo die iustus iudex. *Et similiter licet in aliquibus operibus magis iustitia appareat, vt in damnatione malorum: tamen ibi est misericordia, inquantum punit citra condignum, quia tanta est offensa, quantus ille qui offenditur; & ideo in quolibet mortali peccato incurritur de rigore iustitiæ pœna infinita, etiam intensiuè si posset esse.*

3 Requirentibus testamentum eius. *id est legem à Deo datam.*

4 Et testimonia eius. *per oracula prophetarum. Illis enim, qui scrutantur talia, apparet quod vniuersa viæ Domini sunt misericordia & veritas. Vel aliter:* Requirentibus, *id est, custodiẽtibus legem & prophetarum monita, apparet per experientiam diuinorum beneficiorum, quod vniuersa viæ Domini sunt misericordia & veritas: & hoc magis consonat literæ Hieronymi iuxta Hebræum, quæ sic habet:* His qui custodiunt pactum eius & testificationem eius. *Vlterius concludit Dauid petitionem suam de remissione peccatorum, dicens:*

5 Propter nomen, *id est propter declarationem bonitatis tuæ.*

6 Propitiaberis pecca.me. *ipsum remittendo.*

7 Mul.est enim. *id est excedens facultatem virtutis meæ ad satisfaciendum:*

ciendum: quia de nullo peccato potest homo satisfacere, nisi ex Dei dono: nullum enim opus est satisfactorium absque diuina gratia factum.

8 Quis est ho.qui ti.do. *Hîc consequenter Dauid petit vitæ futuræ degustationem, dicens:* Quis est ho.qui ti. *timore filiali, & per consequens consolationis eius sentiens. q.d: istud est summè desiderandum. Cuius causa subditur, cùm dicitur,*

9 Legem sta. ei in vi. *scilicet legem diuinam & legem naturæ, quæ dirigunt in viam iustitiæ quæ est præ omnibus eligenda.*

10 Anima eius in bo. de. *scilicet in bonis diuinæ gratiæ & consolationis, à quibus per peccatum mortale non amouebitur.*

11 Et se.eius hæ,ter. *Hoc exponitur de aliquibus de terra Israel, quã habitarit ille populus quamdiu Deo debitè seruiuit. Et inde fuit eiectus, quando ad idolatriam declinauit, vt patet iiij. Reg. Sed melius exponitur de terra viuentium, præmium enim est finis meriti, & per consequens melius ipso: quia finis est melior his quæ sunt ad finem: opera autẽ meritoria sunt maiora bona, quàm hæreditas terrena: & ideo nõ potest habere rationem finis respectu operis meritorij, propter quod vbicunque in sacra scriptura pro operibus virtutum promittuntur bona terrena, quasi præmium, intelliguntur bona spiritualia & æterna, tanquam principaliter intenta.*

12 Firmamentum est Dominus timentibus eum. *quia stabilit tales in bono. In Hebræo habetur:* Consilium Domini timentibus eũ, *& in translatione Hieronymi iuxta Hebraicum habetur:* Secretum Domini &c. *in idem reuertitur: quia dans aliquibus bonum consilium ipsos firmat & stabilit. Et litera hæc vltima magis consonat sequenti.*

13 Et testamentum ipsius vt manifestetur illis. *quia occulta legis diuinæ reuelantur talibus.*

MORALITER.

1 *Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas, requirentibus testamentum eius.* Inspicientibus enim vetus & nouum testamentũ apparet, quòd in omnibus operibus Dei simul concurrunt misericordia & iustitia: licet iustitia plus appareat in aliquibus, vt in punitione damnatorum; tamen est ibi misericordia, quia punit citra condignum; Et misericordia in aliquibus, vt in præmiatione beatorũ: tamen est ibi iustitia, quia præmiat secũdum meritum.

5 *Propter nomen tuum Domine propitiaberis pecca. me.* non pro meo merito.

7 *Mul. est enim.* id est transcendens quicquid possem operari.

8 *Quis est ho.* Hîc petit futuræ beatitudinis prægustationem dicens: *Quis est ho.qui ti.do.* scilicet timore filiali: quasi dicat, talis percipit consolationem Dei.

9 *Legem statuit ei.* scilicet euangelicam, quæ introducit ad beatitudinem.

† *Quam elegit.* scilicet timens Deum. ideo subditur:

10 *Anima eius in bonis de.* scilicet gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro.

11 *Et semen eius.* id est, imitator ipsius.

† *Hæredita. ter.* viuentium.

12 *Firmamentum est Dominus timen. eum.* nam ipsi totaliter innituntur ei.

13 *Et testa. ipsius vt mani. illis.* testamentũ est pars defuncti, dominus autẽ est pars iustorũ manifestãd' eis in clara visione beatorũ:

minus est firmamentum timentibus eum, & facit vt testamentum eius manifestetur illis.

✠ THEOD. manifestius Symma. & Theodotion. *Mysterium Domini timentibus eum, & testamentum ipsius declarabit illis.* Atqui secundum septuaginta, *firmamentum*, videlicet, superiores hostibus timentes se reddens.

Eccle. 2. c. a *Oculi.* Salo. *Oculi sapientis in capite, id est, in corde eius.*

B ✠ THEODOR. Oculi mentis.

b *Semper ad Do.* AVG. nec ante me ad pedes attendo, quoniam ipse

✠ angustijs d euellet.

c *Vnicus.* AVG. Vnicus plus amatur, pauper plus doletur.

✠ THEO. *Vnicus*; reliqui *Solus* interpretati sunt, idem quod omni ope destitutus.

C d *Deneces.* id est, ab aduersis, quæ necessaria sunt omnibus, qui piè in Christo viuere volunt.

† confŭdar, † expectaui e *Respi.* AVG. Tot hominum

a ¶ Cordis. ¶ Hieron. Id est omnes contuitus mei semper ad Dominum. ¶ Aug. quia terram non intueor, non timeo terrena pericula; quia ipse quem intueor euellet.

a b Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de

a ¶ Quia oculi mei sunt ad te. ¶ Aug. vitiorum affectu: vel, de passione & morte quæ tenet ligatos: & est per similitudinẽ dictum b Cass. Oculi sunt ad Dominũ, mei scilicet ita dicentis: Respice. ¶ Ergo. c ¶ Aspicientem te. d ¶ Quia miser. e ¶ Cass. locus est misericordiæ, quia non per plura distractus, sed in vnitate. ¶ Aug nulla schismata vel hæreses tenent ecclesiam.

c laqueo pedes meos. R[e]spice in mẽ, & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. Tribulationes cordis mei mu[l]tiplicate sunt: de † necessitatibus meis erue me. Vide * humilitatem meam, & labo[r]em meum. & dimitte vniuersa delicta mea.

a ¶ Augustinus, quia hoc mihi tolerare necesse est vsque in finem, vt saluus fiam. b ¶ Et. ¶ Gratam habe. c ¶ Aug. quia iactantia iustitiæ non me ab vnitate abrumpo.

a ¶ Aug. quo indisciplinatos mihi admistos suffero. b ¶ Aug. his sacrificijs placatus. c ¶ Aug. non ea tantum, quę ante fidem feci, sed & quæ post fidem.

e Respicẽ inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio

a ¶ Augustinus, diligentem se. b ¶ Sed ab eis. ¶ Aug. ne declinem ad imitationem eorum. c ¶ In his quæ habet. d ¶ Aug. à perplexitate qua mihi miscentur.

f iniquo oderunt mẽ. Custo[d]i animã meam, & erue me: non

a ¶ Aug si fortè insurgunt contra me. b ¶ Non in me.

g † erubescam, quoniam sperani in te. † Innocentes & recti

a ¶ Non solum præsentia corporis miscentur, sed consensione cordis. b ¶ Aug. quia non deseci sequens illos, sed sustinui expectans iudicium c ¶ Quę foris vel intus. ¶ Aliàs redime.

h adhæserũt mihi, quia † sustinui te. Libera Deus Israël ex omnibus tribulationibus suis.

*afflictionẽ meã & molestiã meã, † Perfectio (vel simplicitas) & teſtitudo custodiẽt me.

D E F

NICOLAVS DE LIRA.

1 Oculi mei semper ad Dominum. *Hic consequenter Dauid petit sibi liberationem à tribulationibus, vt quietius vacare possit contemplationi, & diuinis consolationibus, dicens:* Oculi mei semper ad Dominum, *de cuius virtute confido, ideo subditur:*

2 Quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos, *id est, ab insidijs mihi per Saulem præparatis.*

3 Respice in me, *tu Domine pietatis effectu.*

4 Et miserere mei, *in effectu.*

5 Quia vnicus, *respectu multitudinis Saulem sequentis. Per talem modum dicitur communiter, Rex est solus, quando habet paucam gentem secum respectiue.*

6 Et pauper sum ego, *respectu Saulis; quia ego sum fugitiuus, & ipse est rex in potestate constitutus.*

7 Tribulationes cordis. *quia in fauorem Saulis multi persequebantur Dauid, sicut patet 1. Reg. 1. de Ziphæis, & habitatoribus Ceilæ.*

8 De necessitatibus, *id est, tribulationibus imminentibus, per quas necesse habeo transire.*

9 Vide humilitatem meam, *in corde:*

10 Et laborem meum, *in corpore;*

11 Et dimitte vniuersa, *acceptando ista pro satisfactione.*

12 Respice inimicos meos, *adeos reprimendum:*

13 Quoniam multiplicati sunt, *& ideo non possum enadere, nisi per tuum perditio sine dolore esse non potest: & ideo pro eis orat.*

f *Non erubescam.* CAS. Q. erue, etsi non propter aliud, vel ideo, ne cedat erubescentiæ, quòd sperani in te: & quia innocentes facti & recti bona operatione per tribulationes adhæserunt mihi, ideo quia sustinui, & tu libera eos Deus Israël.

g *Innocentes & recti adhæserunt.* CAS. Mali tolerati sunt; non adhæserunt.

h *Israel.* AVG. Populum, quem ad tuam visionem præparasti.

✠ BASIL. & THEODOR. Proprium virtutis improbos odisse, amare eos qui æquitatem honorant: Regisque de subditis omnem curã gerere, nec pro se tãtum preces offerre. Habet aliũ sensum hæc clausula, *Libera Israel*, Diuisus erat Israël tẽporibus Saulis. Miphiboset & Absalonis. Si, inquit, hostes superarem, ipse Israël bellum ciuile finiret.

☞ GLOS-

MORALITER.

1 *Oculi mei.* Hìc petitur liberatio à pressuris, ad habendum quietiorem contemplationem, & suauiorem degustationẽ, ideo dicitur, *Oculi mei semper ad Dominum*, sicut existẽs in periculo ad saluatorem suum, ideo subditur,

2 *Quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me & miserere mei, quia vnicus & pauper*, id est, impotens respectu multitudinis dæmonum, & satellitum suorum: ideo subditur,

7 *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt*, per tentationes dæmonum, & persecutiones hominum malorum,

8 *De necessitatibus meis erue me*, id est, de angustijs meis.

9 *Vide humilitatem meam*, interius.

10 *Et laborem meum*, exterius.

11 *Et dimitte vniuersa delicta mea*, propter ista, quæ patior sine causa.

12 *Respice inimicos meos* ad reprimendum eos:

15 *Custodi animam meam*, ab eorum insidijs,

17 *Non erubescam*, victus ab eis.

19 *Innocentes & recti adhæserunt mihi*, compatiendo.

21 *Libera Deus. Israel*, id est, populum tibi deuotum.

22 *Ex omnibus tribulationibus suis.* spiritualibus & corporalibus, vt seruire possit magis quietè & deuotius.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Psalmus.* Cas. Psalmus iste monet vitari consortia iniquorum, iungi iustis: quia ex conuictu mores formantur.

✠ Theodor. hic ante præcedentem scriptus videtur, cùm Saulē fugeret: quia virtutes proprias percurrit, desiderátque scopulosa certamina sub verbis, *proba me Domine*.

PSALMVS XXV.

B b *Vdi.* Augusti. quia post misericordiā habeo innocētiæ meritū, cuius viam custodiui. Nec tamen sic in me, sed in Deo sperans permanebo. Quia verò quasi boni nolūt inter malos esse, schismatici & peiores sunt, & vt paleæ iam ante ipsam ventilationem à vento superbiæ rapiuntur.

† deficiam, (vacillabo.) †examina. (explora, vt metalla explorantur)

†24. q. 3. c. in quibus. †viris mendacibus.

Cass. *Iudica.* non est præsumptio iusti sed certitudo misericordiæ Dei quod ibi ostendit in Domino sperans; deinde, non infirmabor.

c *In innocentia.* Avgv. non angelorum, sed qualis est hominū.

d *Proba me.* Cas. id est. prius vires inspice, & tunc vt ferre valeo, tentari permitte. Avgv. Sed ne quid occultorum meorum lateat me, iudica me, non tibi, sed mihi: & omnibus adhibens purgatorium delectationibus & cogitationibus: quia ne illo igne consumar, nō merita, sed misericordiā, quæ talē me fecit, attēdo.

Cas. *Proba me.* Tu verò proba in tentationibus, ne quid delicti remaneat. Aliter negligentes essemus; tentat Deus vt erudiat; diabolus vt seducat; homo vt discat, quod nescit. Avgvstin. Hîc perfectus precatur tribulationes, ne quis de eis murmuret.

e *Vre renes.* Avg: Igne verbi tui, *cor* calore spiritus. *Cor* pro cogitationibus, *renes* pro delectationibus.

✠ Basil. Renes & cor sunt cogitationes.

f *Misericor.* Cass. Quæ non sinit tentari super vires, vel ipsa vstio est misericordia non asperitas.

g *Complacui in ver.* Avgv. cui displicet mendacium suum, & placet ipse cum illa, & in illa.

h *Non sedi.* Cass. *complacui* in veritate quia non sedi. *Odiui*, quod est vitare mala. *Et lauabo*, quod est agere recta.

i *Vani.* Cas. *Vani* qui de caducis rebus laborant; impij hæretici, qui scripturas peruertunt: illi superflua querūt, hi venenosa.

✠ Theodor. Significat se apud alienigenas vsum, cum quibus ob fugam sit habitare coactus, nunquam tamen impietatis & iniquitatis illorum particeps.

✠ Basil. alienigenas, Philistæos intelligit.

E †perfectione mea ambulaui.

F †ambulabo

†occultantibus se sub vt malè faciant, vel versutis.

a ¶ Attribuitur. ¶ Cass. perfecto viro, qui dicit, se non habere partem cum iniquis, & petit ab eis discerni.

Psalmus Dauid XXV.

a ¶ Aug Discerne à malis qui simul nobiscum sunt in ecclesia, ne simul eamus in ignem æternum. b ¶ Quare.

1 Vdica me Domine, quoniam ego in † in-
2 a ¶ Aug. non est elatio, sed non ingrati confessio. b ¶ Viam morum, vel inter peccatores c ¶ Aug. aliter inter malos tituba-ret, quod & si cadunt, iste stat; qui non in eis, sed in Deo sperat.
3 nocentia mea ingressus sum, & in Domino
4 a ¶ Inter peccatores.
5 sperās non † infirmābor. Proba me Domine
6 a ¶ Ne quid mali delectet. b ¶ Ne quid mali cogitem.
7 & tēta me, † vrē renes meos & cor meum. Quoniam miseri-
8 a ¶ Augustintus, vbi vides non timeo: sed displiceam, vbi homines vident. ¶ Me delectent bona: quāsi quis se in speculo videat.
9 cordia tua ante oculos meos est, & † cōplacui in veritate
10 a ¶ Et. ¶ Aug. cor non apposui illis qui prouident beati fieri in transitorijs: quæ est causa omnium iniquitatum. ¶ Non consensi, & si intraui. b ¶ Tractatum malorum vitaui: facta non incepi. ¶ Conscientiam non habebo.
11 tua. † Nōn sedi cū † cōsilio vanitatis: & cū † iniqua gerētibus

---

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XXV.

1 Vdica me. *Huic psalmo præmittitur talis titulus in Hebræo:* Dauid, *nisi quod præmittitur litera lamech, ad designandum quod Dauid est datiui casus. In translatione Hiero. iuxta Hebraicum nihil præponitur. Patet autem sententia huius tituli ex psal. præcedēti. Dicunt autem aliqui quod Dauid fecit hunc psalmum, fugiens persecutionem Saulis, & petens ab eo liberari: vnde infrà dicitur,* Ne perdas cum impijs Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meā. *De materia tamē huius psalmi determinata non inueni aliquod notabiliter dictū: propter quod saluo meliori iudicio videtur mihi quod iste psalmus sit exponendus de statu Dauid, quando post mortem Saulis de responso Domini intrauit regnum manens in Hebron cum adhærentibus sibi, vt habetur ij. Reg. Et quia sola domus Iuda sequebatur ipsum Dauid, reliquus autem populus erant cum Isboseth filio Saul, ideo Dauid orauit, vt status prosperaretur. Igitur secundum hoc psal. iste diuiditur in duas partes: quia primo Dauid petit se prosperari in bonis; secundo præseruari à malis, ibi:* Ne perdas cum impijs. *Prima in duas, quia primo petit prosperitatem in statu regni: secundo in cultu Dei, ibi,* Lauabo.

Circa primum dicit sic Dauid: Iudica me Do. *id est, causam regni termina pro me.*

2 Quo. ego in innocentia. *id est absque præsumptione & ambitione.*

3 Ingre. sum. *regnum per tuum responsum.*

4 Et in Do. spe. *secundum quod dicitur ij. Regum iij. Dauid proficiens semper seipso robustior, domus autem Saulis decrescens quotidie. Et quia innocentia Dauid de ingressu regni non erat omnibus nota, ideo petit eam manifestari, dicens:*

5 Pro. me. *Probatio autem & tentatio ad hoc ordinatur, vt aliquid ignotum manifestetur ipsi tentanti: & sic homo tentat alium. Deo autē nihil est ignotū: & ideo non tentat, vt sibi aliquid manifestetur, sed alijs sicut Genesis xxij. dicitur.* Tentauit Deus Abraham &c. *quia per hoc quod ad præceptum Dei paratus fuit filium immolare, notum fuit alijs bonum obedientiæ suæ, secundum quod plenius dictum fuit ibidem. Et hoc modo petijt Dauid se tentari à Domino, vt eius innocentia fieret alijs manifesta, vt sic libentius se ei subijcerent: & sic factum fuit, quia per hoc quod Dauid in morte Abner fleuit, & ieiunauit, cognouit populus eius & Israel vniuersus, quod non fuisset interfectus de scitu eius. secundum quod habetur ij. Regum iij. g.* Et cognouit omne vulgus & vniuersus Israel in die illa, quoniam non actum fuisset à rege, vt occideretur Abner. *Similiter per hoc quod non fuit lætatus de morte Isboseth regis, sed magis interfectores eius morte puniuit, vt habetur ij. Regum iij. notum fuit omnibus, quod non ex ambitione vel præsumptione quærebat regnum: sed ex diuina ordinatione: propter quod statim subditur ca. v.* Quoniam vniuersæ tribus Israel venerunt ad eum in Hebron, vt vngerent eum regem. *Et quia ad perfectam innocentiam requiritur munditia cordis & corporis, ideo subditur,*

Probatio. Tentatio.

6 Vre renes meos, *præseruando me à peccatis carnalibus.*

7 Et cor meum, *præseruando me à peccatis spiritualibus.*

8 Quoniam misericordia tua ante oculos meos &c. *ipsam iugiter meditando.*

9 Et complacui in veritate tua, *in ipsa delectando: ideo. supple,*

10 Non sedi cum con. *cum hominibus præsumptuosè incedere volētibus quærens ab eis consilium de modo intrandi regnum.*

11 Et cum iniqua, *id est, cum Ioab & Abisai & eorum complicibus, qui iniquè interfecerunt Abner.*

✠ 1 Odiui

MORALITER.

† 1 *Iudica me Domine; quoniam.* Psalmum istum literaliter exposui de statu Dauid, quando post mortē Saul in Hebron ascendit, & cœpit regnare super tribum Iuda: quamuis eius aduersarij adhuc essent in multitudine magna.

Moralit. autem exponi potest de quolibet fideli ad ætatem adultam veniente: tunc enim debet regnum suum incipere, bene regendo motus animæ. Et quoniam in hoc difficultatem patitur, rogare debet Dominum vt ab eo dirigatur: & primò vt prosperetur in bonis, secundò vt præseruetur à malis, ibi, *Ne perdas &c.* Circa primum dicit, *Iudica me Domine*, iudicio approbationis.

2 *Quoniam ego in innocentia mea, ingressus sum,* id est, vsque nunc innocenter vixi in ætate puerili.

4 *Et in Domino sperans non infirmabor*, id est non infirmer peccato mortali. Hebræi namque pro optatiuo vtuntur futuro indicatiui.

5 *Proba me Domine & ten. me.* alijs ostendendo meam innocentiam, non ad propriam laudem, sed ad tuam gloriam & proximi ædificationem. Et subditur modus, cùm dicitur,

6 *Vre re.* reprimendo motus concupiscibilis,

7 *Et cor me.* id est, motus irascibilis: nam ira est accensio sanguinis circa cor.

8 *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est*, tanquam tota fiducia mea.

9 *Et complacui in veritate.* ipsam sequendo; ideo subditur,

10 *Non sedi cum con.* id est, superbis,

11 *Et cum iniqua gerentib.* id est, cum iniquis & rapacibus.

† MORA-

☞ a *Malignantium.* Cas. qui mala proximis agunt.
A b *Lauabo.* Avg. pœnitendo. *Et altare,* mentem virtutibus ornabo; vel fidem: quia non est locus veri sacrificij extra catholicam ecclesiam.
c *Inter innocentes.* Avgvs. Conuersans; *Vt audiam* ab eis, id est vt discam qua voce sis laudandus; vel, *vt audiam:* Venite benedicti patris mei.
† Odio habui congregationem malignorũ † cœtum, cõgregationẽ
† Theodor. Vel innocens, & nihil cõmune cum eis habens. Hîc Pilatus cum parricidij ludæorum participeps esse nollet, manus lauit: reipsa negotij fugam ostendens.
† in innocentia, puritate.
B † circũibo † audire faciam. i. vt te laudem.
d *Vocem laudis* Spiritussancti, qui docet laudare te.
e *Domi.* Cas. Petit ne malis in iudicio misceatur: quia non eis, sed concordat domui Dei.
f *Dilexi decorem.*
C Cas. Hęc ideo faciã, quia dilexi me facere decoram domum tibi, & locum, quo gloriosè habites; vt de gloria & essentia Dei aliquid capiam.
† ambulaui.
i ✠ Basil. & Theod. k Pro *decore* Symmach. *adytum*, posuit, pro *Viris sanguinum, viros parricidas. Tabernaculum* verò, *domum* nuncupauit, nõdum enim domus constructa erat.

a ¶ Aug. nec incipiam, etsi sim inter eos. b ¶ Sed. ¶ Non satis est vitasse. c ¶ Aug. congregationem quæ fit vt veniatur ad consilium vanitatis. ¶ Etsi de nobis sunt.

a nõn introibo. † Odiui † ecclesiam malignantium, & cum
a ¶ Placitum non habebo. ¶ Sed. b ¶ Munda faciam opera mea. c ¶ Aug quibus amplexabor sublimia tua.
b impijs nõn sedebo. Lauabo † inter innocentes mãnus meas,
c a ¶ Aug vbi Deo vota offeruntur. ¶ Hier. altare cæleste quo sacerdos Christus pro nobis introiuit, vt audiam vocem laudis, quæ canitur ab Angelis. f. Sanctus, sanctus sanctus. b ¶ Aug discam quomodo te laudem, non ex ipso bono de me præsumam.
d & † circundabo altãre tuum Domine. Vt † audiam vocẽ laudis
a ¶ Aug. cum didicero exponam alijs. b ¶ Non mea. c ¶ Et. d ¶ Aug. in sanctis: et si adhuc ecclesia habet malos.
e
f dis, & enãrrem vniuersa mirabilia tua. Domine dilexi † decorem
¶ Bonos actus. a ¶ Ipsum decorem domus tuæ dilexi. b ¶ Arcanum pectoris. c ¶ Aug. vbi habitans glorificaris, vt non sibi, sed tibi detur gloria. & ideo non simpliciter habitationis, sed vbi habitat gloria. d ¶ Aug. ergo quia dilexit retribue. ¶ Non nocebit malorum commixtio: quia non erat Deus in iudicio.
g domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Nẽ † perdas
¶ Qui te odiunt. a ¶ Aug quæ dilexit decorem domus tuæ, ¶ Aug Nam duobus præceptis domus tua decoratur. b ¶ Cas. qui proximum oderunt. c ¶ Cass. qui carnaliter viuunt.
cum impijs Deus animã meam, & cũm viris sanguinũm
a ¶ Aug. quorum opera sunt iniqua. b ¶ Cass. Q. quod eis datum est ad accipienda æterna, conuertũt ad seculi dona, æstimantes quæstũ esse pietatem.
h vitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt, dẽxtera
a ¶ Aug pecuniæ, laudis, timoris, iniustæ misericordiæ: sed beatus qui excutit manum ab omni munere. b ¶ Illi muneribus, ego diuitijs innocentiæ.
eorum repleta est munẽribus. Egõ autem † in innocentia mea
a ¶ Aug. valeat mihi ad perfectionem liberationis, pretium tanti sanguinis. ¶ Aug. non deserat misericordia tua in huius vitæ periculis. b ¶ Aug. dilectio mea non recessit à iustitia tua.
i † ingressus sum: redimẽ me, & miserere mei. Pes meus stetit
a ¶ Quia multæ in mundo. b ¶ Aug. dilectioni tuæ adiungo dilectionem proximi: non occultabo eis, quos vocasti, benedictionem tuam, vt per me benedicaris. c ¶ Non me.
in † directo, in ecclesijs benedicam tẽ Domine.

g *Ne perdas.* Cas. Et si modò simul esse pateris, ne simul perdas. D Cas. Ne perdas in futuro *Cũ impijs*, quibus hîc nõ communico. Avgvst. In area præ palea non videntur à longe grana: sic & opinio est abundante iniquitate multorum, nullum esse bonum; quæ fuit in Elia, quando dixit, *Domine relictus sum solus.*
h *Dextera eorum.* Avgvst. id est, si quid † boni agũt, pro muneribus faciunt; vel, dextra, ratio eorum præsentibus bonis remunerata est, ego ecõtra: & ideo redime; vidit iste pretium sanguinis Christi, quo mundus E redimitur. Et ideo ait, *Redime me, & miserere mei:* misericordia in omnis comitetur, quod debes, quia.
i *Pes.* i. affectio, quæ facilè labi solet, *stetit* † eõsumma vel iungas cum peccatoribus. immobilis cõtra ónia scãdala, tẽdens vltrà, & perfistens *in directo.* Et quia sic redimis in ecclesijs, benedicam.
k *Stetit.* Cass. Etsi F vndique cõcussus, vel confusus scandalis.
† innocenter ambulabo, id est, viuam. In Hebræo est, ego in integritate incedo.
✠ Basil. & Theod. Spondet in omnibus, totius orbis ecclesijs per psalmorum historiam laudare Domi-
17 nũ, propheticis oculis orbis mutationẽ prævidens: habuit autem finem vaticinatio; nã in omni terra & mari per piorum linguas, Dauid Deum decantat.

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Odiui ecc. malignã. *scilicet Rechab, & Baana, qui erant principes latronũ, & insidiose occiderunt dominum suum Isboseth, ij. Reg. iiij.*
2 Et cũ impijs. *Quia talibus non fauit, sed magis eos interfici iussit.*
3 Lauabo. *Hic consequenter petit prosperitatem in cultu Dei, dicẽs,* Laua. *id est, vtinam lauem. Hebræi enim non habent modũ optatiuũ, sed vtuntur pro eo futuro indicatiui. Per* manus *autem designantur opera, eo quod manus est organum organorum, vt dicitur iij. de Anima; per hoc autem petit Dauid sanctitatẽ vitæ, quæ requiritur in cultu Dei, ideo subditur,*
4 Et circunda. al. *id est, veniam ad offerendas oblationes & sacrificia: tamen per sacerdotes ad quorum officium spectat talia offerre.*
5 Vt audiam vo. &c. *Quia in talibus oblationibus Leuitæ cantores cantabant diuinas laudes.*
6 Et enarrem vni. &c. *id est, faciam enarrari per Leuitas. q. Dauid fecit cãtica à Leuitis decantãda, vt habetur j. Pa. xvj. & j. Esdræ iiij. h.*
7 Domine dilexi deco. *propter hoc enim adduxit arcam testamenti in Ierusalem iuxta domum regiam, vt haberet cultum Dei prope se: fecit eam introduci intra tabernaculum, quod ei tetenderat, & præparauerat magnificè, vt habetur j. Paralip. xv. Et voluit ei etiam ædificare domum cedrinam, vt habetur j. Paralip. xvij. sed Dominus fecit hoc ædificium retardari vsque ad tempus Salomonis filij sui. Dauid tamen præparauit impensas, vt habetur j. Paralipome. xxix. Et dedit Salomoni descriptionem templi & omnium ædificiorum & vtensilium.*
8 Et locum &c. *id est, locum, qui vocatur sanctum sanctorũ, in quo erat arca testamenti, & propitiatorium, quod erat quasi sedes Dei, sicut plenius exposui. Exodi xxv.*
9 Ne perdas. *Hic consequenter Dauid petit præseruari à malis, dicens:* Ne perdas, *id est, perdi permittas.*
10 Cum impijs. *id est, cum male se habentibus erga Deum. Pietas enim est diuinus cultus: & ideo impietas diuino cultui opponitur.*
11 Et cum vi. san. &c. *id est cum hominibus male se habentibus ad proximum, sicut sunt homicidæ & raptores, qui dicuntur viri sanguinum, id est, multi sanguinis effusores, cuiusmodi sunt raptores de alieno labore & sanguine viuentes.*
12 In quorum ma. &c. *quia semper parati sunt iniquè agere.*
13 Dextera &c. *id est, pro quibus innocentes condemnauerunt seu vexauerunt, seu interfecerunt.*
14 Ego autem. *In fine psalmi repetit innocentiam suam circa ingressum regni, quam allegauerat in principio, sicut frequenter fit in canticis, in quibus principium repetitur in fine: veritatem quia præsentem vitam non transit aliquis sine culpa aliqua, ideo subditur:* Redime me & miserere mei.
15 Pes meus &c. *id est affectio mea.*
16 Stetit in di. *appetens rectitudinem iustitiæ.*
17 In ec. benedi. *de beneficijs mihi collatis à te. Moraliter posset exponi psal. iste de quolibet fideli, qui veniens ad ætatem adultam, debet regnum suum ingredi, bene regendo motus interiores & actus exteriores. Et quia propter pronitatem sensuum ad malum patitur difficultatem circa regni huius statum: ideo debet Deum solicitè deprecari, vt prosperetur status sui regni ad laudem & cultum nominis diuini.*

MORALITER.

† † *Non intro.* ipsos imitando.
1 *Odiui ec.* Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem per alia verba.
3 *Lauabo inter inno. ma.* Cum proximo iustè viuendo & deuotè cum Deo. ideo subditur.
4 *Et cir. al. tu.* oblationes offerendo.
5 *Vt audiam vo. lau.* officij diuini.
6 *Et enarrem.* deuotè orando, & propter ista subditur.
7 *Do. dilexi & c. Ne perdas* &c. Hîc pertinet à malis preseruatio, cùm dicitur,
9 *Ne per. cum imp.* id est, perdi permittas, cum homicidis.
11 *Vt. m. In quo ma.* Nam pro muneribus faciunt iniqua.
14 *Ego au.* Repetitio est eius quod positum est in psalmi principio, sicut in cantilenis solet fieri, quia quædam cantica sunt ipsi psalmi.

Et enarrem

GLOSSA ORDINARIA.

a a *In finem.* Aug. Cassio. Primò Dauid electus à Samuele vnctus est in domo patris; Secundò in Hebron, & regnauit ibi super tribum Iuda septem annis; Tandem Saule iam regni detrimentum patiente, & suis intereuntibus, vnctus est in regem totius populi: sed duæ extremæ pro vna reputantur; post primã hostes habuit, his imperfecta cadentibus b vnctione securè regnauit: Sic Ecclesia post baptismum, quæ B est prima vnctio, habet hostes: in dissolutione corporis pereũt. c Aug. Olim duæ personæ vngebantur, rex d & sacerdos, in quibus figuratur vnus Christus rex & sacerdos. Nos autẽ sumus corpus Christi, & in eo Christi. i. vncti. Nobis ergo est vnctio modò in sacramento, quo C præfiguratur quid futuri sumus: & ideo dicitur, *Priusquam liniretur*, vnde in sacramẽto gemens & laborans; vt in re gaudeat.

* Theod. Hanc inscriptionem in Hexaplo non inueni, verũ in aliquibus exemplaribus: hinc ansam nonnulli arripuerunt reijciẽdi omnes inscriptiones, tanquam non veras; quomodo aiũt, fieri potest, vt Dauid nõdum vnctus, qui nec adhuc Spiritussancti gratiã acceperat, prophetica psal. scripserit. Oportebat autem illos scire, Dauid ter inunctum fuisse, Primo in Bethleem à vate Samuele: Iterum in Hebron à tribu Iudæ post Samuelis mortem. Tertiò ab omnibus tribus post mortem Miphiboseth. Cùm igitur Saulem fugiens ad Abimelech accessit, delatus à Doeg Idumæo hunc cecinit. D 1. Reg. 19 2. Reg. 2 2. Reg. 5

PSAL. XXVI.

a ¶ Futuræ consummationis. b ¶ Attribuitur. c ¶ Cuilibet fideli. d ¶ Id est, agenti de hoc, quod est ei ante perfectam vnctionem, antequam hostes habet. ¶ Secundò.

In finẽm Psalmus † Dauid priusquam liniretur XXVI.

a ¶ Habitans in me. b ¶ Aug. contra tenebras. ¶ Post hanc vitam. ¶ Secundum animam. c ¶ Contra infirmitatem. ¶ Aug. Q. & notitiam sui dedit, & salutem.

Dominus † illuminatio mea, & salus

a ¶ Quia nullus potest contra eum. b ¶ Aug. omnes impetus & insidias repellit

mea, quẽ timẽbo? Dominus † protector

a ¶ Aug. quem vel quid trepidabo; qui persequuntur cadunt, nec tollunt nisi carnes, illis finitis ero spiritus, hoc est, dum appro. &c.

vitæ meæ, à quo trepidabo? Dũm † appropiant super me nocẽtes, vt edãt carnes meas. Qui tribulãt

c ¶ Aug. non solum qui videntur amici blandis, sed & iam inimici manifesti, ¶ Etiam.

a ¶ Ex odio. b ¶ Aug. in eo quod mala defendebant, vt iam credant meliora. c ¶ Accepta tanta fiducia si deinceps.

me inimici mẽi, ipsi † infirmãti sunt, & ceciderũt. Si cõsistãt

a ¶ Aug. contradicentium conspiratio. b ¶ Vt ad eos transfugiam. c ¶ Ratio restituta. d ¶ Subitò, vel in immensum crescat.

aduersum me cãstra, non timebit cor meum. Si exurgat ad-

vertit Deus in melius, vt maledico dente non me, sed carnalia desideria consumant. Vel *edant*, id est, delectetur in morte mea crudelitas inimicorum, *carnes*; animam non possunt.

f *Infirmati sunt.* Aug. Dum Christus carnem accepit nutantes facti, & post ex toto se fidei subdiderunt.

Cas. Vel, debilitati paulatim ad ruinam animæ peruenerunt.

* Theod. Hæc futurorum erant prædictiones.

g *Castra.* Cas. Molimina, prælium, conflictus.

☞ a *In hoc*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS XXVI.

1 Dominus il. *Huic psal. præmittitur talis tit. in Hebræo:* Dauid. *præponitur tamen litera* lamed, *ad designãdum quod est datiui casus. In translatione vero Hieron. nihil præponitur, sed absolutè dicitur*, Dauid; *& per hoc appa-*

Materia autẽ psalmi

ret autor psalm scilicet Dauid. De materia autem huius psalmi, & tẽpore, quo factus fuit; dicit Hieron. in prologo huius libri, quod Dauid fecit hunc psalmum post mortem Saulis, antequam vngeretur in regem: & secundum hoc non potest intelligi de vnctione, qua inunctus fuit à Samuele, sicut habetur 1. Regum xvj. quia illa inunctio fuit longè ante mortem Saulis. Post mortem vero Saulis bis fuit inunctus, primo super tribum Iuda, vt habetur ij. Regum ij. Secundo super totum Israel, vt habetur v. Regum v. De qua tamen istarum duarum vnctionum factus fuerit hic psalmus Hieronym. non dicit: videtur tamen quod factus fuerit hic pro secunda: quia prima fuit particularis & secundum quid. ista autem generalis, & simpliciter. Dicunt autem Hebræi, & est satis verisimile; quod, quando Deus promouet aliquem ad aliquam dignitatem, datur sibi gratia, per quam conuenienter possit exequi illam, & hoc, nisi promotus ponat sibi obicem: propter quod Dauid ad illam vnctionem deuotè se præparauit, & hunc psalmum fecit. Et diuiditur in tres partes, secundũ tria petita à Dauid, necessaria ad exequendum debitè regiæ dignitatis officium. Primũ est contra aduersarios constantia; Secundum est circa diuinam cultum diligentia, quia per ipsum reges regnant; Tertiũ est in bonis perseuerantia, sine qua alia sunt inutilia, secundum petitur ibi, Vnã petij à Domino; *tertium ibi*, Adiutor meus esto. *Circa primum dicit Dauid*, Dominus illuminatio mea, *id est in cognitione agendorũ, quæ maximè maximè requiritur in rege.*

2 Et salus mea, *in periculis bellorum.*

3 Quem timebo, *timore filialis reuerentiæ.*

4 Dominus protector &c. *contra hostes.*

5 A quo trepidabo? *Quando enim hostes veniunt contra aliquem regem debet formidare, ne hoc Dominus permiserit propter suam culpam: ideo subditur,*

6 Dum appropiant super. *id est mihi & populo meo nocere volẽtes.*

7 Vt edant, &c. *id est, edi faciant à feris & auibus,*

8 Carnes me. *id est, populi mei interficiendi. Et quia Dauid ex contritione aduersariorum suorum diuina virtute iam facta, confidebat de futura, ideo dicit,*

9 Qui tri. me. *tribulauerunt de præterito: quia in libro psalmorum, qui cõpositus est metricè, ratione metri frequenter ponitur tẽpus vnum pro alio. Et quia loquentes ex magno affectu frequenter mutant modum loquendi de præterito in futurum, & è contra. Hic autem liber factus est per modum orationis, seu diuinæ laudis, in quibus requiritur affectus deuotionis.*

10 Ipsi infirmati. *scilicet Saul & Doeg, & Isboseth, & cõplices eorũ.*

11 Si consistant, *de futuro.*

12 Non time. cor me. *confidens ex diuino adiutorio, sicut innuit de præterito: ideo subdit:*

13 Si exurgat. *sicut factum est post inunctionem prædictam, vt habetur ij. Regum v.* Audierũt ergo Philisthijm, quòd vnxissent Dauid in regẽ super Israël, & ascẽderunt vniuersi vt quærerẽt Dauid. *Et sequitur ibidem*, Et cõsultauit Dauid Dominũ dicẽs: Si ascendam ad Philisthijm, & si dabis eos in manu mea? Et Dominus dixit ad Dauid: Ascende; quia tradens tradã tibi Philisthijm in manu tua.

1 Vnam

MORALITER.

† 1 *Dom. il. &c.* Hũc psal. fecit Dauid, quando debuit inungi rex super Israel vniuersum. ij. Reg. v. Moral. autem potest esse oratio præparantis se ad suscipiendum vnctionem pontificalem vel regiam deuotè, in qua tria petuntur, sine quibus nullũ regimẽ potest bene procedere: scilicet, constantia cõtra malignos insultus; diligẽtia diuini cultus, ibi, *Vnã petij à Domino, &c.* perseuerãtia in bonis actibus ibi, *Adiutor meus esto &c.* Circa primũ dicitur:

† *Dominus illuminatio mea &c.* non formaliter, sed effectiuè, dando rationi lumen naturale, & superaddendo lumen gratiæ.

2 *Et salus mea &c.* obiectiuè. Salus enim æterna est beatitudo, cuius obiectum est Deus.

3 *Quẽ timebo.* timore filiali, qui psalmo decimo octauo dicitur, *Timor Domini sanctus permanẽs in seculũ seculi*: nõ sic quod beati timeãt incurrere culpã; sed quia habent ad Deũ reuerẽtiã filialẽ.

4 *Dominus protector vitæ meæ &c.* corporalis, & spiritualis. *A quo trepidabo? Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas &c.* Tunc enim debet homo timere, ne Deum offenderit, propter quod ipsum impugnari permittat.

9 *Qui tribulant me inimici mei, &c.* id est, dæmones, qui in malo sunt obstinati. Omnes enim homines, etiam mali, dum viuunt, sunt ex charitate diligendi.

10 *Ipsi infirmati sunt*, nam à tempore passionis Christi potestas eorum est restricta.

† *Et ceciderunt*, nam per viros sanctos frequenter leguntur deuicti & à corporibus expulsi.

11 *Si consistant aduersum me castra*, id est, societates dæmonum, sicut de sanctis angelis dicitur Genes. trigesimo secundo a. *Castra Dei sunt hæc.* 12 *Non timebit cor meum*, quia munitus sum.

13 *Si exurgat aduersũ me prælium*, id est, actualis tẽtatio dæmonum.

1 *In hoc*

☞ a *In hoc ego.* Avg. habeo ſpem victoriæ in Domino remunerationis æternæ.

b *Vnam petij.* Avg. hæc vna domus æterna, in qua ſemper maneatur, vbi æterni dies; cur ibi? vt contempler delectationem Dei, quod eſt verum bonum.

✻ Basil. & Theod. Vnam, gratiam, videlicet; ſic enim intelligēdum eſt, & accepit: Nam arcam reduxit, tabernaculum admirabilius conſtruxit, & pſallētium choros inſtituit.

B

†quærā. vel & inquirā in templo eius. †abſcōdet.

c *Omnibus diebus vitæ meæ.* Avg. vt quamdiu viuo, nulla aduerſitas me excludat ab vnitate fidelium. *Vt videam vo.* quam videt, qui præcepta intelligit. *Et viſitem*, mente, etſi non oculis. *Templū eius*, corpus Chriſti. Vel *viſitem* te. e. me faciam tēplum, quod potero, quoniam abſcondit. Vel, in domo, non manufacta, vbi nihil mali. *Vt videam vo.* Domini, ſicut eſt: ibi enim volūtas Dei in homine plenius quā

†Qui ſunt in circumiſibus meis.

C hic. vnde, *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra. Et viſitem*, id eſt, cum deſiderio & frequentia videam *templum*, id eſt, Ieruſalē cæleſtem, vel humanam eius naturā; quod hac fiducia peto, *Quoniam abſcondit*, nē videret à quærentibus: vt figuraliter Dauid, cùm fugeret Saulem, abſcondit ſe in latibulis ne videretur. Tabernaculum deitatis, caro Chriſti, in qua per fidem & ſpēm me occultat: vnde, *Nunc vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. In abſcondito taber.* in ſecreto diuinitatis, vbi ſemper eſt animus iuſti. *In petra*, id eſt, ad ſimilitudinem imperatorum loca ſuis militibus prouidentium: ita, *In petra*, in firmitate virtutum; vel in Chriſto. *Exaltauit*, ſecundum promotionem de virtute in virtutem, & quaſi extra homines fecit. *Et nunc* ante tempus incarnationis mentē exaltat ſuper vitioſos appetitus; vel *nunc*, dum dies malorū eſt, ita illuſtrat mentē, vt præuideā malorum damnationem: pro his beneficijs gaudium ſuum ſubdit, vnde item certus, poſt hæc omnia, *Circumiui*, id eſt, omnia beneficia memoriæ dādo pertractaui, & non ingratus, *Immolaui*, & de reliquo, *Cantabo* iucunditate contēplationis. *Et pſ. di.* id eſt, opus manifeſtabo.

d *Vt videam.* Avg. Alia litera, *vt contempler delectationem Domini & protegar à tem. eius*, id eſt, eo fine, vt demum appareat mihi ſpecies deſiderabilis, quam videam facie ad faciem: & induar immortalitate, effectus templū eius; hæc ideo in fine præſtat, *Quoniam abſcondit.* & ideo non temerè peto *vnam*, etſi peccator.

†Vnū petij a Domino illud. †omnes dies.

e *In abſcon.* Avg. quaſi multæ partes ſunt eius forinſeca: & penetrale; nos ſimus forinſeci, ipſe ſacerdos eſt abſconditum tabernaculum, in quo vita noſtra abſcon. eſt Chriſtus, quem mox vocat petram.

†pulchritudinem, amœnitatē.

f *Circumiui.* Avg. Quia mihi ſe præbuit ducem, ego me ſibi militem. *Circumiui*, ad ſimilitudinem militis, necubi ſit aditus hoſti: vel, exquiſiui mētem meam, vt omnes voluntates eius implerem.

†pſallam.

Hier. vel circumſpexi omnia creata, vel exempla ſanctorum.

Avg. circumiui, animo omnia creata; & dicunt, Deus me fecit: & in his tanta laus inuenitur Dei, quæ verbis non poteſt dici. F Vel, conſideraui fidem orbis terrarum, in qua caput exaltatū eſt ſuper inimicos, quod eſt honor eccleſię in eo exaltatæ. In ipſo *tabernaculo eius immo. ho. vo.* Per hęc omnia certus petij, & petam: & tu *exaudi*; de vna illa quanto plus accepit, tantò ardentius appetit.

g *In petra exaltauit &c.* ✻ Theo. hic tempus mutatum eſt, hoc autem & Aquila docuit, nam pro exaltauit, *exaltabitur*, poſuit.

✻ Basi. Vociferatio, ἀλαλαγμὸς, vox eſt hoſtilis, ab illis emiſſa, qui cæteris ſunt ardentiores. Eiuſmodi verò eſt hymnodia: Eſt enim vox lætantium ac Deum laudantium.

h *Exaudi Domine vocem meam &c.* Cas. Quis labor, quis gemitus. Oratio ante ſecundam vnctionem, vt poſſit haberi, quam & ſibi prophetiæ ſpiritu promittit.

☞ ✻ Theo-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Vnam. *Hic conſequenter Dauid petijt circa diuinum cultum diligentiam, dicens*, Vnam, *ſcilicet rem.*

2 Petij à Do. *præ cæteris:*

3 Hanc requiram, *deprecando Dominum perſeuerantèr pro obtentu ipſius; quia ad hoc quod petitio ſit exaudibilis à Deo, non ſolum requiritur, quod ſit pia, & pro ſe ſicut iſta; ſed etiam quod ſit perſeuerans, & quæ ſit dicta petitio, dicitur:*

4 Vt habitem in domo Domini omnibus diebus, &c. *id eſt, quod domus habitationis meæ ſit prope locum cultus diuini.*

5 Vt videam, *id eſt, ſciam.*

6 Voluntatem Domini. *Quia ibi dabantur diuina reſponſa.*

7 Et viſitem tem. eius. *ad adorandum ibidem frequenter, & offerēdum. Et dicit* templum, *quia habuit propoſitum ædificandi ipſum, vt dictum eſt pſal. precedenti. Et vna cauſa huius propoſiti ſubditur,*

8 Quoniam abſcon me. *id eſt. in ſui cultus loco, ſcilicet, quando fugiens Saulem, ipſum interficere volentem, venit in Nobe ad Achimelech ſacerdotem, & ibi accepit panem & gladiū, vt dicitur j. Reg. xxj.*

9 In die ma. *In Hebræo habetur:* In die peſſima, *eo quòd illa die ibi erat Doeg Idumæus, qui retulit Sauli hoc factum, ex quo ſecuta eſt occiſio ſacerdotum j. Reg. xxij.* 10 In pe. exal. me, *id eſt, in loco ſic vocato, quando Saul & viri eius cingebant Dauid & viros eius, in modum coronæ: ita quod Dauid deſperabat ſe poſſe euadere, & à Deo factum fuit, quod nuntius venit ad Saul, dicens:* Feſtina, & veni, quoniā infuderunt ſe Philiſtijm ſuper terra. Reuerſus eſt ergo Saul deſiſtens perſequi Dauid. *Et ſubditur ibi*, Propter hoc vocauerunt locum illum, petram diuidentem *j. Reg xxij. g.*

11 Et nunc exa. *Coronando me corona regni Iſrael pacificè & quietè.*

12 Circumiui *frequentando locum diuini cultus.*

13 Et immolaui, &c. *per ſacerdotum manus.*

14 Hoſtiam vociferationis, *Quia hoſtiæ offerebantur cum vociferatione diuinæ laudis, per cantores.*

15 Cantabo. *Quia ipſemet Dauid cantabat coram arca, ſecundum quod habetur ij. Reg. vj.* 16 Exaudi &c. *id eſt, orationem.*

17 Qua clama. ad te. *Orando ex magno affectu pro bono regni ſtatu, & tuo cultu, vt patet per prædicta.*

☞ 1 Tibi

MORALITER.

† 1 *In hoc ego ſperabo*, ſcilicet quòd vincam, cum Dei adiutorio.

2 *Vnam petij, &c.* Hic ponitur ſecundum, ſcilicet diligentia diuini cultus, cùm dicitur, *Vnam petij à Domino, &c.* Id eſt, vnā rem præ cæteris à Domino petij de præterito.

3 *Hanc requiram* de futuro; & quę ſit illa ſubditur:

4 *Vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vi.* ſcilicet quæ eſt eccleſia ad Dei cultum exercendum eum diligentia.

5 *Vt videam vo.* id eſt, cognoſcam, non ſolùm ſpeculatiuè, ſed etiam practicè: ideo ſubditur,

7 *Et viſitem*, ad orandum deuotè, & ad offerendum ſacramentum eucharistiæ.

8 *Quoniam ab.me.* in eccleſia per fidem & ſacramenta.

9 *In die ma.* id eſt, dæmonum, quando inuaſerunt me.

10 *In petra* id eſt, in Chriſto. 1. Cor. 10. a. *Petra autē erat Chriſtus.*

11 *Et nunc ex.* promouendo me ad pontificatum, vel regnum.

12 *Circumiui*, per frequentationem.

13 *Et immolaui h. v.* id eſt, euchariſtiam, quæ offertur cum laudibus diuinis: quam offerunt pontifices per ſeipſos; & principes per alios. Et quia ſecundum dictum ſaluatoris, Luc. xviij. a. *Oportet ſemper orare*, ſequitur, 16 *Exau. Dom.* Et quoniam oratio non debet eſſe vocalis tantum, ſed etiam mentalis; ſubditur:

☞ ✻ THEODOR. Mente cum verbis consentiente.

A a *Tibi dixit.* CASSI. *Cor*, ratio à te edocta tibi confabulatur de vna, non aliud quam doces pertractet.

b *Ne auertas.* AVG. Alius petit hîc bona temporalia à Deo, & de datis gaudet, hic non nisi *vnam.* Alius habens timet iratum, ne tollat ea; iste non putat iram, nisi si *auertat vultum*, etiam si quid in eo vindicet; nil diuinius poterat dicere.

† Propter te cor meũ dixit, requirite ô facies meæ vel mea, sub. dominum.

c *Ne declines.* AVG. Non in ira declinat, quãdo à peccatis faciẽ auertit; vel, *ne declines*, vt me labi finas in ira,

† declinare facias in irã id est, quòd punias: sed vt nostra infirmitas cautior fiat.

B ✻ THEOD. hoc autem ἐπισκοφχίσης με. *Ne proijcias me*, dixerẽ alij interpretes. Ab externo autem instituto LXX, hoc enim ἐσκοφχίσας, Iniuria quædam erat apud antiquos à quadam fabula facta.

C ✻ BASIL. ἐσκοφχίσας id est, ad coruos.

d *Salutaris meus, &c.* AVGVS. Quasi, frustra creasti & recreasti, si mortalem despicis; quod non debes, quia non mea propria, sed parentum culpa est: Adam & Eua miseriæ huic me exposuerunt; Dominus carne assumpta suscepit ad immortalitatem. Sic Dauid fratrum minimus à parentibus contemptus, à Domino est per Samuelem electus.

✻ THEOD. Fugiens enim Saulem longè à genitoribus degere coactus erat.

D

e *Quoniam pater, &c.* Fecit se paruulum Deo, ipsum fecit sibi *patrem:* quia iubet, vocat, condidit, & regit *Matrem*, quia fouet, continet, collactat & nutrit; sed seculũ pater vel diabolus, mater Babylonia, id est, societas impiorum.

1 † quæsiui vultũ tuum.

2

f *Legem pone mihi, &c.*

3

4 ✻ THEO. Aquila & Theodotion *Illumina*, dixerunt. Symmachus autem: *Ostende mihi viam tuam.*

† vultũ tuũ.

5

6 E

g *Tribulantium.* CAS. vt Saulis, & adiutorũ.

7 † dimittas.

8 *Testes* vt Doeg, & alij accusatores Dauid.

9 *Mentita*, vt dum dixerunt, sacerdotem Achimelech consilia dedisse contra Saulem; 10 & Deum pro eo consuluisse sibi ad dãnum.

† Doce me Domine viam tuam. F

11 Quia falsi.

12 ✻ THEOD. Aquila apertius. *Steterunt contra me testes falsi*, 13 *& apparuit iniustitia:* sic solemus dicere, Seipsum offendit, nõ me.

† hostes

14 † voluntati.

15 † falsitatis

h *Credo videre.* AVGVS. Sed inter omnia 16 pericula Deo dirigente, credo videre,

17 † mẽdaces, & locuti sunt iniquitatẽ.

i *Bona.* AVG. Bona, quæ sunt vera, æterna. Illi suadent beatitudinem in terra ista, quæ est morientium.

☞ a Expe-

a ¶ Cum merito misericordia tua sit. b ¶ De vna. ¶ In ea. ¶ Aug. desiderio non est finis & satietas.
c ¶ Aug. non me ostentaui hominibus, sed in corde, vbi solus audis, dixi. ¶ Quia.
d ¶ Cass. desiderium, quod Deo loquitur. e ¶ Non aliud extra te est.

a rère mei & exãudi me. † Tibi dixit cor meum, † exquisiuit tẽ

a ¶ Aug. præsentia mea tuam; vel pulchritudo, qua sum notabilis, tuam, quę est vna. b ¶ Quia huic inquisitioni perseueranter instabo. c ¶ Cas. tu autem ne auertas in futuro: quia non est in manu mea obtinere, quod peto. ¶ Vbi inueniam quod quæro.

b faciẽs mea: faciẽm tuam Domine requiram. Nẽ auertas † fa-

a ¶ Propter quod interim. ¶ Aug. ne te quærens, in alium incurram. ¶ Nihil aliud volo, vel timeo. b ¶ Sed. ¶ Cass. quia quando inueniã te, nisi adiuues? ¶ Quia quamuis ego liber, mihi in via positus non sufficio.

c ciem tuã à me, nẽ † declines in ira à seruo tuo. Adiutor meus

a ¶ Et in hoc. ¶ Inceptum non intermittas. b ¶ Aug. neque contemnat, quod mortalis æternum audeo quærere: quia tu Deus sanas plagam peccati.

d esto, nẽ derelinquas me, nẽque † despicias me Deus salutа-

a ¶ Regnum seculi, & ciuitas seculi, vnde natus sum. b ¶ Quærentem te, & contemnentem se cum id, quod quæro, dare non possunt.

e ris meus. Quoniam pãter meus & mater mea dereliquerunt

a ¶ Qui potest se mihi dare, & modo necessaria. b ¶ Igitur ad te sedenti. ¶ Aug. ne aberrantem disciplina tua deserat, hoc susceptus audet dicere. ¶ Aug. Iam ergo in via posito da correctionem quæ non sinat aberrare.

f me: Dominus autem † assumpsit me. † Lẽgem pone mihi Do-

a ¶ Christo, in quo lex est cum misericordia. b ¶ Vlterius. ¶ Quia non sufficit inchoare, cùm inimici, donec perueniatur, non quiescant. c ¶ In rectitudine angustiarum.

mine in viã tua, & dirigẽ me in semitã recta propter † inimi-

a ¶ Aug. ne sinas eos satiari de malis meis vt eis consentiam, & si carnem das in manus, vnde, Terra data est in manus impij, Iob. 9. c.

g cos meos. Ne trãdideris me † in animas tribulantiũ me, quo-

a ¶ Aug. hoc modo traderer, si essem falsus cum eis. b ¶ Aug. de me falsa dicentes, vt reuocentà te, quasi ab hominibus gloriam quæram. c ¶ Aug. suo mendacio delectata est, sed me non mouit.

niam insurrexerũt in me tẽtes † iniqui, & mẽtita est ini-

a ¶ Non mihi, vnde maior merces mihi. ¶ Omne peccatum in suum autorem redit.
b ¶ Sed ego. ¶ Qui & hoc prior passus est, & post glorificatus est. c ¶ Vbi nullus locus morientium.

h i quitas sibi. Credõ videre bona Domini in tẽrra viuentium.

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Tibi dixit cor meum. *Quia non solum orabat voce, sed & mente.*

2 Exquisiuit te facies mea, *id est, corporis exterior, & facies mentis interior.*

3 Faciem tuam, *id est, gratiam tuam. Et loquitur de Deo more humano, quia quando petens est sibi gratiosus, vertit faciem ad eum: quando autem displicet, auertit; ideo subditur,*

4 Ne auertas faciem. *Mihi tuam gratiam denegando.*

5 Ne declines, *Talis enim declinatio faciei apud homines, signum est hominis irati.*

6. Adiutor meus. *Hic consequenter Dauid petit perseuerantiam in bonis dicens,* Adiutor meus esto. *q. d. Sine tuo adiutorio nullum est opus bonum.*

7 Ne derelinquas, *Quia tunc non possem in bono stare.*

8 Neque despicias. *Illa enim quæ sic relinquuntur, despici videntur. Et subdit causam necessitatis prædicti adiutorij dicens:*

9 Quoniam pater meus, *id est, Adam & Eua dereliquerunt me expositum miseriis præsentis vitæ: quia per eorum transgressionem derivatur ad omnes homines originale peccatum, per quod habent pronitatem ad malum, & difficultatem ad bonum.*

10 Dominus autem. *Quia recurrentibus ad eum non denegat suum auxilium contra difficultatem ad bonum, & pronitatem ad malum. ideo subditur.*

11 Legem, &c. *Lex dicitur à ligando: dicit igitur,* legem pone mi. *&c. q. d. q. d. ita liga me lege naturali & diuina, vt non declinem à via regia mandatorum tuorum.*

12 Et dirige. *Per semitam, quæ est arctior, & rectior, intelligitur perfectio maior, quæ est supererogationis, quam Dauid desiderabat.*

13 Ne tradideris me in animas. *id est, voluntates malignorum spirituum mihi aduersantium.*

14 Quoniam insur. *Dæmones enim de iustorum innocentia requisiti falsum respondent, & contra eos allegant, sicut patet Iob j. quod Sathan requisitus à Domino de innocentia sancti Iob, falsum respondit, & contra eũ falsum allegauit di.* Nunquid frustra timet Iob Deũ, *&c.*

15 Et mentita est. *quia Sathan* mendax est, & pater eius, *id est, inuentor mendacij, vt dicitur Ioan. viij. f.*

Aliter exponitur ab aliquibus ab illo loco: Legem pone mihi Domine, *&c. quod est petitio Dauid petentis, vt à Deo sic dirigatur, quod à Saule, & eius complicibus non capiatur. Et quod subditur:* Quoniã insurrexerunt in me testes iniqui. *scilicet illi, qui ergò Saul falsò diffamabant Dauid, secundum quod ipse dicit j. Reg. xxiij. b.* Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduersum te? *Sed prima expositio magis consonat literæ præcedenti & subsequẽti, quæ loquitur de perseuerantia Dauid in bonis post mortem Saulis, propter quod ex tali perseuerantia, quam à Deo obtinere sperabat, concludit in fine psalmi.*

16 Credo videre, *electis repromissa.*

17 In terra, *id est, in vita beata, quæ est æterna. Spes enim est certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia & meritis proueniens. Propter quod Dauid exhortatur seipsum, loquẽs ad seipsum, quasi ad aliũ, dicẽs:*

✻ 1 Expo-

MORALITER.

† 1 *Tibi dixit cor meum,* id est, intentio mea.

3 *Faciem tuam,* id est, filium tuum, qui facies patris dicitur, sicut & imago.

4 *Ne auertas,* id est, auerti permittas.

6 *Adiutor meus.* Hic petitur tertium, quod est perseuerantia in bonis actibus, cùm dicitur, *Adiutor meus, &c.* vt perseuerate valeam in bono.

7 *Ne derelinquas.* ne incidam in peccatum.

8 *Neque despicias.* subtrahendo auxilium tuum.

9 *Quoniam pater.* Adam & Eua originali iustitia destitutum.

10 *Dominus autem.* ad supplendum humanæ naturæ defectum.

11 *Legem,* mandatorum tuorum.

12 *Et dirige me in se.* consiliorum.

13 *Ne trad. in an.* id est, in voluntates dæmonum, qui sunt testes iniqui & mendaces contra homines, & maximè contra pontifices & reges, quos magis nituntur subuertere propter altitudinis statum: sed quoniam habere spero te in auxilium,

16 *Credo vi.* nam ibi videtur bonum infinitum. Et quia pontifices & reges debent inducere subditos ad bonum subditur:

† 1 Expo-